


H-A
19
3

NOVVS,

ET METHODICVS

TRACTATVS DE VNA

ET ALTERA QVARTA, MEGHI

MA, CALCIDIA, ET REBELLIANICA

earumq; Imperfectis, Adiectis, Reyaldis &c.

testamentis, In 4. partes diuisus.



Lp-10-1

H-A
19
3

NOVVS, ET METHODICVS TRACTATVS, DE VNA, ET ALTERA QVARTA, LEGITIMA, FALCIDIA, ET TREBELLIANICA,

earumq; imputatione. Ad cap. Raynaldus de testamentis; In 4. partes diuisus.

IN QVO ELVCIDATVR FERE VNIVERSA MAteria successionum filiorum, tam legitimorum, quam naturalium, quam etiam spuriorum, cui etiam vniuersa nobilitas adiungitur; Disputantur omnes casus, in quibus res in alienabiles fiunt, siue per contractum, siue per vltimam voluntatem, plura de inuctario, multa de bonorum possessionibus, Deniq omnia, quæ in materia imputationum possunt desiderari, opus sane tam pracmaticis quam speculatiuis maxime necessarium.

AUCTORE DOCTORE IOANNE DE CARVALHO,

Iure Consulto Lusitano, ex oppido Regali, sacri Diui Petri Collegij alumno, in Conimbricensi academia, sacrorum Canonum extraordinario magistro.

Illustrissimo Domino D.D. Frãcisco de Castro, Portugaliæ Regni Quæsitori maximo; dicatus.



Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij.

CONIMBRICÆ. Ex Officina Niculai Carualho Vniuersitatis Typographi. Anno 1631.



LICENCAS.

EX mandato supremi Senatus sanctæ Inquisitionis, repetitionem ad cap. Raynaldus de testament. à Sapiẽtissimo Doctore Ioanne de Carnalho elucubratam, quanta potui sedutilitate euolui, & expendi; nihilq; in ea offendi, quod fidem orthodoxam offendat, quin potius, ingenij miram; claritatem, doctrinæ compendiosam exuberantiam, vtriusque iuris concinnam interprætationem inueni; quare communi vtilitati dignum, prælo iudico opus; Conimbricæ apud D. Augustini Canonicorum regularium collegium. 12. Kalend. Decemb. anno salutis 1621.

Doctor D. Francisco de Soural.

SOlemnem hanc repetitionem ad cap. Raynaldus de testamentis á Sanctissimo Doctore Ioanne de Carualho, habitam, & confectam, ex supremi sanctæ Inquisitionis Senatus commissione, qua potui deligentia perlegi, in qua nihil, meo iudicio apparet, quod sacræ fidei principijs, aut bonis moribus vllo modo repugnet, sed plurima elucent magnæ eruditionis documenta, & vtriusq; iuris insignia decreta maxime illustrata, qua propter multis nominibus potest, ac debet ad publicam vtilitatem excudi, Conimbricæ apud Collegium Deiparæ Virginis Gratiarum Idibus Decembri 1621.

Doctor Fr. Petrus à Sancta Maria.

VIstas as Informaçoẽs podesse imprimir esta repetição, & depois de impressa torne conferida com o original, pera se dar licença pera correr, & sem ella não correra, aos 21. de Ianeiro de 622.

Antonio Dias Cardoso. *Ioaõ Alures Brandaõ.* *Gaspar Pereira.*
Marcos Teixeira Bispo do Brazil. *Francisco de Gouea.*

POde imprimirse, vista a licença do sancto Officio Coimbra 3. de Setembro de 630.

Diogo Dalmeida.

QVe se possa imprimir este liuro, & depois de impresso, torne pera se taxar, & sem isso não correrà a 23. de Abril de 622.

Monis. *Caldeira.*

Conferi

LICENC, AS.

CONferi com seu original, na conformidade do despacho do Conselho geral da sancta Inquisiçaõ, o liuro impresso sobre o capitulo Raynaldus de testamentis, que compos o Doctor Ioaõ de Carualho Collegial do Collegio de S. Pedro, & lente de Canones nesta Vniuersidade de Coimbra, & com a emenda das erratas que vay impressa no mesmo liuro, conforma em tudo, com o dito original; pello que pode correr. neste Collegio do Carmo. 21. de Iulho de 631.

Fr. Gaspar dos Reys.

TAxaõ este liuro em 1000. reis em papel, a 15. de Agosto de 631.

Araujo. Pimenta Dabreu. Ioaõ de Frias Salazar.

ILLVS.

ILLVSTRISSIMO DOMINO D. D. FRANCISCO DE CASTRO IN DIVI PETRI COLLEGIO QVONDAM COLLEGÆ, ACADEMIÆ CONIMBRICENCIS Rectori, Conscientiæ Tribunalis Præsidi, Igætaniæ Præsuli, modo in sacrosancto Fidei Senatu pro Lusitaniæ regnis Quæsitori Maximo, vtrumque æuum immortale precatur.

PRIMAS lucubrationes meas, *Illustrissime Domine*, ad amplitudinis tuæ sacrarium sisto venerabundus; scilicet, ad Clementiæ templum, ad Iustitiæ aram, ad æquitatis arcem ad virtutis præsidium, ad munitissimum Fidei Castrum meus hic confugit libellus. Vbi securior esse poterat? Primos olim te Academiæ Rectore, congressus iniui literarũ, primos nunc, te Quæstore Maximo subeo hominũ conspectus, vt Fidei auctoritate defendas, quẽ sapientiæ dignitate ornasti, non minus te modo, quàm quondã præsentem propitium, ac tutellarem video; maior enim dignitas benevolentiã non minuit sed facit maiorem imo coram te gratior apparelo, vtpote qui huiusce tui Collegij Collega. Collegium quidem ita semper fuit tibi in amore, & honore, vt nihil vnquam, nec amabilius, nec honorificentius habuisse videaris. Quod optimè indicasti, cum à Collegij Rectore in Academiæ Rectore fuisti assumptus, quia in Collegæ trabea Academiæ iura sacramento publico profiteri voluisti, quasi non minoris faceres Collegij, quàm Academiæ dignitatem. Accedit ad libri gratiam, quod sit primus, qui ex hoc Collegio in lucem prodeat, primitiæ vero iam ipso naturæ iudicio reliquis fœtibus sunt gratiores. Nec Censoris Quæsitoris Maximi grauitas mihi tuam auertit benevolentiam, quia sine vllo dignitatis dispendio te facilem ac per humanum experimur: sic excipis sic affaris omnes, vt præ reuerentia accedere cunctantes mira humanitate alliceas, accedentes singulari gratia confirmes. Caterum te laudare non est animus, quia laudum materiam facilius dare potes, quàm accipere, neque est, quod velim vel mores, vel maiores tuos ornare veris: quia virtutibus ornari mauis, quàm ornatus videri, seu prædicari, & iure quidem, illa enim est, *inquit Cassiodorus*, indubitata nobilitas, quæ moribus probatur ornata. Vnde maiorum tuorum prætereo splendorem, quia, licet omnes regio splendore sanguinis emicent, potius illi à te, quàm tu ab illis, lucem mutuari possunt, 2. Var. 12.

quia

quia virtus propria hæreditariam illustrat nobilitatem; huius vero tantũ memi-
ad Demet. neris, vt *loquitur Diuus Hieronimus*, vt cum claritate generis, morum sanctitate contendas, & cum nobilitate corporis, animi virtute proficias. *Planè laus propria eò inte magis splendet, quam à maioribus accepta, quò splendidior est lux præsens, quàm præterita. Hac de causa, non repeto potentissimos Reges, nec clarissimos Duces, nec sanctissimos præsules, & Archipræsules, qui gentilitio tuo insteme triumphant. Prætereo præsides æquissimos, quia vnum te præsidem Conscientiæ Tribunal adhuc nominat: vnum te præsulem appellat, & æternum appellabit, suspirabitque ciuitas Igaiania, cui per multos annos non tantum præfuisse, quàm profuisse vidimus. Tandem omnium votis, ac vocibus ad sacrosanctum Fidei Tribunal Quæsitor Maximus accessisti, vt vitia, non homines insectareris, vt errantes non tam castigares acerbius, quàm emendares vtilius. Honores autem hos pro præmio oblatos, non pretio coemptos adiuisti, quia nunquam te ad illos compulit priuata cupiditas, sed aliena vtilitas. Hinc illa tibi adamantina, & inconcussa virtus. Quis vel efferatus hostium impetus Castrorum vires inflexit? Quis Castrorum vnquã pectora debellauit? Incerto aliquando impulsu pila ferrea fulminata proregis aui tui Domini Ioannes de Castro pectus, vt attigit, ad pedes desiluit, stupendo pariter, ac feliciſsimo augurio, fore nepotem, cuius pectus nec ferreis, nec aureis globis esset penetrandũ. Sanè quanuis ad omnia summa factus, ad Iustitiæ munia natus videris. Spectata quidem fuit Domini D. Aluari de Castro parentis tui virtus, ac fides erga suum Regem; Ille enim cum chariſsimis duobus filijs Ludouico, ac Ioanne fratribus tuis germanis in fatali illa Africæ expeditione glorioſe occubuit, porro non minor tibi in fidei causis fides, & integritas, in fidei enim defensionem parum tibi videretur vitam profundere, si opus foret. Hanc verò in Deum religionem, veluti hæreditariam inte suspicimus, quia passibus æquis, licet dissimili vitæ ratione, te comitatur Illustrissimus tuus frater Dominus D. Ferdinandus Aluarus de Castro, qui supremas sibi oblatas à Rege dignitates reijciendo, se omnibus superiorem, & maioribus digniorem exibuit, vt ille apud*
ad Euſtoch. *Hieronymum*, qui fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutẽ quasi vmbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contẽptores. *Age verò, Domine Illustrissime, in fortissimo tuo Castro libellum hunc, quasi nouum in bello militem include, quanuis ille literario in puluere veteranus, & quasi iam rude donatus in nouam tamen pugnandi form..m, in nouam descendit aciem. Hactenus in Conimbricensi area, siue arena inclusus cum domesticis tantùm pugnauit, deinceps verò extra patrios fines prodibit, & cũ exteris nationibus dimicabit. Qua propter fauoris tui loricam induit, tutellæ clypeum insertat, patrocinij gladium aptat, authoritatis tuæ galeam capiti imponit, deniq; in fortissimũ nominis tui Castrũ se recipit, in quo validiores firmabitur ad cõgressus, pulchriores instituetur ad victorias, præclariores ornabitur ad triũphos. Ex hoc tuo D. Petri Collegio 20. Iulij anno Domini 1631.*

Tuæ Illustrissimæ deuotissimus,

Ioannes de Carualho.

Ad Lectorem.

HAs locubrationes in Tyrocinio meorum ſtudiorum elaboratas, *candide lector*, aliquando magis ſilentio, quam typis mandare conſtitueram, niſi amicorum inſtigatione ſæpe ſæpius repetita, illas in publicum proferre compellerer, ne quid, ſi in ipſis eſt, publicæ ſtudentium vtilitati, cui ſemper conſulere fuit in voto, detrahere iudicarer; en illas, prima tantum manu excuſſas, & ferè impolitas tuæ beneuolentiæ offero, quam ſi experiar, ad alia forſan nec minus ſublimia, nec minus vtilia conuolare non recuſabo, ſin autem pro gratia detractiones retribuas, me ab omni iuſto, & honorifico labore retardabis, nam ſi creſcit laudata virtus, vituperata marceſcit; Vale?

DOCTOR STEPHANVS DE MIRANDA
Collega Diui Petri Collegij, & Academiæ Magiſter, Iuriſq;
Cæſarei Profeſſor Authori Ampliſsimo.

PVderet ſane, *Cogellá amamtiſsime*, ſi doctiſsimus tractatus tuus de vna, & altera quarta, tandiu ab omnibus deſideratus, in lucé prodiret, abſque hac mea cõmendatione, opus ingenuè fatentur omnes, nullius indigere præconio, illud enim ſe ipſum ſatis commendat; attamen nec collegæ, nec amicitiæ noſtræ iura adimplere cẽſerer, ſi collegij gloriam tòtiuſq; Regnii vtilitatẽ ex aſsiduo ſtudio, ac labore tuo pullulantem òmitterem prædicare? Quis enim, vt tu, viſcera iurium in hac noſtra tempeſtate penetrauit? Quis ſubtilius legum arcana reſerauit? Quis feliciori ſtylo ipſorum nodos diſſoluit? Quis in rerum copia, libriſque ræmandis, non auſim dicere ſuperare, ſed te exẽquare reperiẽs? Quis materias rudè diſperſas ordine mirabili ita collocaſſe inuenietur; quæ omnium ſcriptorum ſumma laus eſt (teſte Homero) vt grauia, & difficilia ordine recto tractentur, ordinis enim proprietas eſt, obſcuris lucẽ ad ferre; rerum vero cumulum habere ſatis non eſt, niſi ex in ordinem ſin digeſtæ; ſcrutentur inuidi, ſæpiuſque ſedulo perſcrutentur doctiſsimum hunc tractatum, nihil enim, quod mordere poſsint, offendent, ſed potius plura de quibus inuiti admirari cogentur; cum tuam dexteritatem in colluctantiũ opinionum fluctibus compeſcendis, quaſi á natura inſitam fuerint experti, cum tot, ipſaque obcuriora de toto iure reſponſa, occulatiſsimis Doctoribus abſcondita, gloſſemate hoc enucleata, & ipſo ſole clariora redacta adinuenerint, cum acutiſsimi ingenij tui aciem noſtris, & exteris patefactam calluerint. Gratuletur igitur tibi non ſolũ ſchola noſtra Conimbricenſis

bricensis (cui consecratus videris) sed vniuersa Respublica literaria, pro tanto, ac tam vtili beneficio eò magis plausibili, quò crudeliores fuere Fortunæ impetus, qui te inuadere non cessarunt, non tamen constantiam tibi è cælo datam, ac robur tuum fortissimum inflectere valuerunt, quominus indefessa vigilátia in dies magis, ac magis insudares, quinimo æquali animi tranquillitate aduersitates, Fortunæque ludibria, ac continuas occupationes superando, manum è tabula nõ erigebas; Nec minor laus tua est, quod hos primos ingenij tui fructus adolescente ætate exaratos, ad maturiorem non protelasti, præstantiores iuris professores imitando, qui absurdam iure optimo dixere illorum cogitationem, qui in rugatam ætatem scripta reseruant, quando iam natura ipsa viribus defessa studiorum laboribus minus aptior est, & ipsa ingenij vis quasi hebescit, Iudicium vetustate extenuatum marcescit, labitur animus, deficit spiritus, validiores namque sunt iuuentutis partus, quam senectæ, *nam frigidus obsistit circum præcordia sanguis*, inquit Hieronymus. Perge igitur, amantissimè Doctor, cæteros fructus iam maturos ne retardes, quibus maximam gloriam Collegio, tibique speciale laudem conciliabis; Hoc tantum magni æstima, magnq; in parte felicitatis repone, quod offerat tibi tẽpus merita ipsa pro præmio; Nam *meruisse sat est*, dicebat alius. Et Cato ille magnus, Plutarcho authore, non statuam habere in foro Romano, sed merere gaudebat. Et quidẽ merito, quia *nihil melius virtute ipsa, sui pretium est*. Scribit Seneca, seu vt Claudianus cecinit.

ad Nepotian.

de vit. Beat. cap. 9.

Illa quidem virtus pretium sibi, solaque latè
Fortunæ secura nitet, &c.

Age verò, mi Doctor Amplissime, & ex hac Academia, tanquam à clarissima scientiarum omnium specula, sapientiæ tuæ lucem emitte. Nunquam enim virtus latet, sed tanquam sol suos radios effundit, vt sapientia in dies conualescat. Vale igitur, Ex hoc nostro sacro Diui Petri Collegio 25. Iulij anno Dñi 1651.

Stephanus de Miranda.

SVMMA-

SVMMARIA PRIMÆ PARTIS.

Laudatur decretalis. nu. 1.
Quæstio vtrum filius per fideicōmissum grauatus habeat duas quartas. nu. 2.
Expenditur ratio ob quā inducta est Trebellianica. num. 3.
Filius in omnem euentum debet habere legitimā titulo institutionis. n. 4. & 56.
Æquiparatur legitima patroni, cum legitima filiorum. n. 5. & nu. 50.
Patronus vnicam quartam habet si grauetur. nu. 6.
Expenditur lex iubemus C. ad Trebell. num. 7.
Expenditur textus ineuitabilis per Cost. in §. Quam ob rē in Authent. de restitutione, & ea quæ parit. nu. 8.
Expenditur textus indissolubilis in l. Filium C. familiæ erciscund. num. 9.
Expenditur l. Cohæredi §. Cum filia D. de vulgar. num. 10.
Duo per leg. Falcid. fuere disposita. n. 11.
Expenditur §. Quoniam quarta l. Papinianus de inofficos. num. 12.
Expēditur §. Vnde si quis in ea d. l. n. 13.
Expenditur §. Si quis impubes eiusdem l. num. 14.
Expenditur §. Meminisse in eadē. n. 15.
Expenditur regula duæ causæ lucrativæ circa eandem rem non concurrunt. 16.
Expenditur c. Raynaldus. nu. 17.
Refertur communis legistarum. num. 18. & reprobatur. num. 23.
Filius qui eligit Trebellianicam tenetur in illam imputare legitimam. n. 19.
Omnia quæ, ex testamento capiuntur in Trebellianicam imputantur. n. 20.
Attento iure ciuili semper vna quarta in aliam imputatur. num. 21.
In legitima nō imputatur Trebell. n. 24.
Refertur magis cōmunis sententia. n. 25.
Distinctio inter fideicommissum purum, & conditionale. num. 26.
De fideicommisso conditionali filius duas quartas detrahit. num. 27.
Una quarta desumitur ex fideicomisso puro. num. 28.
De fideicommisso conditionali detrahitur Vtraque quarta. num. 29.
Duæ causæ lucrativæ possunt concurrere diuerso tempore. num. 30.
Decisio capitis Raynaldus est conformis iuri ciuili. n. 31.
Reprobatur magis communis. n. 32.
Filius pure grauatus non debet esse deterioris conditionis, quā extraneus. n. 33.
Cap. Raynaldus loquitur de fideicommisso conditionali. n. 34.
Et procedit etiam in fideicōmisso puro. 35.
Non sit differētia inter grauatū pure, vel cōditionaliter. n. 36. (tare. n. 37.
Filij nō tenētur fructus in quartā imputare
Fideicommissum conditionale tūc debetur quando conditio impletur. n. 38.
Purificata conditione dispositio conditionalis fit pura. num. 39.
Filius à patre fideicommissor grauatus semper deducit duas quartas. n. 40.
Ostenditur hoc de iure canonico. n. 41.
Ostenditur idem esse de iure ciuili. n. 42.

¶ Compro-

Summaria

Comprobatur. num.43. & sequenti.
Expenditur l. Vnica, §. Igitur C. rei vxo ria actione. nu.45.
Potest quis diuersis respectibus diuersas repræsentare personas. n.46.
Referuntur Doctores nostræ sententiæ.47.
Filius vltra legitimam habet Trebellianicam. num.49.
Leges duodecim tabull. patrono præterito non succurrebant. nun.51.
Legitima filiorum est de iure naturali. num.52.
Patronus per bonorum possessionem solum obtinet tertiam. n.53.
Filius querelando, vel contra tabulando totum testamentum rumpit. n. 54.
Libertus quocumque modo potest relinquere tertiam patrono. num. 55.
Responsio Fachinei ad §. Interdum leg. 1. D. si cui plus. num. 57.
Alia responsio præceptorum. num. 58.
Proponitur auctoris distinctio. num. 59.
Tempore DD. sustinebatur grauamen in legitima filiorum. num.60.
L. 1. §. Interdum D. si cui plus hodie non procedit. num.61. & sequenti.
Reprobatur intellectus. Cald. ad d. §. Interdum. num. 63.
Agitur de intellectu legis iubemus C. ad Trebellian. num.64.
L. Iubemus est antiquior, l. Quoniam in prioribus num.65.
Agitur de §. Quam obrem in Authent. de restitutione. num.66.
Agitur de intellectu l. Filium C. famil. erciscund. num.67.
Assignatur primus intellectus §. Cum filio l. Cohæredi num.68.
Reprobatur. num.69.
Substitutio de qua in dicta §. Cū filio fuit fideicommissaria. num.70.
Ratio quare in dicto §. Cum filio fit solum mentio de Falcidia. num.71.
Cap. Raynaldus nō reuocat ius ciuile.72.
§. Quoniam 4. l. Papinianus in quo casu loquatur. num.73.
§. Unde si quis eiusde, l. Intelligitur.74.
Tepore DD. filius cōputabat fructus.75.
§. Unde si quis est correctus hodie solum in filijs, non in nepotibus. n.76.
§. Si quis impubes intelligitur. num. 77.
Querela inofficiosi est remedium subsidiarum. num.78.
Nemo potes duas habere legitimas. n.79.
Intelligitur §. meminisse. num.80.
Duæ causa lucratiuæ quando possunt cōcurrere. num.81.
Veritas principalis quæstionis. num.82.
Utrum Falcidia deducatur cum legitima. num.83. & 95.
Duplex est in iure quarta. nu.84.
Modus à l. Furia taxatus. nu.85.
Modus legis Vaconiæ. num.86.
Lex Falcidia à Caio Falcidio dicta. 88.
Quando fuit promulgata. num.87.
Trebellianica vnde sumpta. num.89.
In hæredē transeunt omnes actiones actiuæ, & passiuæ. n.90.
Trebellianum Senatus consultum quando factum. num.91.
Pegasianum quando factum. nu.92.
Proponuntur stipulationes Pegatiani.93.
Onera hæreditaria pro rata diuisa inter hæredem, & fideicommissarium. n.94.
Pars negatiua quæstionis. num.95.
Proponitur contraria. nu.96. & sequenti.
Appellatione Falcidiæ continetur Trebellianica. num.96.

Cap.

Cap. Raynaldus, & Raynuncius sunt correctoria iuris ciuilis. n. 97. & sequent.
Sed contra, num. 101. & 102.
Intelligitur l. Quamquam, & l. si vt allegas C. ad legem Falcidiam. n. 100.
Appellatione Trebellianicæ non continetur Falcidia. n. 101.
Vtrum duæ quartæ deducantur quando legitima est semis num. 103. & 110.
Legitima quanta in hoc Regno. n. 104.
Pars negatiua quæstionis. n. 105.
Pars affirmatiua. n. 106.
Augmentum legitimæ non impedit deductionem duarum quartarum. n. 107.
Cap. Raynaldus habet locum siue legitima sit maior, siue minor. n. 108.
Refellitur opinio Cost. nu. 109. & ibi vt c. Raynaldus procedat in hoc Regno reprobatur Bald. consil. 94. lib. 2. n. 110.
Vtrum ascendentes grauati habeãt duas quartas. num. 111.
In ascendentibus nõ est textus expressus. num. 112.
Proponitur pars affimatiua. n. 114.
Legitima ascendentium potitur eodem priuilegio. n. 115. & num. 118.
Dispositio cap. Raynaldus nõ est correctoria. nu. 116. & 119.
Reprobatur Accurs. num. 117.
Vtrum adoptiui, & arrogati habeãt duas quartas. num. 120.
Duplex est adoptio. num. 121.
Adoptiuus duas quartas deducit. n. 122.
Adoptiui non habent legitimam in bonis patris adoptiui. num. 124.
Adoptiui non conferunt bona. n. 125.
Adoptatus ab auo naturali potest querelare. num. 127. (n. 128.
Reprobatur Cald. in §. Tã de aute inoffic. Adoptatus ab auo habet duas quartas. num. 129.
Vtrum arrogati detrahant duas quartas. num. 130. & 133.
Proponitur pars negatiua quæstionis. 131.
Debitor necessarius legando censetur compensare num. 132.
Intelligitur §. Si quis impubes in l. Papinianus. n. 134.
Arrogatus neutram quartam habet ex dispositione testatoris. n. 135.
Vtrum naturales habeant duas quartas. num. 136.
Vtrum omni tempori sint capaces. n. 137.
Affirmatur non fuisse capaces omni tempore. num. 138.
Errauit Imperator secundum Zazium. num. 139.
Reprobatur Zazius. num. 140.
Reprobatur Alciatus. num. 141.
Reprobatur Succinus. num. 142.
Filij naturales erant capaces attento tempore DD. num. 143.
Naturales hoc tempore incapaces n. 144.
Valentis, & Valentinianus fuerunt primi humani circa hos. num. 145.
Naturales incapaces tẽpore DD. n. 146.
Pater nõ cogitur relinquere naturali. 147
Cõfunditur cõsideratio particularis. 148.
Noua consideratio ad l. 1. C. de naturalibus liberis. n. 149.
Constantinus non induxit incapacitatem naturalium. num. 150.
Constantinus declarauit incapacitatem. num. 151. & num. 155.
Valentis constitutio corigit rigorem Romanorum. num. 152.
Parentes possunt relinquere naturalibus illud, quod Iustinianus taxauit. 153.

Summaria

Comprobatur non fuisse Constantini legē, quæ prohibuit naturales succedere.154

Explicatur Iustinianus in §. Discretis in Authentico quibus modis sui. ibidem.

L. 2. C. de naturalibus, lib. declaratur. num.156.

Reprobantur dicentes naturales tempore DD. esse in aliquo capaces. nu.157.

Leges antiquæ de his, qui solidum capere non possunt referuntur ad legem Papiam. num. 158.

Intelligitur l. Lucius 45. D. vulg. num. 159. & sequenti.

Intelligitur l. Uxorem §. Pater naturalis de leg. 3. num.161.

Intelligitur §. Tam autem inst. de inofficioso num. 162.

Intelligūtur multa iura quæ loquūtur de naturalibus. num.163.

Ius ciuile solum illos naturales dicit, qui ex seruili consortio nascebantur.164.

Ligitimi solū sunt illi, quod lex aprobat. num. 165.

Nati ex seruili consortio veniunt appellatione filiorum. num. 166.

Intelligitur l. Naturali D. confirmando tutore. num.168.

Expenduntur l. vltim. C. confirmando, & l. vltim. C. quando mulier num.169.

Imperatores nunquam imposuerunt patribus necessitatem relinquendi naturalibus. num.170.

Naturales nullum habent remedium cōtra testamentum patris. n.171.

Naturalis de iure cōmuni non habet duas quartas. n.172.

Naturalis plebeorum de iure Regio aquiparantur legitimis. num.173.

Naturales plebeorū possunt querelare.174.

Naturales nostri Regni plebei habēt duas quartas. num.175.

Naturales nobiles non habent legitimam & ideo duas quartas nō detrahēt.176

Nepotes plebeorum, & relinqui descendētes possunt duas quartas deducere attento iure Regio Lusitaniæ. n.176.

Ampliatur etiam ad nepotes naturales ex filijs naturalibus. num.177.

Naturales nobilium in regno Lusitaniæ nullam habent legitimam. n.178.

Attento iure Codicis, & Authenticorum pater naturalis, qui legitimos habet filios, vnciam tantum naturali relinquere potest. num. 179.

Si pater naturalis descēdentibus legitimis careat, ascendentes vero relinquat, potest omnia bona naturalibus relinquere præter legitimam ascendentiū.180.

Idem in donatis per viam cōtractus.281.

Si pater descendētes, aut ascendētes legitimos non habeat, omnia bona sua naturali potest relinquere. n.182.

Filij naturales ab intestato, si pater filios aut descendentes legitimos relinquat, nihil habent in bonis paternis. n 183.

Idem dicitur si pater legitimā relinquat vxori. num. 184.

Intelligitur regula si vinco vincentem te. num. 185.

Filij naturales si pater nec descendentes, nec vxorem relinquat, habent duas vncias paternæ hæreditatis. n.186.

Ampliatur etiā si ascendētes relinquat. num.187.

Naturales non habent legitimam attento iure. num.188.

Idem in nepotibus naturalium dicendum est. num.189.

Lex

Lex Lusitaniæ maximam facit differentiam inter filios plebeorum, & equitum. num. 190.
Duplex nobilitatis proponitur diuisio. numer. 191.
Et ibi quæ sit theologica.
Quæ sit nobilitas naturalis. n. 192.
Nobilitas mixta quæ sit. nu. 193.
Nobilitas ciuilis, seu politica. num. 194.
Triplex est tantum nobilitas. n. 195.
Nobilitas bonum appetibile. nu. 196.
Et ibi magna differentia inter nobiles, & ignobiles.
Qualitas nobilitatis semper maxime æstimata apud omnes nationes. n. 197.
Maximæ differentiæ inter nobiles, & ignobiles. num. 198.
Nobilis idem est ac notus. nu. 199.
Ignobiles qui dicantur. nu. 200.
Nobilitas tanto melior, quanto antiquior. num. 201.
Nobilitas sedem in regibus constituit. numer. 202.
Inuictissimus Rex Phylippus Hyspaniæ inter reges antiquior. nu. 203.
Inter nobiles primum locum habent Duces Marchiones, Comites, & similes. numer. 204.
Filij illorum, qui sunt descripti in Regis matricula nobiles sunt. nu. 205.
Doctor antiquior præfertur iuniori. numer. 206.
Filij nobilium, qui sunt in possessione nobilitatis, licet non sint scripti in matricula Regis sunt nobiles. num. 207.
Ricos hombres, qui sint. num. 208.
Nobilitas probatur ex communi reputatione. num. 209.
Nobilitas antiqua probatur per famam, sicut etiam infectio sanguinis. n. 210.
Circa statuta excludentia Iudeos sufficit qualibet suspicio iudicis. nu. 211.
Nobilitas de nouo acquisita quomodo probetur. n. 212.
Nobilitas non præsumitur. num. 213.
Nobilitas probatur ex consuetudine. numer. 214.
Nobilitas probatur fama. nu. 215.
Nobilitas probatur per sententiam. numer. 216.
Nobilitas probatur ex antiquis instrumentis. num. 217.
Nobilitas probatur ex patria. nu. 218.
Nobilis in vno regno, est nobilis in alio. num. 219.
Exteri illustres tales sunt apud nos. 220.
Qualitas variatur secundū morem prouinciarum. num. 221.
Sarraceni conuersi gaudent naturali nobilitate. num. 222.
Iudei nobiles fuerunt. num. 223.
Iudei non possunt esse nobiles. num. 224.
Iudei non possunt doctorari. num. 225.
Romani dedignabantur Iudeos pro seruis habere. num. 226.
Intelligitur lex. 3. §. *Spurios D. decurionibus num.* 227.
Intelligitur caput eam te 7. *de rescriptis. num.* 228.
Iudei ex linea materna, gaudent nobilitate patris. num. 229.
Nobilitas à patre diriuatur. n. 230.
Verum à matre possint filij nobilitari. numer. 231.
Mulier nobilis nubendo ignobili amittit nobilitatem. n. 232.
Filij solum quoad statum maternam conditionem sequuntur. num. 233.

Mulier non habet filios in potestate. numer. 234.
Non valet statutum quod filij sequantur conditionem matris. n. 235.
Sed contrarium verius. num. 236. *prout apud Lusitanos.*
Intelligitur, l. Exemplo, C. decurionib. lib. 10. *num.* 237.
Multoties maternus sanguis incitat animos. num 238.
Vtrum lex Lusitanica dū permittit filios à matre nobilitari, procedat quādo mater nupsit plebeo. nu. 236. *negatiua.*
Proponitur contraria. num. 240.
Vtrum adoptiui habeant nobilitatem patris adoptiui. num. 241.
Adoptiui potiūtur nobilitate patris adoptiui. num. 242.
Vtrum naturales, pro negatiua. nu. 243.
Naturales saltem de iure Castellæ patris nobilitate fruuntur. n. 244.
Etiam de iure Lusitaniæ naturales paternam habent nobilitatem. num. 245.
Naturales materna nobilitate gaudere debent. num. 246.
Intelligitur quando mater non erat publica meritrix. num. 247.
Spurij de iure cōmuni nullam habent nobilitatem. n. 248.
Intelligitur l. Generaliter §. Spurios D. de curionibus. n. 249.
De iure nostri regni tentari potest spurios à matre nobilitari. nu. 250.
Spurij à patre nobilitantur in hoc regno. num. 251.
Spurij nobilitate materna frui possunt. n. 252. *Sed contra num.* 253.
Vtrum spurij legitimati habeant nobilitatem. num. 254.
Spurij legitimati paterna fruuntur nobilitate. num. 255. (*n.* 256.
Legitimatus in nihilo differt à legitimo.
Intelligitur caput. 1. §. *Naturales si de feudo defuncti fuerit cotrouer. n.* 257.
In Lusitania legitimati veram habent nobilitatem. num. 258.
Apud Hispanos plures. num. 259.
Negatiuam tenent plures. num. 260.
Naturales legitimati fruuntur vera nobilitate in regno Castellæ, excepto tributo. nu. 261.
Sed contra. nu. 262. *etiā quoad tributum.*
Spurij etiam legitimati, non gaudent in Castella nobilitat. n. 263.
Scientia nobilitat. num. 264.
Vbi plura de scientia.
Nobilitas & dignitas ex Doctoratu. 265.
Ad Doctores tanquā ad personas egregias mititur pro testimonio ferendo. n. 266.
Doctor non potest incarcerari pro debito ciuili. num. 267.
Intelligitur l. Medicos C. professoribus, & medic. libro 12. *num.* 268.
Doctores exequi nequeunt in libris. n. 269.
Doctores in causa criminali non possunt torqueri. nu. 270.
Doctores sunt immunes à tributis personalibus. num. 271.
Quis sit præferendus Doctor, an nobilis genere. num. 272.
Pro Doctore, pro nobili genere. nu. 273.
Proponitur concordia. num. 274.
Vtrum Licentiati potiantur prærogatiua Doctorum. num. 275.
Licentiatis conceditur homenagiū. n. 276.
Licentiati torqueri non possunt. 277.
Nec possunt incarcerari pro debito. n. 278
Nec possunt affici pœna vili. num. 279.

Nec

Nec possunt ex equi in libris. num. 280.
Possunt manu propria procuratore facere. num. 281.
Scriptis eorum plene creditur. num. 282.
Omnia quæ de Doctoribus, & licentiatis diximus extenduntur ad magistros artium. num. 283.
Aduocati verã obtinent nobilitatẽ. n. 284.
Ampliatur licet nõ sint Curiales. n. 285.
Omnia priuilegia Doctorum ad aduocatos extenduntur. num. 286.
Iudei, nec infames non possunt aduocare. num. 287.
Aduocati possunt facere substitutionem militarem filijs. nu. 288.
Contraria sententia. num. 289.
Defenditur affirmatiua. num. 290.
Omnia priuilegia, quæ Doctoribus competunt communicantur aduocatis. n. 291.
Rabulæ ex officio nõ nobilitantur. n. 292.
Bachalauri secundũ Garsiam si sunt eminentis scientiæ gaudent nobilitate. num. 293. Sed contra. num. 294.
Bachalauris non conceduntur plura priuilegia Doctorum. n. 295.
Medici Doctores eadem qua aliarũ scientiarum gaudent prærogatiua. n. 296.
Quid dicendum de Licentiatis. 297.
Quid de Bachalauris. num. 298.
Affirmatiuè deciditur. num. 299.
Bachalauri medici non gaudent homenagio, nec alijs prærogatiuis Doctorum. num. 300.
Intelligitur l. vlt. D. iure immun. n. 301.
Intelliguntur plura iura, leg. Ambitiosa. D. de cret. ab ord. fac. l. Thais, 40. §. Lucius de fid. lib. l. Alimenta §. 1. D. alim. & cibar. l. Seio, §. vlt. D. annuis legat. leg. Patronus §. Ite D. oper. liber. l. 1. §. Ne autem C. de communi seruo manumiss. num. 302.
Archiater medicorum, vulgo fizico mor, maximam obtinet dignitatem n. 303.
Protomedici sacri palatij dignitatem censentur habere. num. 304.
Archiatris modo primi ordinis, modo secundi dignitas conceditur. num. 305.
Medici intendentes militũ curationi media gaudent nobilitate num. 306.
Intelligitur l. 1. C. profess. & med. n. 307.
Chirurgi sunt mechanici. num. 308.
Contrarium quod sint nobiles defendit Cabed. num. 309.
Defenditur prior sententia. n. 310.
Farmacopola nobilis vtrum sit. num. 312.
Chirurgia archiatros nobilissimus. n. 311.
Officium farmocopolæ numeratur inter artes mechanichas. n. 314.
Ars pictoria de se non est nobilis. n. 315.
Pictoria ars à solis sordidis muneribus liberat. num. 316.
Operæ obsequiales, etiam si non petantur debentur patrono, secus in fabrilibus. num. 317.
Operæ vel sunt officiales vel artificiales. num. 318. Et quæ sint.
Operæ officiales debentur filio patroni tãquam filio, non tanquã hæredi. n. 319.
Intelligitur, l. Cum patronus 22. §. Cum libertus D. de oper. libert. num. 320.
Æstimatio operarum officialium transit ad hæredes. num. 321.
Operæ fabriles quæ, & ad hæredes transeunt. num. 322.
Operæ officiales præstitæ non condicuntur, secus in fabrilibus. num. 323.
Aurifici licet se ad instar nobilium gerãt, non excludunt naturales. num. 324.

Poetæ, & musici non sunt nobiles ex arte. num. 325.
Geometræ, & Methamatici vtrum sint nobiles. nu. 326. *Negatur. num.* 327.
Reliqui artifices ignobiles sunt, n. 328.
Militia nobilitat. n. 329.
Pœna militum destincta à pœna plebeorũ. num. 330. (*n.* 331.
Inter mortales nihil militia excellentius.
Militia non nobilitat. num. 332.
Serui milites esse possunt. nu. 333.
Infames dignitatem obtinere non possunt. num. 334.
Intelligitur c. Cũ essent de symonia. n. 336
Intelligitur, l. 1. *C. negot. ne militẽt.* 337.
L. 2. *Cod. vt nemo priuatus, leg. Adiuo de quæst. l. Milites eodẽ intelligũtur.* 138.
L. qui cum vno §. *Ad tẽpus D. remilitari l. Qui stipendia C. procurat. nu.* 339.
Apud Romanos tres gradus dignitatum, clarissimi, spectabiles, & illustres. 341.
Senatores, & descendentes ab illis clarissimi. num. 342.
Equestres Romani erat cluarissimi. n. 343.
Perfectissimorum, & egregiorum non erat titulus. num. 344.
Referuntur plura iura loquentia de spectabilibus. num. 345.
Referuntur iura loquentia de illustribus, inter quos erãt consules, patritij, comites. num. 346.
Reprobatur communis, quæ quinq; gradus dignitatum efingebat. n. 347.
Teplarij nobiles, vbi habitare cæperũt. 348
Milites de Calatraua nobiles. num. 349.
Milites de la spata nobiles. num. 350.
De S. Tiago. Milites Christi. n. 352.
Milites Teutonici. num. 353.
Milites Aragoniæ de la Monteza. 354.
Equites aurati Franciæ. num. 355.
Milites Pij, & S. Petri ac Pauli, S. Lazari, ac Georgij, ac Stephani. nu. 356. *& sequenti.*
Milites del Tuzon. num. 358.
Milites S. Michaelis Franciæ. nu. 359.
Idem de militibus de la stella. n. 360.
Militia Gartereorum. num. 361.
Militantes inermi militia intra palatiũ nobilitantur. num. 362.
Magnus domesticus quis. num. 363.
Cubicularius principis. num. 364.
Domestici inferiores, qui. num. 365.
Silentiarij quales. num. 366.
Comites scholarum qui dicantur. nu. 367.
Protectores quales. num. 368.
Comites consistoriani qui. n. 370.
Primicerij qui dicantur. num. 371.
Præpositi laborum. num. 372.
Præpositi Ianitorum. num. 373.
Præpositi libellis. num. 374.
Tripartita scrinia principis. num. 375.
Magister scriniorum. num. 376.
Plures scriniorum erant gradus destincti. num. 377.
Mello proximus quis. n. 378.
Thesaurenses quales. num. 379.
Agentes in rebus qui. num. 380.
Principes scholarum. num. 381.
Militãtes intra palatiũ nobilitãtur. 382.
A Calcaribus regis non acquiritur nobilitas. num. 383.
Cocus Principis nobilis est. num. 384.
Militantes intra palatium Ducis Bragantiæ nobilitantur. n. 385.
Officium generalis militiæ est magnæ dignitatis. num. 386.
Officium Almiradi similiter est maximæ dignitatis. nu. 387.

Officium

Officium mariſcalis. num. 388.
Dux maior de iure illuſtris. num. 389.
Tribuni Celerum illuſtres. nu. 390.
Duces arcium Aphricæ illuſtres. n. 391.
Duces miſsi per principē ad Indias illuſtres. num. 392.
Marchiones de Villa-Real Duces glorioſi Ceptæ. num. 394.
Duces Marſagametia nobilitantur. 395.
Duces arcium Indiarum illuſtres. n. 396
Duces intra ciuitates, & oppida regni nobilitantur. nu. 397. *& à num.* 401.
Doctores qui non pollent ſcientia non gaudent priuilegijs. nu. 398.
Scholaris non ſtudens non gaudet priuilegio. num. 399.
Militibus non exercentibus militiā non competunt priuilegia. nu. 400.
Ducibus intra villas competit priuilegiū equitis. num. 401.
Prædictis non cōpetit priuilegiū de caualleiro confirmado. num. 402.
Nec habent homenagium.
Prædictis filij naturales non ſuccedunt. num. 403.
Signifer, vulgo, alfers, gaudet nobilitate. num. 404.
Gubernatores regni ac prouintiarum illuſtres. num. 405.
Rector iuſtitiæ illuſtris. num. 406.
Præfectus prætorio illuſtris. nu. 407.
Præfectus palatij illuſtris. num. 408. *& ſequenti.*
Gubernator Portugaliæ ſuper illuſtris. 410
Gubernatores maritimi etiam ſuper illuſtres. num. 411.
Conſiliarij principis illuſtres. nu. 412.
Conſiliarij titulares illuſtres. num. 413.
Cancellarius maximus illuſtris. nu. 414.
& ibi quod ſuccedit in locum quæſtoris qui illuſtris eſt de iure communi.
Cancellarij vtriuſque ſenatus apud nos illuſtres. num. 415.
Senatores ſacri palatij illuſtres. n. 416.
Senatores ſuper illuſtres appellat. Iaſon. num. 417.
Alij tantum illuſtres. num. 418. *&* 421.
Alij tantum clariſsimos. nu. 419.
Plura circa Senatus Romani potentiam. num. 420.
Prætores ciuitatum ſpectabiles. nu. 422.
Prætores illuſtres contendunt plures. 423.
Prior ſententia defenditur. num. 424.
Prætores poſt Iuſtinianum non poſſunt leges condere, nec illis detrahere. 425.
Prouiſores ſæculares ſpectabiles. nu. 426.
Iudices Ordinarij clariſsimi. nu. 427.
Præſidis officium. num. 428.
Opinio Decij contraria. nu. 429.
Intelligitur Authenticū de mādatis principum §. Eos Collat. 3. *num.* 430.
Iudices dominorum clariſsimi. nu. 431.
Magiſtratus, qui per electionem creantur nullam habent dignitatem. n. 432.
Contraria tamen ſententia vera eſt. 433.
Reſoluitur ſub diſtinctione. num. 434. *& ſequenti.*
Decuriones nobiles efficiuntur ex officio. num. 436.
Contrarium videtur dicendum. n. 437.
Decuriones vrbium, & locorum notabiliū nobilitantur. num. 438.
Ædiles ex officio nobilitantur. n. 439.
Contraria. num. 440. *argumento, Ordinationis.*
Reſolutio. n. 441. *& intelligitur, Ordin.*
Procuratores ciuitatum ſeu oppidorum nobilitantur. num. 442.

Notarij

Summaria

Notarij seu scribæ nobilitantur. nu.443.
Sed contraria. num.444.
Intelligitur l. Vniuersos Cod. decurionibus lib.10.n.445.
Quare scribæ dicantur serui publici. numer.446.
Naturales scribarum, qui medium obtinent statum in successibles. nu.447.
Secretarius principis nobilis. nu.448.
Scribæ regalis patrimonij. num.449.
Scribæ Cancellariæ. nu.450.
Scribæ processuum Regiæ Coronæ. n.451.
Scribæ Curiæ nobiles. num.452.
Scribæ Camerales ciuitatum. num.453.
Scribæ Camerales oppidorum inferiorum non nobilitantur. num.454.
Num sint in medio statu?
Executor Curiæ nobilis. num.455.
Executores inferiores vtrum nobilitentur, standum est consuetudini. n.456.
Qui tanquam nobiles segerunt acquirunt medium statum nobilitatis. n.457.
Ex diuitijs acquiritur nobilitas. n.458.
Ricos homens, qui dicantur apud nos. numer. 459.
Descripti inter nobiles in confratria sanctæ Misericordiæ nobiles. num.460.
Nobilis probatur ille, qui exercet actus solum nobilibus competentes. nu.461.
Mercatura inter mechanicas artes recensetur. num.462.
Contraria sententia. num.463.
Sententia auctoris. nu.464. & sequent.
Mercator non potest cohercere pœna vili. num.466.
Intelligitur l. Nobiliores Cod. comert. & mercat. num.467.
Dapaferi nobilium nobilitari affirmat. Molina. num.468.
Contrarium resoluit. num. 469.
Filius naturaliter succedit patri plebeo tempore natiuitatis, licet postea fiat nobilis. num.470.
Ampliatur licet pater ante natiuitatem fiat nobilis. n.471.
Filij clericorum in minoribus patribus succedunt. num.472.
Opinio Barbosæ refertur. num.473.
Resoluitur sub distinctione. n.474.
Vtrum nobilis si amittat nobilitatem, & postea filios procreet naturales, an patri sint successibiles. nu.475. affirmat.
Sed negatiua verior. num.476.
Resoluitur sub distinctione. num.477. & sequenti.
Respondetur ad fundamentũ primæ sententiæ. num.479.
Casus quibus amittitur nobilitas. n.480.
Nobilis vtrum possit puniri pœna præconij num.481. negatiua.
Sed affimatiua verior. num.482.
Naturales grauati à matribus habent duas quartas.483.
Naturales habent legitimam in bonis maternis. num.484.
Ampliatur, licet mater sit illustris. numer.485.
Ampliatur etiam si alios habeat legitimos. num.486.
Reprobatur opinio Caldæ. num.487.
Deteſtabilior est fornicatio in fœminis, quã in masculis. nu.488.
Luxuria mulieris cum proprio seruo punitur, non viri cum ancilla. n.489.
Ratio Bereng. cur potius matribus, quam patribus succederet naturales. n.190.
Vera ratio assignatur. num.491.
Qui dicantur spurij. num.492.

Spurij

Spurij parentibus sunt insuccesibiles. numer. 493.

Ratio quare spurij sunt insucceſsibiles parentibus. num. 494.

Reprobatur opinio illorum, qui asserebant spurios esse incapaces de iure diuino. num. 495.

Explicatur locus Geneſis 21. *non erit hæres filius ancillæ, &c. n.* 496.

Spurij matribus sunt ſucceſsibiles. n. 497.

Spurij possunt querelare teſtamenta materna. num. 498.

Spurij possunt deducere duas quartas. numer. 499.

Spurius nō ſuccedit matri illuſtri. n. 500.

L. Si qua illuſtris fuit dicata pudicitiæ. num. 501.

Spurij ſuccedunt illuſtribus carētibus legitimis. num. 502.

L. Si qua illuſtris procedit correctorie ad alias leges antiquas num. 503.

Spurij ex damnato coitu matribus non ſuccedunt. n. 504.

Proponitur contraria opinio. num. 505.

Ius ſuccedendi eſt reciprocum de filijs ad parentes. num. 506.

Spurij non ſuccedunt auis paternis. 507.

Spurij non ſuccedunt agnatis. num. 508.

Spurius procedit ex radice infecta. n. 509.

Spurius ex teſtamēto capere poteſt ab auo. num. 510.

Et hæres inſtitui. ibidem.

Incapacitas ſpurijſolū reſtricta eſt ad patrem. n. 511.

Spurius grauatus ab auo vnam tantum quartam habet. n. 512.

Reprobatur opinio Pichardi. n. 513.

Referuntur multi, qui tenent ſpurios cognatis etiam non ſuccedere. 514.

Spurij auis maternis, & cognatis ſuccedunt. n. 515.

Spurij auis maternis ſunt neceſſarij, & e conuerſo.

Reprobatur Ægidius. num. 516.

Spurius tranſuerſalibus maternis ſuccedit, num. 517.

Spurius grauatus ab auo materno duas quartas habet. n. 518.

Argumentum de radice infecta nō procedit in auis maternis. num. 519.

Filij ſpurij illuſtrium, etiam quando matribus non ſuccedunt, tamen ſuccedūt auis, vel è contra. n. 521.

Quid dicendum circa tranſuerſales. ibi. num. 522.

Legitimatus per ſubſequens matrimoniū eſt vere, & proprie legitimus. n. 523.

Legitimati in radice matrimonij ſunt vere legitimi. n. 524.

Legitimatio quæ fit per reſcriptum. numer. 525.

Legitimati vere habent duas quartas. num. 526.

Legitimatus vere per reſcriptum fit per omnia legitimus.

Pater tenetur vere legitimatum inſtituere. num. 527.

Legitimationum noſtri Regni forma. numer. 528.

Legitimati in Regno non deducent duas quartas. num. 529.

Vtrum ne potes duas quartas habeant, pro parte negatiua expenditur, l. Iubemus. nu. 530. *Pars affimatiua.*

Extenditur in pro nepotibus & alijs vlterioribus. n. 531.

Reſpondetur ad l. Iubemus Cod. ad Trebell. num. 532.

Summaria

Substitutiones fieri possunt per contractus. num.533.

Vtrum cap. Raynaldus procedat in grauatis per contractum.num.534.

Pro parte affirmatiua. 535.

Ex donatione causa mortis, vel inter virũ, & vxorẽ deducitur Falcidia.n.536.

Ex substitutionibus per contractus non deducitur Falcidia, vel Trebellianica. num.537.

Expenditur l. Quidam cum filium 46. D.hæredibus instituend. n.538.

Quando ex maioratibus Falcidia deducatur.num.539.

Falcidia, & Trebellianica solum deducitur ex causa testati.num.540.

Non valet argumentum de contractibus ad ultimas voluntates, si datur differẽs ratio.num.541.

Intelligũtur leges, quæ permittunt Falcidiam in donationibus causa mortis. num.542.

Filius grauatus per contractum potest legitimam deducere.n.543.

Quando filius consentiendo sibi præiudicet in legitima.n.544.

Substitutus puppilli grauatus non potest duas quartas percipere. n.545.

Pater potest grauare substitutum pupillarem in legitima ipsius filij.n.546.

Potentius est fideicommissum relictũ auenientibus abintestato, quam à pupillo. num.547.

Filius cui substitutus est datus censetur sibi hæredem dare. n.548.

Filius, & substitutus sustinent onus in legitima intra pupillarem ætatem. numer.549.

Substitutus, si pupillus decedat intra pupillaria non potest deducere legitimam. num.550.

Filius grauari potest in legitima intra pupillaria.n.551.

Amplia etiam si mater sit substituta. num.552.

Per fideicommissum vltra pupillaria filius grauari nequit in legitima.n.553.

Substitutus duobus imparibus nec in pupilli legitima grauari potest.n.554.

Substitutus pupilli grauatus tantũ vnam quartam detrahet.n.555.

Vtrum vxor pauper grauata possit duas quartas deducere.n.556. & n.559.

Coniux pauper habet quartam in bonis coniugis diuitis.n.557.

Quarta Coniugi debetur ob honorem, & reuerentiam bene transacti matrimonij. n.558.

Resoluitur quæstio negatiue. n.559.

DE VNA,

DE VNA, ET ALTERA QVARTA DEDVCENDA, VEL NON, LEGITIMA, FALCIDIA, SEV TREBELLIANICA, NEC NON EARVM IMPVTATIONE?

TRACTATVS PER VTILIS, AC NECESSARIUS, tam pracgmaticis, quam ſpeculatiuis.

Ad Cap. Raynaldus de teſtamentis. Gregor. 9.

RAYNALDUS Peponis filius, hæres ab ipſo inſtitutus hoc modo, vt patruis ſuis hæreditatem reſtitueret, ſi abſque filijs maſculis moreretur: cum eis (mortuo Pepone) ſuper quibuſdam bonis hæreditatis eiuſdem in tres arbitros compromiſit, quorum duo, mortuo reliquo (prout ex forma compromiſsi poterant) procedentes, taliter arbitrati fuerunt, quod neutra pars haberet licentiam transferendi quocunque modo in aliumres prædictas, niſi in eorum filios maſculos ex ipſis legitime deſcendentes: & quod contra hoc fieret, non valeret; Porro dictus R. prolem nō habens condidit teſtamentum, in quo medietatem partis ſuæ de rebus prædictis, quibuſdam avunculis ſuis, aliam verò medietatem, & reliqua bona paterna, vni ex patruis ſuis, & eius filijs legauit, adijciens, vt bona, in quibus ex teſtamento, vel ab inteſtato dicti hæredes R. poſſent ſuccedere, ſi venirent contra legatum dictis avunculis ſuis delitum, ad ipſos pro determinatis portionibus deuenirent. Demum eodem R. natura debitum perſoluente, ac vno ex patruis hæreditatem adeunte prædictam: cum dicti avunculi aduerſus eundem patruum, ac filios eius coram iudice communitatis Urbenatenſis mouerunt quæſtionem, petendo pro rata, quæ ipſos contingit legatum prædictum: & reſtitui eis, ſi contra ipſum illi venirent, quæcunque occaſione eiuſdem teſtamenti R. ad ipſos peruenerant, vel poterāt peruenire, præfatus iudex ab illorum impetitione ſuper

legato ipsos absoluens, ad restitutionem aliorum bonorum, sententialiter condemnauit eosdem: à cuius sententia cum amba partes ad nostram audientiam appellassent, petente vtraque parte dicti iudicis sententiam infirmari, quatenus contra se fuerat promulgata, & quatenus pro se faciebat, executioni mandari. Dilectus frater noster. O. sancti Nicolai in carcere Tullian. diaconus Cardinalis, lite coram se legitime contestata, quoniam idem R. habebat in bonis Peponis quondam patris sui tertiam partem debitam iure naturæ, in qua grauari nequiuit, nec non quartam Trebellianicam, quam quilibet extraneus restitutione grauatus deducere potuisset, propter quod in rebus prædictis auunculis legatis portiones easdem habuit R. præfatus, easque potuit in vltima voluntate legare; & per hoc legatum tenuit, vsque ad tertiam, & quartam præfatas, licet ipsas non expresserit in legando pronunciauit (non obstante præmisso arbitrio, quod ne legatum teneret, non poterat impedire) iudicem ipsum, in eo, quod super hoc dictum patruum in totum absoluit, qui confessus est se pro medietate possidere prædicta, perperam iudicasse: condemnauitque ipsum ad restitutionem medietatis tertiæ, & quartæ partis ipsius legati pro rata, quæ dictos auunculos de ipso contingit, & in residuo præfati iudicis sententiam confirmauit. Caterum in eo, quod idem iudex dictum patruum, & eius filios tot aliter in alijs, quæ in secundo articulo petita fuerant, condemnarat, male ipsum pronuncia sse decreuit, quia filij eius contra voluntatem testatoris non inueniuntur aliquid commisisse, cum nihil de petitis reperti fuerint possidere. Verum in portione, quam patruus habebat in bonis illis ratione quartæ, & tertiæ prædictarum, quas R. habuit in bonis eisdem in quibus eius institutio, & legatio ac adiectio pœnæ tenebat, pro rata eosdem auunculos contingente de prædicto legato, confirmauit sententiam iudicis supradicti: eodem patruo, & eius filys in residuo absolutis, & saluo nihilominus ei ex iure institutionis beneficio legis Falcidiæ, in restitutione præfati legati, si infra tempus legitimum voluntati paruerit testatoris; cum inuentarium fecerit, & contra voluntatem testatoris lex Falcidia inducatur. Nos itaque ipsius Cardinalis sententiam ratam habentes, eam auctoritate Apostolica confirmamus.

EAmosam decretalē aggredimur explicandam secundum Glossam in principio, & multum famosam secundum Lanfrancum, auream, celebremque inter omnes iuris Canonici asseueramus, a Doctoribus tamen hucusq; non satis enucleatam, quam fauente Deo, elaborabimus in sola principali decisione; mittendo multa, quæ passim a Doctoribus ex illa notantur, quorum tractactio alijs locis magis proprijs commodius adaptatur; Inter quæ illibatam relinquimus conditionem, si sine liberis, de qua aliquando, si tempus dederit, ad materiam cap. In præ-

1.

sentia

ſentia de Probationibus dicemus. Quærimus ergo pro inſtituto principali aureæ decretalis noſtræ; Vtrum filius Grauatus à patre totam hæreditatem per fidei comiſſum tertio reſtituere, poſsit duas
2. quartas in ſimul iunctas retinere, legitimam ſcilicet, & Trebellianicam, an vero vnicam tantum? hãc arduam quæſtionem, inſignem cõ trouerſiam, dignam accurata, & diligenti diſputatione dixit *Faquineus Controuerſ. Iuris lib. 5. cap. 2. à princ. quod idem repetit Cald. forens. quæſtionum quæſt. 28. à num. 7. Et Maret ad cap. Ray nunc. ſupra proximo à principio.* Circa quam opuſculum in quatuor diuidimus partes: In prima agemus de qualitate filiorum, quibus competat, vel non, duarum portionum deductio: In ſecunda decaſibus, in quibus Falcidia, vel Trebellianica ceſſat de iure ordinario: In tertia decaſibus, quibus iure extraordinario propter portiones accreſcentes, vel legata condicionalia ceſſare poſsit Falcidia: In quarta denique plenè tractatur de omnibus rebus, quæ in tribus quartis, Falcidia, Trebellianica, & legitima imputantur. Aggrediendo igitur noſtram difficilem, & arduam quæſtionem, pro parte negatiua ſequentia formantur argumenta. Quarta Trebellianica ideo fuit introducta per Senatus Conſultum Pegaſianum, ne
3. hæres grauatus totam hæreditatẽ reſtituere ob nullum, vel minimũ lucrum recuſaret adire, & hoc ad ſimilitudinem legis Falcidiæ, vt conſtat *ex §. Sed quia hæredes inſtit. de Fideicommiſſar. hæreditatibus, vbi Mynſing. notat. num. 15. Pichard. num. 4.* quæ ratio ſolum militat in hærede extraneo, qui non habet aliud commodum, niſi hæreditarium, non autem militat in filio, 4.
qui in omnem euentum habet ſuã legitimam titulo inſtitutionis relinquendam, *iuxta textum celebrem in l. quoniam in prioribus. l. Omnimodo. l. Scimus C. in officioſo teſtamento. l. Maximum vitium Cod. de lib. præter. Authent. vt cum de appellatione cognoſcitur §. aliud quoque capitulum collat. 8. aliàs Nouell. 115. cap. 3. cum multis adductis per Coſtain §. & quid ſi tantum 1. part. num. 5. Pater Mol. de iuſtitia diſput. 177. à principio, Peregrinus de fidei commiſſis, art. 36. à nu. 38. Nouiſsime Marta de Succeſſione legali quæſt. 25. artic. 1.* quod non ſolum de iure Ciuili, ſed de iure Canonico, & noſtro Luſitanico, & etiam de iure Caſtellæ optimè comprobat *Valaſc. de Partitionibus cap. 17. à num. 28. cum duobus ſequentib. Ceualh. Commun. quæſt. 23.* Igitur à ceſſante ratione, dicendum videtur filium grauatum vnicam tantum quartam deducere poſſe.

Secundo facit, quia quemadmodum filijs debetur legitima in 5.
bonis parentum, ita patronis debetur legitima in bonis libertorũ, *probant text. in principio iuncto §. ſed*

noſtra inſtitutionum de ſucceſs. liberorum, & ibi Minſing. num. 7. Pichard. num. 4. in principio de Seruili cognatione, Conan. Cõmentariorum lib. 2. cap. 9. Cuiac. in gloſſula ad dictum principium de ſucceſsione libert. Menoch. conſ. 1149. *n.* 4. Sed conſtat, quod patronus grauatus totã hæreditatem liberti reſtituere, vnicam
6. rãtum quartã poteſt retinere ſibi debitam ex iure patronatus, non autem duas, *probat textus expreſſus inl.* 1. §. *interdum D. ſi cui pluſquam per legem Falcidiam, &c. eleganter Petrus Surdus deciſione Mantuana.* 251. *num.* 4. *Pereg. dict. tract. art.* 3. *num.* 49. Igitur eodemmodo filius grauatus hæreditatem patris reſtituere, vnicam tantum quartam deducere debet.

Tertio expendo textum, *in l.*
7. *Iubemus Cod. ad ſenat. Conſult. Trebellian.* vbi filius rogatus reſtituere paternam hæreditatem ſuperſtiti fratri, vnicam ſolum portionem, ſeu quartam deducere poteſt: ergo falſum aſſerit, qui dixerit filium poſſe duas quartas detrahere.

Quarto adduco iii contrarium *textum, quem Emmanuel à Coſta in cap. Si pater, Gloſſa, abſque, deductione dicit ineuitabilem. num.* 18. *in Authentico de reſtitutione, & ea, quæ parit, in* §. *quam ob rem Collatione.* 4.
8. Vbi Imperator loquitur de filio grauato hæreditatem paternam reſtituere alteri fratri, & tamen ſolam reſeruationem legitimæ determinat, (*ibi primum quidem ſeruet filio legitimam partem,*) Nec memenit de Falcidia, vel Trebellianica, igitur fruſtratoriũ erit dicere duas quartas eſſe deducẽdas.

Quinto expendo *textum in l. filium, quem habentem Cod. Famil. herciſc.* quem in diſſolubilem Doctores appellant, dum inquit filium grauatum à patre ſuam portionẽ hæreditatis ſub conditione reſtituere, teneri in quartam computare fundum à patre donatum, & addit, ſi quid quartæ deſit, poteſt peti à Coheredibus, & ſuperfluum reſtituere compellitur: ergo de primo ad vltimum, videtur reſoluendum filium grauatum ſolam vnicam quartam deducere poſſe, duas autem minimè. 9.

Sexto ponderant Doctores pro hac parte *deciſionem textus in l. Coheredi.* §. *Cum filiæ D. deuulg. & pupill.* Vbi pater filium impuberem grauauit, ſi impubes deceſsiſſet, hæreditatem Titio reſtituere, & nihilominus decidit Papinianus eueniente caſu fideicommiſſi, hæredem filij non poſſe de tota hæreditate aliquid vltra Trebellianicam deducere: ergo hinc conſequitur filium grauatum vnicam tantum quartam poſſe obtinere. 10.

Septimo expendit *Otthomanus illuſtrium quæſt. cap.* 35. *& in diſputatione contra caſit. Raynucius*, ſupra proximum, quod Summus 11.
Pontifex

Pontifex non intendit per decisionem nostri textus euertere dispositiones Iuris Ciuilis, quæ descendunt ex lege duodecim Tabullar. prout habetur in principio *Instit. & in l. 1. D. ad leg. Falcid.* Vbi duo constituuntur, primum, quod hæredi grauato vltra dodrantem, id est nouem vncias hæreditatis, quadrans integer reseruetur: Secundum, quod ex hereditate sic grauata nihil amplius sit de falcandum; si igitur filius grauatus hæreditatem restituere, legitimã, & in super quartam ex Senatus Cons. Pegasiano detrahere posset, iam non remaneret quadrans tantum penes hæredem, nec integer dodrans præstaretur legatarijs, & fideicommissarijs, quod videtur dissonare iuris principijs, ac per consequens filius vnam solã quartam detrahet.

Octauo, expenduntur similia exempla, quæ habentur *in* §. §. *l. Papinianus D. inofficioso testamento*, & primum desumitur ex §. *Quoniam quarta.* Vbi filius, qui quartã
12. ex legatis adeptus est, repellitur à querela in officiosi. Secundum exemplum desumitur, *ex* §. *Unde*
13. *si quis*, vbi filius, qui ex fructibus hæreditatis, quartam Pegasianam est consecutus, remouetur à querela. Tertium exemplum est *in* §.
14. *Si quis impubes*, vbi Nepos ex filia ab Auo arrogatus, & ex hæredatus excluditur á querela, quia quartam habet ex Constitutione Diui Pij. Vltimum expendit *Anton. Faber. de error. Pragmat. decad.* 11. *errore. 7. num.* 1. *ex text. in* §. *meminisse in fine eiusdem l. Papinianus.* 15.
Quibus omnibus fit mentio solũ modo de vna, non de duabus quartis: igitur, &c.

Vltimo argumentantur Doctores *de text. in l. Quoties*, 92. *& in l. Non ut ex pluribus.* 120. *D. de reg. Iuris. l. Omnes.* 16. *l. Ex promissione.* 18. *D. de actionibus, & obligationibus.* §. *Si res aliena Instit. delegatis. l. Si seruus.* 108. §. *si stichum D. delegatis Primò. cum pluribus citatis à Pichardo, in dicto* §. *si res aliena num.* 1. *Cuiac. in recitationibus ad titulum delegat.* 1. *super l. Non quicunque.* 84. Ex quibus iuribus probatur duas causas lucratiuas circa eandem rem concurrere nõ posse; sequitur ergo, quod si filius vnam quartam consequitur iure legitimæ, alteram auferre non poterit ex Trebellianica, alias enim exceptione doli mali repelli potest, *argumento leg.* 1. *D. doli mali exceptione.* 16.

In contrarium tamen stat *Gregorij noni decisio, in nostro cap. Raynaldus de testamentis, cui similis, in cap. Raynucius supra proximo.* Casus nostri textus fuit. R. hæres institutus à patre suo Pepone, grauatus subconditione, si sine liberis, hæreditatem patruis restituere, mortuo patre, R. etiam sine liberis decessit; testamento condito, in quo medietatem 17.

bonorum suorũ quibusdam avunculis suis per institutionem, alteri dimidiam vni ex patruis, & eius filijs legauit, adijciens, quod si dicti patrui venirent cõtra legatum avunculis debitum, illos priuabat hæreditate, quam vlebat deuclui ad avunculos pro portionibus hæreditarijs, cum vnus ex patruis adiret totam hæreditatem, R. conuentus fuit per avunculos, pro legato coram communitate Vibenaten. à qua absoluente patruum, appellatum est ad Gregorium Nonum, qui causam commisit Otoni Cardinali Sancti Nicolai in carcere Tulliano, cuius sentẽtia sic habet. *Quoniam idem R. habebat in bonis, quondam Peponis patris sui tertiam partem debitam de iure naturæ, in quã grauari nequiuit, nec non quartam Trebellianicam, quam quilibet extraneus restitutione grauatus deducere potuisset, propter quod in rebus prædictis avunculis legatis, portiones easdem habuit R. præfatus, easque potuit in vltima voluntate legare, & per hoc legatum tenuit vsque ad tertiam, & quartam præfatus,* & iunctis verbis sequentibus, ibi, *Condemnauitque, ipsum ad restitutionem medietatis tertiæ, & quartæ partis ipsius legati, pro rata, quæ ipsos avunculos de ipso legato contigit, iuncto fine ibi, Nos itaque ipsius Cardinalis sententiam ratam habentes, eam authoritate Apostolica confirmamus,* ex cuius serie manifeste patet, filium grauatum fideicommisso vniuersali posse deducere duas quartas simul, legitimam, & Trebellianicam. Idem colligitur *ex cap. Raynucius §. cum autem iuncto §. in eo vero supra hoc titulo,* dum in versic. C m autem, concedit retentionem legitimæ, & in versic. sequenti, concedit, & Trebellianicam.

Propter hæc duo iura communis Doctorum legistarum classis, *sequendo Glossam verbo, legitimam, in cap. Raynucius, & ibi Abb. num. 25. cui Glossa similis in l. Quanquam C. Ad leg. Falc. Cou. Ruu. in dict. cap. Rainucius §. 11. num. 10. & in nostro cap. Raynaldus, §. 2. num. 7. Crassus Commun. §. Trebellianica, quæst. 4. à principio. Emmanuel à Costa in cap. Si pater Glossa absque deductione, num. 2. & 19. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 2. num. 12. Angelus Matheaceus de via, & ratione iuris lib. 2. cap. 25. Fra ciscus Hottomanus illustriũ quæst. cap. 35. & in disputatione contra cap. Raynuncius; Richard. in §. sed quia hæredes inst. de fideicommiss. hæreditatibus num. 22. Ioannes Petrus Surdus de cis. Mantuana. 251. Cuiac. 8. Obser. cap. 3. Dond. de iure Ciuili, lib. 7. cap. 30. Denique Antonius Fab. de error. Pragmat. decade. 11. errore. 7. Mangilius de imputationibus quæst. 1. num. 16.* In ea sunt sententia, faciendam esse differentiam inter vtrunque ius Canonicum scilicet, & Ciuile, ita vt, attento iure Ciuili, filius grauatus vnicam tantũ quartam deducere possit, & cõtrarium pragmaticorum, ineptiorumque 18.

errorem

errorem appellat *Faber* vbi proximè, *quem errorem secutum fuisse Pontificem, inquit, in nostro textu, idem ex Fulgosio scribit Cuiacius in l. In imponenda, C. Ad leg. Falcid. in fine*, fundatur communis in eo, quia

19. filius, qui ex fideicommisso eligit quartam de iure Naturæ sibi debitam, necessario tenetur, in illã imputare quartam Pegasianam sibi debitam ex fideicommisso, quia omnia, quæ ex bonis paternis ad filium perueniunt, ipse imputat in legitimam *iuxta regulam l. Quoniã Nouella C. inofficioso testamento.* Si verò eligit Trebellianicæ deductionem, necessario in illam tene-

20. tur legitimã imputare. Ratio est, quia omnia illa in Trebellianicam imputanda sunt, quæ à bonis testatoris capiuntur ex testamento, *iuxta textum celebrem in l. In quartã 90. D. ad leg. Falcid. l. Acceptis 92. D. eodem tit. l. deducta 58. §. nummis D. ad Trebellian. Maret. ad cap. Raynũcius. cap. 6. num. 7. & infra in quarta parte late dicemus*; cum ergo attento iure Ciuili semper vna quarta in aliam imputetur, sequi-

21. tur nunquam attento eodem filiũ grauatum posse deducere legitimã in simul, & Trebellianicam, maxime, cum ipsum ius Ciuile vnam tãtum quartam deduci permittat, *iuxta l. Mulier. 22. §. Si hæres D. ad Trebell. l. iubemus Cod. eodem tit. Authentica Res, quæ Cod. communia de legat. cum alijs addo l. liberto 21. §. filium D. de annuis legatis.* At vero attento iure Canonico, inquiunt 22.
seruandam esse decisionem *nostri cap. Raynaldus, & dicti cap. Raynucius*, quorum decisiones fugandas esse de terris principum, & regum sæcularium, tanquam Canonistarum errorem scribit *Angelus Matheaceus dicto loco, Menchaqua de succes. creat. §. 26. num. 34. Laderchus de Immola cons. 26. n. 7. Fab. vbi supra., Marta de successione legali quæst. 25. art. 4. num. 34. ad finem.*

Sed hæc communis sententia legistarum, multis, & grauissimis Doctoribus displicet, cu quibus est magis communis sententia, ex eo, 23.
quia temerariũ est sine lege facere distinctionem inter vtrumque ius, *ex notissima Regula cap. 1. de noui operis nunciat. quam ornat Menoch. de arbitrar lib. 1. quæst. 74. num. 53. Morla in emporeo tit. 1. quæst. 16. nu. 9. Peregrin. cons. 91. Carol. de Grass. de effect. cleric. effectu. 2. num. 223. Barb. l. 1. Cod. prescriptione 30. num. 158.* Maximè, cum vsitatum sit apud Pontifices, cum aliquid contra ius Ciuile statuunt, de illo specificam facere mentionem, prout videre est, in terminis *capitis Filius noster, de testamẽtis, & in cap. cum esses, eodem cap. vltimo de Prescriptionibus, cap. sæpe, de restit spoliatorum, cumulat multa similia Iason in l. filium. nu. 8. C. Famil herciscund.* Nec Ratio illa imputationis hodie potest habere locum respectu legitimæ post 24.
dict. l. Quoniam in prioribus, vt infra dicimus,

De vna, & altera quarta deducenda vel non,

Quare hac prima communi opinione explosa, alia cõmunior grauissimorum interpretum, mediam sectatur viam *secundum Cost. d. Gloss. absque deductione à num.* 3. *vsque ad num.* 19. *Padilha in Auth. Res, quæ. Cod. Communia delegatis, uum.* 33. *Menchaqua d.* §. 26. *num.* 33. *Cald. dict. quæst.* 28. *num.* 10. *Molin. lib.* 1. *de* 1. *gen. cap.* 17. *num.* 4. *Maret. ad cap. Rainucius cap.* 3. *num.* 23. *& sequentibus, Pichard. in dict.* §. *Sed quia hæredes. num.* 21. *Ceualh. Commun. tom.* 1. *quæst.* 74. *n.* 1. *Gail. lib.* 2. *obseruat. cap.* 121. *Molina de iustitia disput.* 187. *num.* 7. *& alij, quos refert, & sequitur Peregrin. de fidiecõmissis art.* 3. *n.* 51. *Gothofr. in notat. ad d. l.* 1. §. *Interdum D. si cui plusquam per legem Falcid. litera O, Ioann. Anton. Mangil d. quæst.* 1. *nu.* 25. *Marta de success. legali quæst.* 25. *artic.* 4. *num.* 33. *vbi num.* 35. *plures decisiones refert, Cæsar ad leg. In quartam, D. ad leg. Falcid. num.* 214. *Moneta de commutatione vltimarum voluntatum. cap.* 9. *num.* 281. *sequentes Glossam, verbo, Falcidiæ, in l. Papinianus* §. *Meminisse in fine D. in officioso testamento, quam ibidem recipiunt Bartol. Bald. Salycet. Paulus, & alij Doctores*, qui omnes fatentur non esse faciendam differentiam inter vtrumque ius, sed potius attento vtroque esse distinguendum inter fideicõmissum pure relictũ, & inter fideicommissum sub conditione, ita vt sit sensus, quod si agamus de fideicõmisso pure relicto, vna tantum quarta deduci possit, iuxta communem glossarum, & Legistarum opinionem, quam de proximo confutauimus, licet á toto mũdo sequutam dicat *Peregrin. d. artic.* 3. *num.* 49. *& ante eum Iason. in d. l. filium. num.* 5. *Pich. vbi supra, num.* 23. nititur hæc sententia in iuribus, & fundamentis, quæ supra pro parte negatiua citauimus. Si verò agimus de fideicõmisso conditionali, tunc locus esse possit deductioni duarum portionum, quo casu intelligunt procedere decisionem nostri *capit. Raynaldus, & cap. Raynucius supra*, ratio vnius, & alterius dicti ea est, quia priori casu, quando scilicet, fideicommissum purum est, duæ apparent rationes, quæ impediunt detractionem duplicis quartæ, prima est, quia concurrentibus vno, & eodem tẽpore legitima, & Trebellianica, altera alteram consúmit, vt probat *l. Papinianus* §. *vnde si quis D. de inofficioso testamento d. l. filium, quem habentem C. fam. herciscundæ cum supra citatis*; Secunda ratio est, quia concursus duarum causarum lucratiua rum incompatibilis est cum iuris regulis *l. Meuius.* §. *duobus D. legatis. Secundo. vbi notat. Cuiac. lib.* 17. *quæstionum Papiniani.* In secundo verò casu fideicommissi conditionalis, nihil inconuenit, quod fiat deductio vtriusque quartæ, ex eo, quia portio legitima debita filijs in bonis parentum, mortuo patre, statim eis defertur, remoto quocunque

25. 26. 27. 28. 29.

cũque grauamine, *celebris est decisio legis quoniam in prioribus C. in officioso testamento, quam excellenter post Suares ibi, ornat Alphanus coll. 422. Peregrin. artic. 36. n. 68. Cald. forens. quæst. 23. nu. 73. Monet a tract atu de cõmutat. vltimarum vol. cap. 9. n. 255. Marta de succes. q. 25. art. 10.* vnde cum a principio tepore mortis patris testatoris pure deferatur, nihil impedit, vt postea adueniente die fideicomissi cõditionalis, alteram quartam Trebellianicam filius deducere possit, tanquam cæteri hæredes extranei, *iuxta senatus Consultum Pegasianũ l. 1. D. ad Trebellian. §. sed quia hæredes inst. de fideicommissarijs hæreditat. Pereg. art. 2. n. 2. & 4.* Deinde in hoc casu cessat concursus duarum causarum lucratiuarũ,
30. quia non concurrunt simul, & eodem tempore, sed potius diuersis, qui concursus à iure approbatur, *vt notat Iason per text. ibi in l. existimo 94. D. de verborum oblig. nu. 4. vbi Zazius n. 16. post Bart in d. §. si duobus n. 2. & 8. quem sequitur Peregrin. d. art. 3. nu. 51. ad fin.* Ex quibus inquiũt supra citati decisionẽ nostri
31. textus non dissonare, sed potius cõsonare regulis iuris Ciuilis, nec mirum videri debet, si magis succurratur filio grauato sub conditione, quàm puræ, ex eo, quia magis grauatus videtur, & hanc considerationem magni faciunt aliqui ex supra citatis, licet absq. bono fundamento, quæ omnia post hæc scripta sigillatim referes, expendit *Marta dict. artic. 4. num. 37. & 38.*

Verum hæc magis communis opinio, licet illi ab omnib⁹ approbatam, tam in iudicijs, quã in scholis, dicat *Iason in Auth. nouissima C. in officioso testamento n. 39. & in d. l. filium, quem habentem n. 5. quem sequitur Corras ibi n. 43. Molind. n. 4. & in toto mundo seruari testetur Pich. d. n. 23.* à nobis venit explodenda, quia eisdem, quibus nititur fundamentis corrumpitur, imprimis no
32. est dabilis congrua ratio differentiæ, cur filius pure grauatus hæreditatem restituere, non possit duas quartas deducere, grauatus autem
§. subconditione illas possit retinere iuxta supra dictam sententiã, quia cum lex deferat legitimam filijs puram, & liberam ab omni grauamine, *iuxta d. l. quoniam in prioribus*, non apparet, cur ex fideicommisso puro, prout ex conditionali Trebellianicam percipere non possit; sequebatur deinde inconueniens,
33. quod filius grauatus per fideicommissum purum, esset deterioris cõditionis, altero quolibet extraneo hærede grauato, quia isse quartam ex Trebelliani authoritate percipere posset. ille vero minime, quod ferendũ non est, & mihi videtur inhumanũ, prout sentiunt Doctores nostræ sententiæ, quã statim enunciabimus, & hanc cogitationem insinuat noster textus in illis verbis *ibi* (*Quoniam idem R. habebat in bonis patris sui tertiam delitam iure naturæ, inqua grauari nequibat, nec non quartam*

quartam Trebellianicam, quam quilibet extraneus deducere poteſt) Nec efficaciam huius ponderationis effugiet, qui ſubter fugiendo dixerit, hæc verba potius pro ſupra dicta communi ſententia, quam pro no
34. ſtra adduci poſſe, ex eo, quia textus noſter non loquitur de fideicommiſſo pure relicto, ſed de fidei commiſſo conditionali, conſtat ex principio text. *ibi, ſi ſine liberis*, quia licèt caſus accidiſſet in fideicommiſſo conditionali, nihilominus Pontifex ſolum attendit ad illud, quod R. in legitima grauari
35. nequit, quæ ratio æqualiter militat in fideicommiſſo puro, ac in conditionali, in vtroque enim verum eſt dicere, filium grauari nō poſſe in legitima, *iuxta d. l. quoniam in prioribus, Pichard. in rubrica de Vulgari num.* 53. *Tertio cum Cuiacio. d. lib.* 8. *Obſeruat. cap.* 3. *Faber dicto errore.* 7. *num.* 7. ſic ratiocinamur, alienum eſt a bono ſenſu, quod Faber ſtultitiam dicit, admittere deductionem duarum quartarum ex fideicommiſſo conditionali, & nō expuro, cum potius contrarium eſſet aſſerendum, ex eo, quia is,
36. qui pure eſt grauatus, nullum aliud commodum ex fideicōmiſſo conſequitur, nec illud ſperare poteſt, quam, deductionem quartæ Trebellianicæ, vt patet ad ſenſum; at vero, qui ſub conditione eſt oneratus, poteſt medio tempore multos fructus percipere, quos filij lu-
37. crantur præcipuos, nec tenentur illos in quartam imputare *iuxta l. Iubemus Cod. ad Trebellian.* Ex quo fundamento, vel nullo caſu, duæ quartæ ſunt deducendæ, vel ſi aliquē admittamus, potius daremus caſum fideicommiſſi puri. Deniq; filius ſub conditione grauatus non deducit legitimam ex hæreditate ante aduentum conditionis fideicommiſſi, ſed potius tunc fiet ſeparatio, quando aduenerit dies fi-
38. deicommiſſi, quia pendente conditione, dominus eſt *l. Generaliter §. ſub conditione D. qui, & à quibus*, igitur falsò præſupponit predicta magis communis, dum ſentit in hoc caſu portiones deduci diuerſis temporibus, cum è contrario ſupposito implemento conditionis, ſemper teneatur, ac ſi pure fuiſſet grauatus reſtituere, quia purificata conditione, diſpoſitio pura cen-
39. ſetur, *l. Potior in fine principij D. qui potiores in pignore habendtur. l. ſi pupillus D. de cond. inſtit. l. vltim. §. 1. D. de vulgari, Pereg. articul.* 49. *num.* 78.

Quare, omiſsis alijs, breuitati properando, vt ad vtiliora accedamus, in diſtincte aſſerimus filium
40. grauatum à patre, ſiue pure, ſiue conditionaliter, de tota hæreditate reſtituenda ſemper, & in omni caſu duas quartas deducere poſſe, legitimam ſcilicet, & Trebellianicam, tam attēto iure Ciuili, quam Canonico; de iure Canonico, fa-
41. tetur communis Legiſtarum, & probatur *ex noſtro text. in ſupra relatis*

latis verbis, ibi, *quoniam R. habebat in bonis patris sui tertiam de iure Naturæ debitam, in qua grauari nequiuit, nec non quartam Trebellianicam, quã quilibet extraneus deducere ppteſt, iuncto cap. Raynucius supra eodem*, in quo similis habetur decisio, quæ iura æqualiter modificãt fideicommissum parum, ac fideicõmissum
42. conditionale. De iure Ciuili, deducitur ex noua decisione *l. Quoniã in prioribus C. in officioso testam.* Vbi de nouo fuit constitutum per Iustinianum, omne grauamen ipso iure reijci a legitima filiorum, quasi ipsa sit quid præcipuum, ita vt iam hodie cesset respectu legitimæ imputatio in quartam Trebellianicam, quia prouenit tanquã priuilegiatã, in qua non habet locum regula *l. in quartam 90. D. ad leg. Falcid.* Deinde comprobatur *ex Authentico de restitutione, & ea, quæ parit Collatione. 4. aliàs Nouella 39. §. quamobrem*, vbi Imperator determinat legitimã filiorum adeo esse immunem à quocunque onere, vt etiam à fideicommisso ante
43. omnia sit deducenda, ex quo textu absq; cauillatione concluditur, legitimam filiorum nunquam venire in restitutionem, nec testator illam minuere, vel onerare potest, nec per legem, vel statutum, vel Principem illam tolli, vel auferri posse, *Post Bart. Alexand. Corn. Dec. Boer, Cassan. & infinitos alios tradit Menchaqua de succes. creat. §. 20. num. 302. Mantica de coniect.* *lib. 11. titul. 22. num. 41. Menoch. cons. 25 num. 91. Molin. lib. 2. cap. 11 num. 20. Mangil. de imputat. quæst. 51. numer. 50. vbi infinitos adducit, Marta de successione legali quæst. 25. artic. 3. num. 5. vsque ad num. 10.* vbi resoluunt, non valere statutum cõtrarium, *addo Fabrum decad. 15. err. 3. Ioseph. l. Cæu auus lib. 1. cap. 9. num. 33. Casiilh. tom. 3. cap. 5. a nu. 30. Fachin. lib. 6. cap. 32.* quicquid alia communis contrarium dicat, de qua per supra citatos. Quo sic præhabito, consequenter deducendum est, filium attento iure Ciuili, debere post legitimam quarta Trebellianicam ex remanente hæreditatis obtinere, quod sic ostenditur, quia omnis hæres grauatus fidcicõ
44. misso vniuersali, quartam Trebellianicam deducere potest, sed filiũ supponimus hæredem grauatum, igitur quartam Trebellianicã ipse detrahet, vera legitimã, quia hæc remanet semper filio præcipua, tãquam quid a lege proueniens, non autem ab homine *iuxta dict. l. quoniam, d. § quamobrem, tradit Andreas Gail. lib. 2. obseruatione 119. nu. 3. Surdus cons. 344. num. 17. Parladorius differ. 3. num. 6.* Maior est certa *ex §, sed quia hæredes Inst. de fideicommiss. hæreditatibus sunt. 10. §. nihil autem interest eodem tit.* Minor per se constat, consequentia est necessaria; deinde expendo in simili *textum in l. vnica §. igitur C. de rei uxoriæ actione*, vbi si maritus, qui est de- 45.
bitor dotis mulieris decedat, ipsa hærede

hærede instituta, grauata tamen legatis vltra dodrantē, potest vxor imprimis separare debitum suum ex causa dotis, postea ex cæteris legatis Falcidiam percipere; poterit ergo filius a patre grauatus legitimam, quæ semper debet tanquam præcipua ei obuenire, prius deducere, & insuper ex fideicommisso quartam lucrari. Tertio confirmo ex textu optimo in simili *in l. Pater filiam. 14. D. ad leg. Falcidiam*, vbi testator filiam dotauerat in vita, & postea in testamento hæredē instituit, grauando illam, vt hæreditatem fratri cohæredi restitueret, compensando dotem cum Falcidia, & respondit Papinianus lib. 9. responsorum, filiam vltra dotē, integram Falcidiam percepturam, quia dos consideratur, tanquā quid separatum ab hæreditate patris: cum ergo legitima filij ipso iure ei libera ab omni onere tribuenda sit, nihil impedit, vt in simul Trebellianicam deducat. Quarto suffragatur ratio expressa à I. C. *in leg. tutorem. 22. D. de his, quibus, vt indignis* (*ibi discreta sunt enim iura, quanuis plura in eandem personā deuenerint*) ex qua colligunt Doctores, quod quando plura iura in vnam personam concurrunt; talis persona fungitur vice duarum personarum, constat *ex §. si tutor inst. de inofficioso testamento*, vbi tutor nomine pupilli vnam personam tutoris repræsentat, & nomine proprio alteram filij, accedit, *text. in cap. à collatione de Appellatio. lib. 6.* vbi Episcopus sustinet vices Canonici & Episcopi, considerat in nostra quæstione *Caldas d. quæst. 28. nu. 7.* Vnde cum possit eademmet persona diuersis respectibus diuersas representare. *l. si Consul. D. de adoptionibus, Rebuf. in concordant. titul. de Collatione. §. si quis vero, Pinel. l. 1. de bonis Maternis part. 3. num. 73. insignis preceptor Brito. quæst. 1. num. 10. in suo cons. pro Duce de Pastrana. Reynozo obseruat. 54. nu. 5. & sequentibus, Sanchez de Matrimonio lib. 8. de dispensationibus disput. 3. num. 6. ante finem*, vbi cōsiderat Christum Dominum in sacra passione sustinuisse vices duarum personarum satisfacientis, & satisfacti, igitur poterit similiter filius vtranque quartam detrahere, quia legitimā semper retenturus erat, vt filius, quartam vero Trebellianicam, vt hæres fideicommisso grauatus, quam quilibet extraneus deducere potest, vt textus noster expendit, *hanc opinionem scripsit Accursius sibi contrarius in l. Quoties 67. D. ad leg. Falcid. Ioan de Immol. in l. Cohæredi §. cum filiæ D. de vulgari. numer. 5. Bologin. Crottus, & alij, quos refert Crassus commun. §. Trebellianica q. 4. num. 1. Pollit. in l. filium, quem habentem C. fam. hercis. nu. 17. Corras. ibidem. num. 39. In hāc partem inclinat Gom. l. 3. num. 84. & post illum Maretus visus post hæc scripta in hac quæstione super cap. Raynutius cap. 3. numer. 9. & sequentibus, & in rigore*

46.

47.

49.

verissimam

verissimam dicit Cald. d. quæst. 28. nu. 15. vbi ait cæteras esse figmenta somniantium, quanuis à mag's cõmuni in consulendo admoneat nõ esse recedẽdum, accerrime pro illa pugnat *Andreas Fachin. controuers. lib. 5. cap. 2.* quibus ducibus nos illã amplecti non recusamus, & hanc opinionem in vtroq; foro, tam Ciuili, quã Canonico seruandam esse sentit *Reinos. observat. 27. n. 18. addo insignem Barbos. in Manuscriptis ad l. In fideicommissariam nu. 18. D. ad Trebellianũ*, licet magis descendere ex nostro textu, quam ex legibus Ciuilibus affirmet *Ioan. Anton. Mangil. nouissime in suo tractatu de imputationibus quæst. 1. num. 16.* qui post hæc scripta visus est.

Qua opinione veris'ma retenta, nõ vigent difficultates supra factæ, quia ordine proposito dissoluentur; ad primam enim fatemur Maiorem, Quartam scilicet Trebellianicã fuisse introductam, ne hæres ob nullum, vel minimũ lucrum recusaret adire hæreditatẽ, *dict. §. sed quia hæredes cum similibus*, negamus tamẽ minorem, dum ait hanc rationem non militare in filio, qui habet suam legitimam, adhuc enim, cum veriori sententia, quam sequimur, contendimus, filium vltra legitimam, etiã quartã Trebellianicã, tanquam quẽlibet extraneum percepturum de fideicommisso, in terminis decisionis nostri textus iunctis rationibus supra tactis, & doctoribus citatis, præcipue ex eo, q'lia legit'ma obuenit filijs præcipua tãquam debitum à lege taxatum, liberũ ab omni onere, & restitutione, vt late vltra supra citatos comp obat *Campanil. in diuers. iur. rubr. 8. cap. 5. n. 10. Ideoq; sola Trebellianica dicitur lucrum.*

Ad secundam obiectionẽ, quæ intendebat æqui'parationem legitimæ debitæ patrono, legitimæ debitæ filio, facile respondebimus, si negemus æquiparationem inter vnam, & alteram *ex doctrina Glossæ in l. si quis legatum §. si patronus D. ad leg. Corn. de fals. Costa in cap. si pater Glos. priuare non possit n.* 17. legitima nanq; patroni, ab ipso iure Ciuili trahit originẽ, clare deducitur *ex principio, & ex §. sed nostra Inst. de succes. libertorum. l. 1. l. 3. §. totius. D. eodem tit. de bonis libert. l. 2. D. de suis, & legitimis hæredibus, Franciscus Cõnan. Comment. lib. 2. cap. 9. à principio, Minsinger, & Pichard. in d. princip. vterq; n. 1. vbi etiam notat Cuiac.* ita vt antiquo illo tempore legũ duodecim tabularum, patrono prætenito à liberto, nullo esset succursum remedio; at vero legitima filiorum, non de iure Ciuili, sed de iure Naturali gentiũ debetur ipsis, sunt iura clara *arg. Ius naturale, dict. 1. §. Ius naturale Inst. de iure natur. gent. & Ciuili, l. Cum ratio D. de bonis damnatorũ, textus noster, ibi Iure naturæ debitam, cap. si pater hoc iur. lib. 6. vbi Costa, dict. Gloss. priuare non possit, num. 17. & n. 42. Ceualb. communium contr. comm. lib. 1. quæst. 112. optime*

Gilbertus Costanus selectarum quæst. cap. 15. & post hæc scripta tradidit Maret. ad cap. Rainucius cap. 3. nu. 15. Castilho lib. 3. cap. 5. à numer. 33. Marta de successione legali, quæst. 25. artic. 5. à num. 5. vbi late. Ioseph. ad l. Cum auus de cond lib. 1. cap. 9. num. 4. & num. 6. & nu. 29. Pascalius de patr. potest 2. parte cap. 4. à princip. Deinde patronus si præteratur, nõ consequitur per bonorum possessionẽ nisi suam tertiam, nec euertit testamentum liberti circa reliquas duas partes, *vt bene probatur ex dicto §. sed nostra, de succes. libertorum, in versiculo, sin autem.* filius vero per bonorum possessionem, vel querelam in officiosi, totum testamentum patris corrumpit, vt videre est *ex titulis D. & C. in officioso testamento, & per titulos D. & C. de bonorum poss. contra tabulas, notat bene Mynsing. in d. §. sed nostra num. 6. Antonius Fab. de error. pragmatic. decade 27. errore 2. num. 2. & segq.* Vltetius, patronus quocunq modo, vel titulo habeat suã tertiam, nullatenus queri potest contra testamentum liberti, *l. 3. §. si debita D. de bonis libertorũ*, at vero filius præcise debet habere legitimã titulo honorabili institutionis, *texs. in Authentica vt cũ de appellatione cognoscitur §. aliud quoq, capitulum Collat. 8. Costa cap. si pater, Glossa instituat. num. 18. Pereg. de fideicommissis articul. 36. num. 53. Crassus §. legitima quæst. 33. Cald. ad §. sed hæc inst. de inoffic. num. 48. Mangil. de imputat. quæst. 12. nu. 2.*

Barbos. l. si cum dotem §. si pater n. 11. D. soluto Matrim. ex quibus manifeste apparent multiplices differentiæ inter vnam, & alteram portionem, seu legitimam, quæ sufficere videntur, ad negandam instãtiam de vna ad aliam, prout fecit *Paquineus d. cap. 2. ad medium*, sicq; respõ- 57.
det ad textum fortissimum contra nostram sententiam, *in l. 1. §. interdum D. si cui plus quam per legem Falcidiam, &c.* dũ loquitur de patrono grauato fideicommisso vniuersali, solumq illi legitimæ deductionẽ permittit, maxime, cum tã huius legitimæ, quam Falcidiæ detractio à iure Ciuili proueniat, quod in hoc casu disposuit, vt vna, & non duæ deducerentur, vnde non fit bona instantia de hac, ad legitimam filiorum, quæ prouenit à iure naturæ, & nihil impedit, vt simul concurrat cũ detractione Trebellianicæ, quæ prouenit a iure Ciuili, quã 58.
solutionem in terminis præstitit, *quidam ex antiquis præceptoribus, cum Fabiano in Auth. nouissima C. in offic. testamento. n. 248. licet Costa in c. si pater, Gloss. absq deductione, refutare intendat, vt apud illum videri potest n.* 17. Ego autem his solutionibus nõ acquiescens aliquando cogitaui in hac materia deductionis duarum quartarum, tentari posse distinctionem, inter ius antiquũ Digestorũ, & ius nouũ Codicis, & Authenticorũ; de quo *in dil. quoniã in prioribus & d. §. quamobrem*, ita vt mihi videretur dicẽdũ, attento 59.
iure antiquo

Iuris consultorum, & Vlpiani *in leg.* 1. §. *interdum D. si cui plusquam per legem Falcidiam, &c.* vnam tantum quartam dedusi posse, eo nanque tempore, quodcunque grauamen in legitima filiorum, & patroni scriptum sustinebatur, etiam imputationis vnius quartæ in aliam, vt videtur colligi ex mente dictorum iurium, & clarius *ex l. Papinianus* §. *Meminisse D. in officioso testament. vbi Bart. receptus nu.* 60 *4. & Doctores postea communiter ad legem quoniam in prioribus, vbi Suares in principio, Gomsom. 1. cap. 12. num. 24. Menchaq. success. creat. §. 10. num. 172. per textum in l. si pater. 12. l. filius 25. C. in officioso testam. Caldas in d. quæst. 28. num. 14. optime Costa dicta Glossa absque deductione nu. 16. Spino de testam. Gloss. 16. n. 31.* quam meam cogitationem postea legi scriptam, *apud insignem Barbos. in Manuscriptis ad §. Cum filia l. Coheredi D. de vulgari, & notæ apud Cald. in §. sed hæc institutionum de inofficioso num. 61. legi etiam in Cuiacio in §. quoniam autem quarta d.l. Papinianus coluna 1. ante finem, Fabro de error pragmaticorum decade. 11, error. 7. à principio, & nu. 13. & 14.* quo etiam tempore attento procedit §. *vnde si quis dict. l. Papinianus.* At vero attento nouiori iure, cum legitima filiorũ semper illæsa seruetur *iuxta d. §. quamobrem, Authenticam hoc amplius C. de fideicommissis,* & maxime priuilegiata reperiatur per *d.l. quoniam in prioribus. d.l. In-*

hemus C. ad. Trebellian. non potest procedere *dictum* §. *interdum*; quo 61.
sic pe. pẽso, parum, aut nihil vrget a gumẽtum ex illo deductum, vel denique tentari potest, quod il e textus, dũ loquitur de l gitima patroni, adhuc hodie practicabitur, si casus accidat, ex eo, quia *d.l. quo-* 62.
niam in prioribus nullum priuilegiũ concessit legitimę patroni, & i. eo adhuc hodie tenebitur compensare Falcidiam cum legitima, nec arguat aliquis *de lege. Cum patronus de legatis 2.* vbi non sustinetur g auamen in legitima patroni, quia satisfit dicendo, ibi reprobari g auamen, per quod diminuatur legitima patroni, non autem grauamen imputationis vnius quartæ in aliã, quo casu integra ei præstatur, præsentit, licet non ita explicet hanc nostram explicationem *Faquin d. lib. 5. cap. 2. in responsione ad tertium argumentum*, quod iam antea fecerat, *Peregrin, licet diuersam sequatur viam dicto articul. 3. num. 51. expresse Faber d. errore 7. num. 3.* Denique non me latet, quod scribit *Caldas dicto §. sed hæc num. 62. quod textus* 63
in d. §. interdum, non negandetractionem Falcidiæ, quia debet intelligi, quoad computationem; de qua ibi, nõ solum haberi rationem Falcidiæ, sed etiam alterius legis, quasi textus ille dicat, ibidem non legis Falcidiæ dispositionem solũ attendi, sed etiam alterius, quæ legitimam tribuat, sicq patronum etiã posse duas quartas deducere;

quemadmodum filius illas deduceit, in terminis noſtræ deciſionis, quod ipſe inquit, probari, *per l. ex aſſe. 52. ff. ad leg. Falcid.* ſed abſit talis interpretatio, quia nec verba *dicti* §. *interdum* illā patiuntur, nec in *dict. leg. ex aſſe*; habet aliquod fundamentum, itaque ſuperiori explicationi ſemper adhærendum cenſeo.

Ad tertiam difficultatem *de l. iubemus C. ad Trebellian.* reſpondemus facillime; textum non agere principaliter de detractione duarū quartarum, vel vnius, ſed de longe diuerſa quæſtione, ſcilicet, an filius grauatus totam hæreditatem reſtituere ſuperſtiti fratri, omnibus modis deducat quartam Trebellianicam, ex rebus ipſis hæreditarijs, abſque imputatione fructuum, in quo continet priuilegium, vt infra latius in quarta parte dicemus, quæ deciſio intelligi poteſt, vt quarta detineatur per modum ibi declaratum, ſeruatis ſeruandis, deductaque prius portione legitima, iure naturæ debita, quem intellectum præſtitit *Alexander in l. quod de bonis, §. quod auus. D. ad legem Falcidiam, quem ſequuntur Ripa in l. in fideicommiſſariam numer. 30. D. ad Trebell. & omnino neceſſarium dixit Claudius in l. Mulier §. cum proponeretur ad finem D. ad Trebellianum,* ſed quia contra hunc intellectum, qui placuit præceptoribus *ad cap. Rainucius* ſupra proximum, inuehitur *Coſta d. Gloſſa, abque deductione,* 64. *num. 13. cuius mentem ſequitur, licet non referat Caldas d. quæſt. 28. nu. 9.* Non immemor Scripturæ, quam antea fecerat ad *dictum* §. *ſed hæc num. 61.* quo ſcripſerat *dict. l. Iubemus* ideo de vna tantum quarta loqui, quia condita fuit à Zenone Imperatore, qui multos annos floruit ante Iuſtinianum, qui poſtea promulgauit conſtitutionem dictæ *l. quoniam in prioribus, quod idem ratificauit in dict. quæſt. 28. num. 14. præſentit Coſta ſupra num. 16. Fachin. dict. cap. 2. verſicul. ad quintum*, quæ ſi bene inſpiciantur, coincidunt cum diſtinctione noſtra, quam proximè attullimus pro reſponſione *dicti* §. *Interdum*, dicimus que eſſe genuinum ſenſum *d. l. Iubemus*, hunc, non autem illum. 65.

Deueniendo ad quartum argumentum *de textu in Authentico de reſtitutione, & ea, quæ parit* §. *quam ob rem.* vbi Imperator grauauit filium ſuperſtiti reſtituere hæreditatem, & tamen textus ſolummodo ait legitimam ſaluam manere, nec vllam mentionem facit de quarta Trebellianica, quem textum licet carere ſolutione affirmet *Coſta in d. cap. ſi pater gloſſ. abque deductione. num. 18.* nos tamen aliter dicendū putamus, omiſſa nanque reſponſione, quam præſtat *Fabianus in d. Authentica nouiſſima num. 148.* dicimus, quod tantum abeſt illam textum contra nos pugnare, vt potius ſit ſolidum fundamentum noſtræ ſententiæ, dum nanque Imperator 66.

perator ait legitimam esse priuilegiatam, ne veniat in restitutionē; bene consequitur filium grauatum hæreditatem restituere, salua legitima suam quartam retenturum, alias enim maximum daretur inconueniens, quod deterioris conditionis esset filius, quam extraneus in Trebellianica non deducenda, quod a prudentibus Iure peritis ferendum non est, vt insinuat *Faquineus d. cap. 2. colun. 3. in princip.* o.

Ad quintam oppositionem desumptam *ex textu difficillimo in leg. filium, quem habentem Cod. Familiæ herciscundæ*, quem licet Doctores dicant ineuitabilem, vt *per Iason. ibi*
67. *num. 6.* nos tamen illum euitare conabimur, & expendendo literā ipsius, quæ doctoribus est horribilis, *vt per Bald. ibi in principio, Maret. d. cap. 7. à nu. 22. si ex varijs lectu-*
5. *ris placeat dicere cum recentioribus, nempe Alciato 6. Parad. cap. 5. Faquin. controuers. lib. 6. cap. 70. Gothofred. ibi litera l. Fab. 6. de conject. cap. 5. Cuiac. in l. qui non milibat D. de hæredibus instit.* filium imputare in suam quartam seu portionem partem hæreditariam, quam extundo præhabito percepit, pro portione hæreditaria, & in super compensare, quod cohæredes ei solu erunt vice mutua, quasi in satisfactionē quartæ sibi debitæ, inter minis. *l. acceptis. 93. l. In ratione 30. §. etiā tam & si versic. tamen D. ad leg. Falcid.* quæ computatio fieri debet per ad iudicationem in infielo familiæ herciscundæ, & denique deducere potest ex hæreditate, si quid de sit ad complementū quartæ restituendo reliquum, nec est hic quærenda ratio, quare prælegatum imputatur, de hac enim quæstione infra in 4. parte latissime disseritur, qui textus, licet de sola vna quarta loquatur, scilicet Falcidia, inde non potest summi argumentum, ad negandam legitimam, quæ semper præcipua est, & cum hac aduertentia solummodo, secure transeunt præceptores ad *cap. Raynucius supra proximum*, sed quia textus, & ipsius decisio antiquior est, quam decisio *dictæ l. quoniam in prioribus, & d. §. quam ob rem*, vt patet ex inscriptione ipsius, nam illius autores fuere Diocletianus, & Maximinianus, qui floruere teste *Baronio Genebr. & alijs anno ab aduentu Christi 286, Iustinian° vero anno 527.* merito, meo iudicio, ei accommodanda est distinctio a nobis supra prælita, quæ resecat omnem dubitationem in hac materia, & in puncto iuris verissimam hāc solutionem fatetur. *Cald. d. quæst. 28. num. 15. ita vt d. l. filium quem habentem* procedat secundum tempora antiquiora, quibus ignotus erat legitimæ fauor, ne in restitutionem veniret, secundum quem hodie non attenderetur illius dispositio, si qua erat de vna tantum quarta detrahenda.

Ad l. Cohæredi §. Cum filio, quam

De vna, & altera quarta deducenda vel non,

Doctores sectæ contrariæ in contrarium adducebant, in versiculo, quod si hæredem, *D. deuulgari, ibi salua Falcidia, id est Trebellianica prout Glossa ibi optime explicat*, quasi
68. vna tantum ibi quarta desumatur, non autem duæ, prout contendimus, respondent præceptores fidei commissum, de quo *ind. versiculo quod si hæredem*, fuisse fideicommissum pupillare, quod pater pro filio impubere facere potest in terminis *l. si Titio 95. D. de leg. 1.* & ideo nihil mirum, si legitimam non detrahat, quia pater per tale fideicõmissum, potuit filium grauare in legitima, *iuxta iura vulgata in materia l. 2. in princip. D. de vulg. l. Lucius. 45. D. eodem tit. de Vulgari §. igitur inst. eodem cap. si pater hoc tit. lib. 6. & vtrobiq; doctores, maxime Costa in cap. si pater, Glossa, habens à num. 1. Hotomanus enuntiat. 1. Pichard. num. 1. ind. §. igitur.* Sed prædictus intelli-
69. gendi modus confunditur ex eo, quia si fideicommissum fuisset pupillare, non solum bona patris, sed etiam propria filij ipsius, si illa haberet, in illo comprehenderentur, quia hæreditas ipsius filij censetur relicta per eundem in filium in fideicommisso, *d. §. igitur, optime explicat Costa in cap. si pater, in Glossa verbo, debitæ num. 15. Peregrin. de fideicommissis artic. 34. n. 63.* quod ille textus negat, neque *in d. versic. quod si hæredem*, dicendum est fideicommissum fuisse pupillare, quia in eo versiculo, legitimus hæres impuberis filij nullo modo grauatur pupillariter, quia sola bona patris cõtinentur in fideicommisso, patet ex textu *ibi* (*hæredem filij, salua Falcidia cogendum esse patris hæreditatẽ, &c.*) iunctis verbis sequentibus *ibi*, (*Nec fideicommisso propriæ facultates filij tenebũtur*) vbi clare supponitur solam patris hæreditatem venire in restitutionem; deinde conuincitur *ex versiculo, Nec aliud eiusdem* §. vbi Iureconsultus nõ ponit vim in hypothesi illius textus, quod ætas sit pupillaris, vel vltra decimũ quartum annum, insinuãdo idem esse in vtroque casu respondendũ, nec in alĩ quo eorum facultates pupilli continentur, vt ex ipsomet textu patet, maxime, quia secundũ
70. *Menoch. lib. 4. de præsumptionibus præsumpt. 18. num. 7. cum Sforcia, quẽ refert etiam Peregrinus dict. artic. 34. num. 63.* Substitutio de qua *in dicto versiculo quod si hæredem*, fuit substitutio compendiosa, & fideicommissaria secundum *Cuiacium lib. 6. Responsorum Papiniani super dicto §. cum filio* (quicquid ingenio suo excogitet *Costa dictæ Glossa, debitæ à n. 16. & sequentibus*) quæ fuit facta secundum predictos obliquè, & sic non potest trahi ad directam pupillarẽ, quia repugnat verbum restituat, de quo in textu, vel secundũ *Peregrinum*, quia repugnant verba testamenti, in quo testator filium grauauit suam hæreditatem restituere, quod directæ pupillari repugnat, per quam ipsi pupillo, nõ

patri

patri succeditur *l. sed etsi plures §. filio D. de vulgari*, & ideo bona filij non comprehenduntur in fideicõmisso, inter quæ necessario dicendum est substitutum inuenire legitimã filij; quæ non potest recenseri inter bona paterna, & postea ex remanente hæreditate, salua Falcidia, hæredem filij cogendum patris bona restituere; vel si adhuc vrgeas, ex textu non constare hanc deductionem fuisse factam, tunc
71. puto dicendum textum istum de plano procedere, dum solum meminit de Falcidia, atento tempore antiquo, ante decisionem *d. l. quoniã in prioribus, & d. §. quam ob rem*, quã responsionem didici *ex Costa Gloss. absque deductione, num.* 16. *ad finem, & ex scholijs Manuscriptis insignis Barbosæ ad illum textum, quem postea secutus est Caldas in §. sed hæc instit. de inofficioso testamento nu.* 61. hodie verò, post nouas illas constitutiones resoluendum est, semper esse locum deductioni duarum portionum, in terminis nostræ decisionis.

Non obstat septimo ponderatio Impij Franciſci Hottomani dum considerabat Pontificẽ nolle euertere facultatem testandi à iu-
72. re Ciuili confirmatam, vel in aliquo regulas ipsius offendere, quia, vt respondet *Faquineus d. lib.* 5. *c.* 2. legitima non venit in restitutionẽ, secundum ipsum ius Ciuile; deinde ex reliqua hæreditate solus quadrans retinetur, quam retentionẽ ipsum ius Ciuile introduxit *dicto §. sed quia hæredes instit. de fideicommissarijs hæreditatibus cum similibus*, ideoque per decisionem nostri *capitis Raynaldus* in nihilo offenduntur regulæ iuris Cęsarei, quinimo, cum ipsis identificatur, licet clarius insinuet duarum portionum deductionem.

Octauo non obstãt exẽpla desumpta *ex dicta l. Papinianus* 8. *D. de inofficioso testam. in §. §. supra citat.* quibus maxime nitebantur contrariæ opinionis auctores, ad conuincendum attento iure Ciuili vnius solummodo quartæ fieri deductionem; Nam textus *in d. §. quoniam autem quarta* non loquitur de grauato fideicommisso vniuersali;
73. sed tantum agit de modo remouendi querelam ilius tituli, & in his terminis inquit, sufficere quartam, quæ tempore Digestorum assignata erat filijs pro legitima, iuxta illum textum, imo tempore illo quocunque modo, seu titulo filius quartam consequebatur, à querela excludebatur, quod postea alteratum fuit per Imperatorem Iustinianum in *Authentica, vt cum de Appellatione cognoscitur §. aliud quoq; capitulũ collat.* 8, prout bene explicat de more, *Duaren' ad titulũ de inofficioso testam. cap.* 27. *verſic. sexta, Spino in speculo, de testamentis, Gloss.* 20. *nu.* 83. *Costa in cap. si pater Gloss. instituit. num.* 21. & 22. *Cuiacius in solemnibus recitationibus super dicto §. quoniam, Cald in commentarijs ad §.*

fin. inſtit. de inofficioſo teſtamento in principio, Faber in rationali ſuper illo textu: vnde cum in eo textu agatur ſolum detrahēda legitima, vnica tātum quarta contentus eſt. *Ad §. vnde ſi quis eius dem legis Papinianus,* quem ſecundo loco expendimus, facile reſponderi poteſt, ſi placeret dicere, in eo textu non negari filiū
74. poſſe duas quartas deducere, cum ibi ſolummodo agatur de computandis fructibus in Falcidia, ſed quia vſque adhuc oſtendimus, tēpore illius textus ſolum vnicam detrahi portionem, melius, & facilius ſatisfit, cum noſtra diſtinctione ſupra ſæpius repetita, inter leges antiquiores Digeſtorum, & leges nouas Iuſtiniani, ita vt *d. §. vnde ſi quis* procedat ſecundum ſuum tempus antiquum, quo attento, omnes Doctores fatentur vnam tantum quartam deduci, prout late inſiſtit ibi *Cuiacius, & Fab. dict. decade.* 11. *errore* 7. obſeruandum tamen eſt attento illo tempore
75. iure conſultorum, fructus per filium grauatum medio tempore ex iudicio defuncti perceptos, in Falcidiam imputari, ſecundum deciſionem *d. §. vnde ſi quis*, quod poſtea in filijs primi gradus emendatum eſt, per Imperatorem Zenonem, *in l. Iubemus C. Ad Trebellianum*, de qua infra latius agemus in 4. parte, aduertendo *cum Cuiacio in d. §. vnde ſi quis* textum illum hodie nō practicari in filijs primi gra
76. dus, per *d. l. Iubemus*, procedere tamen in nepotibus, & alijs liberis vlterioribus, in quibus ceſſat emēdatio de nouo inducta *d. l. iubemus vt in dict.* 4. *parte* late ſcribimus. Ad tertium *de §. ſi quis impubes eiuſdem l. Papinianus*, facillime poſſumus reſpondere, ſi aduertamus, de illo textu, & ipſius terminis non poſſe fieri illationem contra noſtram reſolutionem, ex eo, quia impubes, de quo ibi, non proponitur grauatus totam hæreditatem reſtituere, ſed ſolum reſpondet Vlpianus caſui propoſito, ſcilicet impuberem arrogatū, ſi habeat quartam titulo inſtitutionis à Diuo Pio arrogatis præfinitam *in l. ſi arrogator. D. de adoptionib.* non poſſe intentare de rigore querelam inofficioſi, licet ſit de illis perſonis, quibus querela competit, ratio deciſionis eſt, quia habet portionem ſibi debitam in bonis arrogatoris, quæ eſt ſufficiens ad excludendam querelam, quæ eſt remedium ſubſidiarium, quod tunc ſolum competit, quando nullum aliud datur, prout demonſtrat Imperator *in l. Maximum vitium C. de lib. præteritis, ſentit Cald. ad Rubricam inſt. de inofficioſo teſtam. num. 36. Duaren. in tit. de inofficioſo cap. 2. quidquid in uoluat Fab. d. errore. 7. num.* 14. qui tandem concludit, ideo in eo textu non dari querelam habenti quartam ex Cō ſtitutione Diui Pij, quia arrogatus illam compēſat cū legitima, prout dixit *Bart. in leg. ſi arrogator. D. de adoptionibus nu.* 25. *ſequitur Padilha*

77.

78.

in Au-

in Authentica Res, quæ C. communia delegatis num. 38. quod magis constabit, si dicas textum clare supponere neminem posse duas obtinere legitimas, alteram ex capite arrogati; alteram nomine proprio, vt
79. textus insinuat, ibi *aut non admittendum, &c.* ex quo colligitur arrogatum, cui quarta relinquitur, non posse querelare, & si querelet, & non obtinuerit, pro vt est de iure, neque ideo amittet quartam Antoninianam secundum *Cuiacium, & Gothofred. ibi*; Vnde consequitur nō dari hoc in textu terminos nostræ quæstionis. *Ad §. Meminisse in fine, quem Fab. supra citato loco expendit.* Respondeo secundum celebrem distinctionem supra a nobis positam, inter ius antiquum Digestorum, & ius nouum *C. d. l. quoniã in prioribus, & dicto §. quam obrem*, ita vt *d. §. Meminisse in fine* procedat secundum tempus antiquum
80. Digestorum, quo attento legitima in Falcidia computabatur, & ideo solum meminit de Falcidia, non autem de legitima, & est demente *Cuiacy, & Gothofredi ibi.* Nec contrariatur nostræ decisioni, quæ secundum nouiora iura Iustiniani procedit, prout in simili diximus supra ad plura iura.

Tandem non obstabunt iura omnia supra citata; dum probant duas causas lucratiuas circa eandē rem concurrere non posse, quia respondemus hanc regulam procede-
81. re, si vtraque causa lucratiua versetur circa eandem rem & ex eadem origine nascatur, quod in terminis nostræ quæstionis non datur, quia licet fateamur, tam legitimā, quā Trebellianicam esse causas lucratiuas, nihilominus originem ducūt ex diuersis respectibus, quia legitima deducitur iure filij *legat. ibi cum ratio naturalis velut quædam lex tacita D. portionibus, quæ filijs damn. relinqu.* Trebellianica accipitur iure hæredis instituti, & grauati, *textus noster, ibi, quam quilibet extraneus deducere potest*, & tunc fatentur Doctores non esse inconueniens, vt vtraque causa concurrat, vt iam supra tetigimus, *cum Bart. in d. l. Meuius §. si duobus ff. legat.* 2. quam responsionem præstitit *Faquineus d. lib. 5. cap.* 2. in responsione ad sextū argumentum, *Hottomani Peregr. d. artic.* 3. *num.* 51. *Pichard. in §. si res aliena instit. delegat. num.* 15. & vtraque portio sit ab altera diuersa, & diuerso iure accipiatur legitima naturali, Trebellianica Ciuili, vt proxime considerauimus, colligitur etiam hæc responsio clarissime extrāditis *per Cuiacium ad Saluium Iulianum lib.* 33. *Digestorum super lege non quocunque* 82. *D. leg.* 1. *à principio.*

Ex quibus sic ad longum discussis, resultat veritas nostræ sñ ma- 82.
riuę sententiæ, posse scilicet filium grauatum de tota paterna hæreditate restituenda, duas quartas deducere, legitimam simul, & Trebellianicam, quod ostendimus procedere

cedere nos solum attento iure Canonico, sed etiam attento rigore Iuris Ciuilis, contra communem Legistarum sententiam, & hoc æqualiter procedere in fideicommisso conditionali, ac in fideicommisso puro, contra aliam Magis communem glossarum, & scribentium, de qua per *Pereg. Faquin. Fabr. Caldas, & alios supra citatis locis.*

Omnibus supra resolutis, im-
83. mediate subsequitur examinare, Vtrum illa opinio affirmatiua, de duabus quartis deducendis legitima, & Trebellianica, æqualiter sit defendenda, in Falcidia; & legi-
84. ma, duplex enim in iure legitur quarta, altera, quę dicitur Falcidia, altera Trebellianica, vt vtriusque propriam naturam, & substantiam cognoscamus, radicitus rē perscrutari debemus: Nam cū à primordijs Iuris Ciuilis, à lege scilicet duodecim Tabullarum, post hæredem scriptum, & conditum testamentum, libera vnicuiq; esset facultas res suas legare, constat *ex textuin l. Verbis legis* 120. *D. de Verborum sign. ibi vti quisque legasset rei suæ, ita ius esto*, hæc potestas postea per leges, & constituentium authoritates coangustata est, videlicet, quod
85. cum scripti hæredes pro nullo, vel minimo, commodo, adire hæreditates recusarent, & in odiū ipsorū testatorū illa libera potestas retorquebatur; quia nō adeūtibus scriptis hæredibus, reducebatur testamē-

tum ad causam intestati, cui publico incommodo (quod ex non obseruandis testamentis oriebatur, argumento *l. Negare D. quemadmodū testamenta principium Inst. de hæred. dum qualitate, & differentia*) Volen- 85.
tes Imperatores occurrere, videntes, quod nec per legē Furiam, quæ aliquomodo immensitatē legandi restringebat, nec cui quam scilicet vltra mille legare liceret, fraudebatur enim a testatoribus, quia pluribus legabant, & totam substantiā consumebant, sentit, *Minsing. nu. 9. in principio ad leg. Falcidiam.* Nec etiam per legem Vaconiam, quæ 86.
alio modo prouidebat, ne scilicet, plus alicui legare liceret, quam hæredi relinqueretur, cui etiam insidiabantur testatores per multiplicia legata, vt aduertit *Minsing. vbi supra num.* 10. *optime Guido Paneirol. lib.* 2. *variarum cap.* 279. Constituerunt ergo legem Falcidiam, quæ 87.
à Caio Falcidio Tribuno plebis anno ab vrbe condita. 714. cum plebiscito lata sufficienter prouidit, tā circa testātium dispositiones, quā etiam circa modum legandi, restricta iam illa libera potestate legandi, ad dodrantem, remanente libero quadrante; penes hæredem, in quo hæres plene remanet institutus, retinetq; nomen plenum hæredis, nā parsilla hereditaria est, quia est pars hæreditatis; *l.* 1. *D. hoc tit. ad l. Fal.* licet prius quā imponatur omne æs alienum deducatur *iuxta l. In imponenda C. ad leg. Falcidiā* §.

vltimo

vltimo Inst. eodem, explicat optime Imperator *in principio instit. de lege Falcidia*, vbi post *Theophilum, Minsingerium, & Hottoman. Pichard. nu.* 2. *Cuiacius ad Iulium Paulum lib.* 3. *sententiarum tit. final, & in annotationibus ad dictum principium, & in Paratitla Cod. eodem, Duarenus lib.* 1. *disp. cap.* 58. *Donel de iure Ciuili lib.* 8. *cap.* 22. *à principio, post omnes, Gothofred. ad dictum principium de lege Falcidia*, ex quorum mente comprobatur diriuatio Falcidiæ, sic dictæ
88. à Caio Falcidio, á quo primo fuit introducta, reprobata altera, quá scripsit, *Accursius in Rubrica instit. eodem titulo, quasi sic dicta à falcando, quia de falcat legata, quam sequuntur Bart. & plures, de quibus Richard. ibi num.* 2. *Cæsar. Euangel. ad leg. in quartam num.* 8. *Alciat.* 5. *Parerg. capit.* 24.

Trebellianica vero introducta fuit per Senatus Consultum Pegasianum, nam cumprimis temporibus, id est à tempore legum duodecim tabularum vsque ad Augustũ, fideicõmissa fuissent infirma, deinde, cum iam à tempore Augusti vigore accipissent, & hæredes adeuntes cogebantur præstare fideicommissa *principium inst. fideicommissariis hæreditatibus*, & cum per additionem oneribus hæreditarijs implicarentur, ita vt omnia iura actiua, & passiua in ipsum, & contra ipsũ
90. hæredem darentur secundum *l.* 2. *& per totum C. de hæreditat. actionib.* nec qui semel fuerat hæres, amplius

desineret esse hæres *l. etsi fine* 8. §. *sed quod Papinianus, D. de Minorib. l. ei, qui soluendo* 88. *D. de hæred. inst.* ex eo etiam, quia actiones passiuæ inuitis creditoribus non egrediuntur personam hæredis, *iuxta leg.* 2. *C. de pactis. l. si mandato D. Mandati* cum alijs, ideo anno ab Aduentu 91.
Christi Domini 57. factum fuit Senatus Consultum Trebellianum, in hæredum gratiam per Æneum Senecam, & Trebellium Consules, per quod constitutum fuit, vt actiones hæreditariæ tantum transferrentur in fideicõmissarium vniuersalem, *vt constat ex l.* 1. §. 1. *D. ad Trebellianum. l. Restituta* 37. *eodem tit. §. Restituta inst. de fideicommissar. hæreditat.* per hoc Senatus Consultum fideicommissarius loco hæredis habebatur, *l.* 2. *incipit, qui quadringenta l. ex asse* 28. *l. Postulante* 44. *D. ad Trebellianum, notat excellenter. Peregrinus de fideicommissis artic.* 2. *num.* 3. *& num* 45. *Mysingerus num.* 4. *Pichard. numer.* 10. *in dict. §. Restituta*, sed quia adhuc per Trebellianum non erat sufficienter prouisum hæredibus, qui ob nullum, vel minimum lucrum recusabant hæreditates adire, & fideicommissa peribant, Imperante Vespesiano Cæsare anno ab aduẽtu Christi Domini 73. consulibus Rufione, & Pegaso, aliud Senatus Consultum factum est, quo, circa 92.
duo fuit prouisum, primum, in fauorem hæredum, vt si extra dodrantem quarentur, quarta sibi remaneret

neret integra, ad exemplum legis Falcidiæ, secundum, in fauorem fideicommissariorum, vt possent ipsi hæredes nolentes cogere ad ire, & restituere, constãt hæc *ex §. sed quia hæredes instit. de fideicommiss. hæredit.* hoc autem tempore onera hæreditaria manebant apud hæredem, fideicommissarius vero habebatur loco partiarij legatarij, inter
93. ipsum tamen, & fideicõmissariũ certæ stitulationes interponebantur de lucro reciproce, & damno communicando, ex quibus stipulationibus, lites, & intricationes oriebantur, cum certis casibus locus esset Trebelliano, videlicet, quando quis grauabatur intra dodrantem, in alijs vero practicaretur Pegasianum, quando hæres vltra dodrantem onerabatur, quia hæres tenebatur insolidum creditoribus, & agebat cum fideicõmissario ex stipulatu, vt singula constãt *ex §. ergo siquidem iunctis d. §. sed quia hæredes de fideicommiss. hæredit. tit.* donec Iustinianus constituit, vt sublatis stipulationum ambagibus, & Pegasiani authoritas in Trebellianũ translata fuisset, omniaq; onera
94. hereditaria pro rata diuiderentur inter hæredem, & fideicõmissariũ, vt patet *ex §. sed quia stipulationis Instit. de fideicommissariis hæreditatibus*, & latius videri potest *ex scribentibus ibi, maxime per Mynsing. num. 12. Pichard. & Hottoman. in disputatione de Pegasiano, & Peregrino d. artic. 12. num. 4. & num. 45. Guid. Pancirol.* 2. *var. cap.* 278. Vnde obiter notandũ est, hanc quartam esse quotam hæreditatis, quæ inter hæredem, & fideicõmissarium diuiditur, vt probatur *ex l. si legat.* 30. §. 1. *D. ad Trebellia n. l.* 1. & 2. *C. eodem tit. d. §. sed quia stipulationes, ex quibus constat onera hæreditaria diuidi inter hæredẽ, & fideicõmissarium*, ita Paul de Mõtepico *in l. in quartam cap.* 2. *n.* 32. *Costa, qui late prosequitur in c. si pater Gloss. Trebellianicæ num.* 1. *Faber de erroribus dec.* 11. *err.* 2. nam si fuisset quota bonorum non transiret onus aliquod in hæredem, *iuxta notata ad l. si quis seruum* 8. §. *fin. D. de legat.* 2. *vbi late Peralt. Mol. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. *& sequenti*. Nec contrarium eliuicit textus difficilis *in l. etsi sine Gl. ad Trebellian. ibi*, (*vtra quartam ære alieno deductam*) vbi Imperator ait quartam Trebellianicam detrahi post deductionem æris alieni, quod propriũ est, quo tẽ bonorum, *iuxta l. sub signatum D. de Verborum significatione*, per quem textum cõmunis sententia existimauit quartã Trebellianicam esse quotam bonorũ, *vt in d. l. etsi sine, testatur Corneus*, quia omisso intellectu Glossæ ibi, quam cõmuniter Doctores sequũtur, *subtilissimus Vir à Costa d. verbo Trebellianicæ num.* 8. *& sequenti*, existimat ibi æs alienũ ante omnia deduci, ex voluntate, & consensu hæredis, qui consensus, nisi detur, transibunt actiones in fideicommissariũ pro rata, *iuxta d. §. sed quia stipulationes*,

quem

quem intellectū multis confirmat *Costa*, vide apud illū sed non potest admitti, quia diuinat, & supplet ad textum cōsensum hæredis, deinde quia diuisio oneris hæreditarij interet hæredem, & fideicommissarium, non solum fuit inducta gratia ipsius hæredis, sed etiam gratia testatoris, *vt probat l. 1. D. ad Treb. ibi (quo magis in reliquū confirmentur supremæ defunctorum volūtates)* deinde, quia *in d. l. & si sine* non habet locum Senatus Consultum, nec Pegasianum, nec Trebellianum, quia quarta hæreditatis manebat penes hæredem, patet (*ibi successionem obtinere vellet, vsque ad dodrantem.*) Qua propter, vel textus ille intelligi potest, quod ibi venientes ab intestato fuerunt grauati restituere hæreditatē, deducto ære alieno, in terminis *l. Cogi. 16. §. inde quæritur D. ad Trebellian.* Vel dic ibi non fuisse quæstionem, Vtrum æs alienum prius esset deducendum, sed vtrū valeat fideicommissum relictum per nuncupationem ab hæredibus ab intestato, & affirmatiue diciditur, *iuxta l. 3. C. ad Treb. l. 2. C. de Codicil.* vnde inquit Imperator, quod si hæredes conuenti a fideicommissario restituāt nouem partes, ære alieno deducto, in hoc casu tātum manebit apud hæredem, quantum Senatus iubet, vnde textus non decidit quartam Trebellianicam detrahi post deductum æs alienū, quia vtrū æs alienū detrahatur prius, aut posterius ibi non deciditur, hoc enim iuris dispositioni relinquitur, vt bene intuēti costabit, & ita verba illa, ære alieno deducto, non continent decisionē Imperatoris, sed modū, quo fideicōmissarij suā actionem contra hæredē proponebant, videlicet, vt nouem partes, deducto ære alieno ipsis restituerent, quē intelligēdi modū præstitit insignis *Collega meus, Totiusq; Regni Atlas supremusq; Coriliarius Nota ad l. 1. D. ad Treb.*

Quibus sic pro ratione differentiæ breuiter præ notatis, sub intrat quæstio nostra, vtrū, si filius fuerit a patre grauatus legatis, aut fideicōmissis particularibus, vltra dodrantem, possit etiā dictas portiones deducere, legitimam scilicet, & Falcidiam? In qua quidē quæstione negatiuā partem tuetur *Fulgosius in l. Quāquam Cod. ad l. Falc. Alex. in l. In ratione. 11. §. quod vulgo D. eode. tit. n. 12. cōmunis secundum Lancelotum Politum in l. Filium, quem habentē C. Famil herciscūd. n. 135. Alciat. cons. 154. lib. 9. Mant. de coniecturis lib. 7. tit. 12 col. fin. Mynsinger in principio Inst. ad leg. Falcidiam n. 14. Cuiac. in tit. C. ad l. Falcid. super l. 6. in medio, Gothofred. in notis ad d. l. quamquam,* qui adducunt pro sua sententia sequentia fundamenta. Primū *ex d. l. quanquā, & ex l. si vt allegas C. ad l. Falc.* quibus videtur probari filium grauatum à patre hæreditatē alteri restituere, tātum quartam Falcidiā posse deducere, nec aliqua mentio fit ibi, de legitima. Secundo considerant; quia licet appellatione

Falcidiæ, aliquando quarta Trebellianica cõprehendatur, *vt probãt l. Marcellus §. quod autem D. ad Trebellianum. l. filius familias. 18. l. Titia 85. D. ad leg. Falcid. text. in l. Cohæredi §. cum filiæ D. denulgari*, nihilominus à contrario non reperitur, vt appellatione Trebellianicæ, Falcidia contineatur: igitur, &c.

Tertio ponderant iura Canonica
97. nempe textum nostrum *in cap. Raynaldus, & in cap. Rainucius supra proximo*, dum permittunt detractionẽ vtriusq; quartæ, esse correctoria Iuris Cæsarei, ac proinde restringenda tantum ad hæredem grauatum fideicõmisso vniuersali, in terminis, quibus loquũtur, non autẽ trahenda ad hæredem grauatum legatis particularibus, pro hac sentẽtia possunt adduci aliqua ex fundamentis, quæ supra pro parte negatiua cõtra nostrũ textũ retulimus.

Sed prædictis non obstantibus contraria affirmatiua sententia verior est, & receptior, posse scilicet filium grauatum vltra dodrantem legatis, portionem legitimam, &
98. Falcidiam deducere insimul, pro qua stat expressa decisio *nostri cap. Raynaldus*, qui proprie loquitur de Falcidia in fine. Deinde demõstratur ex sequentibus: nam cum legitima deducatur exhereditate, sicut æs alienum, nec in illa possit filius grauari iuxta iura, & Doctores suprà citatos, dicimus omnia resoluta in Trebellianica, æqualiter resoluenda in Falcidia, nec quoad intẽtum præsens, aliqua congrua ratio discriminis assignari potest, inter vnam, & alteram, prout *ex Bald. in d. l. quanquam n. 1. & alys comprobat Costa in cap. si pater, Glossa, absque deductione num. 10.* dum infinitis relatis resoluit non esse faciendã differentiam, in hac quæstione inter Falcidiam, & Trebellianicam, sed resolutum in hac, esse resoluẽdum in illa, *sequitur Mol. d. lib. 1. cap. 17. nu. 6. alter Molina de iustitia disput. 187. num. 10. Pereg. d. art. 3. num. 55. Marta d. quæst. 25. art. 4. num. 4.* qui omnes licet sequantur cõmunẽ supra relatã, quæ negat posse deduci duas quartas, nihilominus in præsenti confirmant intentum nostrũ, dum nullam admittunt differentiam inter vnam, & alteram quartam, merito igitur dicemus hanc nostram sententiã defendi ab omnibus, quos supra pro nostra sentẽtia citauimus, *Gom. Cald. Faquin. & cæteri relati, Fachin. iterum interminis lib. 13. cap. 52.* 99.

Neq; obstant contraria fundamenta, quibus ducuntur Authores aduersæ partis, quia textus, quibus maxime innituntur *in d. l. quãquam, & in d. l. si vt allegas C. ad l. Falcidiã*, nõ loquũtur restrictiue ad Falcidiã solam deducendã, sed tantũ dicunt 100.
quod deducta Falcidia, reliquum restituant, supponẽdo prius deduci legitimam, postea Falcidiam, vt sic reliquum restituantur, vel etiã dici potest, iura illa procedere secũdum antiquum tẽpus, ante decisionem

Impera-

Imperatoris *in d. l. quoniam in prioribus C. in officioso*, & ante Nouellam de qua *in Authētica de restitut. & ea, quæ parit §. quam ob rē*, & iam hodie non posse procedere illam legum decisionem, iuxta illa, quæ superius resoluta relinquimus.

Ad secundum fundamentum, concedimus appellatione Trebellianicæ nō contineri Falcidiam ex
101. verbi proprietate, sed cōtendimus idem resoluendum in deductione Falcidiæ, quod in deductione Trebellianicæ, ex identitate rationis, argumento *celebris Glossæ, in l. si quis seruo C. de furtis, quam celebrem dicit Couas in nostro textu §. 3. num. 7. insignis Barb. l. si constante in principio nu. 19 D. soluto Matrim. Surdus de alimentis tit. 2. quæst. 10. à principio.*

Ad tertium argumentum, negamus
102. suppositum, scilicet *textum nostrum, & d. cap. Rainucius*, esse cor rectorium iuris Ciuilis, quinimo contendimus ipsorum decisiones deductas fuisse ex viscеribus ipsius iuris Ciuilis, vt sæpe sæpius comprobauimus supra, nec nostrum, *cap. Rainaldus* loquitur in 2. parte de fideicōmisso vniuersali, sed potius de particulari legato, vt infra lati° apparebit in 2. parte, ex quib' sententia nostra remanet defensa.

Accedamus ad aliam quæstionem, quam Doctores supradictis annectere solent. Vtrum omnia
103. supra resoluta, circa deductionem Trebellianicæ, & Falcidiæ insimul cum legitima, habeāt locum, quando legitima est semis hæreditatis, vel maiorem partē occupat, prout in nostro Regno, in quo filij habēt duas partes hæreditatis paternæ pro legitima, *iuxta Ord. lib. 4. tit. 82. Costa in cap. si pater Glossa absque deductione num. 8. Valasc. de Partitionibus cap. 23. num. 16. Phæb. decis. 33. num. 10. part. 1. Molin. disp. 158. versiculo de iure, Thome Vaz al. legat. 29. n. 133.* & infra in 4. parte late scribim°, & in Regno Castellæ, 104.
in quo legitima assignatur filijs in quatuor partibus totius substantiæ paternæ, quinta excepta prolibito parentum, *l. 9. tit. 5 lib. 3. fori. l. 6. 17. & 27. Tauri*, vel attento iure Ciuili, si quinque extent filij, dimidiam, *vt in Authent. de Triente, & semisse in fine principij collatione tertia.* In hac quæstione, cōmunis est opinio doctorum, quod filij grauati hæreditatem restituere, nō possunt duas quartas deducere, legitimam scilicet, & Trebellianicam, seu Falcidiam, author huis opinionis fuit 105.
Bald. in cons. 94. nu. 2. lib. 2. Angel. Matheac. de Via, & ratione iuris lib. 2. cap. 25. num. 35. Baldum sequitur Greg. Lopez l. 12. tit. 5. partita. 6. in gl. final. Gregorium sequitur Cou. in cap. Rainucius §. 12. nu. 11. refert Costa in cap. si pater verbo absq deductione n. 4. Padilha in Authentica Res, quæ C. communia de legatis. nu. 40. & 41. Molin. d. lib. 1. cap. 17. n. 8. Pichard. ad §. sed quia hæredes Instit. de fideicommiss. hæredit. numer. 24. refert. Cald. §. sed hæc Instit. de in officioso

testamento nu. 63. adfinem, & tenuit insignis Barb. in Manu scriptis ad Rubricam D. ad Trebellian. qui constanter scribunt hodie in Regnis Hispaniæ non habere locum decisionem nostri textus, ex eo, quia legitima est semis, & plus hæreditatis, moti ex vnico eo fundamento, quod non est dicendum filium à patre grauatum de tota hæreditate restituenda, plus hæreditatis posse percipere, quam perciperet ille, cui hæreditas ex fideicommisso restituenda est, constat autem filium, qui habet pro legitima semissem, plus consequi, quam consequitur fideicommissarius, si post legitimam deductam, quartã Trebellianicam in simul deducat; igitur bene inferri existimant supradicti Doctores, in his terminis nõ esse locum vtriusque quartæ deductioni; & ex contrario sequi iniquitatem, *dicit Antonius Faber de error pragmaticorum decad. 11. errore 5. à num. 3.* in quo fundamento inter arguendum, cum publice defenderemus materiam, multum insistebat insignis præceptor, ac Primarius colendissimus Ribeiro de Leiua, quem immatura Sors in opinatim á nobis abstulit, cum magno totius Lusitaniæ nocumento.

Contrariam tamen sententiam defendunt grauissimi Auctores, 106. ita vt ex numero ipsorum magis communis sit, *vt post Bart. Alex. Angel, & alios antiquiores. Cagnol. in l. Papinianus §. Meminisse num. 19. de inofficioso testam. Anton. Cucus in tract. de legitima. cap. de legitima, & Trebellianica simul iuncta, Alban. cons. 41. Crassus in §. Trebellianica quæst. 4. Molin. d. cap. 17. n. 7. Costa dicto verbo absque deductione nu. 9. & sic iudicatum in Rota Pedamontana refert Thesaurus decis. 252. & sic practicasse etiam infinitis relatis testatur Pereg. art. 3. num. 56. & acerrime disputando ostendit Fachineus controu. lib. 5. cap. 3. per totum, & nouissime Antonius Mangilius vbi de magis communi testatur, & pro hac iterũ, ac iterum iudicatum d. quæst. 1. n. 24. & iterum quæst. 117. num. 2. vbi infinitos refert, Cæsar ad dict. l. in quartam num. 216.* qui omnes sequentibus medijs suam comprobant sententiam, primo, quia augmentum legitimæ non potest considerari quoad intentum, & quo ad effectum impediendi deductionem Trebellianicæ, quia vt sæpe sæpius diximus, legitima non venit in restitutionem, siue semissem, siue plus contingat hæreditatis, deinde, quia verum est dicere, filium in perceptione legitimæ, personam filij, deinde in perceptione Trebellianicæ, personam hæredis fiduciarij repræsentare: igitur cum diuerso iure vtranque portionẽ deducat, nihil impedit quominus ambas quartas detrahat, *argumento d. l. penult. D. de his, quibus, vt indignis, &c.* Vltimo, quia *textus noster, & d. cap. Raynucius supra eodẽ,* 108. loquuntur in distincte circa deduc- 107.

dionem ambarum quærentũ; ergo non est necessarium, vt distinguamus sine lege in hac materia; nec etiam erit necessarium de consuetudine recurrere; prout recurrendum dixit *Bald. in dict. l. cap. si pater, C. de collat.* quod hodie scilicet de non fuerit adhuc nõ obseruabimus. Hanc opinionem affirmatiuã; quia ad hanc applicabimus *cum Bald. dict. l. cap. si pater*, in nostro Regno, si casus contingat fo-
109. quendam esse veriorẽ de iure opinionem; cum contrarium per Ordinationes Regias cautum non sit;
111 *iuxta l. Papian. lib. 2. tit. quæ sunt iuris. & lib. 3. tit. 64.*; in nouis, quamuis eminentissimus vir *Emmanuel à Costa, in prædicto num.* 21. iterũ dicat, si casus contingat principem esse consulendum, & num. sequenti scribat, quid ipse deberet respondere, existimando iustius facturum, si de tertia, de qua pater adhibitum disponere potest nihil esse deducendum, decidat, nomine quartæ, quod nos *cum Gald. supra dicto num. fin.* excludendum diximus per nostram decisionem, quæ in aliquo limitata, in hoc casu non reperitur, quod idem de rigore iuris in Regno Castellæ resoluendum est, nec in consulendo sequendam esse opinionem supra citatam contendimus.

Qua resolutione sic retenta, nõ obstabit vnicum fundamẽtum superioris sententiæ, facillimo namque negotio illud euitabimus, negando inconueniens à *Baldo*, & *sequacibus* consideratum, prout dicebamus inter disputandum præceptori insigni, quia cum filius à lege percipiat legitimam, ita augmentatam, non est inconueniens, quod maius commodum percipiat, quam fidei cõmissarius, cum filius semper deducat legitimam; sine qua onere restitutionis Trebellianici vero, tanquam hæredem grauatum, quo respectu esset absurdum. Deinde absurdum non datur ex eo, quia respectu Trebellianicæ solum considerantur bona paterna, deducta legitima, licet absurdum illud magni faciant aduersæ partis authores, prosequitur optime *Pereg. dict. nu.* 56. *Facbin. dicto cap.* 3. *Mangilius vbi proxime*, quod maxime deseruit ad ampliationem nostræ principalis quæ- 111
stionis.

Sequitur, vt videamus, Vtrum omnia hucusque resoluta in filijs descendentibus, circa deductionem vtriusque portionis, quando ab ascendentibus grauantur, æqualiter militent in casu contrario, quando ascendentes à filijs sunt grauati hæreditatem restituere. In 111.
qua quæstione Doctores in varias abiere sententias, *imprimis Bald. in lege si à Milite §. final. D. Milit. testamento quem sequitur Alexandr. in lege In ratione. §. quod vulgo numer.* 11. *D. ad leg. Falcidiam, Iason in leg. Filium, quem*

thalonicen Cod. Familiæ herciſcunda num. 9. vbi Corraſ. num. 44. & 79. communis expluribus, quos refert Paris Ilha in Authentica Res; quæ C. communia de legatis, nu. 136. Cald. ad diſt. quæſt. 28. num. 16. in principio, cũ aliis ad quos multis inclinat Peregrin. dict. artic. 3. num. 53. Simanca de Pretis de interpret. & alijs. volumin. lib. 3. interpret. 53. dubio 5. Salucius 6. num. 41. Surd. conſ. 341. Quamuis, ampliatione 16. numero red. Iaſephus Cumanus Decondit. lib. 1. quæſt. num. 17. Gomez. 55. num. 83. alios refert Angelus dicta quæſt. 11. nu. 18. verſo tamen contrarium, quam veriorem reliquat, plures refert Surdus conſ. 341. numer. 34. pro negatiua parte pugnarunt; expendentes ſequentia fundamenta. Primum, quia licet in filijs deſcendentibus reperiatur exp. eſſum, in noſtro textu, quod poſsint duas

112. *quartas deducere, in aſcendẽtibus tamen hoc cautum non reperitur; ergo de vno caſu ad aliũ non poteſt fieri ſequella, argumento l. Ius ſingulare D. de legibus*, maximè, vt expendit *Peregrin. d. num. 53.* vt ſic minus offendantur regulæ Iuris Ciuilis, quaſi textus noſter procedat contra decisiones Cæſareas;

111 Secundum, quia legitima non debetur aſcendentibus, eodem iure,

113. quo deſcendentibus defertur, *iuxta celebrem textum in materia, in leg. Nam etſi parentibus D. in officioſo teſtamento*, iunctis multis differẽtijs, quas inter vtranque legitimam, *poſt Laſerna in Authentica nouiſſima*

C. in officioſo teſtament. proſequitur Pereg. d. tractatu de fideicõmiſſ. art. 49. n. 44. Cald. §. ſed hæc Inſtit. de in officioſo teſtament. num. 59. plures per Valaſc. de Partitionibus cap. 17. num. vlt. Azened. l. 1. tit. 8. lib. 3. Recopilat. Surd. diſt. conſ. 341. num. 17. Faber de ſuad. 14. errore, 3. & 6. ergo dicendum videtur legitimam aſcendentium impune addam eſſe in Trebellianicam, vel Falcidiam, nec in ſimul vtranque poſſe a parentibus deduci.

Affirmatiuam tamen ſententiam imo poſſe aſcendentes deducere 114. vtranque portionem, ſi a deſcendentibus grauentur, defendũt multi, & grauiſsimi Autores, *ſequentes Angelum, & Cuman. vbi d. l. ſi à milite. §. fin. Anton. Robles in repetitione l. Titia §. Imperator de leg. ſecundo num. 16. Couas ad cap. Raynucius ſupra §. 11. num. 11. fatetur mavis communiter receptam Peregrin. dict. artic. 3. num. 53. & d. articul. 49. num. 46. Graſſus in §. Trebellianica quæſt. 4. numer. 4. Molina lib. 1. de primogen. cap. 17. num. 5.* quibus fauent reſoluta *per Coſt. d. cap. ſi pater Gloſſa priuare non poſſe à num. 36. & ſequent.*, quem ſequitur *Molin. de iuſtitia diſp. 187. num. 9. & bene poſt longum diſcurſum hanc tenet Mangil. d. quæſt. 1. numer. 22. & ſequentibus videndus à num. 11. Surdus conſ. 341. num. 32. Marta de ſucceſſ. legali quæſt. 25. art. 4. num. 12.* qui omnes recte conſiderant legitimam aſcendentiũ licet non debeatur eodem iure quo

debetur

debeatur legitima descendentium,
nihilominus, ipsam quoad inten-
115. tum eodem potiri p. iuilegio, quia
quemadmodum legitima filiorū
in restitutionem non venit, ita ne-
que istorum venire debet, *Authen-
tico de restitutione, & ea, quæ parit* §.
quam ob rem. Deinde eadem ratio
quę datur in descendentibus, vide-
licet, quod fungantur vice duarum
personarum, vt possint percipere
duas quartas, eademmet viget in
ascendentibus, qui similiter si gra-
uentur, supplent vices duarum per-
sonarum; nam habent legitimam
ex eo, quia ascendentes sunt, dein-
de quatenus grauati fideicommis-
so, tenent locum fiduciarij hæred-
dis, at proinde in illis etiam viget
illud inconueniēs, quod textus nos-
ster expendit, videlicet posse extra
neos quartam Trebellianicam, &
Falcidiam deducere, ascendentes
autem non; Vltimum, quia vt sæ-
pius repetitum est, dispositio no-
stri textus non est correctoria iuris
116. Ciuilis, imò cum ipso identifica-
tur, ac subinde, non est inconue-
niens, quod extendatur de casu
descendentium, in quo loquitur,
ad casum ascendentium ex parita-
te rationis, *iuxta notata per Doctores
in d. l. Num etsi parentibus D. in of-
filioso testamento, & facit textus in
Authentico*, vt *cum de appellatione
cognoscitur* §. *hæc autem, & §. Cate-
rum Collatione octaua*, ex quibus, &
alijs, quę missa facimus, hæc opi-
117. nio nobis arridet, reiecta altera
*Accursij, quem sequitur Menchaca
de success. progress.* §. 26. *num.* 36. dū
distinguunt in terminis nostræ quæ
stionis inter vtrunque ius, quæ
opinio, si bene perpendatur, nul-
lum solidum habet fundamentum.

Qua propter supradicta retenta, non obstant considerationes, quas pro prima opinione ipsius au
thores faciebant, nam ad primam,
quod textus noster nō loquitur in 118.
ascendētibus, fatemur factum, sed
contendimus in illis idem ius esse
constituendum ex paritate ratio-
nis, quam supra expendimus. Ad
expensionem *Peregrini*, quod scili-
cet, sic minus offendantur regulæ
iuris Ciuilis, dicimus falsum sup-
ponere, dum sentit textum nostrū 119.
deuiare, in aliquo à dispositione le
gum Imperatorum. Ad vltimam,
scilicet, legitimam non deberi eo-
dem iure, concedimus hoc antece
dens, sed non inde formandum est
consequens: ergo disposita in filijs
circa deductionem duarum portio
num, non practicabuntur in ascē-
dentibus, quia sufficit legitimam
ascendentium esse priuilegiatam
æqualiter, vt constitutio Gregorij,
de qua in nostro textu, illam pari-
formiter determinet.

Prosequamur modo qualitatem
filiorum, in quibus veritcatur dis-
positio nostri textus, & dubitandū
non est decisionem hanc loqui de
filijs legitimis natis ex Matrimo-
nio valide contracto inter parētes,
iuxta l. filium eum diximus D. his

qui sunt sui, vel alieni iuris, & quæ ibi notant Doctores Menoch. cas. 89. à num. 19. Mascard. concl. 788. Gabriel. Communi. tit. de Præsumptionibus conclusione 14. optime Garcia de Nobilitate Glos. 20. à principio, post Suarium de successione naturalium vers. sic. certium ius, qui filij naturales, & legitimi in simul decimatur, & si grauetur fideicommisso vniuersali, possunt duas quartas deducere,

211 Quæstio est, an etiam filij legitimi

120. tantum, seu filij Ciuiles, quales sūt adoptiui, & arrogati, illas percipere valeant. Et pro terminorū cognitione, supponim° duas esse adop

121. tionum species, altera est illorum, qui sunt in Sacris paternis, quæ proprie adoptio appellatur, alia est illorum, qui sui iuris sunt, quæ arrogatio dicitur, constat hæc differentia, *ex l. 1. & 2. D. de adoptionib. §. Adoptio Inst. eodem tit. post Antiquiores Zazius in Rubrica eiusdem tit. num. 5. post Theophil. & Balduinum, prosequitur Aldobrandin. in dicto §. adoptio num. 6. Ascanius de Patria potestate cap. 5. in 3. multa exempla ex Græcis, Latinis, & Iudæis refert Mensinger, in rubrica Inst. illo titulo, explicat Pichard. modum, & formam utriusque diligenter perscrutas ibidem ad dict. l. si arrogatus nu. 3. & 5. apud quem videri potest, Gotofred. ad l. pen. C. eodem, litera Q, Cuiac. ad notas fragmentorum Vlpiani. titulo 8. de adoptionibus, & lib. 6. obseruat. cap. 38. Blasius Roldes de Sadzedo, tractatu de representatione lib. 2. cap. 8. à princ. Dandlib. 2. Comment. cap. 12. & 14. Bernardus de authoritate prudentum cap. 6. Hieronimus Tiepplerus selectarum disput. lib. 1. disp. 2. Thesi. 8. Antonius Faber 1. part. Iuris prudentia Papinit. 10.* Quibus sic præ notatis, accedendo ad terminos nostræ quæstionis, videamus primo de adoptiuis, & pro parte affirmatiua citatis, si potest, quod per adoptionem filius familias exit de potestate patris naturalis, & transit in potestatem patris adoptiui, probatur *a principio Inst. de adoptionibus, Vlpianus in fragmentis dicto tit. 8. in principio, & melius ex loco Cassiod. l. Inst. tit. 5. à principio*, vbi habentur hæc verba, *illa vero alia adoptio est, vbi quis patrem habens ab alio patre adoptatur, & ita ille qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, & in adoptiui patris incipit esse potestate*, multos refert Pichard. *in principio de adoptionibus*, ita vt adoptiuus eadem iura obtineat, quæ naturalis, imprimis adoptiuus habet iura suitatis, probatur *ex l. 1. §. suos. D. de suis, & legitimis hæredibus, iuncto §. sori Inst. de hæredum qualit. & differentia, ibi (qui nostræ potestati subiecti sunt)* & ideo debet hæres institui, vel exhæredari in forma legis, aliàs testamentum erit nullum, supponitur in §. *Adoptiui Inst. de exhered. liberorum*; illis etiam succurritur eisdem remedijs, quibus naturalibus subuenitur, prætorio scilicet contra tabulandi, si prætereantur, *iuxta l. 2. in principio D. de bonorum possessione*

122.

contra

contra tabulas, iuncta l. Non putauit 8. illo titulo l. ſi is, qui inpoteſtate D. de legatis præſtandis, alio ſubſidiario querelandi de in officioſo, ſi iniuſte ex hæredentur, per *textum in §. tam autem Inſt. de in officioſo, vbi notat Minſinger. num. 1. licet Caldas in repetitione illius num. 67. Gom. 1. tom. cap. 9. num. 12. Padilha in leg. eam, quam. C. de fideicommiſsis. num. 6. & 7. Bellonus lib. 1. Suputat. cap. 3. Blazius Robles de repræſentatione lib. 2. cap. 8. nu. 16.* Male interpretantur ibi agi de arrogatis, non de adoptiuis, contra proprietatem verbi, vt infra dicemus; In ſuper agnatione adoptiui, teſtamentum antea factum, rumpitur. *l. certum D. deiniuſto rupto*, ſicut agnatione filij naturalis §. *poſthumi Inſt. de exhæredat liber, Coſta in §. & quid ſi tantum 3. part. num. 29. & ſequenti. Donel. lib. 6. comment. cap. 16. §. his ergo modis*, Deniq; lex duodecim tabularum adoptiuis defert ius legitimæ ſucceſsionis ab inteſtato, §. 1. *Inſt. de hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur*. eademque portio eis, quę naturalibus, debetur, *textus optimus in l. Cum ratio §. 2. D. de bonis damnatorum*, obtinentque iura agnationis, *per l. qui in adoptionem 23. D. de adoptionibus §. Per adoptionem Inſt. de legitima agn. ſucceſsione leg. 2. §. parui refert D. ſuis, legitimis hæredibus, vbi notat Gothofred. litera. N, Cuiac. lib. 35. ad edictum Pauli ſupra l. qui in adoptionem columna 2. in medio, tangit aliqua ex his Pichard. in §. adoptiui Inſt. de exhæredaeione liberorum. num. 5. & in Rubrica de hæreditatibus, quæ ab inteſtato, &c. §. 4. nu. 4. Menoch. lib. 4. præſumpt. 81. num. 32. & ſequentibus, Mangil. de imputationibus. quæſt. 8. num. 10. & 2. ſequentibus:* ergo eodemmodo hi filij adoptiui poterunt duas quartas percipere, ſi a parentibus grauati conſiderentur, in terminis noſtræ quæſtionis, quia ex ſupradictis conſtat, eiſdem deberi legitimam, in ſuper ex fidei commiſſo poterunt Trebellianicã detrahere, & hanc partem veram diceremus, ſi deciſiones illæ, quibus fundatur, non eſſent immutatæ per alias nouiores, de quibus ſtatim.

Contrariam tamen ſententiam imo adoptiuos ſolam Falcidiã, aut Trebellianicam poſſe deducere, tanquam certam amplectimur, ex ſequenti fundamento, quia poſt nouam cõſtitutionem Iuſtiniani, *de qua in l. penult. C. de adoptionibus, & in §. ſed hodie Inſt. eodem titulo, & in §. ſed ea omnia Inſt. de hæreditatibus, quæ ab inteſtat. §. ſed hæc, verſiculo circa adoptiuos Inſt: de exhæredatione liberorum.* Filij adoptiui non tranſeunt in poteſtatẽ patris adoptiui, ſed potius remanent apud patrem naturalem, & ideo non obtinent iura ſuitatis, neque agnationis, & per conſequẽs, non tenetur pater adoptiuus illos inſtituere, vel exheredare, nec ſupradicti filij habent aliquam partem neceſſario relinquendam ex teſtamento patris adoptiui,

123.

124.

adoptiui, vel remedium aliquod contra testamentum, in quo exhæredantur, vel prætériti reperiũtur, sed tantum habent ius succedendi ab intestato; vt probant supra citata iura, *iuncta l. si te parẽs D. de suis, & legitimis hæred. notat Zazius in rubrica de adoptionibus num.* 13. *bene de more Minsing. in dict. §. sed hodie Inst. de adoptionibus Cuiac. in annot. ad d. l. penult. C. eodem titul. versiculo tandem, Roias de successionibus ab intestato cap.* 16. *Rolandin. de testament. Rubrica.* 17. *numer.* 9. *Faquineus Controuers. lib.* 4. *cap.* 58. *versic. ad primum, Pichard. in §. adoptiui Inst. de exhæredat. liber. numer.* 9. & 10. *& in d. rubrica §.* 4. *num.* 1. *Cald. in §. tam autem Inst. de inofficioso n.* 67. *optime Marta de successione legali. quæst.* 19. *à principio, Faber de error. decade.* 5. *error.* 1. *Robles dict. cap.* 8. *num.* 10. & 18. & ideo scribit *Valasc. de partitionibus cap.* 12. *num.* 44. filios adoptiuos hodie non teneri
125. ad collationem, ex testamento patris adoptiui, quia non habent legitimam: vnde inferetur nullomodo posse huiusmodi filios vtranq; portionem deducere, cum eis non debeatur legitima iuxta proxime dicta, & in terminis tenet *Gregorius Nata de statutis excludentibus fœminas quæst.* 3. *nu.* 24. Nec aliquid euincunt expensa supra pro contraria sententia, quia procedũt iure antiquo attento, ante nouas constitutiones *d. l. penult. & d. §. sed hodie*, agnoscunt doctores communiter, vt per supracitatos.

Limitanda tamen venit hæc resolutio, in casu, quo filius adoptiuus accipitur in adoptionem ab Auo Naturali, in hoc enim casu, obtinent omnia supra scripta de iu 126.
re antiquo expresse approbata *per decisionẽ d. l. penult. §. sed hodie Inst. de adoptionibus, agnoscunt Doctores cõmuniter vtrobique vt post Aldobrand. Minsing. in d. §. sed hodie aduertunt Cuiac. Gothofred. in d. l. penult. Pichard in d. §. adoptiui num.* 11. *Valasc. d. cap.* 12. *n.* 44. *Ascanius de patr. potestate cap.* 5. *num.* 5. *Mangil. dict. quæst.* 8. *num.* 13. *& num.* 15. *Marta d. quæst.* 19. *artic.* 1. *nu.* 2. *vbi alios citat.* Vnde huiusmodi filio sic adoptato adhuc hodie competunt omnia iuris remedia contra testamentum patris adoptiui, & ideo solum huiusmodi filius hodie po- 127.
test testamentum patris querelare de in officioso, si iniuste exheredetur, vt probat texrus expressus secũdum genuinum sensum *in §. tam autem Inst. de inofficioso testamẽto, ibi (tam autem naturales liberi, quam secundum nostræ constitutionis diuisionẽ adoptati, ita demũ de inofficioso agere possũt, si nullo alio iure, &c.*) Ex quibus verbis manifeste apparet Imperatorẽ solum reseruasse ius querelandi testamenti illis filijs adoptiuis, quibus adhuc hodie competunt omnia remedia iuris antiqui, secundum diuisionem suæ constitutionis nempe *d. l. penult. iuncto §. si vero pater*, quẽ sensum nõ percepit 128.

Caldas

Caldas in repetitione illius textus, qui nu. 67. & 73. scripsit verbum adoptiui esse intelligendum de arrogatis, quibus debetur quarta ex constitutione D. Pij, de qua *in l. si arrogator D. de adoptionibus, & in l. Papinianus §. si quis impubes D. inofficioso*, non aduertens: ad proxime dicta, scilicit verbà illa esse referenda, ad constitutionem proxime citatam, in casu scilicet, quo filius adoptatur ab Auo naturali, quo casu constat, ipsum transire in potestatem auij, & sibi deberi legitimã
129. in bonis ipsius *per d. l. penult.* Doctores supra citati, maxime *Marta d. num.* 3. Ex quibus consequitur in his adoptiuis militare quæstionẽ nostram, affirmatiuam, dum resoluimus filium, cui debetur legitima in bonis parentis, si ab eo grauetur fideicõmisso vniuersali, posse duas portiones detrahere, quæ omnia proprie huic casui adaptantur; durante adoptione, quæ si fuerit soluta per emancipationem resoluitur ius legitimæ; & tunc non detrahitur nisi quarta Trebellianica, sicut quilibet hæres extraneus illam detraheret, supponendo personam patris esse inter mediam.

Transeamus ergo ad aliã speciẽ adoptionis, scilicet ad filios, quos arrogatos appellant vtriusque iuris professores, in quibus maior datur
130. dubitationis an sa, ex eo, quia filij arrogati habent certam portionem, id est quartam partem bonorum ad rogatoris, sibi competentem ex Constitutione Diui Pij, de qua *in l. si arrogator. 22. D. de adoptionibus, & in l. fin. D. si quid in fraudem patroni*, notat bene *Hispanus in rubrica de adoptionibus in Commentarys ad l. si arrogator. num.* 10. & 40. *Caldas ind. §. Cum autem Inst. de inofficioso testamento nu. 67. & sequenti*; in hac ergo quæstione *Bart.* iuris Ciuilis coripheus, vt Peregrini verbis vtamur *in d. l. si arrogator n.* 25. quem sequitur Padilha, *alys relatis in Authentica Res quæ C. Communia de legat. num.* 38. In ea est sententia, quod huiusmodo filij arrogati, si grauentur fideicõmisso vniuersali, vnicam tantum possunt deducere quartam, non autem duas, ad ducit *Bart. & sequaces textum in l. Papinianus §. si quis impubes D. inofficioso testamento*, vbi filius, qui habet quartam per Constitutionem D. Pij, non potest agere de inofficioso, quasi non possit agere de inofficioso, quia iam legitimã habet, atque ita non potest talis arrogatus, nisi vnicam tantum quartã deducere. Secundo expendit *Bart. d.* quod debitor necessarius, legando creditori suo, censetur legare animo compensandi, *iuxta regulam l.* 132. *si cum dotem §. si pater D. soluto Matrimonio Authentica. Praterea C. vnde vir, & vxor l. vnica §. accedit. C. Rei vxoriæ actione, cum multis alijs, quæ elegantissime de more prosequitur insignis Barbos. in d. §. si pater à. num.* 11. *cum sequentibus*, ergo pater relinquendo filio arrogato quartam debitã

in for-

ni forma constitutionis D.Pij, censetur reliquisse animo compensandi, cum sit debitor necessarius ex lege, ac proinde filius vnam tantam, non autem duas quartas poterit deducere.

Verum his non refragantibus, sequendo strictam, & rigorosam disputationem, in contrariam inclinamus sententiam, videlicet decisionē nostri textus, adhuc hodie
133. procedere in filio arrogato, quæ sententia probatur eisdem fundamentis, quibus supra discussæ quæstiones à nobis fuere comprobatæ. Primo, quia ad rogatus habet legitimam in bonis adrogatoris, quartam scilicet secundum constitutionem Diui Pij *d.l. si ad rogator cum similibus, late Antonius Cuchus tractatu de legitima quæst. 1. numer. 4. Mangil. de imputat. quæst. 50. nu. 30.* quæ legitima non subiacet alicui restitutioni, *iuxta sæpe citatū §. quā ob rem, in d. Authentico de restitutione & ea, quæ parit*, & dicitur debita quasi æs alienum *d. §. si quis impubes, iunctis ijs de quibus Caldas. dict. §. tam autem num. 70. & sequenti, post Corneum cons. 85. numer. 16. volut. 3. Hieronimus Gabriel cons. 113. nu. 22. volumin. 1. Mangilius omnino videndus de imputation. quæst. 8. num. 18. & sequenti, Marta d. quæst. 19. artic. 1. nu. 5.* Deinde supponimus eum grauatum fideicommisso vniuersali, quo casu fungitur vice hæredis fiduciarij, Nihil igitur video quod impediat, ne arrogatus vtranque portionem deducat, Trebellianicam, vt hæres, quartam ex Constitutione Diui Pij, vt filius; Secundo confirmari potest hæc nostra sententia, quia nullam habemus legē, quæ quoad intentum aliquod discrimen constituat inter filios naturales, & huiusmodi arrogatos, ergo resoluta in illis, in istis etiam practicare debemus, argumento vulgatæ regulæ, *l. illud. D. ad leg. Aquil.* deducitur hæc resolutio ex mente omnium doctorum, quos supra citauimus pro nostra quæstione principali, & in terminis accepimus *à præceptore ad cap. Raynucius supra eodem.*

Qua retenta facile eneruabimus difficultates pro Bartoli, & aliorū sententia supra factas, ad primam 134.
enim *de §. si quis impubes l. Papinianus D. in officioso*, in quā supra diximus, in eo textu filium non proponi grauatum fideicommisso vniuersali, aut particulari, sed tantum disputatum fuisse ab Vlpiano, vtrum arrogatus posset querelare testamē tum patris arrogantis, id est aui, si habeat quartam sibi debitam in forma constitutionis, cui quæstioni negatiue satisfacit Vlpianus, & nihil amplius proponitur ibi, circa duas quartas deducendas, prout explicat *Hispanus in commentarijs ad l. si arrogator. num.* 25. Non me latet dixisse *Peregrinum artic. 36. nu. 41. textum in d. §. si quis impubes*, solum decidere, arrogato non competere ius querelandi testamētum

de in

de in officioso, ex eo, quia habet quartam, per remedium ordinarium, condictionem scilicet ex lege, cuius mentem videtur sequi *Caldas in Rubrica de in officioso, num.* 36. licet multa circa alium sensum ciusdem inuoluat, & aliter scribat *Cuiac. in annotationibus ad illum titulum, super dicto textu,* & alia fingat *Faber de error. pragmat. decade.* 11. *errore.* 7. *numer.* 14. & iam supra diximus, ex quibus apparet quàm diuersus sit sensus, *dicti* §. à terminis nostræ quæstionis.

Ad secundam de compensatione ex præsumpta dispositione testatoris inducta, negamus instantiam, quia non potest fieri de vna quarta, ad aliam, compensa-
135. tio, cum neutram arrogatus consequatur ex dispositione testatoris, sed vnam ex Constitutione Diui Pij, *dicta leg. Si arrogator*, alteram ex dispositione alterius legis, scilicet Trebelliani Senatus consulti, ratione fideicommissi, §. *Sed quia hæredes Instit. de fideicommissarijs hæreditat leg.* 1. *D. ad Trebellian.* ex quibus appareret, nihil concludere supra dictas rationes, contra nostram sententiam.

Veniamus ergo ad filios naturales, tam de iure communi, quam de iure Regio: Vtrum, si grauentur à parentibus hereditatem re-
136. tistituere, possint etiam duas quartas deducere, quæ quidē quæstio, cum pendeat, ex puncto illo, An huiusmodi naturalibus debeatur legitima in bonis parentum, radicitus rem pertractare, duximus necessarium, cum apud multos scribentes, & apud Imperatorum decisiones, quodammodo reperiamus contrarietatem. Et primo perquirimus, qui sint filij naturales apud nos: circa quod videndus est *Gabriel Pereira de Castro decis.* 12. per totam, cum multis, quos citat, & sequitur *Marta quæst.* 16. *articul.* 1, *cum alys. Garcia de nobilitate glossa* 20. *à num.* 34. *Couas.* 2. *de sponsalibus cap.* 8. §. 4. *Sarmient. lib.* 1. *selectarum. cap.* 5. *num.* 10. *Rojas in Epitome de succes. ab intestato cap.* 10. *Robles, tract. de repræsentatione. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 8. Nam, licet de iure Ciuili Romanorum naturales solum dicantur, hi, qui ex concubina nati sunt domi retenta, ad quem effectum vndecim requisita adducit late comprobans. *Farinacius lib.* 4. *de delict. carn. quæst.* 138. *à num.* 8. *Ceruantes ad leg.* 11. *Tauri à num.* 124. *vbi Auendanh. glossa prima, Matienso leg.* 9. *titul.* 8. *lib.* 5. *glossa secunda, à numer.* 2. *Paleot. de Nothis, & spurijs capit.* 12. *Menoch. libro.* 6. *de præsumpt. præsumptione* 54. *numer.* 4. *Vuesembec. ad titulum de Concubinis, plures per Robles dicto cap.* 11. *numer.* 7. *Gabriel Pereira dicta decis.* 12. Attamen de iure Canonico, naturales sunt hi, qui nascuntur ex soluto, & soluta, inter quos nullum ad

contrahendi m impedimentum, ſupponit *Ordinatio lib. 4. titul. 92. leg. 9. titul. 8. lib. 5. recupilat. vbi Gloſſatores, Gregor. leg. 2. titul. 14. part. 4. Gloſſa penult. Couas. dict. cap. 8. §. 4. num. 2. Robles, Pereira, & alij dictis locis.* Quo ſuppoſito quærimus. An huiuſmodī naturales om ni tempore; tam Iuriſconſultorum, quam Imperatorum ſint capaces acquirendi bona paterna ex teſtamento, vel ab inſtato? Et pro parte affirmatiua quod ſint capaces capiendi ex teſtamento, etiam attento tempore Iuriſconſultorū, videntur ſtare multa iura, nempe *leg. final. D. de iure deliberandi leg. Ex facto §. Si quis rogatus. D. ad Senatus Conſult. Trebellianum. l. Cum pater 79. §. Volo. D. legatis ſecundo, l. Naturali D. de confirmando tutore. leg. Lucius. 45. D. de vulg. leg. Lucius. 90. §. Vama. fin. D. legat. ſecundo, leg. Vxorem. 39. §. Pater naturalis D. legatis tertio, leg. Omnes. 17. §. Lucius D. quæ in fraudem creditorum. leg. Lucius. 28. D. Mandati, per quæ ita tenent Doctores magis communiter, vt per Iaſon. in dicta leg. Lucius. D. de vulgari numer. 6. & ibi Zazius numer. 3. Alciat. lib. 4. Parergon. cap. 5. Paleotus de nothis & ſpuriis cap. 35. num. 13. Maxnerius in leg. Quo tutela D. de Regulis Iuris. numer. 10. Silueſter Aldobrandus in §. Permiſſam Inſtit. de Tutelis, plures refert Caldas ad §. Tam autem Inſtitut. de inofficioſo numen. 9. & firmo pede tranſit Pichardus in Rubrica de hæreditatibus, quæ ab inteſtato §. 6. numer. 11. & ſequenti.*

137.

Pro negatiua, & contraria parte ſtat ex diametro *textus in Authentico, Quibus modis naturales efficiantur ſui, in principio, collatione 7. alias nouell. 89. cap. 12. & in §. Diſcretis*, vbi Iuſtinianus ait, naturalium ſucceſsionem fuiſſe incognitam antiquis, & primo Valentem, Valentinianum, & Gratianum, ante omnes legem circa naturalium ſucceſsionem ſtatuiſſe, & idem Iuſtinianus in principio d. Authẽtici fatetur, naturalium nomen Romanis non veniſſe in ſtudium, nec aliquid humanum circa illos ſtatutum fuiſſe, *Robles dicto cap. 11. numer. 4.* quæ quidem anthinomia adeo preſsit ingenia ſcribentium, vt prorumpat *Zazius in dict. leg. Lucius D. de vulgari. num. 3.* dicendo, Iuſtinianum erraſſe *in dicto §. Diſcretis*, dum ſcribit, Valentem, & Valentinianum fuiſſe primos, qui de naturalibus ſtatuerunt, cum iam antea multis in locis Iureconſulti de naturalibus meminiſſent.

138.

139.

Sed abſit à viro docto talis interpretatio, nec placet altera *Alciati dict. cap. 5.* quatenus ait, naturales ſolum vſque ad tempus Antonini fuiſſe incognitos, & a Romais habitos pro peregrinis, id eſt pro incapacibus, prout ipſe *Alciat. collegit, ex principio dicti Authẽtici, qui-*

140.

141.

tici, quibus modis sui, postea Antonium illos recepisse in vrbe Romana, vt ipse collegit *ex leg. In vrbe D. de statu hominum*, & ex tunc fuerũt capaces, vt instituí possent, iuxta iura supra citata, post quod tempus ait Alciat. Constantinum *in l. 1. Cod. naturalibus liberis* iterum prohibuisse, ne homines in dignitate constituti aliquid naturalibus relinquere possent; quam constitutionem primi Valens, & Valentinianus moderarunt, vt constat *ex dicto §. Discretis*, donec vltimo Iustinianus rem deduxit ad dispositionem *Authenticæ Licet Cod. de Naturalibus liberis*, quia hic sensus, quoad Constitutionem Constantini, non est verus, neque denique quadrat decisioni Iustiniani *in dicto §. Discretis*, vbi clare profitetur, ante Imperatores Valentem, & Valentinianum, nihil leges de naturalibus disposuisse.

Relinquimus etiam aliam solutionem, *Succini Iunioris in leg. 1. D. de legatis* 1. quia manifeste confunditur, nec placet altera *Paleoti de Nothis, & spuriis cap. 35. num. 13.* 142. & sequenti, qua ipse Paleotus illam suspectam agnoscens, ei non aquieuit, sed cap. sequenti transit ad aliam, quam nostris temporibus vidimus sequutam per colendissimum præceptorem, in celebri lectura *capuis Grandi de supplenda negligent. fralator. lib. 6.* quam interpretationem scribit *Cuiacius lib. 17. obseruat. cap. 26.* nempe, filios naturales (attento tempore Digestorum) esse capaces capiendi ex 143. testamento, quia leges illo tempore, nihil de his positiue disponebant, quanuis fateamur, eos ab intestato succedere non posse, vsque ad tempora Constantini, qui *in leg. 1. Cod. naturalibus liber*, prohibuit, ne aliquid eis, ex testamento relinqueretur, cuius dispositio durauit vsque ad tempus Valentis, & Valentiniani, qui postea permiserunt, vt aliquid istis naturalibus relinqui posset, quam constitutionem scriptam non habemus, sed de illa facit mentionem Iustinianus *in dicto §. Discretis*, & secundum prædictos Doctores erat constitutio *leg. 1. Cod. naturalibus liber. in Codice Theodosiano.*

Sed hæc interpretatio (licet sit grauissimorum virorum) displicet 144. ex eo, quia, si naturales ex testamento capere poterant, attento tempore Iurisconsultorum, quomodo dicit Iustinianus *in principio Authentici Quibus modis sui*, circa ipsos non fuisse aliquam humanitatem, sed putari alienos à Republica, & de temporibus Constantini in Constitutionum libris de illis scriptum esse, quæ constitutiones habentur, secundum omnes, *in leg. 1. Cod. de naturalibus liberis*, vbi Constantinus irrogat pœnam infamiæ patribus illustribus, qui naturalibus filijs

ex abiectis mulieribus susceptis, de quibus sigillatim ibi, aliquid relinquere tentauerint, Deinde *in*
145. *d. §. Discretis*, fatetur Iustinianus, Valentem, & Valentinianum, & Garcianum Imperatores fuisse primos, qui circa naturales humanitatem exercuere, constituendo, vt eis aliquid, per parentes relinqui posset, quæ constitutio, secundum omnes, Gothofredum *in dict. §. Discretis, habebatur in leg. 1. Codicis Theodosiani, sub titulo de naturalib. liberis*, postea vero alias constitutiones nouiorum Imperatorũ editas fuisse constat, prout Archadij, & Honorij, *in l. 2. Cod. naturalib. liber.* vbi constitutum fuit naturalem ex testamento patris vnciam tantum vnciam capere posse, cum matre partiendam.

Ex quibus bene colligitur, ante talem constitutionem inhumaniter circa illos actũ fuisse, ac proinde dicendum est, naturales (attento tempore Digestorum)
146. esse capaces alicuius hæreditatis paternæ, nec ex testamento, nec ab intestato, prout ex alijs optime defendit *Gaidas in leg. si curatorem verbo, sine curatore, numer. 88. & iterum ad §. tam autem Instit. de inofficioso, numer. 11. & 43. & 46. & sequentibus*, cuius opinio satis confirmatur ex eo, quia tam Valentis, & Valentiniani, quam nouiorum Imperatorum Constitutiones, Archadij, & Honorij *in dicta leg. 1. Cod. de naturalibus liber.* quam etiam Iustinianus *in dict. §. Discretis*, non imponunt necessitatem parentibus, vt naturalibus præcise aliquid relinquere teneantur, sed solum licentiam concedunt, vt certas vncias, modo plus, modo minus, pro casus varietate, illis liceat relinquere, si velint: vt ergo prædictæ constitutiones aliquid noui operentur, necessario fatendum est, in antiquioi tempore Digestorum, talem facultatem parentibus fuisse denegatam, quod mihi videtur vrgentissimum fundamentum, quod mature cogitando, omni solutione maius iudicaui. Nec aliquid euincere poterit, si quis consideret humanitatem Valentini, & Valentiniani solam esse restringendam ad rigorem Constantini *in dict. leg. 1. Cod. de naturalibus liberis*, quasi supponendo, ante Constantinum non dari aliquam prohibitionem circa successionem Naturalium, sed potius ipsos supponi capaces, ne Constantini rigor *in dict. leg. 1.* frustratorius redderetur, prohibẽdo illud, quod iam antea reperiebatur prohibitum. Confunditur enim hæc cogitatio, quia rigor Constantini, si aliquid circa filios naturales disponebat, solum comprehendebat filios illustrium, qui ex abiectis mulieribus erant nati, qua in re, ego nouiter aduerto, quod mens principalis Con-
149. stantini *in dict. leg. 1.* sola fuit circa puniendos parentes illustres pœna

infamiæ, qui filijs susceptis ex illo coitu, cum abiectis mulieribus, quas ibi sigillatim refert, aliquid tentant relinquere, (licet hos naturales ius Ciuile existimauerit) sub prætextu legitimitatis, quasi filijs legitimis, qui licite ex lege capere poterant, vt patet ex contextura *eiusdem l.* 1. in qua solummodo Imperator Constantinus intendit remouere hanc fraudem, vt patet ex verbis textus, *ibi* (*susceptos filios in numero legitimorum habere voluerit, aut proprio iudicio aut nostri prærogatiua rescripti*) ad quam fraudem repellendam declarauit Constantinus naturalium in capacitatem, non de nouo illam introducendo, sed antiquiorem esse insinuando, vel quia aliqua lex erat, quæ hanc incapacitatem introducebat, de qua vestigium non habemus in corpore Iuris Ciuilis; Vel denique, quia saltem moribus Romanorum sic obtinuit, quod ipsũ aperte demonstrat Iustinianus, *in d. Authentico, Quibus modis naturales efficiantur sui, in principio*, dum asserit, filios naturales ante Constantinum, alienos reputari à Republica Romana, idest incapaces per vsum communem ipsius Reipublicæ, *vt bene obseruat Alciat. d. lib. 4. Parergon. cap. 5. à principio*, & hanc inhabilitatem promulgavit Cõstantinus per legem scriptã, addendo pœnam infamiæ parentibus illustribus, qui aliter legem fraudare intendebant; Vnde, cum

150.

151.

sit constitutio ōdiosa, & pœnalis, non est extendenda ad alios parentes, qui minoris sunt qualitatis, & conditionis, iuxta vulgares regulas, sed potius naturales ab istis natos, simpliciter in capaces suponit; licet non cõprehendantur sub pœna Constantini, fieret ergo consequens ex prædicta ponderatione, quod benignitas Valentis, & Valentiniani erat restringẽda solum, quoad pœnam illam infamiæ illustribus impositam, ne inducta ad vnum effetum, alium operaretur, *contra regulam legis Legata in veiliter D. de adimendis legatis*, quod falsum est, quia constitutiones Valent, & Valentiniani, non emendant pœnam à Constantino impositam, sed potius corrigunt rigorem apud Romanos obseruatum; dum naturales reputabant omnino incapaces, vt constat *ex dict.* §. *Discretis*, vbi tenor Constitutionum Valentis, & Valentiniani refertur. Denique confunditur, quia constitutiones nouiores Archadij, & Honorij, & Iustiniani ampliant solum benignitatem Valentis, & Valentiniani, in quantitate, quæ relinquitur filijs omnibus naturalibus illustrium, & non illustrium, quod dici non posset, si hæc benignitas restringeretur ad rigorẽ Constantini, qui solum de illustribus agebat, *vt patet ex d. l.* 1. Deinde sequeretur absurdum, quia etiam hodie, semota constitutione Iustiniani, totum patrimonium naturali-

152.

bus relinquere possent parentes,
153. quod non patiuntur verba Iustinia
ni ipsius *in d.§. discretis, & in d.§.*
si vero illi (licentia sitei, &c.) quibus
verbis manifeste declarat Imperator, se præbere de nouo licentiam,
vt pater, quicunque sit illustris, vel
non illustris, possit filijs naturalibus relinquere totum, quod voluerit, quod implicat manifestam cõtradictionẽ, quod iam antea esset
permissum, & quod Imperator illud de nouo concedat. Suffocatur
denique prædictus intellectus, ex
154. eo, quia Iustinianus *in l. vltima C. de Naturalibus liberis*, dicit p. ohibitionem, quæ dabatur circa filios
naturales, nõ extendi ad nepotes,
quæ absque dubio omnes filios cõ
prehendit: vnde colligitur prohi-
bitionem circa filios naturales alia
esse diuersam, à prohibitione
Constantini, hæc enim de certis
tantũ loquitur, aliter enim sequeretur, alios naturales pro creatos ex
parentibus inferioris conditionis
in ea non numeratis non comprehendi sub prohibitione, quod nemo vnquam ausus est scribere, ex
quibus luce clarior apparet in capacitas naturalium, etiam attento
tempore Iuris Consultorum; Confirmatur deniq. quia ius antiquũ
filios susceptos extra Matrimoniũ
celebratum solum inter ciues Romanos incapaces successionis iudicabat, *vt colligitur ex principio Inst. de Nuptijs, Guido Pancirola. 2. var. cap. 273.*

Ex quibus sic præ notatis, vt me
lius confirmetur nostra sententia,
concordabimus iura, quæ inter se
discrepare videtur: nam cum naturales essent incapaces, & incogniti Romanis, vt cum Alciato supra
diximus, Primus omnium Imperatorum, qui illorum incapacitatẽ
scriptis declarauit, fuit Costãtinus 155.
in dict. l. 1. Cod. Naturalibus liberis
non de nouo illam inducendo, sed 15
iam antea introductam aperte supponendo, & sic bene verificantur
verba Iustiniani *in d. principio Authentici, quibus modis naturales sui*,
postea Valentius, & Valentinianus
in sua constitutione, quæ habebatur *in l. 1. C. naturalibus lib. in Codice Theodosiano*, naturalibus concessit, vt vnciam percipere possint ex
testamento, quæ cum matre non
erat partienda, & hoc modo verificatur relatio, quam Iustinianus
in d.§. discretis scribit, circa constitutionem horum Imperatorum, quã
cõstitutionem currente tempore,
in parte moderarunt Archadius,
& Honorius, *vt habetur in leg. 2.* 156.
C. naturalibus lib. vbi constituerũt,
vt filij naturales tenerentur illam
vnciam in simul cum matre partiri, quod illis Valentis, & Valentiniani constitutio denegebat, donec tandem Iustinianus rem reduxit ad terminos Authenticorum,
vt constat *ex d.§. discretis*, quorum
iurium hæc est vera, & genuina
concordia, nec alia recta assignabitur.

Con-

Consequitur secundo ex supradictis, quantum distent à vero sensu *Glossa prima, in l. si is, qui ex bonis 6. D. de Vulgari, vbi Albericus numer. 1. Paul. 2. Ripa etiam 2. & Glossa in l. Cogi. §. hi, qui solidum D. ad senatus Consultum Trebellianum, vbi Alex. quos sequitur Gomez. leg. 9. Tauri numer. 5. cum alijs, quos refert Caldas d. §. tam autem num. 12.* dum putant filios naturales attento illo tempore Iuris Consultorum, non esse in totum in capaces, sed vnciã tantum capere posse, fundantur *in d. l. si is, qui ex bonis*, vbi filius naturalis fuit substitutus pupillaris filio legitimo impuberi, & licet solidũ capere non posset, si a patre hæres primo loco scriberetur, nihilominus ex pupillari substitutione solidum capere potest, quia non succedit patri, sed pupillo, qui intellectus iam dissolicuit insigni *Petro Barbosæ in Manuscriptis ad dictum textum, quẽ sequitur preceptor insignis ad celebrem lecturam cap. Grandi de Supplenda negligentia prælatorum lib. 6. cum Caldas in leg. si curatorem verbo sine curatore numer. 89.* quibus addo *eundem Caldas in d. §. tam autem num. 24. Cuiac. in recitationibus Digestorum, super d. leg. si is qui, vbi sequitur nouc Gothofredus, cum Goueano quem citat*, dum omnes intelligunt *d. l. si is, qui*, & in simul omnes alias leges, quæ mentionem faciunt, de his, qui solidum capere non possunt, referendas esse *ad leg. Iuliam, & Papiam, de qua habemus titulum C. de infirmandis pœnis cœlibatus*, vbi notat *Gothofredus super l. 1 illius titul.* meminitque *d. l. si is, qui ex bonis, intelligendo ante illum titulum*, cœlibes, & orbos non posse in solidũ hęredes instituí, propter prohibitionem illius legis Iuliæ, & Papiæ, quod etiam bene notauit *Cuiacius in posthumis ad illum titulum, & in explicatione legis vnicæ in principio Cod. Caducis tollend. vbi etiam meminit d. l. si is, qui ex bonis*, ad quos terminos referunt omnia iura, quæ loquuntur de his, qui solidum capere non possunt: *d. §. hi, qui solidum. l. si quis solidum. 72. D. de Hæredibus instituendis. l. quod cõditionis 36. D. de donat. causa mortis, cum alijs, de quibus singillatim Caldas d. loco num. 25. & sequentibus, vbi a supra citatos videndus Franciscus Balduinus in Commentarijs ad d. l. Iuliam, & Papiam, vbi omnia de Materia.*

157. 158. 159.

Neque obstant iura in limine citata, per quæ contrariæ sectæ Doctores mouentur, ad constituendũ pro regula, filios naturales attento tempore Digestorum, esse capaces, vt ex testameto succedere possint, Nam ad textum, qui fortior videtur in *l. Lucius* 45. *D. de Vulgari*, Respondemus, textum illum dum loquitur de filio naturali, non esse intelligendum, de filio naturali illegitimo, prout male interpretantur communiter Doctores, sed potius esse intelligendum de filio naturali legitimo, ex iustis nuptijs procreato, addifferentiam legitimi

tantũ, qui dicitur adoptiuus, prout passim in iure nostro Iureconsulti, legitimos appellant adoptiuos, qui ideo tales dicuntur, quia per legem nobis fiunt legitimi, naturales autem, quos natura ex legitima vxore nobis dedit, exempla sunt multa, *in leg. Non potest* 30. *D. de adoptionibus, Principium Inst. de Patria potestate, melior textus in §. sed hodie Inst. de adoptionibus, vbi glossa verbo (naturali) l. penult. C. eodem tit. ibi (per adoptionem ad extraneam personã factam iura naturalis patris minime dissolui). l. Adragato* 40. *D. eodem titulo, textus in l. si te parens C. de suis, & legitimis lib. l. Ex duobus.* 14. *§. filius D. Bonorum possess. contra tabulas. §. Intestatorũ, & §. Minus Inst. de hæredit, quæ ab intestato, Minsinger. nu.* 3. *cum Zazio in Rubrica de adopt. num.* 4. *Corras. in Posthumis C. de Adopionibus in principio, & de naturalibus liber, bene Caldas vbi proxime nu.* 43. *Pichard. in §. Intestatorum de hæreditat. quæ ab int. num.* 7. Secundum quem sensum merito tex
160. tus ille intelligendus est, absque mutatione alicuius literæ, prout bene aduertit Caldas dicto loco, & sic esse intelligendum fatetur *Cuacius in Posthumis ad titulum C. Naturalibus lib. in principio*. Nec textus ille patitur communem intellectũ, dum ibi Doctores intelligunt naturalem, idest, illegitimum, quia textus supponit, patrem tali filio substitutionem pupillarem facere, vt constat, *ex versiculo aliter*, quam substitutionem pater naturalis filio facere nõ potest, ex defectu patriæ potestatis, *iuxta l.* 2. *D. de vulg. & bene prosequitur Valasc.* 2. *tom. cõsult.* 151. *numer.* 1. *& Gothofredus in notis l. naturali* 7. *D. de confirmando tutore. Quicquid Cuiac.* 17. *obseruat. cap.* 26. *literam emendet, & lib.* 12. *Responsorũ Pauli super d. l.* dicat, resecandum esse versiculum Aliter, qui in vulgatis emẽdationibus habetur, quæ omnia, vt suspecta dico cauenda, & ad supradictum modũ existimo intelligendum textũ *in l. Vxorem.* 39. §. *Pater naturalis D. de legatis* 3. quod ibi pater naturalis, id est legitimus, licet repugnet communis scribentium sententia, de qua per insignem *Barbos. in l.* 1. *part.* 4. *D. soluto matrimonio, à num.* 50. Denique sic dico, intelligendũ *textum in §. tam autem Institut. de inofficioso testam.* cum qua interpretatione transit Caldas ibi. 161. 162.

Secundo non obstabunt multa iura supra citata, *nempe l. final. D. de iure de liberand. l. Et ex facto* 17. *§. si quis rogatus D. ad Trebellianum. l. Lucius* 90. *§. Dama D. de legatis* 2. *l. Cum pater* 79. *§. volo, illo titulo. l. Omnes.* 17. *§. Lucius D. quæ in fraudem creditorũ*, quia omnia hęc iura non loquuntur de illis naturalibus, de quibus nostra disceptatio est, sed loquuntur de illis, qui nati sunt ex seruili contubernio in figura matrimonij, prout bene sentit *Paul. in d. l. final. & in d. §. si quis rogatus num.* 4. *ad finem. Cuiac. lib.* 3. *obs. cap.* 163.

obs. cap. 37. *in principio*, *Paleot. de nothis, & spuriis cap.* 13. *quos sequitur Cald. ad d.* §. *Tam autem num.* 46. *Faber de errorib. decad.* 35. *error.* 5. *Cuiac.* 10. *observat. cap.* 23. *Fab. in Iurisprud. Papinian. tit.* 3. *princ.* 4. *& tit.* 9. *princ.* 2. *illat.* 1. *& tit.* 8. *princ.* 5. *illat.* 4. *Robles de repræsent. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 2. quasi insinuent illa iura supra citata, aliquid speciale esse in his filijs, quos ius Ciuile natu-
164. rales appellat, in quibus datur specialis ratio fauoris, quia nati sunt ex patre, & matre affectione maritali, vt supponimus, & solum eis deficet habilitas contrahendi matrimonium, ad quod illos inhabiles iudicauit ius Ciuile, *iuxta l.* 3. *C. incestis nuptijs leg. Adoptiuus* 14. §. *Seruli D. de Ritu nuptiarum* §. *Illud. instit. de Nuptijs*, propter quā rationem tales filij legitimi nasci non poterant, quia legitimi solum
165. nascuntur, qui ex matrimonio per leges approbato, procreantur; *iuxta celebrem decisionem. l. Filium* 5. *D. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*: vnde cum parentibus imputari nō possit, cur illos legitimos non procrearunt, æquum erat, & iustum, vt in aliquo fauerentur, ideoque apud Iurisconsultos quasi iusti filij reputati sunt, & ad instar legitimorum habentur, vt in *d. l. Omnes* §. *Lucius. D. quæ in fraudem creditorum*, & veniunt in successionibus appellatione filiorum, vt post
166. multos, quos citat *Cald. vbi supra num.* 47. optime prosequitur *Menoch. de præsumptionibus lib.* 4. *præsumptione.* 78. *à principio, vsque ad n.* 20. vbi, discurrendo per omnia supradicta iura fatetur, huiusmodi naturales natos ex seruili cōsortio, in figura matrimonij esse capaces successionis, quod etiam agnoscunt *Cuiacius lib.* 3. *Responsorum Scæuol super d. l. Lucius* 90. §. *final. D. delegatis* 2. *post aliquas prosequitur Gabriel Pereira de Castro decis.* 14. *nu.* 9. *Costa verbo (si absque liberis) n.* 36. *Mantica de coniecturis. lib.* 11. *tit.* 9. *num.* 2. & post Iurisconsultos, extat Iustiniania constitutio, in ipsorum fauorē lata, de qua *in principio Inst. de seruili cognatione*, *vt explicat Baldeinus ibi, quā nouam agnoscit Mingerius ibidem num.* 4. Vnde con-
167. sequitur, quod, si communis opinio, quam supra reprobamus, intelligatur de his filijs natis in seruitute, qui naturales dicuntur, vera sit, iuxta proxime dicta, si autem generaliter intelligatur, etiam de alijs filijs naturalibus, natis extra contubernium, explodenda est, vt pote falsa, per hucusque dicta.

Nec pro ipsa communi vrget *l. Naturali* 7. *D. de confirmando tutore, qui textus magis vrget in proposito ponderatus & contrario*. Verba textus sunt (*Naturali filio, cui nihil relictum est frustra tutor datur à patre*) quasi supponat textus, quod si pa-
168. ter ei aliquid relinquat, possit ei dare tutorem, & per consequens, filium naturalem esse capacem, vt pater ei relinquat, sed omissa respō-

sione

sione *Petri Fabri in l. Omnia* 73. *D. de regul. Iuris*, dum existimat, illa verba ibi (cui nihil relictum est) *non esse Iurisconsulti*, sed esse Tribuniani, quæ responsio valde suspecta est; ideo melius dicendum est, argumentum esse fragile, cum sit tantum deductum à cõtrario sensu, mensque Iureconsulti explicãda est in hunc modum, ibi (cui nihil relictum est,) quia non potest ei relinqui à patre, ideo frustra ab eo tali filio tutor assignatur, quod bene sentit *Caldas dicto loco nu.* 48. & ego cõfirmo ex decisinibus nouioribus Iustiniani *in l. final. Cod.* 169. *confirmando tutore, & in l. vltima C. quando mulier tutel. offic. fungi. potest.* vbi Imperator de nouo statuit, posse parentes dare filijs naturalibus tutores, quando aliquid eis relinquerint intra modũ in suis nouis constitutionibus præfinitum, quæ constitutiones non dicerentur nouæ, si iam tempore *d. leg. Naturali* aliquid eis relinqui posset, quæ bene deseruiunt ad cõroborandam nostram sententiam, vel aliter potest dici *in dict. l. Naturali* agi de filio naturali nato ex consortio ciuili, in figura matrimonij, prout supradictum est ad alia iura, quod bene explicat *Robles dict. cap.* 111 *num.* 2.

Dicimus tamen, obseruandum ex omnibus hucusque dictis, quod 170. prædicti Imperatores supracitatis iuribus nũquam imposuerunt parentibus præcisam obligationem relinquendi naturalibus aliquam portionem, seu legitimam, sed tantum (secundum casuum contingẽtiam) permittebãt parentibus, modo plus, modo minus relinquere, vt constat *ex d. Authentico, Quibus modis sui, &c. §. Discretis, ibi (permittentes) & ex Authentica Licet C. de natur. liber, ibi, permittitua, iuncta regula l. Non quicquid D. de iudicijs,* & ideo solum succedere possunt in eo, quod pater voluerit *l. Humanitatis C. de natur. liber. ibi (si hoc naturalis pater voluerit)* nam cõtra eius voluntatem minime succedere valent; nec etiam aliquod habent remedium contra testamentum parentum, vel contratabulandi, vel 171. dicendi nullum, *iuxta l. vltima. C. Naturalis liberis. ibi (nullum ius)* gloßa *verbo, naturalis, in l. 1. D. de bonorum possessione contra tabulas, Gom. leg. 9. Tauri nu.* 21. *resoluit in terminis post Couas 2. part. de sponsalibus cap.* 8. §. 4. *num.* 16. *Paleot. tract. de nothis, & spurijs cap.* 38. *num.* 7. *multis relatis, Valasc. tom.* 1. *consult.* 94. *numer.* 4. *insignis Barbos. in l.* 1. *part.* 4. *nu.* 56. & 82. *D. soluto matrim. Cald. in §. Tam autem num.* 5. *Inst. de inofficioso, Surdus de alimentis titul.* 8. *priuilegio* 81. *nu.* 2. & 3. *Pater Molin. disp.* 166. *conclusione* 4. *Azeued. leg.* 11. *titul.* 6. *lib.* 5. *nouæ recupilationis, num.* 43. & 44. *Gutier. practic. lib.* 3. *quæst.* 52. *num.* 1. & *num.* 4. *Thuscus littera N, conclus.* 13. *num.* 7. *Marta de successione legali parte* 1. *quæst.* 16. *art.* 1. *num.* 8. *vbi plures.*

Iam

Iam ergo consequitur, nostram
172. quæstionem non posse applicari filio naturali, in terminis iuris cõmunis, quod comprobatur ex eo, diximus enim, filium naturalem non habere portionem aliquam à lege taxatam præcise, pro legitima relinquendam, ex Imperatorũ decisionibus proxime citatis: igitur decisio nostri textus accomodari nõ potest huiusmodi filijs naturalibus, quia, vt ipsa procedat, requiritur, quod filius habeat legitimam a leg: taxatam; vt textus noster supponit, ibi (*tertiam iure naturæ debitam*) & nos supra sæpe diximus.

Accedamus ergo ad ius nostrũ Regium, quo attento, filij naturales peditum, succedunt æqualiter
173. les cum filijs legitimis, in bonis parentum *iuxta Ordinationem antiqua lib. 4. tit. 61. in nouis tit. 92. de cuius iustitia consulendus est Aquila nostræ ætatis Gabriel Pereira de Castro decis. 12. à principio, Marta de successione legali. part. 1. quæst. 17. artic. 1. & omnes Regnicolæ, Gamma decis. 167. num. 7. & decis. 312. num. 2. Pinel. in Rubrica de bon. maternis cap. 2. nu. 8. Caldas de nomin. quæst. 12. num. 59. Mol. de Iustitia disp. 166.* ita vt huiusmodi naturales plebeorũ, secundum veriorem opinionem,
174. possunt querelare testamentũ paternum de inofficioso, & reuocare omnia male alienata, in fraudem suæ legitimæ, quod primus omnium Regnicolarum bene resoluit *Cald. ad tit. de inofficioso testamento §. Tam aut. n. nu. 4. & num. 63. & l. si curatore, verbo (sine curatore) n. 94. deinde Benedictus Pinel. lib. 1. selectarum cap. 3. num. 13. & cap. 8. nu. 23. Thomas Valasc. allegat. 6. num. 26. licet Valasc. tom. 1. consult. 94. à principio, vsque ad num. 14.* pro contraria parte fortiter pugnauerit, & illũ inaduertenter sequatur *Ægidius de iure honest. cap. 13. n. 49.* Et hic filius naturalis excludit substitutũ, sub conditione (si sine liberis) *Costa cap. si pater, verbo, (si absque liberis) num. 35. Mantica de coniect. lib. 11. tit. 9. à num. 11. Valasc. consult. 94. num. 3. & interminis l. Cum auus D. cond. & demonstrat. notant communiter Doctores, vbi latissime doctissimus præceptor Laurentius, quem præmature fors abstulit,* & succedit. in omnibus maioratibus, emphiteusibus, & quibusuis alijs dispositionibus, vt latè prosequitur *Reinoso observat. 331.*

Quo iure supposito, in terminis nostræ quæstionis puto, resoluendum, omnia suprà dicta, circa filios legitimos gratiatos, vniuersali fideicommisso, proportionabiliter verificãda esse, in naturalibus plebeorũ nostri Regni, ita vt, quem- 175.
admodum illi, ita & isti duas quartas deducere possint, iuxta dispositionem generalem nostri textus, quæ nostra illatio optime probatur ex eo, quia vt sæpe sæpius repetitum habemus, ille potest duas quartas deducere, qui illas diuersis

respecti-

reſpectibus percipit:legitimam ſcilicet à lege taxatam,quia filius, & Trebellianicam, aut Falcidiam, quia grauatus onere fideicommiſſi:aut legatorum;ſed filij naturales plebeorum habent legitimam ex diſpoſitione legis Regiæ; ſupra citato loco,in qua grauari nequeũt, nec ipſa poteſt aliqualiter venire in reſtitutionem, *iuxta d. §. Quam ob rem*:deinde,reſpectu grauiminis, ſuſtinent vices fiduciarij,& ſic(tanquam quilibet extraneus) poſſunt quartam Trebellianicam deducere: ergo de primo ad vltimum bene infertur,quod quemadmodum legitimi poſſunt duas quartas deducere, ita etiam naturales, iuxta ſupra dicta,quæ reſolutio non ſolũ in filijs grauatis procedet, ſed etiã in nepotibus,& alijs deſcendentibus, quia omnes veniunt appellatione filiorum, in terminis, *illius Ordinationis, vt per Gammam deciſ. 322. & 312. Cald. l. Si curatorem, verbo (ſine curatore) num. 97. & receptar. quæſt. 12. num. 7. & quæſt. 38. num. 18. Valaſc. conſult. 29. in fine. Cabed. 1. part. deciſ. 101. & Areſto. 48. & 2. part. deciſ. 93. num. 4. Mol. diſput. 166. verſ. De iure, argumento l. Filij, l. Liberorum. D. de Verborum ſignif. leg. Senatus conſulto. D. Ritu nuptiarum, & quæ Doctores ibi*,quod ampliatur etiam ad nepotes, & alios deſcendentes naturales filiorum naturalium: nam etiam in his reſoluendum eſt affirmatiuè, quia habent legitimam,iuxta terminos *Ordinationis, Gamma deciſ. 312. & 313. Cabed. 1. part. deciſ. 100.* Hæc autem,ad filios, & reliquos deſcẽdentes plebeorum tantum ſunt reſtringenda.

176.

Circa naturales vero nobilium in noſtro Regno, negatiue reſoluendum eſt, quia nullam portionem habent,pro legitima, in bonis parentum *Ordin. d. tit. 92. §. 1.* ſed remanent in diſpoſitione Iuris communis, cuius diſpoſitio eſt, quod,licet de iure Digeſtorum filij naturales eſſent omnino incapaces ſucceſsionis paternæ, iuxta ſupra reſoluta,ita vt, nec ex teſtamento capere poſſent; attamen de iure nouiori Codicis,& Authenticorum, ſi pater cum teſtamento decedat,& habeat deſcendẽtes legitimos,vnicam tantum vnciã totius hæreditatis, poterit naturalibus relinquere, quam vnciam filius tenetur cum matre ſua æqualiter diuidere, alias, ſi matre ſit orbatus, integram poſsidebit. *Probatur ex dict. Authentico, Quibus modis naturales efficiantur ſui. §. Diſcretis. verſiculo, ne igitur, iuncta l. 2. C. naturalibus liberis, notat Accurſ. in d. l. 2. poſt Hoſt. in ſumma tit. qui filij ſint legitimi. num. 4. Cou. de ſponſalibus. 2. part. cap. 8. §. 4. num. 4. Molina de iuſtitia diſp. 166. concluſione 2. Gom. vbi teſtatur de communi, in l. 9. Tauri num. 5. Palcot. de noth. & ſpur. cap. 36. à num. 7. & cap. 38. num. 3. additio ad Bartol. in leg. Si is, qui ex bonis D. de vulgari, &c. Caldas verbo*

177.

178.

179.

18

181

(ſine

(*sine curatore*) *num.*97. *Rojas de succ. cap.*11. *à principio. Pich. in rubr. Inst. de succ. ab intest. §.*6. *nu.*16. *à quibus mutuauit insignis præceptor Leiua ad cap. Grandi, de supplenda neglig. lib.*6. *cum de naturalium succ. ageret, concl.*2. & hæc resolutio optimè procedit, quando pater filios legitimos, seu alios descendētes relinquit; Si autem descendentibus careat, ascendentes vero habeat, tunc potest pater naturalis, filio omnia bona relinquere, præter legitimam ascendentiū, qua priuari
180. non possunt, probant etiam hanc resolutionē *textus, in d. Authentica Quibusmodis naturales sui. §. Discretis, versic. si vero habuerint, vnde desūpta est Authentica licet. C. naturalibus lib. in versic. quod si*, per quę iura correcta est decisio, *textus in l.* 2. *C. de natur. lib.* dum ibi Archadius, & Honorius iubebant, vt filio naturali vncia tantum relinqui posset, si pater matrem superstitem relinqueret, sic interminis explicāt Doctores supra relati. *Host. d. n.*4. *Cou. d. §.*4. *n.*12. *Gom. d. n.*5. *post medium, Cald. d. n.*97. *Rojas d. c.*11. *n.*1. *Pich. supra n.*17. *Molina concluſ.*3. *d. loco,* declarant Doctores vtranque resolutionem supra positam, vt non solum procedat, in bouis relictis per vltimam voluntatem; sed etiam in
181. donatis inter viuos, quocunq; titulo, nam, si pater naturalis descendentes, aut ascendentes habeat, nō potest filio naturali donare in vita, vltra summas supra, in vtraq; resolutione scriptas, constat hæc declaratio *ex dicto §. Discretis, versiculo, ne igitur ibi*, (*non possit filijs, eorumque matri, vltra vnam relinquere vnciam, aut donare naturalibus*) & *in d. versic. si vero ibi* (*testatori licentia sit, etiam in duodecim vncias filios scribere naturales hæredes, & diuidere inter eos, quocunque modo voluerit, res, & per donationes, &c.*) *optime Gomes dict. num.*5. *colum.* 2. *Molin. d. concluſ.* 2. & 3. licet insignis *Barbos. l.*1. *part.* 4. *D. soluto matrimon. num.*63. in distinctè dicat, patrem posse donare, inter viuos, filijs naturalibus omnia bona sua, & referat ex *Cephalo cons.*48. *nu.*36. *lib.*1. non habere contradictorem, reducendus tamen est ad terminos, scilicet, quando pater alios legitimos descendentes, vel ascendentes, non habeat, vt statim dicemus, non autē procedit generaliter dictum illud, quia in casibus supra relatis minime admittēdum est, expresse enim repugnant iura modo citata, nec dicendū est, insignem virum illorū fuisse oblitum.

Si vero pater naturalis, filios, vel descendentes, legitimos, seu etiam ascendentes non habuerit, tunc, quicquid aliqui contendant aliter fuisse dispositum de iure saltem Codicis, *vt per Paleotum vbi supra, cap.*36. *nu.*6. *& sequenti:* tamen 182.
de iure Authēticorum certum est, vt possit omnia bona sua tam ex testamento, quam inter viuos naturalibus donare, *vt apparet ex dicto §. Discretis, versiculo si vero filios, Au-*

 thentica

tentica licet C. eodem tit. Host. d. n. 4. Gomes. d. num. 5. Molina. disp. 166. nu. 1. Valasc. consult. 94. n. 8. Cald. d. verbo (sine curatore) nu. 97. Paleot supra, & cap. 138. n. 3. Præceptor insignis Leiua ad c. Grandi loco cit. concluſ. 3.

Si vero pater naturalis ab inteſtato decedat, tunc etiam diſtinguendi ſunt aliqui caſus: Primus eſt, quando filios, aut deſcendētes legitimos relinquit (quibus exiſtētibus) nihil naturales ex ſubſtantiā paterna prætendere poſſunt, vt
183. apertè conſtituit Iuſtinianus, *in d. §. Diſcretis, verſiculo ſi quis igitur habens filios, & in Authentico de Trientre, & ſemiſſe. §. Conſideremus, verſiculo nunc enim Collat. 3. facit Authentica licet C. naturalibus liberis, & communiter ſcribentes dictis locis, Host. d. num. 4. Paleot. d. cap. 38. nu. 5. Couas d. 2. part. cap. 8. §. 4. nu. 9. Gomes. l. 9. Tauri num. 4. Molina d. diſput. 166. concl. 4. Cald. as dicto verbo (ſine curatore) n. 96. colum. 3. Rojas in Epitome cap. 13. à nu. 11. Pichard. ad Rubricā de ſucceſſionibus ab inteſtato. §. 6. nu. 20. Marta de ſucceſſione legali quæſt. 16. art. 1. num. 3.* & hanc reſolutionem, quæ filios naturales à parentum ſucceſsione excludit (extātibus deſcendentibus legitimis) ampliant ſcribentes etiam ad caſum,
184. quo nullus deſcendens ſuperſit, ſed ſuperſit vxor legitima; probātque *vltra textum in l. Humanitatis Cod. naturalib. lib. ex text. in d. §. Diſcretis verſic. ſi quis autem defunctus, ibi (legitima ei ſobole non extante, neque legitima coniuge, &c.* vbi text. æquiparat caſū, quo ſuper ſunt filij, aut deſcendentes, caſui, quo ſuperſit legitima vxor, ſed in priori nihil capiunt naturales: ergo etiam in ſecundo repelli debēt ab omni emolumento hæreditatis paternæ, & in terminis ita reſoluunt cōmuniter doctores proxime relati, maxime *Molina, & Marta*. Nec obſtat, quod prædicti filij naturales, deficientibus filijs legitimis, excludūt agnatos tranſuerſaler, ſaltē in duabus vncijs, vt cōſtat ex eodemmet textu *in §. Si quis autem defunctus*; conſtat etiā conſequentes, agnatos in ſucceſsione ab inteſtato vxorē legitimā excludere, *vt patet ex Authentico de hæredibus ab inteſtato, §. Si igitur defunctus. Collat. 9. l. Unica. C. vnde vir, & vxor*. Vnde ſuccedit regula *l. De acceſsionibus D. de diuerſis & temp. ar alib. proſcript. quam in ſucceſsionibus procedere tenent cōmuniter Doctores Gabriel commun. titul. de ſucceſsionib. ab inteſt. concl. 4. Matica de coniect. lib. 10. tit. 7. n. 6. Molina de 1. gen. lib. 5. c. 5. n. 16. Decian. conſil. 13. n. 38 lib. 3. Thuſc. to. 8. liter. V. concl. 208. infiniti per Caſtilh. to. 3. cōtrouerſ. c. vlt. Robles de repræſent. lib. 2. c. 21. n.*
185. 5. Quia ſatisfit, ſi dicas, regula illā, ſi vinco vincente te, a fortiori vincā te, nō procedere, vbi lex cōtrariū expreſſe declarat, p. out in terminis *d. verſic. ſi quis autem defunctus, & in terminis, pāſt Hoſtienſem d. n. 4. Cyn. in dicta Autentica licet, Gabriel Cōmunium tit. de ſucceſsionibus ab inteſtato concluſ.*

concluſ. 4. num. 3. Gomez. dict. num. 4. Molin. d. concluſ. 4. verſic. ratio autē ſequitur Præceptor ad d. ſt. cap. Grandi concluſ. 4. Donianus dict. num. 38. Ioannes Vincentius Honded. lib. 1. conſil. 88. nu. 33. Surdus conſil. 138. & Conſil. 416. num. 25. Menoch. conſ. 234. num. 23. Caſtilh. ſupra num. 7.

Secundus caſus eſt, quando pater decedit, nullis legitimis deſcēdentibus, aut vxore relictis, in hoc caſu filij naturales habent in bonis parentum duas vncias, id eſt ſextā partem totius hæreditatis paternæ, quam cum matre (ſi ſuperſtes eſt) 186. æqualiter diuidere tenentur, reliqua hæreditate agnatis proximioribus delata, conſtat hæc reſolutio *ex dicto §. Si quis autem defunctus, & ex d. §. Conſideremus, verſiculo nunc enim, iuncta d. Authentica licet verſiculo ab inteſtato poſt gloſſam, & Ordinarios vtrobique, Hoſtiens. d. num. 4. Couas. d. §. 4. nu. 9. Gomes. a. l. 9. nu. 4. Paleot. d. cap. 38. num. 5. Molina d. concluſ. 4. Caldas d. num. 96. col. 4. Rojas dict. cap. 13. à num. 10. Pichar. d. §. 6. n. 20. præceptor ſupra concluſ. 5. Marta de ſucceſſione legali part. 1. quæſt. 16. art. 1. num. 4.*

Extendunt ſi prædicti ſcribentes prædictam reſolutionem, etiam ad 185. caſum, quo pater naturalis aſcendentes relinquat: adhuc enim eis 187. ſexta pars paternæ hereditatis cōcederetur. Ratio illa eſt, quia *textus in dict. §. Si quis autem defunctus, & textus in verſiculo, non enim*, dum duas vncias naturalibus, in hoc caſu reſeruant, nullum habent reſpectum ad aſcendentes, & ideo, cum Iuſtinianus in diſtincte has vncias naturalibus concedat, dicendū eſt, quod etiam, aſcendentibus exiſtētibus, poſſunt naturales illas percipere; Maxime, quia per has duas vncias nullum præiudicium oritur legitimæ ipſorum aſcendentium, vt patet. Vltimo, quia, quando idem Imperator Iuſtinianus locutus eſt de ſucceſſione teſtamentaria, ſolum reſpexit ad illud, ne aſcendentes priuentur legitima portione, *vt patet ex d. cto verſic. ne igitur defunctus*: ergo á fortiori dicendum eſt, idem reſpexiſſe in ſucceſſione ab inteſtato, p out tenet exp eſſe. *Molin. d. concluſ. 4. verſiculo 2. contra Gomez d. n. 4. in fine*, qui inaduertenter ab hac recedit ſententia, quam in noſtris ſcholis *ſequitur Præceptor ad d. cap. grandi concluſione 5.*

Ex quibus apparet, filios naturales nō habere portionem aliquā pro legitima à lege taxatam, ne- 188. ceſſario relinquendam: vnde cum deficiat requiſitum legitimæ, minime habebit locum regula noſtri textus affirmatiua, de duabus portionibus deducendis: ſolummodo enim Trebellianicam, vel Falcidiam (ſi propoſuerint gaparti) percipient, vt ſupra reſoluimus; tanquam extranei, in quam imputabūt omnia quæ ſibi fuerint relicta, iuxta terminos *leg. Inquiriam 90. Dilectum legem Falcidiam, & qua infra. 4. part. hac ſcribimus.*

Consequēter etiam, idem dicē-
dum est, circa nepotes procedentes ex filijs naturalibus, nam, cum
189. in his practicari debeant eædē regulæ iuris, quæ practicantur in parentibus, ex regula *l. vltimæ C. naturalibus liberis, iuncto dicto Authentico, Quibus modis naturales efficiantur sui Collat. 7. §. De nepotibus, Gomes dicto loco. nu. 7. Couas de sponsalibus. 2. part. cap. 8. §. 4. numer. 10. aliàs in nouioribus, numer. 18. vbi ex Salycet. Azone, & alijs ait, non esse ab hac opinione recedendum in consuledo, ac iudicando. Molina dicta disp. 166. conclus. 5. Thuscus tomo 5. litera, N, conclus. 13. num. 38. Cabed. tomo 1. decis. 100. num. 8.* Et confirmatur, quia nepos debet peruenire ad avitā hæreditatē, per mediam personā patris, ipsum repræsentando, argumento §. *Cum filius. Inst. de hæreditatibus, quæ ab intestato:* ergo eadem iura, quæ pater obtineret, si extaret, debet nepos cōsequi. Vnde cum iam supra scriptum relinquamus, filium naturalē grauatum non posse duas quartas deducere, consequēter, etiam de nepote, & reliquis descendentibus naturalibus ratiocinandum est, & hæc de iure communi.

Sed quia lex nostra Regia *d. lib. 4. titul. 82.* quo ad filios naturales, quā maximam facit differentiam, inter filios peditū, & nobilium, vt supra scripsimus, necessariū duximus, pro vera elucidatione ipsius Ordinationis, aliquid de nobilita-
190. te prælibare, vt in de dignosci possit, quinam sint parentibus successibiles, vel è contra, eiusq materiæ libentius calamum applicare proposuimus, quia de illa à nostris Lusitanis nihil scriptum reperitur. Et omissa primordiali quadrupli nobilitatis diuisione, de qua *Bonus de Cortili. tract. de nobilit. 1. p. à n. 10. Otalora eodem tract. 2. p. cap. 3. à n. 10. Garcia super lege Cordubæ, gl. 48. n. 1. Azeued. in rubric. lib. 6. Ordinamenti tit. 2. n. 29. Tiraq. eodē tract. cap. 4. n. 18. Paleot de Nothis, & spuryis. cap. 61. nu. 3. & 4. Decian. lib. 3. respons. 19. num. 10.* Et omissa etiam multitudine opinionū, quas refert *Capol. tract. de Imperat. milit. dilig. §. Nobilitatis à princ. vsque ad num. 17. vbi 25. contrarias opiniones refert, & Turret de nobilit. lib. 1. cap. 2. & 3.* Illa magis cōmuniter Doctoribus, cum Philosopho 4. Polytic. arridet diuisio; quod nobilitas quadruplex est: altera, quæ dicitur Theologica, per quā homines Deo fiunt grati, & acceptabiles, virtute meritorū, vt constat *ex Sacra pagin. 1. Reg. cap. 2. ibi (quicunq, glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contempserint me; erunt ignobiles)* de qua nobilitate. Theologica loquitur 191.
Diuus Thomas. 1. 2. quæst. 110. & ibi Commentatores, maxime *Gabriel Vasques disp. 198.* Et deducitur *ex textu in cap. si ex bono, & cap. In domo de pœnitentia dist. 4. facit textus in cap. pen. de præbendis, ibi (virtutum nobilitas) text. in cap. Nos, qui 40. dist.*,

ibi

ibi, (*Morum nobilitate*) consonat illud Poetæ.

Nobilitas hominis mens est, Deitatis imago.

Nobilitas hominis, virtutum clara propago.

Secunda nobilitas dicitur naturalis, quæ omnibus animantibus: tã rationalibus, quam irrationalibus 192. communis est. Nam aquila, ingenere suo, inter aues nobilis est, iuxta illud *Horatij.*

Est in iuuencis, est in equis patrum virtus.

Neque imbellem feroces pro generãt aquilæ columbam.

Laudatur simili prole puerperæ.

Prout etiam de leone inter animãtia decantat Ouid. Tristib.

Quo quisq. est maior, magis est placabilis iræ,

Corpore magnanimo satis est potstrasse leoni,

Pugnæ suum finem, cum iacet hostis, habet.

Hæc in hominibus, est illa quæ ab antiquis progenitoribus originem ducit, iuxta illud *Iuuenalis.*

Quid prodest Pontice longo,

Sanguine censeri, pictos ostendere vultus.

Maiorum. Et illud *Virgilij.*

Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri?

Ornat glossa in l. *Si quid bello D. de captiuis, & postlim. reuers. glossa in l. Stemmata D. de Gradibus.* Definitur hæc nobilitas, vt sit *dignitas a parentibus in filios diriuata*, vt col-

ligitur ex loco *Prouerb. 18. gloria filiorum parentes eorum, & Tullius de officijs ait, optima hæreditas à patribus traditur liberis, omnig; patrimonio præstantior, Gloria virtutis, rerumque gestarum, exornant Bald. in l. fin. C. de seruis fugit. num. 4. Decius in l. Fœminæ D. de regul. iuris num. 9. Cralotad. cap. 2, num. 15. Curtilis dicto nu.* 10. *Richard. in repetitione leg. 3. Cod. de Muri legulis lib. 11. num. 6. Turret d. lib. 1. cap. 4.*

Tertia species nobilitatis, secun 193. dum prædictos doctores, est mixta, participans tam ex propria virtute, quam ex sanguine maiorum, ad instar mixti imperij, quod participat ex mero, & ex iurisdictione, *constat ex l. Imperium D. de iurisdict. omn. iud. post Bald. in l. Nobiliores C. Comerc. & merc. notat. Curtilis d. num.* 10. 194. Quarta & vltima nobilitas est politica, seu, vt aiunt, ciuilis, quæ ex varijs causis oritur, vt per *Curtilem*, vbi proxime.

Sed merito hanc quadripartitam nobilitatis diuisionem, improbant *Bart. in l. 1. C. de dignit. lib.* 12. *Azeued. in d. tit. Rubrica*, vbi sex opiniones diuersas citat, & tandé *Bartoli* theoricam sectatur, dum triplex tantum nobilitatis mem- 195. brum considerat: nempe theologicum, naturale, & polyticũ, nec curat de nobilitate mixta: hæc enim per se minime consideratur ab alijs distincta: imo cum alijs idẽtificatur, agnoscunt etiam *Oralora, vbi supra, Garcia d. gloss. 48. nu.*

11. *Palcot. dictorap. 61. num.* 32. Sed quia de theologica nobilitate, quæ sine dubio, omnibus alijs excellentior est, & merito illis anteponenda, vt per *Azeued. vbi supra nu.* 32. Circa illam nõ cadit nostra disceptatio, sed tantum circa naturalem, & politicam insudabimus; Vtraq; enim antiquissima est, & ab omni gente concupita: nobilitas nanq;
196. est bonum per se appetibile, prout sunt gloria, honorificentia, diuitiæ, & similia, ideoq; attento omni tempore, veteris, & noui testamenti, omniq. iure attenta; semper magna inter nobiles fuit distinctio, *vt constat ex infinitis locis Sacræ pag. concessis per Tiraquel. de nobilit. cap.* 21. *à princip. & alora eodem tract.* 2. *part. cap.* 4. *n.* 2. *Azeued. d. rubrica num.* 18. *habetur Deuteron.* 1. *ibi* (*Tuli de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, & constitui eos principes Tribunos, &cæt.*) *& Ecclesiast.* 10. *ibi* (*Beata terra cuius rex nobilis est*) *&* 1. *Reg.* 9. *ibi* (*Ecce vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis &c.*) *& Numer.* 21. *ibi* (*Nobilissimi principes,*) *& cap.* 22. *ibi* (*multo plures, & nobiliores*) *&* 2. *Reg.* 23. *ibi* (*ipse est, qui laxuit hastam suam contra trecentos, & inter tres nobiliores,*) *& paulo infra* (*qui erant intra triginta nobiliores*) *& Isai.* 3. *ibi* (*Tumultuabitur puer cõtra senem, ignobilis cõtra nobilem,*) *& Iob. cap.* 14. *ibi* (*siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles*) *& Psalm.* 149. *ibi* (*nobiles eorum in manicis ferreis*) *& ex nouo Testamento est locus Marci.* 15. *ibi* (*Ioseph ab Arimat. nobilis decurio*) *Lucæ.* 19. *ibi* (*Homo quidam nobilis*) *Paul.* 1. *ad Corinth.* 4. (*Nos infirmi, vos autem fortes, vos nobiles, vos autem ignobiles*) *& Act. Apostol.* 17. (*Erat de gentibus multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ.*) De iure Ciuili constat, *ex l. Nobiliores Cod. Comerc. & Mercat. l. Prouidendum Cod. Aduoc. diuers. iudiciorum l. Honor.* 14. *vers. De honoribus D. Muneribus & honor. ibi* (*origo natalium,*) *leg. Si furiosi, ad finem. Cod. de Nupt. ibi* (*qui ex genere nobiliores sunt.*) *leg. Honores §. Is, qui D. de curionibus, Authentico De defensoribus ciuit. §.* 1. *& vltim. vbi gloss. verbo* (*nobiliores*) *Collat.* 3. *Authentica Præsies Cod. Episcop. audient. l. Milites Cod. de quæstionb. §. Atrox. Inst. de Iniur. cum multis alijs, de quibus glossa in rubric. Cod. quemadmodum ciuil. mun. indic. lib.* 10. De iure Canonico *cap. penult. de præbend. capit. De multa eodem titul. capit. In literis* 24. *cap. Series* 27. *de testibus; cap.* 1. *de Purg. can. cap. significauit. de Pan. & remiss. capit.* 1. *vbi glossa de sponsalib. cap. Nobilis.* 2. *quæstion.* 5. *cap. Nobilissimus.* 97. *distinctione:* De iure Castellæ, *leg.* 2. *&* 3. *titul.* 21. *part.* 2. *& fere per totas leges tituli secundi lib.* 6. *Ordinam, vbi optime prosequitur Azeued.* De iure nostræ Lusitaniæ, *Ordinatio dict. titul.* 92. *& lib.* 5. *titul.* 120. *& titul.* 139. *& lib.* 1. *titul.* 92. §. 2. *& lib.* 3. *titul.* 86. §. 23. *Cum alijs, quæ consulto omittimus.*

m. Quæ nobilitatis qualitas, semper apud omnes nationes, in magna fuit consideratione, vt ex Romanis, Germanis, Sarmatis, Parthis, Indis, Græcis, Britanis, Suecis, Ægyptijs, & alijs quamplurimis adducit *Tiraq. de Nobilit. cap. 87. à num. 160. Azeued. vbi proxime num.* 26. Et apud nostros Lusitanos, est quid, omnibus alijs bonis multo excellentius. Vnde inferunt communiter doctores varias differentias, maxime commendandas, inter nobiles, & ignobiles, ad varios effectus, prout circa præferentiam locorum, sedum præeminentiam; dispensationes, promotiones ad dignitates, pœnarum condemnationem, & similia, ex alijs *Decian. Respons. 181. num. 23. plures congerit Cæpol. tractat. de Imperat. milit. elig. à num. 26. Azeued. in dict. Rubric. num. 22. Hoyed. de incompatibilit. 1. part. cap. 19. numer. 23. Sed melius 2. part. cap. 12. à num. 47. & ante eum Celua de beneficijs 2. part. quæst. 7.* circa quas nobis amplius immorari non licet, quia non ex professo hanc nobilitatis materiam percurrimus, contenti solum, si dignoscamus, qui apud nos dicantur nobiles, & qui ignobiles, prouera intelligentia rostræ *Ordin. d. tit. 92.* in qua re dicendum est, cum communi scribentium sententia, *de qua post Tiraq. de nobilit. cap. 2. à princ. Chassen. in cathalogo glor. mund. part. 8. consider. 2. Otalora dict. 2. part. cap. 4. Azeua. in dict. rubric. numer.* 24. & 164. *Gutier. Practic. lib. 1. quæst. 14. num. 11. & quæst. 16. n. 38. Richard. in repetit. l. 3. Cod. de Municipal. lib. 11. nu. 6. Cenalhes comm. uu. quæst. 688. numer. 12 & num. vltim. Gallus de exceptionib. circa successiones excep. 22. num. 167.* quod nobilis idem significaret, ac notus, seu nos- 199.
cibilis in populo, seu ciuitate: tum virtute propria, tum generis claritate, per omnium ora diuulgatus; & comprobant *ex Poeta.*

Est locus Italiæ medio sub montibus altis:
Nobilis. Et ex Martiali
Prostratum Nemæas, vastaque in valle leonem.
Nobilem, & Herculeum fama canebat opus. 200.

Vnde, ignobilis, per contrarium is dicitur, quem pauci agnoscunt, obscurus, & ignotus, prout regulariter sunt plebei, & reliqua inferior pars populi. *Iuxta illud Virgily 7. Æneid.*

Solus vbi in syluis Italis ignobilis ævum.
Exigeret &c.

Ex quibus apparet, quod tanto excellentior erit nobilitas, quanto maior fuerit noscibilitas, & cum antiquitas temporis res firmiores reddere soleat, *iuxta l. 3. §. Ductus aquæ, iuncta l. vltim. D. Aqua quotid. & est.* ita nobilitate maxime confirmat, *vt deducitur ex leg. 2. tit. 21. part. 1. Turrett lib. 1. de Nobilit. c. 9.*

Simon; *Mayol. vir infinitæ eruditionis tom. 6. de dign. hom. coloq. 5. versic. ipsa Scriptura sacra.* Et quanto fuerit antiquior nobilitas, tanto prestantior vtique illustres, tanto illustriores, quanto magis noti, & antiquiores; *iuxta leg. Stemata D. de Gradibus, Azeued. vbi supra n. 118.*

201. Ac per consequens agentes de naturali nobilitate, asseueramus, quod ipsa sibi propriam sedem in regibus, & principibus constituit; 202. quamquā in notioribus totius Regni, & ideo *Iurecōsult. in l. Quaris D. Natalib. resit.* appellat Imperatorē nobilē, ibi (*nobilissimus Imperator*) id est *per antonomasiam*. Nec posse quemquam, absque mendacio, se iactare tam nobilem, sicut principem, merito scribit *Garcia super lege Fori. glossa* 48. §. 3. *num.* 2. nam propriū est ius regale, nobilitatem alijs impartiri, vt tradit *Cabed. 2. part. decis.* 74. De reliquis Illustribus, scilicet Ducibus, Marchionibus, Comitibus, videdus est *textus in Authent. De defensor. ciuit. §. Interim ibi, vniuersi nobiliores.* 203. Ex quibus oritur, quod, si inter reges, & principes totius vniuersi posset dari contentio, de præferentia nobilitatis, anteponendus foret semper antiquior: prout inter omnes Europæ, inuictissimū nostrum Philippum quartum præferendum, late comprobat *Camil. Borrel. in suo curioso tract. de Præstantia Regis catholici. cap.* 4. vbi omnes totius orbis monarchias, regna, prouintias, ac successiones, annorum copiam, & durationem decantat, & tam ex illustrissima Gothorum genealogia, quam ex Lusitanica, quam etiam Austriaca familia antiquiorem, & præstantiorem principem euidenter demonstrat.

Ex quibus inferunt Doctores, quod appellatione nobilium, primum locum obtinent illustres, 204. prout Duces, Marchiones, Comites, & similes, & inter ipsos antiquiores p̄ æstantiores, vt notant communiter *Scribētes ad cap. 1. Quis dicatur Dux, Comes, & Marchio. in vsibus feudorum, vbi omnes, & post Curtilem de nobilit. 3. part. numer. 211. Garc. vbi proxime gloss. 18. & gloss. 48. §. 3. num. 69. & gloss. 7. num. 27. Azeued. in dict. Rubric. n. 185. & super l. 9. tit. 11. lib. 2. nu. 2. Gutier. Pract. part. 4. quæst. 14. num. 113. & quæst. 16. fere per totam, Otalora. 2. part. cap. 5. num. 30. Cabed. d. 2. part. decis. 73. nu. 6.* hi enim præsumuntur illustres, & principi magis accepti, vt tradit Mascard. de Probat. *concl.* 1094. hi etiam proprie sunt illi, quos tam nostri, quā etiam Hispani vocant (de solar,) vt *per Garciam d. gloss. 18. Azeued. d. num. 185. Peres ad l. 6. tit. 2. lib. 4. Ordinam. Gutier. d. quæst. 16. à princip. facit Ord. Nostra lib. 5. tit. 120. maxime in tit. 92. eiusdem libri §. fin.* De his inquam nulla potest esse contentio, quod veniant appellatione nobilium, cum proprius in istis, post principem, requiescat nobi-

nobilitas naturalis, quam omnibus alijs præferendam, ipsamet docet experientia, & tanquam præstantissimam colendam dixerunt plures relati per *Pichard. d. leg. 3. de Muri leg. num.* 80. de qua præferētia videndus est *Curtilis d. 3. part. à num. 2. vsque 45. Azeued. ind. rubric. à num.* 77. Inter quos illustros, recensendos iudico plures, qui licet titulares non sint, nihilominus tamen descendunt à regibus ducibus, comitibus, & cæteris titularibus, de quibus agit. *Ordinatio d. lib. 5. titul. 92. §. final. quia horum nobilitas proprie dicitur de, Solar, prosequitur Garc. d. glossa. 18. Azeued. vbi supra à numer.* 187. *Gutier dict. quæst. 16.*

Secundus gradus nobilium, in quibus etiam nō hæsitatur, veniāt
205. ne nobilium apppellatione, est illorum, quorum parentes, aui, proaui, & reliqui ascendentes in regum Matricula sunt scripti: & possessione, ac proprietate nobilitatis antiquissimæ gaudent, quales vulgo appellamus, (Fidalgos razos) sine titulo; inter quos etiam à fortiori numerātur illi, qui ab illustribus de solar, descendunt, *vt probat l. 9. tit. 11. lib. 2. Ordinam.* ac proinde inter hos, nobiliores dicentur, qui antiquiores fuerint in possessore prædictæ nobilitatis, *argumento textus in l. 1. Cod. de Consulibus lib. 12. (leg.) 2. versiculo sit igitur Cod. Præfectis prætorio lib. 12. capit. 1. de Maiorit. & obedient. capitul. vbi gl.*

17. *dist. Azeued. vbi supra num.* 182. Vnde quemadmodū antiquior doctor nouiori præfertur, iuxta præ- 206.
dictā iura, *gloss. in l. Cum quid D. si certum petatur, Rebuf. de Nomin. quæst.* 21. *Chassencus in cathal. glor. mund. part.* 10. *consid.* 29. *& esse vnum de multis antiquitatis priuilegijs, recenset Cæpol. dict. tract. de Imperat. §. Bartolomæus Colonus nu.* 4. *Azeued. vbi supra numer.* 114. *Gutier. d. quæst.* 14. *n.* 53. *&* 57. *statutum nostræ Vniuersitatis lib. 3. tit.* 25. *in fin. principij:* Ita similiter antiquior nobilis ex nobilitate prædicta, inter reliquos, primum locum obtinet, iuxta proxime dicta.

His etiam competunt omnia priuilegia per nostras leges omnibus nobilibus concessa: p. out est cōstitutio procuratoris manu propria, *Ordinatio lib. 1. tit.* 48. §. 15. *& lib. 3. tit.* 29. Eorum priuatis scriptis æqualiter, ac publicis instrumētis, fides adhibetur *Ordinatio lib. 3. tot.* 59. §. 15. Eisdem homenagium debetur *Ordin. lib. 5. titul.* 12. Nec pro debito possunt incarcerari; *Ord. lib. 3. tit.* 86. §. 23. *facit. l. 4. & 5. tit. 2. lib. 6. Ordinam. l. fin. titul.* 21. *lib. 4. Cabed. 2. part. decis.* 73. *num.* 5.

Tertius gradus nobilium est, illorum, qui potiuntur prædicta nobilitate naturali, quia nobilibus parentibus, auis, proauis, & similibus descendunt, qui licet nō reperiantur scripti in regia Matri- 207.
cula, nihilominus tamen semper

fuere

fuere in possessione nobilitatis, saltem secundariæ; comp obatur ex eo, quia, vt supradiximus, possessio illa antiqua nobilitatis in omni materia ius fortius constituit, *iuxta dict. l. 3. §. ductus aquæ D. Aqua quotid. & æstiua, cap. super quibusdã §. præterea de verborum significat. & in eisde terminis in materia nobilitatis resoluit Gutieres dict. quæst. 14. à nu. 57. & num. 70. Azeuedo d. rubrica à num. 119. facit l. 7. & 8. tit. 11. lib. 2. Ordinamenti, multa cumulat Garcia d. l. Fori gl. 12. n. 54. & sequentibus*, qui omnes quoad intentum probandi titulũ nobilitatis, cohereter loquũtur, dũ requirunt immemoriale possessionẽ, quæ titulum supplet iuxta *d. §. Ductus aquæ*, & inter hos nobiles intelligendi sunt illi, qui appellantur ab ipsis legibus, 208. (ricos hõbres) qui scilicet in magna erant apud omnes æstimatione nobilitatis, ex possessione plurium diuitiarum, quas posidebant, vt videre est *ex l. 2. del fuero. Iusgo*; quã refert. *Molin. lib. 1. de primo gen. c. 2. num. 11.* vbi licet comptehendatur nobiles (de solar) attamen prædicti (ricos hombres) dicuntur, qui proprijs diuitijs regibus inseruiebant; Et quicquid sit de hoc, prout infra suo loco dicemus, tamẽ quo ad nostram institutionem, sufficiẽter existimo probari nobilitatem, si ab auis, vel parentibus tantũ: ipsa possessio incipiat: nam vt formæ nostræ *Ordinationis* satisfiat *dicto tit. 92.* sufficit, vt quis a plebeis distinguatur, quæ distinctio concludens erit, si solum à parentibus nobilitas descendat, vel etiam, si de nouo à persona ipsius patris acquiratur, vt latius infra, quæ licet tanquam minus antiqua non sit anteponenda antiquiori, nihilominus constituit possessorem nobilẽ, & distinctum a plebeis, cum qualitate excludente filios naturales.

Quomodo autem probanda sit hæc nobilitas, per quam quis constituatur in possessione ipsius, respondet *Bartol. in l. 1. num 9. Cod. de dignitatibus lib. 12. quem sequitur Matienço l. 7. tit. 7. lib. 5. Recupilationis glossa 4. num. 3. post Ripam lib. 2. responsorum cap. 26. num. 9. & Lucas de penha in l. Mulieres C. de dignitatibus lib. 12. colum. 3. versicul. nono, vbi de communi opinione Tiraquel. de nobil. cap. 10. à principio, & num. 8. Otalora. part. 3. cap. 6. nu. 6. optime Azeued. in d. rubrica à numer. 158. cum pluribus alys sequentibus, & nu. 178.* & ita sufficit probare, quod fuit communiter pro nobili reputatus, *Phæbus decis. 14. num. 3.* & post eum 209. plures refert *Gutier. d. quæst. 14. n. 6.* resoluentes nobilem eum dici, quẽ vulgus, & communis omniũ opinio talem existimat, per *textum in l. Cognitionum D. de varijs, & extraordin. cognit. Phæbus 2. tom. decisione 106. num. 6. Salced. d. num. 5. ad fin.* quidquid *Gutt. de nobilit. glossa 7. n. 22. quem sequitur Azeued supra nu. 97.* putet dicendum nobilem eum reputari, qui exercet actus solitos tantum

tantũ per nobiles exercitari, prout apud nos actus illi, qui exercentur à nobilibus in confraternitatibus sanctæ Misericordiæ, & qui in illarum matricula inter nobiles connumerantur, sicut in processionũ solemnitatibus, vbi nobiles cogun
tur cum distinctione plebeorum
cere alia portare, vexilla comitari,
maxime in festiuitatibus lege Regia constitutis *lib. 1. tit. 66. §. 48.* vt degenerali consuetudine in omnibus locis notabilibus huius Regni obseruatur, & particularibus ciuitatum statutis cauetur. Qua in re aduertendum puto cum *Gutier. d. loco num. 8.* quod vel agitur deprobanda antiquissima nobilitate na-
210. turali, vel de nobilitate politica recenti de nouo aquisita, ita vt illa plene probetur per famam, & cõmunem hominum reputationem, vt per *Mascard. conclus. 1095. num. 12. per d. l. Cognitionum, & prosequitur idem Gutier. à num. 16. cum sequẽtibus*, vbi ait probationem circa genus Iudæorum, & Mahometicorũ probari ex fama, *glossa in l. 1. D. de Probationibus, Auendanho in dictionario, verbo Iudæi, Azeued. leg. 22. tit. 7. lib. 1. num. 3.* vbi loquitur circa statuta collegiorum hoc perfidum genus excludentia, & Ecclesiarum cathedralium, confraternitates, & similia, quæ sancta, & iustissim sunt secundum *Otaloram de nobilitate 2. part. tertiæ partis principalis cap. 7. num. 26. Simanq. de catholic. titul. 47. num. 84.* adiecitque Otalora quod sperat in omnibus Cathedralibus Hispanię simile statutum, quo iam potitur cathedralis nostra Conimbricensis, in quo addit *Azeued. d. num. 3.* quod sufficit in hac materia quælibet suspicio iudicis, secundum communẽ sententiam *Bartoli, & Iasonis in leg.* 211. *In illa stipulatione D. de Verb. obleg.* Si vero agatur de recenti nobilitate, & politica de nouo acquisita probanda, tunc necesse est, vt articulet Actor de singulis actibus solum nobilibus competentibus, & à se tanquam nobili exercitis, & ita assentior opinioni *Garciæ d. nu.* 212. 22. dum firmiter tenet, solum exillis actibus probari nobilitate, qui communi reputatione, fama, lege, vel consuetudine nobilibus applicantur, resoluit *Rip a d. respons. 26. num. 9.* Et tandem post aliquem digessum ita resoluit *Gutier. dict. quæst. 14. à numer. 13. & 15. & 23.* declarando cum eodem *d. num. 15.* hanc resolutionem solum procedere in illis locis, vbi tales actus exercentur, secus in illis, vbi nulli actus distincti dantur, quia tunc ex communi reputatione probabitur nobilitas, vt communis asserit per eundẽ *Gutier. n. 54.* vt dispositio redigatur ad habilitatem *iuxta l. Vt gradatim D. de muneribus, Azeued. supra num. 88. & num. 193. & 108.* supponẽdo pro veritate, quod nobilitas necessario est probãda, quia cum sit qualitas extrinseca, non præsumitur in sita a natura, *iuxta l.*

Que-

213. *Quæcunque* §. 1. *D. de Publiciana, & quæ notantur ad cap. Vlt. de præsumptionibus, & interminis Bala. per textũ ibi, in l. Nonignorat. num.* 3. *Cod. qui accusare non possunt, Tiraq. dict. cap.* 10. *num.* 13. *Mascard. concl.* 1093. *num.* 1. *Conas lib.* 1. *Variar. cap.* 16. *num.* 10. *ad finem, Padilha l. Si ædibus à num.* 5. *Cod. seruitutib. Garcia glossa* 10. *à principio, Azeued. d. rubrica à num.* 83. *Gutier. d. quæst.* 14. *à num.* 3. *vbi refert ex Bart à num.* 10. *in d. l.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. quod soli Florentini gaudent nobilitate à iure præsumpta, & non allij. *Garcia glossa* 7. *num.* 12. *à principio, optime Menoch. lib.* 6. *præsumpt.* 60.

Probatur etiam nobilitas per communem patriæ consuetudinẽ, vt aduersus *Garciam d. gloss.* 7. *n.* 13. qui aduersus Cantabrorum cõsuetudinem scripsit, tenet *Azeued. dict.*
214. *num.* 108. *& sequenti*: Nam consuetudo in singulis actibus attendenda est, *iuxta textum in leg. Si seruus plurium.* 47. §. *final. D. legatis.* 1. *l. quod de lanionis* §. *final. D. de fundo instructo. cap. Ex litteris desponsalibus. leg. Librorum* §. *Quod tamen Cassius D. de leg.* 3. *l. Si fundus D. de Euictionibus, l. Excepto C. locati prout de Cantabris seu viscainis ait idem Garcia d. glossa* 7. *num.* 31. *Gutierres d. quæst.* 14. *num.* 32. *Azeued. supra nu.* 134. *& sequentibus*, & generaliter, quod ille dicatur nobilis, quem consuetudo loci reputat nobilem *ex Bart. in d. leg.* 1. *Cod. de dignitatib. lib.* 12. *Castrens consil.* 229. *Mandos. super regula de annali possessore quæst.* 60. *à principio, Mascard. de probat. d. concl.* 1095. *num.* 12. *Palcot. de Nothis & spuriis cap.* 61. *num.* 8. *tradit Azeued. dict. Rubrica n.* 161. *in fin. & melius num.* 167.

Tertio probatur nobilitas per communem famam, firmam, & constantem, vt defiliatione notant 215.
doctores *ad cap. Per tuas de probationibus, & in capit. transmissæ, qui filij sint legitimi, & magis inspecie facit textus in cap. de paremela.* 35. *quæst.* 6. vbi in probatione per famam, requirit textus, vt testes deponant se ita verum putare, & à maioribus suis concorditer sine contrarietate accepisse, *post Marscard. qui antiquiores refert d. conclus.* 1095. *nu.* 11. *tenet Garcia glossa* 18. §. 1. *numer.* 13. *Azeuedo supra num.* 169. & 173. *Cabed. d.* 2. *part. decisione.* 73. *à n.* 10. *& sequenti.*

Quarto probatur per sententiã, per quam eorum ascendentes, & antiquiores fuerunt nobiles declarati, 216.
quia sententia constituit ius, *in l. Res iudicata. D. de regulis iuris*, & dicitur constituere notorium *in cap. Vltim. de Cohabitat. clericor.* maxime cum ille dicatur nobilis, de cuius nobilitate dubitari non possit, sed post sententiam iam de veritate dubitari non potest. *l. Ea quidem, vbi Salycet C. de Accusationibus, igitur, &c. ita in terminis scribit Oralora d.* 2. *part. cap.* 4. *n* 5. *versiculo appellatur, Gutier. d. quæs.* 14. *n.* 101, *vbi citat Peres, & Azeued. l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 3.

lib. 3. *recupil.* faciunt, quæ idem *Gutier. supra quæst.* 19. *fere per totam*, ad quæ conducunt, quæ doctores notant *in l. Ingenuum D. de statu hominum*, *Mascard. conclus.* 794. *Menoch. de præsump. lib.* 6. *de presumpt.* 53. *numer.* 48. *Garc. glossa* 9. §. 1. *num.* 85.

Quinto probatur nobilitas ex monumentis, siue antiquis instrumentis, foro, lege, puta quando 217. quis probat se descendentem ex tali familia, quæ potitur proprio monumento, vel antiquo instrumento, vel priuilegio, quo declarantur descendentes ex tali familia nobiles, vel illustres, maxime si à Rege fuerit declaratum, vel per sententiam pronunciatum, nam hic est legitimus modus probandi natalia *l. Si vicinis C. de Nuptis l. Non Epistolis C. de Probationibus l. Imperatores D. de Probationib. l. Nec commissa C. liberali causa. leg.* 1. *Cod. de testamentis, cum alijs, quæ prosequitur Azeuedo sic in terminis in d. rubrica. num.* 213. *à principio*, & hoc in antiquioribus maiorem faciet fidem, cumper alios modos probari nequeant, *iuxta cap. Cum causam* 13. *de Probationibus vbi glossa* 1. recte aduertit, quod in antiquis literæ sculptæ in marmore, columna, vel lapide, plenam faciunt probationem, juncta communi, *de qua Valasc. de iure Emphiteutico quæst.* 9. *à num.* 22. *& sequenti, vbi loquitur de probandis confinibus*; *Barbos. leg. Si alienam num.* 85. *& sequenti D. Soluto matrimon. optime Hieronimus de Monte, tractatu de finibus regundis. cap.* 65. *Mascard. conclus.* 396.

Vltimo probatur nobilitas ex patria, prout si apud hominum reputationem obtineat, vt natus de tali ciuitate, aut Regno habeatur 218. pro nobili, vt de Cantabris, vulgo Biscainhos late prosequitur *Azeuedo supra num.* 218. vbi citat plures leges fori Cantabriæ, nempe *leg.* 3. *&* 4. *titul.* 16. *fori. & leg.* 9. *titul.* 9. eiusdem, quibus omnibus sic habetur, (*por quanto los Biscainos todos son hombres hijos dalgo, &cæt.*) *Gutier. quæst.* 17. *per totam, & maxime. numer.* 310. *agit de Cantabris satis, & ante Azeued. idem. Cæpola dicto tractatu de Imperat. militum deligend.* §. 4. *Propter nationem, numer.* 3. *& melius omnibus Tiraquel. tractatu de Nobilitate capit.* 12. *à principio, per gloss. in leg.* 1. *Cod. de Alexandriæ primatia lib.* 11. *communiter recepta secundum Bart. & Plateam ibi, & alios relatos à Tiraquel.* & colligitur, *ex leg. Si quis, versiculo indignum Cod. de naturalibus liber*, refert *Gutier.* de certis populis, vbi omnes habitatores gaudent nobilitatis proprietate. *dicta quæst.* 17. *numer.* 181. & est in materia *textus optimus in leg. Quod si nolit.* §. *Qui Mancipia D. edil. edicto, leg. Non tantũ* 20. §. *Ilienſibus D. excusationibus tutorum.* Vnde euenit, quod nobilis natus in vno Regno, po- 219. stea translatus ad aliud regnum, semper retinet nobilitatem suam,

quia nobilitas naturalis est qualitas inhærens personæ, sicut stellæ fixæ in firmamento, & ideo, quocunque vadat persona, ipsa transit cum qualitate sua, *argumento c. ex literis de Pignoribus. l. 2. D. de Alimentis, & cib. legatis,* & fuit conclusio multorum aduocatorum in hac materia, de qua *per Otaloram de Nobilitate dicta 2. part. cap. 5. num. 2. vsque ad numer. 8. quanuis ipse, numer. 10.* ab ea recedat, vbi ait, quod nobilitas, quæ à maioribus descendit, non circunscribitur loco, sed semper comitatur personam *argumento leg. 3. D. de Interdictis, & relegatis,* nec persona nobilis potest à se nobilitatem suam abdicare, *leg. Iura sanguinis D. de regul. Iuris. leg. Ius agnationis D. de Pactis,* & interminis nobilitatis, est lex Castellæ *leg. 2. tit. 21. part. 2. ibi (& porque estes fueron escogidos de buenos lugares)* vbi diuersitatem patriæ non considerat lex, sed tantum virtutem ipsam naturalem cohærentem personæ, facit *leg. final. titul. 1. part. 2.* quam, sequendo hanc opinionem magni facit *Garcia de nobilit. gloss. 7. num. 18.* vbi adducit, quod Germani, Galli, Itali, Britani nobiles in sua patria, tales debent reputari, in Hispania, & nos quotidiano vsu experimur in exteris, qui apud nos commorantur; nam hi, si natiuam habent nobilitatem, eadem potiuntur apud nos, eandem opinionem tenet *Gutier. d. quæst. 14. à nu. 92. cum sequentibus,* & de iure Canonico probat *textus in cap. ad decorem de institutionib.* vbi exteri admittuntur ad beneficia consistentia in Regnis alienis, quanuis iure nostro Regio constitutum sit, ne exteri ad beneficia huius Regni admittantur, vt constat ex *Ordinat. lib. 2. tit. 12. §. 1.* & in Regno Castellæ. *leg. 18. 19. & 20. tit. 3. lib. 1. Ordinam,* & hanc opinionem principalem optime *contra Otaloram d. loco, tuetur Azeuedo in dict. rubrica à num. 110.* & in eis verificantur leges, & statuta loquentia de nobilibus secundum naturalem verbi significationem, *argumento l. vltim. Cod. de his,* qui veniam ætatis, & *per leg. 18. titul. 11. lib. 2. Ordinam.* in Hispania exteri admituntur ad probandam suam nobilitatem, sequitur ipsos illa gaudere, ne alias dicamus leges admittere actum frustratorium, *contra leg. Hæc stipulatio §. Diuus, D. Vt legatorum, seu fideicommissorum nomine caueatur.*

Nec obstabunt fundaméta, *Otaloræ d. cap. 6. num. 12.* nam secundum doctrinam *Bart. in leg. 1. Cod. de dignitatibus, lib. 12. numer. 63. quem sequitur Bald. consil. 387. colum. 1. lib. 1. Paulus consil. 125. Dubio 2. Baessa de in ope debitore, cap. 16. num. 108.* quę habet dignitatem variari secundum varias prouincias, *iuxta textum in leg. final. D. de Muneribus, & honoribus,* vbi quæstura in vna regione dicitur nobilis

nobilis, in alia vero minime, quia hæc doctrina, quoad summum cō-cludit, actus ex quibus nobilitas acquiritur, varios esse, secundum regionum varietates, sed non con-cludit postquam secundum leges vniuscuiusq; ipsarum prouinciarū nobilitas per maiores fuit acquisi-ta, vt in alio regno non pro sit eo-rū descendentibus, quod bene pro-cedit in his, in quibus secundū cu-iusq; Regni speciales leges non re-quiritur qualitas propriæ natiuita-tis, vel alius similis actus circa pos-sessionem nobilitatis, vt ad tribu-torum exemptionem requiritur in Hispania *iuxta ea, quæ Garcia d. nu.* 18. *Gutier. nu.* 90. *Azened. n.* 111. Et tandem concludit *Otalora supra n.* 32. & hæc nostra principalis reso-lutio tāto magis procedit in maio
221. ri nobilitate, prout sunt exteri illu-stres, qui similiter tales sunt repu-tandi apud nos, *vt per Gutier d. n.* 90. quales sunt Duces, Comites, Mar-chionis, Barones, & similes, ex qua resolutione infertur, quod Sarrace-ni, & alij in fideles ad fidem con-uersi, & apud nos cōmorantes gau-dere debet nobilitate propria na-
222. turali, nam cum à patribus nobili-bus descendant, & habeant hære-ditariam nobilitatem, illa fruentur apud nos, *iuxta doctrinam Bart. dict. leg.* 1. *Cod. de dignitatibus num.* 57. *& 62. sequitur Garcia dict. glossa* 7. *numer.* 19. *Gutier. dict. quæst.* 14. *numer.* 98. *& sequenti*, licet ab hac opinione recedat dubius *Otalora.* *2. part. 3. principalis cap. 7. num. 27.* Nam contra illum facit, videmus enim illustrissimas familias Hispa-niæ procedentes à serenissima Re-gina Granatensi.

Nec aliquid facit, quod aliquā-do isti fuerint in fideles, quia ad summum probatur ipsos nos fuis-se potitos Theologica nobilitate, quæ in propria virtute, & perfecta religione Dei consistit, iuxta pri-mum nobilitatis membrum su-pra in initio positum, sed nihil concludit, quoad naturalem, quæ à maioribus ducitur, per sangui-nis claritatem, quæ inter Mauros, & alios infideles constanter obser-uatur, vt fatetur idem *Otalora dict. nu.* 27. dos Almorauides, Africa-nos, & de alijs Granatensibus, vul-go Abencerraes, ideoque de vna specie ad aliam non fit illatio ex regula *l. Papinianus exul. D. de Mi-noribus, Garcia, Gutierres proxime ci-tatis locis.*

Maius dubium versatur circa descendentes ex Hebræis; Vtrum debeant reputari nobiles post con-uersionem? In quo dubio pro isto-rum nobilitate facit, quia in le-
223. ge scripta appellabantur nobilissi-mi, *vt constat ex capit.* 1. *Nume-rorum, ibi (hi nobilissimi principes,)* & cōstat ex *Euangelio Math.* 1. No-bilissimam Hebræorum familiam fuisse, maxime, descendentes ex Tribu Iuda, in quo solarium to-tius Hebreæ nobilitatis cōsistebat, iuxta authoritatem sacræ paginæ,

Non auferetur sceptrum *de tribu Iuda, donec veniat, &c. Genes.* 49. Ex quibus colligitur ipsos fuisse nobiles, & facit *textus in cap. eam te in fine*, de rescriptis, ex quo constat iudaicam sectam. P, de quo ibi ei non ob esse ad effectum, vt post conuersionem canonicus posset existere, quia, *vt glossa vltim. ibi ait*, Ecclesia Dei fundata est de Iudæis conuersis. *cap. In nouo. 21. distinct.* dum inter Apostolos erant aliqui Iudæi, post alios multas congerit Petrus Greg. ibi. Sed communiter resoluunt doctores descendentes ex Iudæis nullo nobilitatis priuilegio frui posse, ex eo, quia hi omnes conspirarunt in nefandissmū, & execrabile crimē mortis Christi Domini, in quo supremum Scelus læsæ Maiestatis diuinæ commiserunt, & tanquam proditores manifesti, nec ipsi, nec eorum descendentes aliquam nobilitatis dignitatem habere possunt, *argumento l. Quisquis in principio, & in §. Filij C. ad l. Iuliam Maiestat. cap. Vergētis. 10. de hæreticis c. si quis cum militibus 6. quæst. 1. c. statutum de hæreticis lib. 6. melior textus in c. constituit 17. q. 4.* vbi in terminis *glossa 1.* notabiliter ampliat decisionem illius textus, dum prohibet ne Hebræi ad publicā officia admittantur, vt procedat tam in cōuersis, quam in perfidis, & dixit ad hoc singularem *textum illum Roman. singular. 672.* nam quemadmodum Iudæi non admittuntur ad officia publica *l. fin. C. de Iudæis. l. generaliter §. item qui iudaicam. D. de Decurionibus cap. cum sit. cap. ex speciali de Iudæis c. nulla 54. dist.* ita nec cōuersi, *post Roman. Archidiaconum in d. cap. Constituit, & Anan. dict. cap. cum sit, vbi etiam Filin. Oralora d. cap. 7. num. 23.*

424.

Vnde inferūt doctores *in d. cap. Constituit, & in capite, Quanto de Magistris*, etiam baptizati nō possunt de iure doctorari, *vt per Abbat in dict. cap. quanto. nu. 3. Petrus Lenauderius de priuilegys doctorum nu. 63. tom. 18. tract.* Nam hi merito apud omnes nationes pro infamibus reputantur, tum propter ipsorum perfidiam, tum propter commune nocumentum, quod omnibus rebus publicis ex ipsorum comertio generatur, nam si nobis est fas dicere, vsurarum rapinę, symoniacæ hæreses, contractuum monopolia, simulationes, & similia pernicioſissima vitia, per istos in Hispania, & maxime in Lusitania nostra fuere seminata, quibus datum est nocere mari, & terræ. Vt habetur *Apocalypsis*, 7. in quibus secundum literam verificantur verba sacræ paginæ 1. *Reg. cap. 2. qui me contemnunt, erunt ignobiles*, cum ergo non solum Christum Dñm inter illos cōmorātem cōtēpserint, sed nouercali odio quotidie contēnant, erunt in æternum ignobiles, & maledicti, ex quibus, & multis alijs, quæ fuse tradit, resoluit *Oralora d. cap. 2. à numer. 16. vsque num. 26. per totum, Garcia dicta glossa, 7. num.*

nu. 19. ad finē Gutier. d. q. 14. nu. 99. Montaluus ad l. 4. ti. 2. lib. 4. fori. Azeued. l. 22. tit. 7. lib. 1. recupilat. Iudæi enim adeo despectui sūt omnibus nationibus, vt illos pro seruis habere dedignarentur Romani; 226. teste *Ægypio de excidio Vrbis Hierosolomitanæ*, vbi sic ait (*plures venales, sed pauci emptores, quia Romani habere in seruitutem Iudæos dedignabantur,*) & conuenit locus *Claudiani in Eutropium lib. 1.*

Qui serui non est admissus in vsum,
Suscipitur regnis, & quem priuata
ministrum,
Dedignata domus, moderantem sustinet aulam.

Nec loca in principio relata aliud concludunt, quia procedunt attenta lege scripta, tempore, quo adhuc proditorie se non gerebant: at vero postea eorum nomen in totum a numero nobilium deleri postulat ipsa ratio. Nec obstat *l. 3. §. Spurios ad finem D. de decuriombus*, quia 227. respondetur *cum Abbate in capit. cū sit de Iudeis numer. 2. text. illum* procedere ex particulari permissione Imperatoris, illa vero negata, minime sunt admittendi, vt supra diximus, & per diplomata regia multoties fuit declaratum, in hoc re- 228. gno: Nec obstat *d. cap. eam te. 7. in fine*, quia respondetur, ibi summū Pontificē respondisse dispensatiue cū illo *P. argumento l. Quidā consulebant D. de reiudicata, & sic Iudicatū in hoc Regno accepimus agrauissimo quondam Senatore. Illustrissimoque Domino Francisco de Brito & Menezes Rectore nostræ inclytæ Vniuersitatis, ex quo tāquam casu singulari ad alios argui non potest.*

Limitant tamen *Garcia d. n. 19. ad fin. Gutier. dicto n. 99.* hanc resolutionem solum procedere, quando hæc infectio sanguinis prouenit alinea paterna, non autem ex linea Materna, quia nobilitas de 229. iure à patre in filios diriuatur, quo ad honores, insignia armorū, dignitatem, & gentilitia, *iuxta l. Cum. legitimæ. D. de statu homin. cap. vltim. de Conuersione infidelium. l. Liberos 10. l. Senatoris filium quinta l. Senatoris filios 6. D. de Senatoribus. leg. Assumptio 6. D. ad municipal. leg. 1. §. 1. D. eodem titul. l. Eos. 22. leg. Exceptio. 36. l. Nullus 43. & ibi gl. C. de curionib. lib. 10. l. Familiæ 196. D. de verb. signif. l. 1. §. fin. D. de iure immunitatis §. Sunt autem Instit. de legitima agnatorum tutela, cum alijs, de quibus Thomas Valascus allegat, 29. num. 10. & infra latius*, ideo licet macula Hæbraici sanguinis ex linea materna obscuret nobilitatem paternam, tamen non sufficit, vt in totum filios priuet paterna nobilitate, post alios *Ouale. 2. part. tertiæ principalis, cap 7. num. 28.* vbi ait æquitate quadam in Pinciano Prætorio, ac Granatensi fuisse hanc opinionem admissam, *Gutier. dict. nu. 99.* vbi ait sic in praxi esse obseruandum, de qua praxi in nostro Regno testamur,

licet eis aliquando nocere videamus, quo ad confirmationem titulorum, qui à Sereniſsimo Principe noſtro renouari ſunt ſoliti.

230. Ex quibus jã liquet, quod de iure cõmuni, naturalis nobilitas deſcendit à patre, Auo, proauo, & ſimilibus aſcendentibus, & procedit ad filios legitimos, *iuxta textum in d.l. Cum legitimæ D. de ſtatu hominũ; l. Liberos D. de Senatoribus, cum alijs num. precedenti citatis, cap. vlt. de conuerſ. in fidelium, notat Abba. in capit. Rainutius, de teſtamentis, num. 2. Guilhelm. Benedict. ibi, verbo, de Clera, nu. 44. Berous num. 6. Bart. leg: 1. Cod. de dignit. lib. 12. col. 7. Tiraq. de Nobilitate cap. 5. & 18. à num. 21; De iure Caſtellæ eſt l. 3. tit. 21 part. 2. l. 1. tit. 11. partit. 7. notat Pichard. in repetit. d.l. 3. Cod. de Murilegulis lib. 11. à numer. 9. & ſequentibus, Otalora 2. part. cap. 2. à num. 6. Azeued. in rubrica titul. 2. lib. 6. Ordinam. n. 67. Sarmient. lib. 1. Selectarum capit. fin. optime Garcia gloſſa 1. §. 1. à numer. 41. Gutierres ad §. ſui Inſtit. de hæredũ. qualit. & differentia num. 187. Molina lib. 2. capit. 14. numero 39. optime Sanches lib. 7. de Matrimonio, diſput. 24. numero primo; Thomas Valaſcus allegatio. 29. numero 10. Paſchalis de patr. poteſtat part. 4. cap. 2. à principio, Palæotus de nothis capit. 61. numero 2. Barboſa lege Quia tale D. ſolut. matrimo. num. 27. Cabed. 2. parte deciſion. 36. numero 14.* Inter quos magna eſt contentio,

231. Vtrum à matre filij nobilitari valeant, & negant plures, *vt per Bartol. ind. l. 1. Cod. de dignitat. lib. 12. colum. 7. & indict. l. Exemplo, & ibi Platea Chaſſan. in Cathalogo Gloriæ Mundi part. 8. conſiderat. 8. Otalora d. cap. 2. numer. 7. Azeuedo dicta Rubrica num. 67. Tiraquel. d. capit. 18. num. 22. Rebuſus de Nominatione quæſt. 12. num. 8. & plures, quos refert idem Tiraquelus d. num. 22.* Ex eo, quia mater etiam nobiliſsima 232.
nubendo ignobili amittit nobilitatem, *l. 1. Cod. de dignit. lib. 12. l. Fœminæ in principio D. de Senatoribus, l. Nupta D. eodem, l. Eum qui 18. §. Etſi nupta D. de Iniurijs l. 1. Codice Inius vocando, l. Cum te. 10. Cod. de Nuptijs, l. 1. & 2. Cod. de Uxoribus militum cum multis alijs, quæ citat Pichard. in repetitione, l. 3. Cod. Murilegul. lib. 11. numer. 15. & 84. Thomas Valaſc. dict. allegat. 29. num. 10. Tiraquel. d. cap. 18. num. 20. vbi plura cumulat. Gomez. l. 79. nu. fin. Palæot. de not. & ſpur. cap. 61. nu. 2. Padill. in l. Naturalis, Cod. de Præſcriptis verbis num. 7.* Ergo, quemadmodum mulier ſeipſam tradendo viro, eius conditionem accipit, ita etiam filij, patris, non matris conditionem debent accipere, vt late ratiocinatur in materia *Baldus in l. fin. C. de Seruis fug.* Deinde, quia receptum 233
eſt, ſolum quoad ſtatus conditionem, filios matrẽnam ſequi conditionem, *l. vltim. Cod. liberali cauſa. l. Partum Codice Reiuendicatione, l. Partum D. Uſuris cap. vltim. de Seruis non ord. cap. vnic. de Natis ex libero*

Statuum Ordinum Lord.
2. lib. 2. Cap. 27. n. 38.

bero venire, quod speciali fauore libertatis introductum est, vt ex alijs prosequitur *Pichard. dicto loco, à numero 91. Sanches lib. 7. de Matrimon. disput. 24. num. 5.* Ergo, quoad alia, patrem sequuntur.

234. Vltimo, quia pater filios habet in potestate: matervero minime, *vt patet ex l. Mulierem 5. C. de Adoption. lege Nulla famina D. suis, & legitim. principium, & §. vltimo Inst. de Patria potest. Pinel. in rubrica de bon. matern. 2. part. num. 9. Ascan. de patria potestat. capit. 5. Molin. disputatione 227. Costa cap. Si pater verbo, habens, num. 1. post Pichard. & Mynsing. in dicto §. fin. & d. principio numero. 6.* nam quomodo alios potest habere sub potestate, si semper subest alterius potestati, *Turr. uret. dicto lib. 1. c. 6.* Ex quibus iuncta *d. l. Exēplo C. de Decurionibus lib. 10.* Resoluunt supra citati *cum Curtili 4. part. de nobilit. n. 228.* nō valere Statutū, 235. per quod cōstituatur, vt filij sequātur conditionem maternam *cum glossa vltima ibi*, & fauere videntur verba *d. l. Exemplo (ibi neque vlla pro more Prouinciæ.)* Quibus Imperator damnare videtur consuetudinem cōtrariā, facit *l. Nō tantū §. Ilienſibus, vbi Glossa verbo, non sint, in fine D. excusatio tutor.* Deinde, quia vnus ex principalibus effectibus patriæ potestatis, vt supra dimus, est, vt paternam, & non maternam sequantur familiam, etiam quoad honores, & nobilitatē *glossa Verbo, potestatem, in cap. 2. de Conuersione coniug. per textum in §. 1. Inst. de legitima agnatorum successione*: cū ergo effectus patriæ potestatis à iure naturali descendāt, *Pinel. in rubr. de Bonis Maternis 1. part. à num. 8.* per legē ciuilem, seu statutū, tolli, nequeunt, §. *Sed naturalia Inst. de iure nat. gēt. &c.* Vltimo, quia filius est pars corporis patris, *l. Scimus §. Cum autem, Cod. Agricolis, & censitis lib. 11.* quæ necesse est, vt sui totius cōditionem sequatur, *arg. l. Quæ de tota D. de Rei vend. cap. Quo iure 8. dist.*

Sed merito contrarium defendunt *Decius in cap. Nouit. de Iudicijs, quem sequitur Tiraq. d. capit. 18. numero 23. Auiles ad Edicta prætorum glossa 1. nu. 9. Otalora d. cap. 2. numero 7. post Palat. in Rubrica §. 32. Sarmient. lib. 1. Selectarum cap. vltim. ad fin. Paz in proœmio legum Tauri. num. 116. Sanches d. disputatione 24. num. 2.* qui omnes recte affirmant, de iure filium à solo patre nobilitari, sed posse per statutum legitimi superioris effici, vt filij maternam conditionem, quoad honores, gentilitia armorū, delationes, cęteraſq; dignitates, sequātur; pvt, quoad statū libertatis, supra dictū est, & quoad ascriptitiū statū probant *l. Nati. 29. C. de decurionib. lib. 10. leg. Hi, qui C. de Murilegulis lib. 11. l. Ex ingenuo 4. C. de Agricolis. & Mācipys. domin. eodē lib. 11. Pichard. d. l. 3. n. 13.* Ergo similiter efficere potest, vt, quoad prædicta, matris, & nō patris conditionē sequantur. Deinde ostenditur manifeste ex eo, quia in hac

236.

materia totum disposicum est iuris humani, Nec aliqua lex naturalis per humanam constitutionē offenditur: ergo quemadmodum Iuris ciuilis constitutio iubet, vt filij paternam lineam sectentur, ita principis supremi statutum iubere potest, vt maternam imitentur, *ex l. 1. & vltima C. de legib. c. Proposuit de Coces. præb. Petrus Greg. in Rubrica de Rescript. cap. 11. & sequentibus Morla de legibus q. 2. & in nostro Regno Lusitaniæ, ita est constitutum per Ordin. lib. 5 tit. 92. §. 4. Cabed. 2. part. decisione 73 n. 4.* in qua Ordin. expræsse cauetur nobiles posse assumere Nomē, arma, gentilitia, & omnes honores, & dignitates ex sanguine materno, quę resolutio optime cōprobatur ex resolutis *per Turret lib. 1. de Nobilitate cap. 6.* Vbi late defendit maternam nobilitatem, & illam paternæ exæquare contēdit. Nec contrarium euincit
437. *d. l Exēplo, in fine*, quia licet ibi improbetur consuetudo contraria, tamen id non tollit, quominus princeps Supremus contrarium determinare valeat, prout facit Legislator Lusitanus dicto loco, & potest cōsuetudo ex noua, & rationabili causa, contrariū statuere, *iuxta notata ad cap. vltimum de Consuetudine, l. de quibus D. de legibus. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, Soarez tom. 8. de legibus lib. 77. c. 8. Valasc. 2. tomo consult. 162. à num. 9. Fernandes de Otero. selectarum cap. 1. Masoard. conclus. 43.* Idemque per priuilegium effici potest, si à principe supremo concedatur, quia est lex priuata *cap. Priuilegium 3. distinctione*, & requirit eandem potestatem in concedente iuxta notata per eundē *Soares d. loco lib. 8. c. 26.* Nec ratio vltima supra posita contrarium suadet, quia licet filius dicatur. pars corporis paterni; tamē id non tollit, quominus statutum, seu lex legitimi superioris cōtrarium valeat disponere, maxime cum negari ne queat, quod ex nobilibus, & generosis Matribus multoties in filios
228. diriuentur proprij nobilitatis effectus, ipsosq; ad virtutem prouocet materni sanguinis participatio, vt constat *ex loco Poetæ 11. Aeneidos.*

Genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre
ferebat.

Et Ouuidy primo Fastorum
Hinc fuit Euander, qui quanquam
clarus vtroque.

Nobilior sacræ sanguine matris erat.

Et alibi passim, *vt ex Papinio, & aliis refert Pichard supra num. 14. & hanc partem iuuat textus in cap. Venerabilis de Præbendis, ibi, Nisi nobilem, & ab vtroque parente illustrem,* ideoque Rainucius de quo *in cap. Rainucius de testamentis* denominabatur de Cleramatre sua *vbi Guilhermi nu. 12.* in principio, Et Christus Dñs voluit vocari Filius Dauid, secūdum Maternam generationē, *vt ait textus in d. cap. Nouit de Iudicijs Otalora dicto. capit. 2. numero 7.*

Cassane

Cassane. part. 8. *considerat.* 8. *facit textus in l.* 1. *versiculo nisi forte D. ad Municipalem, & Luca* 11. *ibi quia nemo est in cognatione sua, &c.* Quæstionis tamen est materia, Vtrum Ordinatio supraciratis locis, & similia statuta procedant; etiam casu quo mater nobilis, & illustris nubat plebeo, & ignobili, negant communiter Doctores, *vt per Iason. in l.* 1. *num.* 18. *D. de Verborum, Palarius in repetitione rubricæ* §. 32. *nu.* 3. *Aulet d. glossa* 1. *num.* 8. *Vivius* 1. *tom. opinione. Paleot de Nothis cap.* 16. *num.* 3. *Richard. in dicta repetitione num.* 15. *Fab. in Cod. lib.* 9. *tit.* 28. *definitione* 17. Mouentur precipue, quia Mulier, quantumuis nobilis nubens plebeo, & ignobili, ipsius conditionem sequitur, *iuxta l.* 1. *Mulier C. de dignitatibus lib.* 12. *l. Fœminæ* 8. *in principio D. de Senatoribus. l. Nuptæ* 12. *D. eodem titulo l.* 1. *& 2. C. vxoribus militum. l. Mulieres C. de incolis lib.* 10. *l. Vnica C. mulieribus in quo loco* quod merito effectum est, propter illam mutuã corporum traditionem, de qua *in cap. Quos Deus* 32 *quæst.* 4. & mutuã societatem diuini, & humani iuris *leg. Aduersus Cod. de crimine expilat hæreditatis*, quod etiã lege Romuli constitutum fuisse anno. 1. ab vrbe condita ex Liuio; & alijs refert *Petrus Greg. syntagmat. lib.* 9 *c.* 13. *n.* 19. Tunc sic aiguunt prædicti autores, matres in filios tranfundere nequeunt nomina, arma, gẽtilitia, nobilitatem, & similia, quæ iam amiserunt per matrimoniũ, quia nemo dat, quod non habet. *cap. Quod autem ad fin. de iure patronat.* ergo etiam stante *Ordinatione* in filios transferre nequeunt, quod iam non habẽt, sed amiserunt. Maxime, quia *Ordinatio prædicta*, solum remouet iuris impedimentũ, quod impediebat, vt filij matris conditionem sequerentur, sed nõ redintegrauit ipsis, honorem, nobilitatem, gentilitia, & similia iam deperdita, nec in hoc casu per subauditos intellectus admittenda est iurium còrrectio, in materia odiosa, quando cõtrarium perius commune est dispositum *argumento l. Quod vero D. de legibus.*

239.

Sed adhuc præceptores nostri *ad d. cap. Rainucius probabiliter defendunt contrarium per Ord. dicto tit.* 92. §. 6. *in illis verbis, (nãosendo fidalgos, nem netos de fidalgos, da parte de seus paes, ou maes)* dum Ordinatio ad effectum, ne nobilitas in filios, & descendentes transferatur, requirit, ne ex vtroq; latere sit filius, aut nepos personæ nobilis, aut illustris; sic plane significans, quod si ex aliquo latere habuerit auũ nobilem, & illustrem dicetur talis, nã etiamsi ex persona matris non hęreditet nobilitatem, quam per matrimonium amisit, tamen sublata de medio persona matris, accipiet nobilitatem a persona Aui, cuius nepos est, prout in Materia successionum spuriorum diximus infra, *vt in terminis l. Emancipatum* 7. §. *vltimo*

240.

vltimo *D. de Senatoribus, leg. 3. D. de interd. & relegat. Fab. in C. lib. 9. tit. 28. diffinit. 14.* Nec fundamẽta contrariæ communis aliquid faciunt; quia fatemur filium non denominari nobilẽ ex parte matris, prout est filius ipsius matris, quæ nobilitatẽ amisit, sed à persona Aui, cui ignominia filiæ nocere nequit, & supponit *Ordinatio supra dicto* §. 6. quæ non solum statuit, vt filij conditionem maternam sequerentur, sed vlterius, vt ex persona Auorum nobiles reputentur, sublato matris impedimento, ideoq; eis nõ officit radix in facta. Nec retento hoc sensu extenditur *Ordinatio*, quia licet verum sit, ipsam esse correctoriam iuris communis, tamen proprietas verborum (quæ adhuc in Materia odiosa seruatur. *l. Cũ lege 26. D. de testamentis*) aliter saluari nequit, vt aperte ex ipsis apparet.

Constat ergo ex supradictis nobilitatem descendere in filios legitimos naturales ab vtroque latere, siue ex linea paterna, siue ex linea
241. materna, in nostro Regno. Videndum nunc est, Vrum adoptiui gaudeant parentum nobilitate, & affirmatiuè respondendũ erit, *per textũ in l. Senatoris filius 6. l. Liberos. 10. D. de Senatoribus. l. Cum adoptiuum. 4. C. de Decurionibus. lib. 10. Robles lib. 2. de repræsentatione cap. 9. nu. 12.* Vbi non solum legitimi naturales, sed legitimi tantũ, id est adoptiui dicuntur filij Senatoris, & decurionis, facit illud *Ouuidij 4. Fastorum.*

Hic ad te magna descendit origine mensis.

Et sit adoptiua nobilitate tuus.

Citat Tiraquel. d. cap. 15. num. 5. in principio, Pichard. in d. repetitione nu. 15. & antea Raynaldus Gallus in cõprehensoria fœudali, tractatu de nobilitate, & quanuis *Tiraquel. supra nu. 6. cum Bono de Curtili tract. de nobilitate. 4. part. numer. 12. quem sequitur Turturet de nob. lib. 1. cap. 7. versiculo adoptiuos*, existiment in filium adoptiuum non descendere patris nobilitatem, quæ dicitur qualitas, seu dignitas proueniens à coruscatione clari sanguinis à parentibus originem ducens, in liberos legitimos per carnem continuata, quæ verba in adoptiuis non verificatur, vnde succedit regula cui non conueniunt verba, nec etiam dispositio. *l. 4. §. toties D. de damno in fecto. l. 3. §. Hæc verba D. de negotijs gestis*, quanuis enim negent ex adoptione clariores fieri prædictos filios, quod post ipsos etiã sequitur *Otalora. 2. part. tertia principalis cap. 3. n.* 242. 5. falluntur tamen, quia licet attenta rei veritate non verificentur verba definitionis in prædictis filijs, tamen si ciuiliter considerentur, attenta fictione, quæ facit, vt prædicti filij considerentur nati ex proprio corpore. *l. Adoptio 26. D. de adoptionibus*, necessariò fateri cogentur, istos gaudere paterna nobilitate, *vt supra resoluimus.*

Sequitur

Sequitur, vt agamus de naturalibus, vtrum nobilitas paterna ad illos descendat, & quod non gaudeant paterna nobilitate, tradunt 243. communiter Doctores, *vt per Bart. & Bald. & Corneum in l. vltim. C. de Verbor. signif. Alexand. & Immola. l. Ex facto §. Si quis rogatus D. ad Trebellianum, Decius in consil. 85. Guilhelm. in cap. Rainucius eodem verbo. nu. 41. Bonus de Curtili. 4. part. de Nobilitate à num. 3. refert, sed non determinat. Otalor. eodem tractatu 2. part. principalis cap. 3. nu. 3. & tenet Garcia de nobilitate glossa 1. §. 1. num. 46. ad finem. & glossa 20. num. 36. Tiraq. à nemine relatus cap. 15. num. 10. Turturet. lib. 1. de nobilitate cap. 7. versiculo restat. tertia*, qui cum Tiraquel. affirmat nobilitatem non descendere ad naturales, seu nothos, quos vulgo, Bastardos, appellamus, *cum Bald. in l. Cum legitimæ D. de statu hominum, vltra alios Peregrin. de fideicommissis artic. 22. num. 84. tum ex regula dict. §. Si quis rogatus*, vbi appellatione filiorum naturales non continentur, quando pater erat nobilis, *tum ex l. Generaliter §. Cum autem Cod. instit. & substitutionibus*, tum etiam, quia sordes, & humiles non debent inter præcipuos nominari. *leg. Humilem Cod. de incestis nuptijs, idem Bald. in cap. Innotuit de electione colun. vltim. & in leg. Cum antiquioribus quæst. 8. C de iure deliberand.* vbi non solum affirmat Bastardos, non potiri nobilitate, vel dignitate parentum, sed etiam non euitare pœnas viles statutorum, *sequitur Antonius inc. Per venerabilem, qui filij sint legitimi, plures citat, & sequitur Tiraquel. à d. num. 10. cum sequentibus, & infinitis relatis ita resoluit Matienço in rubric. tit. 1. lib. 5. num. 126. Fab. dicto tit. 28. definit. 20. Ægidius de iure honestatis articul. 13. num. 43. Mendes de Castro in praxi lib. 5. cap. 1. §. 5. n. 65. Sanch. lib. 7. disp. 24. num. 1.*

Contrariam tamen sententiam, imo etiam de iure Communi nobilitatem parentum extendi ad naturales, *tenet Com. l. 79. n. 6. in medio*, 244. *& saltem attenta lege Castellæ, tenet Otalora d. num. 4. Spino de testament. gloss. 16. à num. 24. per l. 9. tit. 8. lib. 5. recupilationis. l. 1. titul. 11. part. 7. l. 2. in fin. tit. 21. part. 4. vbi Azeued. gloss. amiga, Ceualhos quæst. 2. nu. 49. Fortun. de vltimo fine illatione 8. Con. de sponsalibus. 2. p. cap. 8. §. 4. nu. 2. Lara in leg. Si quis à liberis D. de liberis agnoscendis in principio num. 88. Padilha in leg. Naturalis D. de præscriptis verbis. num. 10. Azeuedo qui alios refert, l. 10. titul. 8. lib. 5. recupilationis à num. 51. sequitur Phæb. decis. 55. num. 10. post Gammam decis. 312. num. 4. Valasc. de partitionibus cap. 13. num. 172.* vbi agebatur de nobilitate filij naturalis, equitis, & fuit iudicatū ipsum gaudere nobilitate paterna, & cōsequēter nepotē ex tali filio, nec filios naturales ex prędictis succedere eis inuitis posse, *iuxta terminos Ord. d. lib. 4. tit. 92.* & de iure Castellæ ita resoluit

Matien-

Matienço ind. rubrica num. 127. & iterum repetit, *l.* 9. *tit.* 8. *glossa* 8. *in principio*, licet limitet, quoad alios honores *per l.* 3. *tit.* 15. *part.* 4. *vbi Gregor. verbo, las honras, Sanches lib.* 7. *disp.* 24. *num.* 1. & videtur similis lex Regia *lib.* 2. *tit.* 35. §. 12. vbi excludit hos naturales à successione bonorum regiæ Coronæ, quasi ad reliqua illos admittat, & sic ad nobilitatem paternam, adde *Molin. de iustitia disput.* 173. *vers. possumus vero, quem sequitur Castilho tom.* 4. *cap.* 22. *num.* 152.

In hac contrarietate dico cum *Fabro supra*, de iure communi verio rem esse opinionem communem priori loco citatam, *contra Gom. d. n.* 6. & supra citatos, de iure tamen Castellæ cõtrarium esse obseruandum, vt fatentur omnes Doctores pro secunda sententia, supra relati,
245. & de iure huius Regni, etiam obseruanda est hæc secunda sentẽtia, quæ filijs naturalibus nobilitatem paternam concedit, *per Ordin. lib.* 5. *tit.* 92. §. 4. *ad fin. ibi, (& os Bastardos, hão de trazer as armas com quebra de bastardia iuncto* §. 5. vbi lex Regia concedit Bastardis, seu naturalibus, vt possint arma agnationis, suæ portare, maculata tamen nota illegitimitatis, frustra sane eis concederet lex Regia, vt armorum insignijs vti possent, nisi priuilegiũ nobilitatis ipsis concederet, ratione cuius arma portare possent, *iuxta d. Ord. in principio*, maxime cum de iure cõmuni Bastardi illa portare non valeant, vt post supra citatos, *probat Aloisius Riccius in Collect. decisionib. Collect.* 1062. *ad fin. Mol. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 47. *Garcia de expensis cap.* 3. *num.* 21. *Gutier. ad* §. *Sui Institut. de hæredum qualitate, & differentia à num.* 189. *Spino d. glossa* 16. *num.* 26. *Farinac. in praxi tom.* 1. *quæst.* 13. *num.* 53. *Cald. cons.* 9. *n.* 52. cum multis alijs ab eis relatis, cum ergo nostra Ordinatio Regia illis concedat, vt arma portare possint, necessario etiam eis concedit nobilitatem, quæ est necessarium antecedens ad illa, *argumento l. Ad rem mobilem D. procuratoribus. l. Illud D. de acquirenda hæred. leg. Quidam consulebant D. de re iudicata, ita ex Ioanne Raynucio in tract. nobilit.* 1. *part. quæst.* 3. *tradit Tiraquel. cap.* 2. *num.* 12. *Vide quæ Fab. dict. tit.* 28. *definitione* 27.

In nostro regno extra cõtrouersiam est, quod naturales etiam matris nobilitatem capere possunt: nã
246. attento iure communi hæc quæstio otiosa est, quia filij, nõ matris, sed patris conditionem sequũtur, vt supra diximus, & cum paterna nobilitate gaudere non possint, iuxta opinionem supra scriptam, nec etiam maternam assumere valebant, contra ipsius iuris Ciuilis dispositionem; at vero attento nostro iure Regio, cum materna familiam sequi possint, cõsecutiuè dicẽdum est, ipsos posse ĩuuari materna nobilitate, si mater nobilis sit, nec aliunde nobilitatẽ amiserit,

quod

quod notandum dicunt, pro intellectu *Ordinationis d. lib. 5 tit. 92. §. 4.* Nec vsque adhuc ab aliquo Regnicola scriptum legisse memini; Nec obstabit, quod mater videtur amisisse nobilitatem luxuriose vivendo *argumento l. Senatoris filia, vbi notant communiter Doctores de ritu*
247. *nuptiarum. leg. Palam D. eodem titulo*, quia illa iura loquuntur, quando mater, meretricio more lucrum publice faciebat, non autem, quando semel, vel iterum in ordinate se gessit, peccando in corpus suum; tunc enim, non amittit nobilitate, *iuxta mentem Costæ cap. si pater. glos. legauit, nu. 39. Decian. lib. 3. tract. crimin. cap. 7. num. 11. Phæbus dicta decis. 55. num. 9. tom. 1.*

Sequitur discutere circa spurios,
248. an aliqua gaudere possint nobilitate? & de iure Communi assertio est negatiua, apud omnes scribentes in materia nobilitatis, ex eo, quia spurij censentur personæ
46. abominabiles, *iuxta Authenticam Ex complexu Cod. de incest. nuptijs*, & hi nunquã includũtur sub cõditione (si sine liberis) *iuxta l. Ex facto. §. Si quis rogatus D. ad Trebellian. leg. Generaliter §. Cum autẽ C. inst. & substitutionibus; vbi notant communiter scribentes, Bart. num. 4, Rojas succes. cap. 15. Padill. leg. Cum acutissimi. Cod. de fideicommissis num. 37. & in nostris terminis Bonus de Curtili. 4. part. de nobilitate num. 6. & sequenti. Chassæneus part. 11. consuetud. 15. Tiraquel. d. cap. 15. à nu. 14. Otalora dict. 2. part. tertiæ principalis cap. 3. num. 3. vbi adducit textum in l. Generaliter §. Spurios D. de decurionibus, quem textum etiam citat Bald. in l. Cum legitima D. de statu hominũ*, sed non multũ facit, *Garcia glossa 1. §. 1. num. 61. & glossa 21. num. 19. latissimè Azeuedo l. 10. titul. 8. lib. 5. num. 51. ad fin. Phæbus tom. 1. decis. 55. numer. 8. versiculo supradicta, per textum in l. Ex libera Cod. suis, & legitim. l. Eius qui D. ad Municipal. glossa in Clement. prima de Baptismo, Faber ad 9. lib. Codicis diffinitione. 20.*

Nec obstat *d. §. Spurios*, quia textus ille supponit, spurios alias capaces esse, scilicet ex nobilitate acquisita proprijs meritis, nõ autem ex nobilitate paterna, quæ ad ipsos transire non valet, iuxta proxime dicta, ideoque vitium spuritatis, illos non inhabilitat, ad decurionatus dignitatẽ, & hic est sensus *d. §. Spurios*, vt late tradit *Valas. consult. 17. Molin. tom. 4. disputat. 11.* Constito ergo quod de iure Communi spurij non habent nobilitatẽ hæreditariam, propter odium paternum, tum etiam, quia supra resoluimus, naturales de iure non hæreditare nobilitatem paternam, à fortiori idem in spurijs resoluendum erat, propter maiorem execrationẽ, qua ipsum ius istos persequitur, *iuxta dicta Authent. ex complexu Cod. de incest. nuptijs, iuncto corpore vnde sumitur cap. vltim. 32. quæst. 7.*
249.

Videndum tamen eſt, vtrum, ſaltem de noſtro iure regio, aliqua potiantur nobilitate, quod maximè conducit ad Ordinat. *lib.* 5. *tit.* 92. §. 4. & §. 7. vbi lex regia indiſtinctè baſtardis concedit prærogatiuam nobilitatis, quibus verbis
250. etiam ſpurios comprehendere videtur, quia quantumcunque materia ſit odioſa, ſemper verba ſunt verificanda in ſuo ſignificatu totali, per textum *in leg. Cum lege, D. de teſtamentis, vbi late proſequitur Iaſon. Barboſa in Rubrica de ſolut. matrim. part.* 4. *num.* 47. *Caſtill. tom.* 4. *cap.* 39. *à principio, vsq; Tiraquel. inl. Si vnquam in præfatione à numer.* 119. *Couar. lib.* 1. *var. cap.* 10. *num.* 7. & 2 *parte de ſponſal. cap.* 8. §. 8. *num.* 8. *Gutier. lib.* 1, *Canonicarum cap.* 34. *num.* 37. Ergo cum ſpurij ſint baſtardi, vt patet, & in eis verificentur verba prædictæ Ordinationis: ſit conſequens, quod de noſtro iure regio nobilitatem obtinebunt, ſicut, & naturales, de quibus non eſt contentio apud noſtrates, vt ſupra reſoluimus, quæ pars non careat probabilitate, ſi ad verba d. Ordinationis vtrobique reſpiciamus, quæ ſolum diſtinguit baſtardos, à legitimis, in eo, quod nobilitas legitimorum, cum recto ordine naturæ procedat, ideo arma directa portare poſſunt: at vero illegitimorum inſignia, cum nota, & macula illegitimitatis illuminari debent. Nec ſeparat naturales, ab ſpurijs, maximè, cum apud plures nationes detur ſimile ſtatutũ, prout de Subaudia teſtatur. *Fab. lib.* 9. *Codicis, titul.* 28. *de dignitat. & nobilit. diffinit.* 27. *Rayner. de nobilitate, quæſt.* 2. *quintæ principalis. Tiraquel. de nobilitate, cap.* 15. *num.* 25. *vbi etiam teſtatur ſeruari in Francia, & in Regno Granatenſi Couarru. de ſponſal.* 2. *part. cap.* 8. §. 4. *num.* 4. *Marta de ſucceſſ. legali. quæſt.* 17. *articul.* 1. *numer.* 8. *Raudenſis de analogis capit.* 30. *à numer.* 75. cum multis alijs, quos ipſi referunt.

Sed adhuc exiſtimo, ſpurios nõ gaudere parentum nobilitate, excepto priuilegio, de iure noſtro
251. regio, quia licet negari non poſſit prædictam Ordinationẽ ſupradictis locis nobilitatem paternã extendiſſe ad baſtardos, tamen ad ſpurios nõ extendit, ratio eſt, quia ſpurij ſunt quammaximè odioſi omnibus legibus, *iuxta dictã Authenticam Ex complexu. C. de inceſtis nuptijs, iuncto corpore vnde ſumitur, in Authẽtico Quibus modis naturales efficiantur ſui, §. final. collatione* 7. *cap. vlt.* 15. *quæſt.* 7. *Paleot de Noth. cap.* 27. *num.* 27. *Spin. de teſtament. gloſſ.* 1. *numer.* 6. *à principio maxime. num.* 7. *Ordin. lib.* 4. *tit.* 93. ita vt, ita genere illegitimorum, ſeu baſtardorum ſint ſpecies qualificata, quæ regulariter ſub verbis generalibus non cõprehenditur, *iuxta le.* 5. *Obligatione generali. D. de pignoribus, de qua Alfanus collect.* 805. *Mascard. de Probat. concluſ.* 125. *Gabr. vel com un.*

comun. titulo de Regulis iuris concl. 12. *Trentacinq. variarum, libr.* 3. *titulo de verborum obligat. resolutione* 4. *Ægidius in leg. Ex hoc iure tomo* 2. *cap.* 12. *clauſ.* 13. *num.* 5. *Barboſ. in l. Comperit. C. Præſcription. trig. à n.* 163. Ma ime cum lex regia, etiam reſpectu naturaliũ ſit odioſa, & procedat contra regulas iuris ciuilis, vt ſupra diximus, ac per conſequens, quoad fieri poteſt, reſtringẽda eſt, argumento Regulæ, Quæ à iure communi, de regulis iuris *lib.* 6. *l. Quod vero. D. de Legibus*; quam reſolutionẽ *confirmat eadem Ordinatio d. loco.* §. 7. ibi (*Eos baſtardos, poſto q̃ legitimados ſejaõ naõ ſepoderaõ chamar de Dom, ainda que de direito lhe pudera pertẽcer, ſe de legitimo matrimonio foraõ naſcidos*) vbi lex ait, gentilitiũ Dom, etiam legitimatis non cõpetere, quod eſt vnum de præſtãtioribus nobilitatis. Conſtat ergo legitimatos, apud nos, ſolum eſſe ſpurios, propter natiuam incapacitatem: igitur ex mente dictæ Ordinationis, nobilitas parentum ſpurijs non communicatur; Nec poteſt replicari *de dicto* §. 4. & 5. vbi Ordinatio baſtardis arma, & nobilitatem concedit, & *d.* §. 7. etiam vſa eſt eodẽ verbo, *baſtardos*, quaſi tam ſpurijs, quàm naturalibus cõcedat nobilitatem, quia, vt modo reſoluimus, ſpurij ſunt ſpecies magis qualificata, & non poſſunt comprehendi ſub generalibus verbis legis, niſi expreſſe denominentur, ac ita tollitur fundamentum contrarium, quod confirmatur, *ex Ordinatione antiqua. lib.* 2. *titul.* 37. §. *Item*, vbi repellebat expreſſe ſpurios, per quam declaranda ſunt verba *d.* §. 7.

Denique, ne in hac materia aliquid intactum relinquatur conſequẽter quęrimꝰ. An ſpurij ex parte matris nobilis poſſint, iure Regio, habere nobilitatem? Dubiũ facit, quod ſpurij maternam cognationem de iure ſequuntur, *iuxta leg. Modeſtinus l. Si ſpurius D. Unde cognati, notatur. ad leg. Si qua illuſtris Codic. Ad Orficianum, vbi notat. Ioannes Baptiſta Caccialupus, à num.* 69. *& ſequentibus, & nos infra dicemus*: ergo, cum lex Regia concedat filijs poſſe nobilitari ex vtroque latere paterno, & materno, fit conſequens dicendum, poſſe nobilitate materna frui. 252.

Sed præceptores noſtri ad c. Rainutius in principio tenent contrarium, & merito, quia ſpurij de iure, nullam habent nobilitatem, vt ſupra diximus *cum. gloſſa in Clementina prima de Baptiſmo, verbo, liberi, per-textum in leg. Cum legitimæ D. Statu hominum. gloſſa in leg. Filium eum diffinimus D. de his, qui ſunt ſui & cætera.* Nam hæc copula, ex qua filij ſpurij naſcuntur, ſemper ignominioſa dicitur ipſi matri, *d. l. Si qua illuſtris Codic. Ad Orficianum, Paleot. dicto numer.* 8. *Spino. ſeptimo dictis locis*: ac proinde illis nobilitas concedenda non eſt, facit *Ordinat. d.* §. 7. *in prædictis* verbis, 253.

bis,vbi illis denegat nobilitatem, quæ in vtroque parente intelligẽda eſt, iuncta alia Ordinatione antiqua, *lib.2.tit.37. §. Item*, Vbi in ſpurijs aperte loquitur,nec aliquid facit, quod ſpurij habẽt ius cognationis,per iura ſupradicta,quia ius illud ſolũ conſideratur, quoad ſuccedendi ordinem,non autẽ quoad nobilitatem,quam de iure à matribus accipere nequeunt,nec de iure Regio illis indulgetur.

254. Reſtat agere de his ſpurijs, ſed legitimatis, ſcilicet per principis reſcriptum , vtrum potiantur vera nobilitate? Quæ quæſtio cõtrouerſa eſt de iure communi; & partem negatiuam,videlicet, quod legitimatus, non cenſetur legitimatus ad honores,& nobilitatẽ,*ex Antonio de Roſdlis in tractatu legitimatio. tradit Otalora d.2.part.3.principalis c.3.n.4*;Sed ego,facta deligẽti indagatione in lib. Antonij de Rozellis,non inueni ipſum dixiſſe , *Sed ſcripſit Bald.nc. Per tuas verſi.Quero in honoribus,de Maiorit.& obedient. Alexand. in l. Ex facto §. Siquis rogatus D. Ad Trebellianum, Tiraq. de Nobilitate cap.15.à nu.17.* quam opinionem de iure veriorẽ, & magis communem teſtatur, *Gutierrez in d. § ſui n.* 188. *ad finem Greg.l.4. tit.15.part.4.gloſ.11.* quia legitimatus adhuc remanet cum cicatrice illegitimitatis,nec in feudo ſuccedere poteſt,iuxta textum, *in cap.1. §.Naturales,Si de feudo defuncti contentio ſit inter dominum, & agnatos, vt tenet Rochus de iure patronat.verbo, (cõpetens)quæſt.1.Lambert.eodẽ tract. lib.1.part.2. quæſt.2.artic.29. nu.10.Peregrin. de Fideicommiſsis.arti.23.n.11.Menoch.lib.4.præſumptione 79.numer.27. Molina lib.3. de Primogen. cap.2.num.8. alter Molina, diſput.475. num.1.Gail. obſeruationæ 142.num.14.Borrellus. in Summa tit. 34,num.346. Scaccia de Iudic.lib.2. cap.9.num.742.* quia feudum eſt honor,& beneficium : igitur inferunt ſupracitati , ſpurius legitimatus non conſequitur nobilitatem paternam.

Sed merito contrariam ſententiam , etiam de iure communi, tenent plures , & acerrime defen- 255.
dit, *gloſſa verbo,legitimi,incap. Tanta, qui filij ſint legitimi,Bonus de Curtili tractatu de Nobilitate,4.part.nu.19. & tribus ſequentibus , Pariſ. lib.4.conſ.58.numero,20. quos refert, inclinando ad illam , Tiraquel. dicto cap.15.num.20.addo Roland.conſil.67.num.18.lib.3.Biret.conſil.39.n.13;Pereg.d.artc.23.nu.12. Et poſtea defendit Garſia de Nobilitate , gloſſa 21.num.9. & ſequentibus, Duenhas Regula 69.Ceruantes in l.12. Taur.num.129.Ceual.q.2.num.43.* Ex eo, quia legitimatus nanciſcitur omnia iura legitimorum,vt infra dicemus,*per textum in Authentico, Quibus modis naturales efficiantur legitimi, §. Si liceat. collat. 6. Authent. Quibus modis naturales efficiantur ſui, §. Illud , & §. Si igitur , & §. Reliqui collatione 7. lege. Cum quis*

ad

ad finem C. Naturalib. liberis §. Quibus Inst. de hæreditatibus, quæ abintestato deferuntur. Et confirmatur, quia hoc quod est filios nasci legitimos, dependet ex approbatione legis humanæ, *argumento l. Filium eum diffinimus, vbi notant communiter Scribentes D. de His, qui sunt sui, vel alieni iuris, iuncta l. Legitima D. de pactis, Garsia d. glossa 21. numer. 16. Duenhas regula 345. Mascard. de probationibus conclus. 788. Gabriel. tit. de præsumptionibus cõclus. 14. Menoh, casu 89. & lib. 6. præsumptione 53. Gom. l. 9. num. 2. Valas. consult. 134. num. 3. Couar. desponsalibus, 2. part. c. 8. §. 3. n. 8. Palæot. de Nothis, & spuriis, cap. 22. Fuluius de probationibus lib. 2. cap. 4. num. 24. Mena ad Gammã decisione 152.* Ergo, cum princeps possit, iuris ciuilis, & humani impedimenta procreare, ita potest legitimando tollere, *argumento regulæ Nihil tam naturale, D. de Regul. iuris.*, Et fere in terminis scribit *Peregrinus de Fidei commissis articulo 23. numero 32. & 50. Castillo tomo 4. capit. 22. à numero 36. & sequẽtibus:* Ergo, quemadmodum, si filius nasceretur legitimus, potiretur propria nobilitate parentum, ita similiter legitimati illa gaudere debẽt; Deinde, quia in his, quæ sunt iuris, fictio operatur secundum veritatem, *Vt tradit Bartol. in lege Si maritus §. Legis D. de Adulteriis, Iason in Repetitione leg. Si is, qui proemptore, de Vsucapionibus, numero 153. Peregrinus dicto numero 40.* Sicut ergo, si esset natus legitimus, esset vere nobilis, ita per fictionem legitimationis, nobilatem de nouo nanciscitur, & hæc pars verissima est, secundũ Iuris ciuilis principia, facit *dicta leg. 12. Tauri. in fine, l. 20. titul. 11. lib. 2 recop. vbi late Azeued., & statim dicemus.*

Neque, hac parte retenta, obstant supra posita fundamenta, pro prima opinione, quia, post legiti- 256
mationem legitimi superioris, filius legitimatus in nihilo differt a filio legitimo, vt supra diximus. Nec labes naturalis ei obesse potest, vt Doctores nostræ sentẽtiæ bene contendunt. Nec obstat, *d. §. Naturales*, quia ideo ibi legitimatus non succedit, quia ius illud feudale consuetudine introduxit, 257
vt solũ nati ex legitimo matrimonio succederent, sub qua dispositione filius naturalis, nec spurius, quantunuis legetimatus, non succedit, vt optime ex communi scribentium sententia, *resoluit Peregrinus d. artic. 23. num. 48. Molina lib. 3. cap. 3. nu. 31. Garsia dict. glos. 21. nu. 21. Matienso l. 21 titu. 8. lib. 5. recupilat. nu. 8. cum aliis supra relatis.*

Et in nostro Regno de plano procedit hæc sentẽtia affirmatiua, ex cõmuni forma, & cõsuetudine legitimationũ, quã scribit, *Caminha de Forma contractuum in fin. ibi (& outro si quero, & outorgo, que o dito. .N. haya à nobreza, & priuilegios della, que per direito commum, Ordenaçoens, & vzanças de meus* 258

Reynos haber deueria, se de legitimo matrimonio nascido fosse, não embargante quaesquer leis, Ordenações, Decretos, Costumes, Constituições, &c,) Idem item volo, & concedo, vt dictus, N, obtineat nobilitatem, ipsiusq; priuilegia, quę de iure cõmuni, Ordinationibus, & consuetudinibus meorũ Regnorum, sibi possent cõpetere, si de legitimo matrimonio fuisset natus. Non obstãtibus quibuscunque legibus, Ordinationibus, Decretis, Consuetudinibus, Statutis, quæ ei obesse possint, nam omnia pro expressis volo haberi, &c. Vnde dubitandum non est, legitimatos in nostro Regno Lusitaniæ, frui propria, & veria nobilitate, vt patet.

De iure Castellæ maxima est controuersia apud Hispanos, Vtrũ legitimati consequantur nobilitatẽ? Affirmatiuam tenent, *Cifuentes in l. 12. Taur. num. 18. Osorius in leg. Cum legitimæ D. de statu hominũ à num. 4. sequitur Gutieres ad §. sui Inst. de hæred. qualit, & differentia num. 188. refert Azeued. l. 10 tit. 8. lib. 5. Recupilat. nu. 47. & ibi Matiençø gloss. 8. Ceuallos commun. contra cõm. quæst. 2. à. num. 43.* Mouentur, quia legitimatus per tescriptũ principis, reputaturvere, ac proprie legitimus, vt supra probatum est: Ergo, quemadmodum legitimus succedit in parẽtum nobilitate, ita etiam legitimatus, in ea succedere debet: Deinde pro hac parte facit, *l. 4. tit. 15. part. 4. ibi (Y han todas las honras, y proes, que han los hijos, que naçen de casamiẽto dere cho* id est, obtinẽt honores, & priuilegia, quę obtinent filij nati ex legitimo matrimonio, *& in leg. fin. illo tit. & part. ita sic habetur (Y aun le naçe otra prol, de la legitimacion, que pueden ser cabidos a todas las honras, y a todos los hechos temporales, tãbien como los otros hijos, que nacẽ de las mugeres legitimas*) Item aliud commodum ex legitimatione consequẽtur, vt admitti possint, ad omnes honores, & actus, ad quos admittuntur nati ex legitimis vxoribus. *Et melius probatur ex l. 12. Tauri ad finẽ, quæ trãscripta est, l. 10. tit. 8. lib. 5. Recupillat. ibi (Pero en todas las otras cosas, assi en succeder a los parientes, como en las honras, y preeminencias, que han los hyos legitimos: mãdamos, que ninguna cosa diffiera de los hijos nascidos de legitimo matrimonio*; Id est, in successione transuersalium, & in honoribus, & dignitatibus, nihil a legitimo differant. per quæ, ita tenent supracitati addo *Duenhas regula 69. col. 4.*

259.

Contrariam tamen sententiam tenuit, *Gregor. d. l. 4. tit. 15. partita. 4. glossa, todas, ad medium, Otalora d. 2. part. 3. principalis cap. 3. numer. 4. Padilla in l. Naturalibus de Præscriptis, verb. numer. 12. Matienso dicta glossa 8. nume. 4.* Qui allegant regiam determinationem, quæ hodie habetur, *l. 12. tit. 2. lib. 6. & aliam l. 20. ti. 11. li. 2.* Et ita declarasse Carolum quintum, & eius filiũ Philippum testatur *Castilho d. tomo 4. cap.*

260.

262.

4. *cap.* 22. *num.* 1. *ad finem*, Quibus apertissime probatur, filios legitimatos, nullo modo posse potiri paterna nobilitate, quo ad exemptionem tributorum, quod ampliatur per dictam *l.* 20, vt procedat etiam in casu, quo dicti legitimati, appellentur legitimi; acproinde, leges supra relatas correctas esse in hoc articulo exemptionis à tributo; tuentur constanter proxime relati, Et cum eis *Gutier. dicto loco, num.* 189. *Villalobos in antinomijs iuris ciuilis. & reg. litera, b, num.* 5. *Peres in l.* 1. *tit.* 1 *lib.* 4. Ex quorũ
261. mente communis est distinctio facienda, inter filios naturales legitimos, & inter filios spurios etiam legitimatos: ita vt naturales cõsequantur paternam nobilitatẽ, quo ad omnia, excepto casu exẽptionis atributo, in quo leges citatæ, pro proxima sententia, limitantur; & corriguntur per dictas leges citatas, pro secunda opinione, *ita Gutier. Padilla, Osorius, Cysuentes, Peres, Matiẽço supra relatis locis*, cum quibus transit, *Ceuallos d. quæst.* 2. *nuas.* 50. *Castilh. dicto cap.* 22. *numer.* 152. In secundis, scilicet spurijs, procedunt iura citata pro secunda sententia negatiua supra citata, dum indistincte eis negat paternam nobilitatem.

Sed merito ab hac cõmuni resolutione recedit, *Azeuedo dicto loco num.* 47. & 50. Qui tenet in dis-
262. tincte, filium naturalem legitimatum semper frui vera nobilitate, etiam quoad exemptionem tributorum, licet in legitimatione id non sit expressum, vt cõuincit *d. l.* 10. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopilat. l. fin. tit.* 22. *lib.* 4 *Fori. d. l.* 4. *tit.* 15. *partit.* 4 Nam si pater nobilis est, eadẽ nobilitate debet potiri eius filius naturalis legitimatus, per iura supra citata; nec in alio contrariæ sunt leges de proximo citatæ pro secunda opinione, vbi referuntur schedulæ, de quibus, *Padill. & Otalora, vbi supra*, Dum negant filijs legitimatis exemptionẽ tributorũ, quia bene intelligũtur de filijs etiã naturalibus, sed de illis, qui antelegitimationẽ, talẽ exẽptionẽ nõ habebãt, hi enim, etiã post legitimationẽ, nõ fiũt exẽpti à tali solutione, vt ex mente, & verbis vtriusq; legis cõstat, quia verba schedulæ erãt, *ibi (deuian pagar, antes que fuessen legitimados) & verba d. l.* 20. (*ibi, de que antes de las tales legitimationes, no teniendo las. no podian, ni deuian gozar*) *& verba d. l.* 12. *ibi, (A que eran obligados. y deuian pagar, antes que fuessen legitimados)* Ex quibus omnibus aperte constat, naturales legitimatos, qui, si fuissent legitimi, haberent nobilitatem, & exemptionem à tributis, eadem, per legitimationem, etiam gaudere: si autẽ, ante legimationẽ, exemptionẽ nõ habent, nec post legitimationem, illam habebunt.

Quoad spurios verò etiam legitimatos, conclusio est cerra apud Hispanos, nulla gaudere no-
263. bilita-

bilitate paterna, nec exemptione tributorum, vt idem, *Azeued. cōcludit d. numer. 51. ad fin. Matienso d. glossa 8. num. 4. & cæteri relati supra pro secunda sententia cum quibus transit Gutierres d. num. 189. Castillo d. num. 51. & sequent. latissimè Cevallos d. q. 2. à num. 47.* Quæ de naturali, & hæreditaria nobilitate dicta sufficiant.

Quæramus ergo, de nobilitate politica de nouo acquisita, quæ quatuor ex causis principalioribus nascitur: Ex scientia, militia, officio, priuilegio, vt ex discursu apparebit. Agamus ergo, de illa nobilitate, quæ scilicet prouenit ex scientia, hanc enim nobilitare, nō est dubium, vt constat ex multis locis Sacræ paginæ, *Ecclesiast. cap.* 264. 37. (*Sapiens populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum: Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine,*) *Et cap. 9. (In sapientia enim vera nobilitas consistit) & sapientiæ, cap. 7. Et Prouerbiorum, c. 8. quæ citat (hassan. in Cahthalog. glor. mundi, part. 8. consider. 9.* Et de scientia legali, & Canonica quod nobilitet, colligitur ex *Aristot. 1. de Anima, vbi ait; scientiam esse de numero bonorum honorabilium, & fatetur Gelius. lib. 19. c. 10. Seneca alloquens Neronem, vt refert Cornelius Tacitus, lib. 8.* Ideo Imperator *in* l. *Prouidendū, C. de Postulādo*, ait, meritū sciētiæ iuris ciuilis ipso iure reddit peritum nobilissimū. Vlpianus Iu recōsult. experitia ciuili appellatur nobilissim⁹ *l. 2. §. fin. D. de Excusationibus tutor, & in l. Dicimus 4. in fin. eodem titulo.* Viris nanq literatis honor gloria, & premiū debetur, *vt ex cap. fin. Esdræ (Magnificisunt, & exaltati verbis legis, quibus edocti sunt,) tetigit Azeued. in rubrica à nu, 69. Curtilis, 3. part. à nu. 94.* Vnde, nobilitatem esse filiam scientiæ, scribit *Salicet. in d. l. Prouidendum, & ibi glossa verbo (nobilissimos) glossa verbo, litteratas, inc. De multa de Præbend. vbi Ioannes de Immola, multos citat Tiraq. de nobilitate, capit. 5. à principio, Far. q. 41. num. 38. Turturet lib. 2. de Nobilitat. cap. 5. optime Azeued. in l. 8. tit. 7. lib. 1. ordin. num. 1.* Adeo autem scientia nobilitat, vt absque illa tales, homines appellari non debeant, vt in simili inquit textus, *in c. Multi. 40. dist.* & propter scientiam multi fuere, qui adepti sunt maximos honores, & dignitates à principibus, 265 plures recēset *Chassaneus in d. Cathalogo, p. 10. cōsiderat. 9:* & in quouis regno, pro temporum varietate, quam plurimi possunt memorari, vt fuit, *Tiraquel. d. cap. 5. in fin.* Nec mirum, cum homines scientifici, & litterati dicantur stellæ firmamenti in *cap. vltimo de Magistris*, quorum doctrina, & scientia mūdus illuminatur, vt inquit Imperator, *in Authentica Habita, Cod. Ne filius pro patre, Bonus de Curtili in d. tractat. de Nobilite, 3. part. numer.* 15. Vnde Iurisperitis principes reuerentiam exhibēt, vt ait *l. Quic-*

qüid Cod. Aduocat. diuersorum iudiciorum, & merito á principibus præhonorantur, vt inquit *Angelus in l. 1. Cum Salutatus, Cod. Sententiam passis:* tum propter publicam vtilitatem Reipublicæ; tum etiam, vt spe præmij alliciantur plures, ad se liberius scié tiæ tradendos, vt omni honorifice étia digni euadãt, talibusque omnis honor, dignitas, & beneuolentia debetur, non autem alijs, qui iure optimo incongruæ sunt libertatis, argumento, *leg. 1. C. assessoribus*, qui pro temporũ calamitate, dignitates, præmiaque litetarum indebitè vsurpant, docti vero, & benemeriti vbique iacét, quod máximè dolendum scribit *Azeued. in dicta Rubrica num.* 73. Percurramus ergo gradus nobilitatis, qui ex scientia oriuntur.

Primusque gradus nobilitatis, Doctoribus creatis in Vniuersitatibus approbatis, competit: nam
265 Doctoratum esse dignitatem, non est dubium, *per textum in cap. Quanto de Magistris, vt post. Felin. & Ordinar. ibi, tradit Barbos. l. Quia tale, D. Soluto matrimonio num.* 32. *Ceued. collect.* 123. *ad Decretales, nu.* 3. *Azeued. d. Rubrica tit.* 2. *lib.* 6. *nu.* 74. *& l.* 2. *tit.* 10. *lib.* 6. *numero* 108, *& sequentibus. Riccius secundo tom. praxis, resolutione* 457. *nu.* 5. *Trentacinquius. de subst.* 4. *part. cap.* 8. *num.* 7. Et vti talem nobilitare, admitũt omnes, *vt post Curtilem.* 3. *part. num.* 122. *videndus à num.* 95. *Turturet. d. cap.* 5. *versic. inter scientias. Tiraq. d. cap.* 5. *num.* 3. *vbi citat Bartol. Cynum, & alios. Azeued. proxime num.* 72. *post Guido Papa. decisione* 88. *Gomes. l.* 8. *num.* 17. *versic. Vndecimum, per l.* 1. *§. Est quadam, D. de Varijs, & extraord. cognitionib. l. Proximos C. Proximis Sacro. Scr. lib.* 12. *l. Medicos, l. Magistros, Cod. de profess. & Med. lib.* 10. *Clement.* 2. *de Magistris, Petrus Lananderius tractatione de priuilegijs Doctorum, num.* 61. *habetur tomo* 18. *tractatuum, Duenhas regula* 55, *Garsia de Nobilitate, glossa* 48. §. 3. *num.* 72. *Farinac. q.* 41. *nu.* 59. *& cons.* 94. *num.* 5. quod de iure Castellæ probatur *per leg.* 2. *tit.* 2. *& per l.* 4. *tit.* 23. *partit.* 2. Et de iure Lusitaniæ probatur *ex lib.* 3. *Ordinationum titulo.* 29. vbi Doctores, & equites scripti in regia matricula æquiparãtur, quo ad hoc, vt manu propria procuratorium mandatum constituere valeant. *& d. lib.* 3. *tit.* 59. §. 15. vbi probatur, quod in omni causa, priuata scriptura doctorum plenè probat, ac si esset illustris, de Solar, *& lib.* 5. *tit.* 120. vbi probatur, eodem modo deberi Doctoribus homenagiũ in causis criminalibus, quò debetur illustribus, de Solar, quia dignitas doctoralis nõ mediocris est, sed magna, *vt ex Bart. in prima constitutione Codicis coluna* 3. *Abbas, & Anania in d. cap. Quanto, tradit Menoch. cons.* 126. *nu.* 7. *Peres ad l.* 1. *tit.* 4. *lib. primo Ordinam pag.* 771. quod multo maiori ratione procedit in Doctorib⁹ legẽtibus per 20. annos cõtinuos

tinuos, per quod ſpatium comitiuã dignitatem conſequuntur, & illuſtres fiunt, vt probatur, *ex l. 1. Cod. de profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinop. vbi gloſſatim Bartol. & Plat. lib. 12. Statutũ noſtræ Vniuerſitatis lib. 3. tit. 22. leg. 1. Cod. comitibus, & archiatris ſacri palatij, lib. 12. l. 8. titu. 31. partit. 2. Curtil. ſupra num. 110. Garſia de nobilitate, gloſ. 35. numero 6. alter Garſia Falcon. regula. 45. Gom. dict. l. 83. numer. 17. verſiculo Duodecimum*, cum quibus eſt communis, addo *Caccialupum tract. de debitore ſuſpecto, & fug. quæſt. 5. principal. num. 11. Iacobatium de Concilys lib. 1. artic. 1. num. 134. Pariſ. de Puteo de re militari lib. 7. in principio, n. 22. plura Paſcal. de patr. poteſt. 2. part. cap. 5. à n. 68.* vbi reſoluit, Doctorẽ eſſe capacem nubendi cum Comitiſſa, nec illa, ſi ipſi nubat, dicetur nubere indigno.

Ex qua reſolutione, ad varios
266. effectus, inferunt DD. in hac materia. Et infertur primo, ad ipſos, tanquã ad perſonas egregias, mittendum eſſe, pro teſtimonio ferendo, *iuxta l. Ad perſonas Cod. de Iure iurando, notat in terminis gloſ. 1. ibi, & cõmuniter Scribentes, vt per Iaſonem, ibi, num. 10. Azeuedo in dicta rubrica num. 75. Farinac. tom. 3. de Oppoſitionibus contra perſ. teſt. q. 77. num. 214. & eſt communis Canoniſtarum, in cap. Si qui teſtiũ 7. de teſtibus, vbi Abbas. nu. 5.* quod in omnibus Doctoribus indiſtinctè intelligendum eſt, ſecundum *Iaſonem dict. num. 10. Aret. num. 3. in d. leg. Ad perſonas, Farinac. ſupra num. 220.*

Secundo inferunt, quod Doctores nõ poſſunt incarcerari pro debito ciuili, vt expreſſe, de iure communi, decidit *l. Medicos Cod. de Profeſſoribus, & Med. lib. 12. vbi gloſſa verbo, exhiberi, Gom. d. l. 83. n. 17. verſiculo 3. vbi teſtatur de Communi, Couar. 2. var. cap. 1. num. 4. ad medium, Bald. Perus tractatu de Carceribus cap. 1. num. 4. Baeſſa de inope debitore, cap. 16. à numer. 128. cum multis ſequentibus Caccialupus de debitore ſuſpecto fugitiuo q. 5. numer. 9. Matheus Brunus de ceſſ. bonorum. q. 10. in 4. q. principali nu. 4. communis ex Ripa in l. 1. D. Solut. matrim. num. 133. & lib. 2. Reſponſorum tap. 20. & ibi Alciatus num. 47. Bernard. Graueus de Stylo Cameræ Imperat. libr. 1. concluſ. 26. num. 11. Farin. tom. 1. q. 27. num. 77. Marques deciſio. 627. cum multis alijs, quos refert Baeſſa d. cap. 16. num. 13. Camill. Borrellus in Summa titul. 65. num. 22. Menoch. caſu 379. num. 3. licet ipſe ad n. 128. cum Bartolo, & alijs, in d. l. Medicos,* inclinet in illam opinionem, vt ſit neceſſariũ, ad hoc, vt Doctor potiatur hoc priuilegio, vt publicè doceat, & legat, alias autem, ſi tantum habuerit titulum Doctoratus, abſque eo, quod doceat, & legat publicè, non potietur tali priuilegio, moti, *per d. l. Medicos ibi (literarum profeſſores) & ibi, Doctores legũ,* quaſi profeſſor, & Doctor legum ſit ſolummodo ille, qui publicè legit,

267.

268.

git, non autem ille, qui tantum titulum habet doctoratus, & hanc tenet firmiter *Baqſſa ſupra nu.* 138. & de iure Caſtellæ, eſt opinio pro lege lata, quoad exemptionem tributorum, vt ſolũ Doctoribus actu legentibus, vel aduocantibus, immunitas competat, *l.* 8. *tit.* 31. *partita.* 3. & *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 1. *vbi eleganter ſcribit, & declarat Azeued. numer.* 14. *cum Auendan. ad edicta prætorum cap.* 14, *num.* 30. *Gregor. leg.* 8. *tit.* 10. *part.* 2. *gloſſ.* (*ſabedoria*) *Siluan. conſ.* 88. *lib.* 2. Sed quãuis in regno Caſtellæ ita ſeruandũ ſit, quoad exẽptionem tributorum, tamen de iure Communi, in re, de qua agimus, ſcilicet, ne incarceretur pro debito Ciuili, receptior eſt affirmatiua ſententia, vt per ſupra citatos, maxime *Farinacium d. queſt.* 27. *nu.* 83.

268. Nec obſtat *Medicos* aliud ſuadet, dum omnibus, etiã nõ legentibus, hoc priuilegium concedit, quia ſecundum Cuiacium ibi, Græci omittunt verbum, *legum*, & ſolum, legendum, dicunt *Doctores*, ita vt etiã non legentes admittantur ad illa priuilegia, de quibus ibi; Nec ex aliquo verbo textus colligitur, preciſe eſſe neceſſarium, vt legant, quod humanius, & receptius eſt, maxime, quia hoc priuilegiũ conceditur ratione dignitatis doctoralis, & ideo omnibus competit, vt optimè ſcribit *Galeanta in l. Centurio num.* 50. *D. de vulgari.*

Habent etiam aliud priuilegiũ ne poſſint exequi in libris *Ord. lib.* 3. *tit.* 87. §. 23. vbi nobiles, & Senatores exequi nequeunt in libris, 269. veſtibus, equis, & ſimilibus rebus, quanuis regulariter executio fieri ſoleat in omnibus mobilibus, *iuxta textum in l. A Diuo Pio* §. *In venditione D. de re iudicata, vbi Bart. Laſ. & Zaz. late proſequuntur, & repetentes ad cap. Odoardus de ſolutionibus. Gutier. de iuramen. confirm.* 1. *part. cap.* 16. *à num.* 21. *cum ſequentibus, Azeued. l. vltim. titul.* 21. *lib.* 4. *noua recopilationis à num.* 42. *Parlador. rerum quotidianarum lib.* 2. *cap. fin. p.* 5. §. 3. *à num.* 36. *Mendes de Caſtro in praxi lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 17. *quod de iure Caſtellæ diſpoſitum eſt per leg.* 23. *tit.* 22. *partita* 2. & *l.* 3. 4. & 5. *tit.* 26. *lib.* 6. *Noua recopilationis, vbi gloſſatores.* Et hoc priuilegium competit aduocatis, quia æquiparantur militibus, qui actu militant. *l. Aduocati, l. Laudabile Cod. aduocat diuerſ. iud. not. in ſimili idem Azeued. in d. l.* 8. *titul.* 9. *lib.* 5. & nos infra latius dicemus.

Quartum priuilegium eſt, ne poſſint torqueri in cauſa criminali, etiam ſtantibus indicijs, *iuxta l. Milites Cod. de quæſtionibus, vbi Cyn.* 270. *& Bart. Paris. de Puteo tractat. de ſyndicata, verbo, doctor, cap.* 12. *à nu.* 3. & 6. quia, quemadmodum fatior publicus verſatur in militibus, *l.* 11. & *vlt. D. de teſtament. milit.* ita etiam verſatur in Doctoribus, *l.* 1. *Cod. ſtudijs liberalib. lib.* 12. *Gom. d. l.* 83. *num.* 17. *verſ.* 4. & 3. *tom. de delictis cap.* 131. *num.* 3. *Farin. qui optime proſequitur*

lib. 2.

lib.2: practi criminal. quæst.41.nu.39. post scribentes communiter ad l. Centurio D. de vulgar, vbi Galeas nu.25. Ripa num. 14. quorum sententiam sequitur *Ordinatio lib.7.tit.134.§.3.* Nec ab ea discrepat Vltus de iure *per Clarum §. fin. quæst. 64. versiculo quæro. Alciat. responso.19. lib.6. Roland. cons.31 lib.3. à nu.3.* vbi testatur, sic de cōsuetudine seruari Mediolani, *refert innumeros prope modū Farinac. d. num.39.* Excipiuntur tamen certi casus, quibus nobiles, & Doctores torqueri possunt *in d. §. 3. nostræ Ordinationis*, de quibus infra aliquid attingemus;; Similiter tam de iure Communi, quam regio Doctores non possunt puniri pœna vili, *l. De sensorem §. Pœna militum D. de re militari, gl. in l. Omnes 31.§. Præterea. in secūdo C. Episcopis, & clericis Gom. d. n.17. vers. quintum, Ordin. lib. 5. tit. 139. & quæ Præbus decis. 18. à n.2. & probatur ex regul. l. Omnes C. de decurionib. lib.10. Ord. in. lib.5. tit.25. Phœbus vbi proxime.*

271. Habent aliud priuilegium, vt sint immunes omni subsidio, & tributo personali, *per textum in d. l. Medicos C. Profess. & Med. lib.10.* Et de iure Castellæ legentes saltē, & aduocantes actualiter; habent supradictam immunitatem *d. l.8. tit. 7. lib. 1. vbi late Gloßator. Azeued. Baeßa, qui plures citat d. cap. 16. nu. 139.* De iure nostri Regni, cū sit in parte determinatū, seruabitur decisio *Ordinationis lib.1. tit.66.§.42.*

Vltimum priuilegium est, vt possint filijs militarem facere substitutionem in terminis *l. Centuria D. de vulgar.* De qua infra circa aduocatos. Et pro doctorali nobilitate 272.
te celebris est quæstio, Vtrum in statuto, quod iubet, nobiliores anteferri, sit anteponendus Doctor, alteri nobili genere, qui Doctor non sit. In qua quæstione pro Doctore tenent plures, de quibus. *Tiraq. cap.5. nu.5. Chassan. in Catalogo gloriæ Mundi part.10. consid.35. Matienço in Dialogo relatorū part.3. cap.4. nu.5.* qui adducit authoritatē *D. Hieron. ad Celantiā*; vbi ait, *nobilitas, quæ propriis quæritur virtutibus, vera est nobilitas*; Et Saycet *in l. Prouidendum Cod. de Postul. num.3.* ait, quod scientia nobilitat interius, & exterius, quia vera nobilitas est filia scientiæ, *& ita Chassan. part.9. consideratione prima.* Sed cōtrariam 273.
sententiam tenent plures, vt sentit *Matienço d. 3. part. cap.2. numer.3. Chassan. d. consid.1. Azeued. d. Rubrica, tit.2. lib.6. num.30. & iterum l.2. tit.10. lib.8. num.109.* vbi citat pro hac parte, quod nobilitas generis est naturalis, politica vero accidentalis, ideoque semper illa anteponenda est huic *iuxta gloß. in l. 2. D. de excusation. tutor.* Deinde, quia nobilitas generis præfertur nobilitati doctoratus, *in c. De multa de Præbend. ibi (circa sublimes, & literatas personas)* vbi primo ponuntur nobiles genere, quā nobiles scientia, vt cōmuniter nostri Canonistę 274.
argumētantur ibi ab ordine literę,

argumento

argumento text. in l. Cum pater §. *A te peto, D. legat. 2. l. Quoties-D. Usufruct.* expendit in terminis, „*Bonus de Curtili. 3. part. num.* 14. *& sequenti,* Constat etiã *ex Authentico, de defensorib. ciuitat.* §. 1. *collat.* 3. *vbi gl. verbo, nobiliores,* ait nobiliores ciuitatum esse præferẽdos omnibus alijs in officijs publicis administrandis, notat optimè *Tiraq. cap.* 20. *num.* 1. *Molina de primogenijs. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 66. *facit etiam d. Authent.* §. *vltim. versio. conuenit, vbi (Conuenit vnumquẽque nobilium semper functionem agere ciuitatum.)* Præterea adducunt *textum, in leg. Honores* 7. *versicul. is, qui D. de Decurionibus, & eorum filijs, l. Honor* §. *De honoribus, D. de Muneribus, & honoribus,* vbi origo natalium consideratur, quia illi, quibus defectus est in origine, decurionatum, cæteroſq; honores adipisci nequibunt: ergo licet Doctor sit nobilis propter scientiam, vt manet comprobatum, tamen cum hæc nobilitas non sit originaria, sed politica, & de nouo acquisita, postponenda videtur. Vltimio quia non omnes Doctores attento iure Castellæ, sunt immunes ab onore tributorum, nobiles autem sanguine eximũtur. *leg.* 1. *tit.* 21. *partit.* 2. Pro concordia harum opinionũ bene distinguit *Azeuedo supra n.* 81. quod, vel agimus de illis actibus, in quibus magis virtus naturalis, quã scientia, requiritur prout sũt bellica exercitia, & similia, vel de illis, vbi consiliũ, & legum prudentia sit necessaria, ita vt, in prioribus, nobilis sanguine merito præferatur, In posterioribus vero, Doctor. Ratio euidens est, quia in actibus vbi scientia excusãtur, sanguinis virtus est proprium requisitum, in alijs vero nõ ita, & hac via conciliãtur iura, quæ yidentur discrepantia: Nam *textus in d. cap. de Multa,* dum primo nominat nobiliores genere, quam literatos, caute locutus est de sublimibus personis, quia non omnes nobiles sublimes dicũtur, & ideo, cum locutus sit de sublimibus, nõ potest extendi ad alios, qui sublimes non fuerint; illa vero iura, quæ prærequirunt originariã nobilitatem in officijs gerendis, non cogitarunt de nobilitate Doctoratus, hanc enim minime excluderent, cum originariæ æquipolleat per supradicta.

Subsequitur agere de Licentiatis, vtrum hi veniant etiam Doctorum appellatione, vt fruantur vera scientiæ nobilitate? In quo puncto Doctores communiter distinguunt, inter actus fauorabiles, & odiosos, *vt per Felin. in proœmio. De cretalium num.* 18. *Tiraquel. post leges connubiales, glossa* 2. *à num.* 2. *Garsia dict. glossa* 48. §. 3. *num.* 73. *Falcon. dicta regul.* 145. *nu.* 17. *per regulam textus, in l. pen. D. militari testam. vbi Baldus, & in l.* 1. *D. Soluto Matrimonio, Riminald. in principio, Quibus alienare licet, nu.* 99. *Perez l.* 20. *tit.* 4. *Ordinamenti gloss.* 1. *colum.* 3. *Gregor.* 275.

274.

leg. 4. titul. 29. part. 7. glossa por la sciencia; communis ex Caldas in l. Si curatorem verbo, læsis n. 122. versic. vndecessat, optime Sanch. lib. 8. de matr. disput. 34. num. 8. quanuis distinguat Ripa in leg. Centurio, num. 18. D. de vulgar. quem sequitur idem Sanches, d. numer. 8. & contradicat Azeuedo l. 2. tit. 10. lib. 8. num. 115. & Gratianus in quæst. in fine 4. tom. quæst. 12. Et in actu de quo loquimur, non dubito licentiaturam præstare veram, & propriam nobilitatem: tũ quia, est materia patri fauorabilis, secundum dispositionem iuris Ciuilis, ad quod fit reductio, tum etiã quia Ordinatio nostra solum requirit, quoad propositum, vt pater habeat statum, & conditionem distinctam à plebeis, quam acquiri per licentiaturam, non potest in dubium venire.

Ex qua principali resolutione infero, quod licentiatus veniet ap-
276. pellatione Doctoris in terminis *Ordinat. lib. 5. tit. 120.* vbi conceditur homenagium Doctoribus in omnibus casibus criminalibus, in quibus pæna mortis naturalis, aut ciuilis non venit infligenda, ita vt, etiam licentiatis tale homenagiũ competat de iure, cum sit quid fauorabile, & in fauorabilibus licentiatus venit appellatione Doctorum.

Secundo infertur similiter, licẽ-
277. tiatos torqueri non posse regulariter, argumeto *d. l. Milites C. de Quæstionib.* & quæ supra de Doctore diximus, maxime, quia hoc multum fauorabile est licentiatis, & ideo in illis, sicut in Doctoribus, practicanda est *Ordinatio lib. 5. titul. 134. §. 3.*

Infertur tertio, licentiatos non 278.
posse pro debito ciuili incarcerari *iuxta d. l. Medicos C. de professoribus, & Medicis, lib. 10.* & quæ nos supra circa Doctores notauimus.

Infertur quarto, similiter etiam
non posse affici pœna vili. *leg. De-* 279.
sertorem §. Pœna militum. D. re mil. Ordinatio lib. 5. titul. 139. in principio.

Infertur quinto, etiam nõ posse
exequi in libris, prout de Doctori- 280.
bus supra diximus per *Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 23.*

Infertur sexto, licentiatos posse
manu propria procurationes face- 281.
re, quemadmodum Doctores, expredicta æquiparatione *iuxta Ordinationem lib. 3. titul. 29.* Vltimo eorum scriptis credetur plenu, ac si essent publica manu confecta,
iuxta Ordinat. lib. 3. tit. 59. §. 15. 282.
quia etiam est actus licentiatis maxime fauorabilis, vt facilius inueniri possint, qui cum eis contrahant. Similiter sunt immunes a collectis, vt expresse probat *Ordinatio lib. 1. tit. 66. §. 42.*

Vtrum autem omnia supradicta extendantur ad magistros artium, quanuis, de iure Communi, 283.
nihil apud Iurecõsultos vel Imperatores specificè reperiamus decisum, tamen per argumentum, &

284.

conse-

consequentias deducemus, inprimis excusantur à vilibus muneribus, *leg. In honoribus §. Philosophis D. Vacatione munerum. leg. fin. ibi (Philosophiæ præceptores) C. Professor.. & med. lib. 10. gl. in l. Lex Iulia D. ad leg. Iuliam de vipublica verbo, Oratores, illos appellat Doctores, cum qua transit Bart. & Angelus, in proœmio Inst. num. 11. Chassan. part. 10. consider. 33. latius prosequitur Martins da Costa ad Caminh. annotat. 53. à nu. 9.* Itaque habent insignia Doctoralia, sedent in loco honorifico post Doctores, vt constat ex multis locis statuti nostræ Vniuersitatis Conimbricensis, *lib. 2. titul. 22. §. 4. & lib. 3. titul. 24. §. 1. ad fincm. & §. 6. & ibi lib. 3. titul. 41. §. 11.* ait esse decorandum insignijs Doctoralibus, ideo concludendum est, ipsos venire appellatione Doctorum, vt bene resoluit *à Costa supra citato loco.* Vnde à paritate rationis, omnes illationes, quas circa priuilegia Doctorum, supra scripsimus, ad Magistros artium, extendendas credimus.

Prosequamur modo quid sit dicendum circa alios Bachalauros, qui nõ sunt Doctores, nec licẽtiati, & imprimis si fuerint aduocati, nõ est dubium ipsos gaudere pro-
284. pria nobilitate, *iuxta leg. Prouidendum Cod. Postulando, leg. Aduocati Cod. de aduocat. diuers. iudiciorum, post Bartolum, Alex. & Ripam in leg. Centurio D. de vulgari, & pupil-*
283. *lari, Tiraq. de nobilitate, cap. 29. nu.* 11. quia laudabile exercent officiũ *l. Laudabile Cod. Aduocatis diuers. iudicum,* & quemadmodũ milites defendunt Rempub. ab Hostibus, ita aduocati defendũt nostras causas, & pecunias ab iniustis litigatoribus, vt constat *ex dicta leg. Aduocati,* habent dignitatem, *vt ait. Vlpianus in l. Nec quidquam §. Obseruare D. de officio proconsulis,* adeo vt, in clarissima degant dignitate, etiam post depositum officium aduocationis, vt fatetur Imperator *in leg. prima Cod. aduocatis diuersorum iudiciorum, Barbos. leg. 1. part. 7. num. vltim. D. Soluto Matrimonio,* quibus etiam maximus honor est, *vt ait leg. Quisquis Cod. de Postulando,* circa illos multa effundũt *Matienço in dialogo relat. 1. part. capit. 9. Garsia glossa 35. numer. 10. cum multis sequentibus, Baessa de inope debitore cap. 16. numer. 148. Garsia iterum glossa 48. §. 3. numer. 60. Martins à Costa annotatione 63. à principio, ad Caminham, & lib. qui intitulatur stylus relationis annotat. 17. à numer. 7. & 10. Borrellus, in summa. titul. 65. de aduocatis, à num. 20. & à numer. 26. Azeued. ad leg. 2. titul. 14. lib. 6. num. 31. & ad leg. 1. titul. 16. lib. 2. Phœbus decis. 48. numer. 12. Faber. ad 9. lib. Codicis titul. 28. de dignitatibus, diffinitione 10. Pichara in proœmio Instit. numer. 4. Marques decisione 661.* Cum multis, quæ omittimus: quod merito aduocatis peritis, &

doctis conceditur, qui sunt conscientiati fideles, & misericordes; Non autem illis, qui solum lucro, & pecuniæ inhiantes, ab studio se abstinent, nec de causarum defensione curant: omnes enim, siue iustas, siue iniustas defendunt, veritatem abhorrent, innocentes exoriant, totam substantiam aduocationis in molesta vociferatione ponentes, qui, tanquam pestis Reipublicæ, & totius discordiæ patres, sunt fugiendi, licet ab idiotis magis amentur, & laudetur, quæ fuit antiqua querela Afflictis ad Constitutiones Siciliæ *lib.* 1. *Rubric.* 81. *num.* 5. *refert Azeued. in Rubrica ad titulum* 16 *lib.* 2. *num.* 4. *Garsia dicta gloss.* 35. *numer.* 28. & de his videndus est *Zazius ad leg.* 2. §. *Post hos quoque. D. origine iuris, verbo, nec obtinuit*, vbi plura contra illos effundit; *Ripa dict. lib.* 2. *responsorum cap.* 20. *num.* 9. *Borrellus dict. titul.* 65. *num.* 28.

Alij vero veraces, fideles, & docti iure optimo nobiles dicuntur, iuxta supradicta, quæ prærogatiua nobilitatis omnibus aduocatis de iure, cōceditur, siue sint curiales, siue
285. non, *per dictam l. Aduocati*, siue etiā non sint aduocati fiscales, *vt contra Iasonem in leg. Ad personas D. de iureiurando*, tradit Garsia d. gloss. 35. *numer.* 18. *in fine*, & apud nos, aduocati Curiales maximis gaudent priuilegijs, & honoribus, de quibus *Costa d. annotat.* 27. & fiscales, de quibus *Garsia, glossa* 35. & *glossa* 48. §. 3. *numer.* 5. Vnde inferunt scribentes, aduocatos tor- 286.
queri non posse de iure Communi, vt supra de Doctore scripsimus *per textum in leg. Milites Cod. de quæstionibus, glossa in leg. Milites D. de re iudicat. facit Ordinatio lib.* 5. *titul.* 139. *Farinac. dicta quæst.* 14. *numer.* 87. *& num.* 40. *Garsia num.* 19. *Faber dict. diffinit.* 10. Nec etiam pro debito ciuili possunt incarcerari, secundum *dicta leg. Medicos Cod. de Professoribus, & Med. Suares titulo de los Gouiernos, versiculo quinto quæritur. Azeued. ad dicta leg.* 1. *titul.* 16. *lib.* 2. *num.* 3. & 4. *Garsia dicta glossa* 35. *à numer.* 22. *Fab. proxime*, item ad illos, sicut ad eg egias personas, mittendum est, *iuxta dict. leg. Ad personas D. de iureiurando*, vbi refert cōmunem *Viuius* 2. *tomo opin.* 628. *numer.* 10. *sequitur. Farinac. de testibus quæst.* 77. *num.* 220. Nec etiam vilibus pœnis plecti possunt, vt supra de Doctore dictum est, nec exequi possunt in libris, vestibus, & simili
288. bus, cum alijs ad quæ supra. Solum prætermittendum non duxi, quod cum hoc officium aduocati sit nobile, exerceri non potest per infames, & consequenter non pos- 287.
sunt Iudæi fungi tali munere, *iuxta leg.* 1. §. *Ait prætor D. de Postuland. Bart. communiter receptus in leg. vltim. Cod. de Postulando, Annania in Rubrica de Iudæis, Iason. in Rubrica de Iustitia, & iure, Garsia dicta Glossa* 35. *numer.* 22.

Azeued. d l. 1. num. 4. post Tiraq. d.
6. *cap. 29. num. 13.* quia cum hi infa-
mes reputentur, nec infamibus
portæ dignitatum patere debeant,
regula infamibus de regul. iuris lib. 6.
l. 2. C. de dignitatibus lib. 12. merito
ab hoc aduocationis munere de-
bẽt abstinere Iudæi, ideo *Garsia d.*
loco scribit, pessime procedere iudi-
ces, & Senatores, qui antequã ad-
uocatos ad aduocandũ admittant,
de illorum genere exactissime nõ
perscrutãtur, maximê hac tempe-
state, qua videmus fere omnes si-
ne exceptione, etiam illos, qui vix
Hębreorum sanguinem attingunt
in trigesima tantum parte; Iudai-
cæ cæcitatis sectatores, ac in publi-
cis fidei theatris tales quotidie iu-
dicari; præcipuè in hoc miserrimo
Lusitaniæ Regno, vbi cum tan-
to ipsius dedecore prævaluit hæc
pestis.

Aliud notabile priuilegium cõ-
cedunt Doctores aduocatis, quod
à paucis notum dixit *Garsia dict.*
288. *glossa* 35. *numer.* 15. videlicet, quod
possunt facere substitutionem mi-
litarem filio suo, secundum termi-
nos *textus in l. Centurio D. de vulga-*
ri, & pupillari, quia sunt milites, &
287. multo honorabiliores, quam mili-
tes armatæ militiæ, *glossa in leg.*
Miles. 6. D. de re iudicata; Bart. in d.
l. Aduocati, & interminis scribit Ias.
in Rubrica de vulgari nu. 11. sequitur
Garsia d. num. 13. optimè cõprobat
Alexander Trentacinq. de substitut.
4. part. cap. 8. nu. 7. quorum sententia
mihi nõ displicet, suppositâ æqui-
paratione, de qua supra, maxime,
cum hoc priuilegium militibus nõ
concedatur propter iuris ignoran-
tiam, in quo æquiparatio nõ proce-
det, sed conceditur propter militiæ
fauorem, & prærogatiuam, quod
ad aduocatos, & Doctores saltem
actu legentes, extenditur, *latissimè*
Alexand. in d. l. Centurio à n. 6. Sed
melius omnibus prosequitur Galeaula
in repetitione d. l. Centurio à num. 38.
& sequentibus vbi à nu. 41. re soluit,
priuilegium, de quo *in d. l. Centurio*
fuisse militibus concessum in sola-
tium, vt postquam in expeditione
essent occupati, possent directo, pri-
mum, & secundum hæredem face-
re, ideo infert *Galeaula*, cum hoc
priuilegium non competat militi
propter iuris ignorantiam, sequen-
do Alex. etiam Doctoribus, &
aduocatis competere debet, cum
non minus sint occupati pro Rei-
publicæ vtilitate, quam milites *d. l.*
Aduocati.

Contrariam tamen sententiam
tenuerunt plures, Succinus Iunior, 289.
Marsilius, & Moderni Genenses
in dict. leg. Centurio, citatur etiam Lu-
douicus Romanus in leg. Quanquam
Cod. testam. militis, moti sequentibus.
Primò, quia miles pater familias
testando, eius testamentum non
subijcitur querelæ inofficiosi, vt
probatur ex. leg. Si Instituta §. De
inofficioso. l. Papinianus §. Papinia-
nus D. de inofficioso testamento. leg. De
inofficiosa nona l. fin. C. eodem titul.

Et tamen Doctor, vel aduocatus non habet illud priuilegium, vt constat ex *l. vlt. C. in officioso testam.* vbi probatur, quod Doctores debent testari iure communi, & consequenter eorum testaméta subiacent querelæ; Secundo, quia si leges voluissent Doctores, & aduocatos eodem priuilegio militum condecorare, alicubi expressissent, *argument cap. Ad audientiam de decimis*, quod cum nullibi faciant, fit consequens eis denegare intendisse. Tertio quia in hac materia priuilegiorum non potest fieri extensio de persona ad personam, etiam ex identitate rationis, argumento *l. Ius singulare. l. Quod vero contra D. de legibus, gloss. in l. Bene à Zenone. Cod. quadriennij præscriptione verbo, nõ enim.* Vltimo, quia maior ratio datur in milite, propter maius periculum vitæ, quod in Doctore, vel aduocato non datur, & conceditur militi, propter prærogatiuam militiæ, quæ in Doctore, vel aduocato, non cadit: igitur, &c.

Sed, his omnibus non refragantibus, prima sententia verior est ex rationibus supra factis. Nec obstãt adducta pro contraria, quia ad primum respondemus, ex illo textu vere intellecto magis confirmari nostram opinionem, quia ideo ibi tale priuilegium ad Doctores, & aduocatos nõ porrigitur, quia lex exp. esse illud arctauit ad milites, propter magnũ præiudicium parentũ, & filiorum, quibus legitima 290.

iure naturali debetur, *l. Cum ratio D. de Portionibus, quæ liberis damnat. relinq.* Ideo, quia erat nimis exorbitans, non fuit cõmunicatum Doctoribus, nec aduocatis: bene tamẽ verum est, quod hodie propter ipsius magnam exorbitãtiam, etiam militibus sublatum est illud priuilegium *per textum in Authẽt. Ut cũ de appellat. cognoscitur* §. *Et hoc quidem Collatione* 8. Secundum facilè tollitur, dicendo, sufficere ad hanc extensionem, seu potius identificationem, quod aduocati, & Doctores appellentur milites *ind. leg. Aduocati.* Ad tertium respondent Doctores, in casu nullam fieri extẽtionem, sed tantum verificari decisionem *d. l. Centurio.* in aduocatis, & Doctoribus, quia etiam militãt. Ad vltimum satisfit, dicendo, verũ esse militem maiori periculo esse expositum, sed aduocatos maiori, & quotidiano labore fatigari, & ideo æquiparatur assiduus labor Doctorum, & aduocatorum, cum periculo militis. *d. l. Aduocati.* per quæ fundamenta ita concludunt Doctores supra pro prima opinione relati.

Vnde merito resoluendum est, omnes effectus supra scriptos, qui per iura, & Doctores gradui Doctoratus tribuũtur, esse vniformiter applicãdos aduocatis, ex proxime dictis, *optime resoluit Garcia d. glossa* 35. *n.* 19. *& sequenti*, vbi *vide Baeza dicto cap.* 16. *à num.* 144. *& sequenti.* & ideo aduocati possunt conficere 291.

procu-

procurationes ad lites, & negotia, manu propria, & vxores eorum, prout possunt Doctores, & nobiles equestris dignitatis *Ordinatio lib. 3. titul. 29.* prout in supremo Senatu iudicatum, & merito refertur *d. annotatione. 53. ad Caminh. numer. 6.* Deinde non comprehenduntur sub pragmatica das sedas, ex eo quia censentur maioris conditionis, vt iudicatū est in causa aduocati Gabrielis Ferdinandi, domus supplicationis, *teste eodem Costa de stylo relationis annotatione 17. num. 9.* Ad illos etiam tenetur iudices mittere pro testimonio ferendo, vt ad egregias personas, *leg. Ad personas D. de iureiurando Farinac. quæst. 77. num. 214.* & fuisse semper stylum in relatione multoties iudicatū scribit *Phœbus tom. 1. Arestō 56. Costa proxime num. 13.* Vlterius in causis capturæ criminalis, potiuntur libertate homenagij, in terminis *Ordinationis lib. 5. tit. 120.* vt multoties iudicatum est in supremo Senatu secundum *Phœbum Arestō. 58.* & inuiolabiliter obseruari *ait Costa supra num. 14.* & de iure Castellæ videtur decisum *per l. 4. tit. 29. part. 7.* addo quod nec etiam pœna vili puniri valeat, in terminis *Ordinationis lib. 5. tit. 139. Garcia d. glossa 35. num. 23. & 24.* Aduocatis etiam plenissimè credendum est per scripturas priuatas, ac si publici notarij manu fuissent conscriptæ *iuxta Ordinat. lib. 3. titul. 59. §. 15. & lib. 4. titul. 33.* vbi creditur nobilibus, circa solutionem stipendij famulorum, & in omnibus alijs actibus vbi ratione nobilitatis priuilegiatur persona. Intelligenda sunt omnia supradicta in aduocatis literatis, & doctis, non autem in aduocatis rabulis, quos vulgus, procuradores 292.
do numero, appellat, hi enim, nulla nobilitate gaudebunt, nec corū officiū nobile reputari debet, imo vile, & infimū, *vt per l. Vniuersos. l. Si quis procurationē C. de decurionibus lib. 10.* ita vt infames hoc officium gerere possint, *vt post glossam. Bart. Baldum in l. 1. D. de Postulando, Tiraquel. de nobilitate cap. 30. numer. 2. Farinacius de testibus quæst. 77. num. 221.* ideō hos rabulas vtiādos esse à republica, tanquam pestem perniciosissimam scribit *Bacsa de inope debitore cap. 16. num. 147. Garcia d. glossa 35. num. 28. Tiraq. d. cap. 30. à principio,* vbi tractat, quos iam aboleri a nostro regno iussit inuictissimus Rex Petrus cognomine Crudelis, vt ex ipsius Chronicis refert Genebrardus in sua Chronographia *lib. 4. col. 68. anno 1466.* Negandum tamen non est quod si se tanquam nobiles gerant, & equitare soleant, obtinebunt conditione distinctam a peditibus, & naturales excludent.

Quid dicendum de *Bachalauris* non aduocantibus? Circa hos distinguit *Garcia d. gloss. 35. à n. 31.* quod vel sint eminentis scientiæ, vel non, priores ait *Garcia*, de iure gaudere nobilitate, illos autem,

293. minime. Ratio eſt quia Bachalaurus eminens ſcientia, ingenio, & doctrina excellens de iure eſt perſona egregia,& præfertur Doctori, qui non ita eminet ſcientia, *gloſſa in l. 1. Cod. annonis ciuil. lib. 10. recepta per Romanum, Alexand. in l. Cum quid D. ſi certā ptetatur, & Bald. in l. Sed & reprobari D. de excuſation. tut.* cum quo propter eminentem ſcientiam debetur magna dignitas, & debet recedi ab ſtatuto circa pœnā ordinariam imponendam, *argum. l. Ad beſtias D. de panis l. Sed & reprobari.* Deinde, quia ſcientia nobilitat, vt ſupra probauimus *cum Tiraquel. cap. 15. & multis aliis*: cum ergo ſupponamus Bachalaurū vere ſcientem, neceſſario eum nobilem fateri oportet, & ita concludit *Garſia de loco num. 35. & videtur de mente Matienço in dialogo part. 1. cap. 9. numer. 15.* & de iure videtur comprobari *ex dict. cap. De multa, verſiculo giro aſſublimes*, vbi ſublimes, & literati æquiparātur; nec ibi aliquod requiſitum vel Doctoratus, vel aduocationis deſideratur, tenet in terminis *gloſſa 2. in l. 5. D. Pto ſocio, facit d. l. 4. tit. 28. partita 7. ibi (hombre de ſotileza, o por ſciencia,)* vbi nihil amplius, quam ſcientia requiritur, *notat Gregor. ibi gloſſa, por ſciencia*, & videntur tenere *Falcon. in regia pragmat. num. 18. Guid. Pap. deciſ. 390. Tuſchius de Franchis deciſ. 211. Ricius 1. part. deciſionum deciſ. 33. quæſt. 6.* Vnde infert Garſia, quod hic talis Bachalaurus eminentis ſcientiæ, etiam attenta lege Caſtellæ. 2. *tit.* 14. *lib.* 6. Non teneatur ad ſolutionem tributorum, à qua ſolum Doctores actu legentes, & aduocati eximuntur, vt ſupradictum eſt, quia prædictis exemptis, ſecundum ſuam opinionē, æquiparatur: Sed quicquid *Garſia* contendat, circa exemptionem tributorum contrarium, meo videri, tētari poteſt, quia exemptio tributorum ſolum cōceditur Doctoribus actu legentibus, propter prærogatiuam gradus, & officij, & idem in aduocatis ſupra, oſtendimus, quæ prærogatiua deficit in Bachalauro, quantumcunque ſit eminentis ſcientiæ, quia hic non eſt præditus Doctorali gradu, nec aduocatus proponitur: ergo, &c. Circa nobilitatem exiſtimo, quod eo ipſo, quod eſt Bachalaureatu gradu decoratus per Vniuerſitatem approbatam, ſtatim acquirit ſtatum no- 294.
bilitatis diſtinctum à plebeis, ita vt ſtatuta, quæ ſimpliciter de nobilibus loquuntur, verificentur in ipſis, poſſuntq; iure admitti ad officia, ad quæ nobiles admittūtur, & ideo filij naturales Bachalaurorū admitti nequeunt ad hæreditatem paternam, ſecundum diſpoſitionē noſtræ *Ordinationis dict. tit.* 92. licet Bachalauri procedant à parentibus ignobilibus, per fundamenta ſupra citata, quod in hoc Regno Luſitaniæ de plano procedit, propter *Ordinationem lib.* 1. *tit.* 66. §. 42. Vbi Bachalauri eximuntur, aulibus

à vilibus muneribus,& inter nobiliores computantur. Vlterius aduerto, quod his Bachalauris non
295. concedentur illa priuilegia, quæ supra notauimus,concedi Doctoribus,& aduocatis, videlicet homenagiū in casu criminali, in terminis *d.Ordinationis d.lib.5.tit.120.* licet in regno Castellæ aliud sit dicendum,secundum *d.leg.3. tit. 29. part.7.*de quo latius disputat *Peres. d.l.20.tit.4.lib.4. Ordinamenti, versiculo, sed est dubium. Faciunt notata per Azeued.ad l.2.tit.10.lib.8.num.* 117. vbi (sequendo *Garsiam supra citato num.*31.)resoluit simplicibus Bachalauris, quando aduocati nō sunt,nobilitatem non competere. Sed fallitur in hoc,quia licet nobilitas hæc non sit adeo qualificata, sicut, & aduocatorum, tamen negari non potest, per gradum Bachalaureatus, dignitatem adipisci distinctam à plebeis,in quo consistit formalitas nobilitatis, quoad plures effectus, vt supra diximus, licèt illis non competant priuilegia, quæ Doctoribus, puta prærogatiua Doctoratus, & aduocatis, pro scientiâ, & officio conceduntur,vide supra.

Restat de medicorum nobilitate tractare. Et primo dubitandum non est, quod si fuerint Doctores facti in Vniuersitate approbata,
296. eisdem prærogatiuis fruātur, quibus Doctores aliarum scientiarum decorantur,dignitas enim Doctoralis æqualis est in eis, ac in alijs,vt vltra supra resoluta, *constat ex Ordinatione lib.5.tit.120.& d.tit.139.§. 3. & lib.1.titul.66.§.42. ibi (ou em Medicina)*constat enim per dignitatē Doctoralē medicos eadem cōsequi priuilegia,quæ alios Doctores (siue sint Theologi,siue vtriusque iuris professores) obtinere cōstat, vt in terminis resoluit *Bonus de Curtili 3.part. de nobilitate.n.*155: quanuis,sine fundamento, contrarium teneat *Faber ad lib. 9. Codicis tit.28. diffinitione 9. à principio.Turtur. de nobilitate cap. .5. ad fin.* De 297.
licentiatis,etiam sequenda est illa communis distinctio, quam supra præstitim⁹; quod scilicet vel agitur de illis,quę sunt fauorabilia,vel de illis,quæ sunt odiosa: in prioribus, fatentur communiter Doctores, potiri licentiatos prærogatiua Doctorum; in odiosis vero, minime, de quo late supra dictum est, quo loci vide.Quæ distinctio comprobatur *ex Ordinatione d.lib.1.tit.66.* §.42. Tota cōtentio est circa alios Medicos, qui neque Doctores, neq licentiati sunt, sed tantum gradum 298.
Bachalaureatus habent, & quod non sint nobiles, videtur probari *ex text.inl.vlt.D.de iure immunit. ibi, Midici,* vbi inter omnes alias mechanicas artes, Medicinam recenset, deinde *textus in l.Ambitiosa D.decretis ab ordine.ibi (liberalem artem, vel Medicinam)* vbi subtiliter Iurecōsultus videtur separare Medicinā ab alijs liberalibus artibus, faciunt *l. Thais* 40. §. *Lucius D.de fid. lib.*

fideic. lib. l. Alimenta §. 1. *D. de alimētis, & cibarijs legatis. l. Seio.* §. *vltim. D. annuis legatis. l. Patronus.* §. *Item plerumque. D. de Operis libertorum. Denique l. vlt. Cod. communia delegatis. l.* 1. §. *Ne autem Cod. commun. seru. manumiss.* quibus omnibus Medici inter seruos connumerantur, constat *ex Epistola Suetonij in Caligulā*, in qua Augustus Imperator ita habet, *Mitto præterea cum eo ex seruis meis Medicum, ex Plinio, Cicerone, Seneca, Suetonio, & alys multa similia* cumulat *Tiraquel. de nobil. cap.* 31 *à n.* 408. *& sequentibus.* Deinde quia medici circa sordida excrementa mortalium versantur, & illa iam aliquando degustasse scribit idē *Tiraq. nu.* 411. *& sequentibus, vsque. n.* 521. vbi ex quamplurimis authoribus ostendit, ita vt *Hyppocrates*, qui textum constituit apud Medicos, *lib. de flatibus* fateatur, Medicinam esse artem sordidam, cum Medici semper sordida, & putrida tractare cogantur, *& glossa verbo, nec Medico, in cap. Nonsane.* 14. *quæst.* 5. ait, Medicos non esse maioris pretij, quam sint obstetrices, citata *per Azeued. l.* 10. *tit.* 16. *lib.* 2. *num.* 2. *cum Felino in cap. Tua nos de homicidio per textum in leg.* 1. §. *Sed & obstetrices de D. varijs, & extraordin. cognitionibus*, vbi obstetrices inter Medicos recensentur. Ex quibus omnibus videtur comprobari Medicos ex scientia Medicinæ, nobilitatem non acquirere, & ita videtur sentire *Garsia glossa vltima*, §. 4. *nu.* 12. *Chassan. in Catalog. gloria mundi part.* 10. *cons.* 25. *Gamarus de excellentia legum scientiæ, ad finem. Bart. in leg.* 1. *Cod. de Comit. & archiatr. lib.* 12. *& transit Gabriel Pereira, decis.* 113. *num.* 2. *Fab. supra, num.* 1.

Sed his non obstantibus, dicendum est, Medicos approbatos in Vniuersitate, gaudere, nobilitate politica, quę illos nobiles reddit, ad officia Reipublicæ, & vt realiter 299.
distinguantur á plebeis, & peditibus, vt eorum filij naturales eis sint insuccessibiles, in terminis supradictæ Ordinationis. Pro qua opine faciunt multa congesta per *Tiraquel. d. cap.* 31. *à principio, vsque ad numerum.* 408. *& iterum à num.* 522. *vsque ad finem*, vbi quamplurima in laudem Medicinæ recensęt, *& nouiter Anton. Faber d. diffinit.* 9. *num.* 1. *Cened. ad Decretal. collect.* 165. *num.* 8. Medicinam artem nobilissimam ostendunt, & de iure Communi probatur *ex l.* 1. §. *Medicorum D. de Vacys, & extraordinar. cognit.* vbi æquiparantur Medici Doctoribus, & professoribus Iuris Ciuilis, quos nobiles fieri ex scientia supra satis demōstrauim⁹. Deinde Medici iubentur honorari per Sacras literas, *Ecclesiastici* 40. *Honora medicū, propter necessitatem*, & æquiparantur docentibus leges. *l. Medicos C. de Professoribus, & Medicis. lib.* 10. & sunt immunes à tributis plebeorum, *per d. leg. Medicos, & in l. Maximarum Cod. excusation. munerum. leg. Archiatros Cod. Metat.* 300

& epi- 301.

& epidemet. lib. 12. l. Sed & si D. de Excusat. tutor. Tiraq. cap. 31. num. 317. Guid. decis. 394. & anteponũtur aduocatis *in cap. Non sane 14. quæst. 6. cum multis alijs, de quibus Tiraq. d. cap. 31. num. 359. Chassan. in Cathalog. glor. mund. part. 1. cons. 43. faciunt resoluta per Brisonium selectar. lib. 2. cap. 3.* vbi demonstrat à quo tempore Medici cæperũt nobilitari; Vnde resoluendum censeo, quod Medici exercentes Medicinam post gradum adeptũ, consequuntur medium statum nobilitatis sufficientem ad officia, nobilibus concedi solita consequenda, & vt eorum filij naturales eis inuitis succedere nequeant. Et confirmatur ex communi nostri Regni existimatione, secundum quam Medici pro nobilibus reputantur, quod maxime attenditur in hac materia, *iuxta Bart. in l. 1. Cod. de dignitat. lib. 12. Platea in d. l. Maximarum Alciat. regul. 1. præsumptione 48. nu. 12. Tiraquel. cap. 34. nu. 1.* quamuis fateamur, illos non gaudere alijs prærogatiuis nobilibus primi ordinis concessis, tam de iure
300. Cõmuni, quã regio: Nã homenagium eis non competet, nec liberabuntur à tortura, capi poterunt pro debito ciuili. Deniq; non gaudebunt illis priuilegijs Doctoribus concessis, in dignitatis prærogatiuam, de quibus supra late actũ est.

Nec, hac parte retenta, obstant supra in contrarium adducta; *Nam*
301. *ultima D. de iure immunitatis*, non potest intelligi de Medicis hodiernis, qui honorabiliter viuunt, & statum nobilitatis consequuntur, sed debet intelligi de alia specie Medicorũ, qui sũt, chirurgi manu propria exercentes medicinam, quam antiquitus etiã Medici exercebant, vt cõstat ex *l. Qua actione 7. §. final. in fin. D. ad leg. Aquil. notat Brizonius d. lib. 2. cap. 4.* At vero, postquã cæperunt nobilitari, exercentes solummodo speculatiuam medicinam, non procedit in eis *d. l. vltima, vt interminis respondet Tiraquel. d. cap. 31. nu. 523.* Ad alia iura, quę inter seruos Medicos recẽsent, dupliciter respondemus: vel quod debent inteligi de Medicis, id est Chirurgis, qui cum manu propria 302.
laborent, artem mechanicã exercent, vt infra latius dicemus, vel possunt intelligi de illis seruis, apud Romanos iure belli retentis, qui cũ antea liberi essent, forte medicina periti erãt, & post captiuitatẽ serui effecti, vt constat *ex §. Serui autem. Inst. de iure personarum, vbi notat optime ex pluribus Pichard. n. 11. in §. Seruitus eodem. l. 4. §. Seruitus D. de statu hominũ Conan. lib. 2. com. cap. 2. Ægidius ad l. Ex hac iure. 1. part. cap. 1. num. 6.* quo sensu etiam Epistola Augusti accipienda est; nec illud postremum, quod versetur Medicina circa sordida, aliquid illi detrahit, quia summa virtus ipsius est, ex ipsis fastidiosis, & abiectis excrementis, in veram morborum, & medicamentorũ cogni-

tionem

tionem de venire, ad communem omnium ſalutem, vt in ſimili ait *textus, in leg.* 1. *D. de Variis, & extraord.cognit, ita vt Bald.in l.*1.*col.*2. *C.Mandati* dicat, magis eſſe fauẽdum medicis, quã aduocatis, quia illi, ſaluti humanæ intẽdunt, hi vero tantum rebus.

Quæ noſtra reſolutio à fortiori procedet in archiatris, vulgo *Fiſico Mor*, hic enim ratione officij
303. gaudet omnibus prerogatiuis, quibus gaudent Doctores, & cæteri nobiles, *ita probat d.leg. Medicos, ibi maxime archiatros*, qui propriè illi dicũtur, qui alijs medicis præſunt, vt habet communis ſententia, *notat Lexicon Iuris, verbo, archiatros. Tiraquel.contra Chaſſaneum, cap.* 31. *n.* 18. *Alciat. in Rubrica C. comit. & archiat.lib.*12. *vbi etiã Gaſpar Toletan.* quicquid alia tendat via *Guido Pãcirola lib.*2. *var.cap.*245. dicendo, archiatros eſſe certos Medicos numeratos in ciuitate, & ita omnia priuilegia alijs priuilegiatis cõceſſa, his competere debent, ex natura æquiparatorum, de qua *gloſſa vltima, in l. Si quis ſeruo C. de Furtis, recepta communiter per Iaſonem, in Authentica quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſijs num.* 19. *Gamma de Sacramentis præſtandis quæſt.*1. *num.*7. plures infra 2. *part. nu.* 55. maximè, quia hic archiatros æquiparatur protomedicis Regij; & ſacri palatij, qui
304. biliſſimi ſunt, & habent dignitatẽ honorificam, & propriè Archiatri vocantur, vt optimè *ſcribit Bartol.* *per textum ibi, in l. vnica C. de Comitib. & archiatris ſacri palatij lib.* 12. vbi textus illos æquiparat comitibus, & illuſtribus, facit *l. vltim. C. de Profeſſ. & medicis lib.*10. *leg. Archiatros C. metatis lib.* 12. *notat Alciat in d. Rubrica Cod. de Comit. & archiatris, Cuiac. in d.l. Medicos, à principio, vbi citat textum in l.*2. *C. quibus non obijcitur longi temporis præſcriptio, Tiraq. d.cap.*31. *num.*18. *& cap.*30. *n. final. Decius in cap. Clerici de Iudicijs notabili* 6. *Bonus de Curtili* 3. *part. de nobilit. num.* 155. *Anton. Fab. in lib.*9. *Cod. tit.*28. *diffinitione* 11. *Orianus in l.* 1. *D. de officio eius num.*27. Aduertendum tamen eſt, quod hi archiatri, vt comitiuam dignitatem cõſequantur, opportet, vt ipſa ſibi ſpecialiter per Principem cõcedatur, quia his, modo primi ordinis, mo- 305. do ſecũdi comitiua conceditur, *iuxta d.l. vlt. C. de Profeſſorib. lib.*10. *notauit Cuiac. ad d. Rubricã C. de Comitib. & archiatris lib.* 12. ergo cum præſes Medicorũ *vulgo Fiſico Mor*, his archiatris, & militantibus in ſacro palatio æquiparetur, etiam nobilitatem conſequitur ratione dignitatis, qua fruitur, & non ſolũ ad intentũ *Ordinationis prædictæ*, ſed ad alios plures effectus.

Quid dicendum de Medicis, qui Militum curationi intendunt, ſiue mari, ſiue terra, in publicis expeditionibus, & hos non potiri aliqua nobilitate, niſi durante exercitio inbellica expeditione videtur 306. probari, *ex leg.* 1. *Cod. de Profeſſ. &*

Medicis

Medicis lib. 10. vbi notat *Bart.* medicos solum, dum sunt in exercitu, habere imunitatem à numeribus personalibus, & non vltra, vt insinuat *d.l.* 1. ergo illa cessante, cessat priuilegium, & nobilitas, de quibus *Cotoreus de iure militar. capit.* 28. sed resoluendum est, hos medicos, durante exercitio militari, gaudere priuilegijs militibus concessis, argumẽto regulæ *Accessoriũ de regulis iuris lib.* 6. Cessante autem exercitio: si ex priuilegio sibi concedatur, quod ex priuilegij tenore constabit. *c. Porro de priuileg. Surd. cons.* 1. *nu.* 31. Cessante autem priuilegio, gaudebit solummodo illa media nobilitate, quam supra in medicis considerauimus. Nec obstat, *d. leg.* 1. *Cod. de Profess. & medicis lib.* 10. quia textus probat, medicis degẽtibus in exercitu militum competere immunitatem militibus concessam à vacatione munerum, finito autem exercitio, illam non habent, nisi alia via sibi competat, scilicet quia sunt de illis, qui per leges in ciuitate eximuntur, *d. leg. Medicos, leg. Parabolani. Cod. Episcop. & clericis, l.* 1. *D. de decretis ab ordine faciendis. ita est demẽte gloss. verbo, numero, in dicta leg.* 1. 307.

De alio vero genere medicorũ, qui chyrurgi dicuntur, omnes agnoscunt de iure Communi esse mechanicos, quia vt supra, agendo de medicis, diximus, omnis ars, quæ manu exercetur, vilis, & illiberalis dicitur, & quod sint ignobiles, *probat l. vltim. D. de iure immunitatis, & ab omnibus esse receptum testatur Tiraquel. de Nobilit. cap.* 13. *num.* 523. licet pro contraria sententia citetur *à Barbos. in additionib. ad Ordin. lib.* 4. *titul.* 92. *num.* 1. sed incaute fuit citatus, cum in loco ab eo citato, de chyrurgis non agat. *& d. num.* 523. scribat, chyrurgos ab omnibus scribentibus pro mechanicis reputari, quod antea testatur *Lucas de Pegna in l. vltim. Cod. excusat. artificum nu.* 1. *lib.* 10. quod confirmat *ex l.* 1. *C. eodem titul.* vbi, viles artes, & mechanicæ recesentur, secundum *Alciat. regula prima præsumpt.* 48. *num.* 1. & tamen inter illas recensetur medicina, id est illa, quę manibus exercetur, de qua agimus, & proprie chyrurgia dicitur, vt interpretatur *Cuiac. ibi, & sequitur Gottofred. litera. K.* quanuis *Accurs. ibi* alia tendat viâ, intelligendo de mulomedicis, sed vtrunque significare firmiter *tenet Cuiac. & cum eo transit Gottofred. modo citatus, Chassan. in catalog. part.* 11. *consider.* 3. Contrarium tamen, quod sint nobiles agnouit *Cabedo* 2. *part. Aresto* 36. vbi testatur, quod si chyrurgus obtineat conditionem distinctam à plebeis, cum habeat equum, soleatque equitare, non persoluet octauum foralis, quod iubet, vt pedites octauum persoluant: ex eo, quia licet non probet nobilitatem, tamem ex consuetudine equitandi, probat statum distinctum à plebeis, & peditibus. 308. 309.

Quæ resolutio ad Ordiationem nostram amplianda videbatur, videlicet, quod chyrurgus, & si ex peritia chyrurgiæ non acquirat nobilitatem, attamen, si soleat equitare, nec pedester itineretur, imo ad instar nobilium se gerat, obtinebit medium statum distinctum à plebeis, & peditibus, quo dato, erunt eius filij naturales eidem insuccessibiles. Sed adhuc resoluendum puto, parentibus mechanicam artē exercentibus esse successibiles, licet honestē viuant, & nobiliter: filiosque excludere non possunt, *iuxta textum in dict. Ordin. titul.* 92. §. 1. *in principio*, quę opinio satis arridet, quia, vt supra resoluimus, ars chyrurgiæ mechanica est.

310.

Limitabitur tamen prædicta resolutio in præside chyrurgorum, vulgo, Sangião Mor, hic enim primariam obtinet nobilitatem, & si Doctor nō existat, sed solum ratione priuilegiorū, & prærogatiuarū, quę officio prædicto, eiusq; dignitati, per diplomata regia, sunt concessa, de quo dubitandum non est potiri omnibus priuilegijs Doctoribus in iure concessis, de quibus sup. a: sicut de archiatro medicorum dictum remanet, cui omnia ibi dicta, cum tota proprietate, aplicanda sunt.

311.

Restat solum dicere de pharmacopolis, qui in iure pimentarij dicuntur, *l.* 3. §. 1. *D. Ad leg. Corneliam de Sicarijs*, circa quos *Phabus* *tom.* 1. *Arestо* 65. scribit, multoties fuisse iudicatum, quòd officium illorum erat liberale, & nobile, illudque exercentes obtineret statum, & conditionem distinctam à plebeis, propter quæ fuerunt, per sententiam absoluti à solutione Octaui: tum ex eo, quod officiū de se sit nobile, tū etiā quia illud exercentes, se tanquam nobiles gerebant in omnibus actibus, quod optimè iudicatū contendimus ex secundo fundamento, quia verba foralis formantur, dos peaōs, & verba sup. adicte *Ordinationis lib.* 4. *titul.* 92. ibi, filios de peaōs, id est, filij peditum, cōstat autem, quòd omnis ille, qui se gerit pro nobili, famulis se inseruiendo, itinera semper equester peragendo, non potest dici pedes, ac proinde, cum non conueniant verba dispositionis, nec etiam dispositio competere potest. *leg.* 3. §. *Hæc verba, D. de Negot. gestis. cum vulg. d. leg.* 4. §. *Toties D. damn. infecto. Valasc. consult.* 54. *numer.* 3. *in fine. Caldas de potestate eligendi cap.* 4. *num.* 2. *Pereg. artic.* 26. *num.* 1. sed non ex primo, scilicet ratione officij, quod licet sit vtile, & maximè necessarium Reipublicæ, ad humanæ vitæ conseruationem, vt per *Antonium Florentinum* 3. *part. Summæ titul.* 8. *cap.* 4. §. 6. Tamen de se inter mechanicas artes connumeratur, 313. *vt per Chassaneum. d. part.* 11. *consid.* 48. *Garcia de Nobilitate glossa* 48. §. 4. *numer.* 12. *in fine*, & ita aliquando 314.

quando accepimus iudicatum in Senatu Portucalesi, in causa Ludouici de Almeida nostræ inclytæ ciuitatis Conimbricensis, super solutione Octaui, quod in illa soluitur à plebeis, excellentissimo Duci de Aueiro, á quo dictus Ludouicus, ratione officij, se eximere contendebat, *& optimè tradit Tiraquel. de Nobilitate cap.* 34. *numer.* 58. Vnde succedit *dict.* §. 1. *Ordination. dict. titul.* 91. & maxime dubitabile redditur, *Aressum Phæli*, de quo supra, nisi recurras, quod ex consuetudine prædictum officium non officit nobilitati.

Agimus de Pictoribus, num sint nobiles? & nobiles contendit conterraneus meus, omni arte, scientia, & bonis moribus imbutus *Philipus Nunes*, nunc Fr. Philippus, ex colendissima familia Dominicana, *in curioso tractatu de Artepoetica, & pictoria, titulo de laudibus picturæ, idque per textum in leg. Archiatres* 8. *Cod. de Metatis. lib.* 12. *quem citat Barbos. ad dicta Ornat. dicto titul.* 92. *numer.* 14. *& cum eo transit*, quasi pictoria sit ars liberalis, pro quibus facere videtur, *leg.* 1. *Cod. excusat. artif. lib.* 10. vbi pictores excusantur à muneribus, sordidis, in idem est *textus in leg. Archiatros Cod. de Metat. & epid.* 314. *& ita iudicatum refert Gabriel Pereira decis.* 11. *in fine*: ergo si excusantur à muneribus, quæ mechanicis imponuntur, fit consequens ipsos à plebeis distingui, ac proinde statum, seu conditionem superiorem obtinere. 313.

Deinde, quia vt refert *Tiraquel. de Nobilitate. cap.* 34. *numer.* 3. ars pictoria semper fuit in maximo honore apud Græcos, ita vt, omnes pueri, etiam nobilissimi, in ea exercerentur, *vt ex Plinio lib.* 35. *cap.* 10. *& alijs scribit Tiraquel dict. numer.* 3. *& Chassaneus, in cathalogo, part.* 11. *consid.* 44. tres colūnas consummit circa laudes pictoriæ, vbi ex *Valla in proæmio suarum elegantiarum*, adducit, quod pictoria maxime coniuncta est cum artibus liberalibus, namque magni ingenij est, attingens prope diuinam cognitionem, dum excellentes imagines viuis coloribus exprimit, vt solus spiritus in eis deficere videatur, ideoque, plures Principes, & Imperatores in ea se exercuisse, narrat, ipsamque habuisse primum locum inter liberales: ac proinde nobilem esse.

Sed contraria sententia semper Iureconsultis, & Doctoribus placuit, *quia in leg. Si non sortem* §. *Libertus D. de condict. indebit. leg. Hæ operæ* 23. *leg. Quoties* 24. *cum alijs ibi, D. de Operis libertorum*, pictoria inter seruiles operas numeratur, *& in dict. leg.* 1. *Cod. excus. artif. lib.* 10. recensetur inter artes mechanicas, vt agnoscit *Cuiac. ibi Alciat. regula* 1. *præsumpt.* 48. *numer.* 1. *ad finem*, & ideo nobilitatem 315.

non acquiri ex ea, quando pro officio exercetur, sentit *Tiraquel. dict. cap.* 34. *numer.* 2. Vbi *Senecam*, illud dicentem refert, & probatur ex reputatione Communi, quæ in hoc maxime attenditur, *vt post Tiraquel. cap.* 10. *num.* 10. *resoluit Gutierr.* 4. *part. pract. quæst.* 14. *numer.* 6. *vbi citat Bart. in l.* 1. *Cod. de dignitatibus, lib.* 12. *num.* 97. *Peña, Guid. Alb. Paul. Succin. Felin. Ripa, & alios, cum quibus est communis, per textum in l. Cum de lanionis* §. *Asinam, D. fundo instructo. l. fin. in fin. Cod. si seruus, aut libert. ad decur. lib.* 10. *Azeuedo in Rubrica num.* 358. *Curtil.* 3. *part numer.* 161. Et quibus ita iudicarũt doctissimi Senatores relati per *Gabrielem Pereira, decis.* 113. *num.* 1. *&* 4. *in fin.* Ita vt conclusio sit firmanda, quod ignobilis ex sola arte, & magisterio picturæ, non efficiatur nobilis, attamen negari non potest, quod si pictor segerat, tanquam nobilis, equitando, & famulos alendo, abstinendo se ab actibus plebeorum, quod recuperabit medium illum statum distinctum à plebeis, quem statum adhuc existimo non sufficere, quoad intentum nostræ *Ordinationis dicto titul.* 92. propter limitationem *dicti* §. 1. eruntque eis filij naturales successibiles, Erit tamen sufficiens, ne compræhendantur sub foralibus; quæ iubent plebeos, seu pedites soluere certum tributum, vt excelleter, de more, resoluit doctissimus supræ Curiæ criminalis præses *d. decis.* 113. *numer.* 3. quem semper videas.

Nec contrariæ rationes aliud euincunt, quia ad sũmum concludunt, pictoriam artem, inter mechanicas, si apprime exerceatur, denotare quam maximum ingeniũ, alijs valde superius, sed non conuincunt, de se præstare nobilitatem, solam enim munerum sordidorum excusationem per leges imperatorias ei concessam legimus, *vt in dicta leg.* 1. *dicta leg. Archiatros*, leges autem, *tam tituli, D. opor. libert. quam dict.* §. *Si libertus*, dum pictoriam enumerant inter operas seruiles, loquuntur de libertis manumittendis, qui cum non teneantur ad operas patrono præstandas ex natura manumissionis, nisi à patrono imponantur, *leg. Operis* 31. *D. illo titulo*, & solum obsequiales ei debent, in remunerationem acceptæ libertatis, *l.* 2. *l. Licet ad fin. D. de obseq. patr. præstandis, Donel. lib.* 2. *de Iure Ciuili cap.* 17. Et ideo Iurisconsulti dicunt, quod sicut non debent operas fabriles, ita nec etiam pictorias, *vt post Cuiacium in posthumis, ad titulum C. operis libert. col.* 3. *Donel. de iure Ciuili lib.* 2. *c.* 18. *& ibi Ossuald. de nouo expurgatus, in additionib. Con. lib.* 2. *cap.* 8. *Fab. in Iuris prud. lib.* 1. *princip.* 2. *illat.* 12. *& sequentibus*, pro cuius rei intelligentia, aduerte, quod hæ operæ, vel sunt officiales, vel artificiales, officiales sunt, quæ promittuntur ad certum tempus,

316.

317.

318.

-tempus, nullo genere artificij expresso, sed tantum stat illa promissio generica de operis præstandis, & hæ non debentur, nisi patrono, vel eius filio nõ exheredato, *l. Operæ in rerũ natura. 9. D. de Operis libert.* & insuper, vt debeantur, necesse est, vt indictæ sint à patrono, id est, vt patronus postulet à liberto operas tales, in specie *d. l. 9. leg. Si quis hac lege. 13. versicul. præterire. leg. Cum patronus. 22. in principio, l. Quoties, 24. ad fin. D. de operis lib.* Dixi, vel eius filio, quia ad extraneum transire non possunt. *leg. Si operarum 29. l. Fabriles 6. in fin. D. eodem titulo. l. Si patroni D. ad Trebellian. l. Liberti. 10. Cod. operis libertorum*, filio autem competunt tanquam filio, non tanquam hæredi,
319. dũmodo nõ sit ex hæredatus à patre, quia &si abstineat ab hæreditate paterna, adhuc officiales operæ sibi debentur, *d. leg. Si operarum. 29.* Nec obstat *d. leg. Cum patronus 22. versiculo, cum libertus D. eodem tit.* vbi textus videtur requirere, vt filius sit hæres patris, quia intelligi-
320. tur; potentialiter, sufficit enim quod potuerit existere hæres, licet se abstinuerit, vt optime ex *Donello interpretatur Ossuald Eligerus ad eundem. dicto cap. 18.* in medio, ad quod est *textus elegans in l. Pro hærede §. Si quid tamem D. de acquirend. hæreditate, Cuiac. in d. titul. Cod. oper. lib. colum. 2. in medio*, & nos late diximus in lectura *Clement. 2. de iure patron.* Si autem hæ operæ præteritæ sint, cum iam ipsæ præstari non possint, tunc transit earum æstimatio ad extraneos, *dict leg. Si operarum. 19. l. 4.* 321. *D. eodem titulo. Cuiac. observat. lib. 17. cap. 14.* Artificiales operæ sunt, quæ consistunt, in certo genere artificij specifico, & hæ sunt, quæ dicuntur fabriles, & hæ dicuntur in pecunia consistere, *leg. Fabriles.* 322. *6. D. de Operis lib.* & ad extraneos transeunt, *dict. leg. Si operarum 9. D. eodem. leg. Hæ operæ 23. D. eodem.* Et alia notabilis differentia, quæ inter has operas datur, est illa, quæ reperitur *in dicto §. Si libertus*, vbi operæ officiales, &si non fuerint promissæ, vel iuratæ, præstantur, si condici non possunt, qua lege naturæ debentur, in recognitionem beneficij liberatis; Cæteræ vero, 323. id est, fabriles, si præstentur indebitè, repetuntur, *dicto §. Si libertus*, quia æstimationem continent, *Cuiac. in d. titul. colum. 3. ex medio.* Vnde constat, quod licet pictoria dicatur ars fabrilis, & libertus, quatenus talis, propter illam non habeat immunitatem à muneribus sordidis, *dict. leg. Archiatros*, tamen ingenui illam immunitatem possident, vtrumq; probat *textus ille, Percira supra*, & hæc, de Pictoribus. 324.

Quid de Aurificibus vtriusque cælaturæ aureæ, vel argenteæ? Et quanuis *Formicus lib. 4. capit. 15. in Venere, & Homerus libro tertio, suæ Olisseæ*, non contemnendos,

sed inter honestos artifices enumerandos dicãt,tamẽ resolutiue dicẽdum est ipsos inter mechanicos de iure computari, vt aperte cõstat ex *d.l.1.C. excusat.artif. lib.*10.vbi de ipsis fit specialis mentio, & cũ cæteris plebeis mixtim ponuntur,notat *Cuiac. ibi. & ante omnes, Tiraq. de nobilit.cap.*34.*num.*42. *Chassaneus in cathalog. part.* 11. *consid.* 38. & de hac re contentio nulla esse potest apud Lusitanos nostros, cũ sit *Ordinatio expressa lib.*5.*tit.* 60. §. 8. *ibi Ourives,ou outros officiaes mechanicos*, vbi verbum illud,outros, quod latinis fit, alij, est repetitiuum similium,*iuxta cap.ei,cui de Præbend. lib.*6.*l. Si fugitiui Cod. seruis fugitiuis*, & quanuis negari non debeat eis ille medius status nobilitatis, quem supra circa alios considerauimus,si aliunde illum quæsierint, gerendi se ad instar nobilium cum famulis,equis,& similibus,quę secundum vulgarem reputationem constituunt statum distinctum á plebeis,saltem circa foralia,de quibus supra diximus, per quæ plebei, seu mechanici iubẽtur in multis territorijs huius Regni, tributa per soluere, tamen quoad naturalium successionem, nobiles nõ dicentur,cum artem,& officium mechãnicum exerceant,iuxta tandem *Ordinationem d. titul.* 92. § 1. *ibi*, (*Naõ sendo official Mechanico*, ac proinde filij semper eis erunt successibiles.

Poesis etiam,ac musica inter artes honestas, & liberales computantur, vt per *Herculanũ de priuileg. concl.*1. *priuil.*16. tamen immunitatẽ de iure nõ habent *ex textu in l. Poetæ C.de Profess.& Medicis lib.*10. vbi omnes,notat *Tiraq.d.tract.*cap. 34.*n.*5. vbi adducit *Platonẽ lib.*2.*de sua Republica* reiecisse Poetas. Nã licet sint dignissimi omni immunitate,tamen deficit lex, *vt scribit Cuiacius*, super *d.l. Poetæ*, quibus hoc vnum impartitum à natura videmus, propter ingenij magnitudinem, diuinamque eloquẽtiam, dicendi suauitatem, vt ipsis natura ipsa videatur fuisse mater, cæteris autem nouerca,ideo maxime sunt commendandi,ac honorandi,non solum à nobilibus, sed à Principibus,prout fuere omnes poetæ antiqui apud Principes proprios, vt plena manu scribit *Chassaneus in catælog.p.*10. *consid.*45.& ipsimet Iurisconsulti eorum versibus vtuntur, ad suas corroborandas decisiones, *vt patet in l.*1. *D.de contrah.emptione*, §. *Item pretium Inst. eodem,leg. Aut facta* §. *final. D.de pœnis. l. Nõ tantum ad fin. D. de rerum diuis.* §. *Sed ius quidem ciuile, Inst.de iure naturali,& apud ipsos Pontifices,in cap. Nunquã de consecrat.dist.*5.*& in cap. Forus de verborum signific. cum alijs, quæ omitto.*

De Musicis etiã, & Cytharedis idem sentit *Tiraquel. dict.cap.* 34. *à num.*6. *& sequentibus*: nam licet inter honestas disciplinas computentur,& infamiam non irrogent. *l. Athletas*

l. *Athletas D. de his, qui notantur infamia*, & plura in harum artiũ cõmendationem, effundant. *Quintilian. Plutarch. Alex. Celius Redoginius, & alij, quos ipse Tiraq. enumerat supra, num.* 10. *quibus aado Chassaneũ in cathalogo. part.* 10. *consid.* 51. Tamen nullam nobilitatem eis de iure cõcessam reperimus; Ideo, si aliunde statum nobilitatis non acquisierint, ab exercitio musicæ, vel Cytharæ, illum non obtinent; Si autem ad instar nobilium inter nobiles conuersentur, illum mediũ statum supra sæpe sæpius consideratum sibi vendicabunt, qui exercitium non officit?

De Mathematicis, & Geometris solum supereſt scribere, quorũ scientia vtilissima est omni Reipublicæ, tum ad syderum cursum cognoscendum, nauigationes peragendas, terras excolendas, *ex Ptolomeo*, & alijs tradit *Chassaneus in cathal. part.* 10. *consid.* 52. facit *illud Vergil. Georg.* 1. *Quo sydere terram, vertere, &c.* & inter artes liberales computatur *in leg.* 1. *in principio de Varijs, & extra. cognitionib. iuuat l. eorum C. de Mathemat.* vbi non Mathematicos naturales, & scientificos, sed Magicos, & superstitiosos iubet puniri, & *in l.* 2. *Cod. eodem*, quia secundum *Cuiaciũ, in paratlita illius titul.* Mathematici ibi interpretantur augures pleni varijs superstitionibus: vnde alij laudabiles, & honorifici videbantur, & ipsorum iudicia per astra nõ esse superstitiosa resoluit post *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 95. *articulo* 5. *Ambros. de Vignate tract. de hæres. quæst.* 8. *habetur tom.* 2. *part.* 2. *tract. Suar. tom.* 1. *de Religione tract.* 3. *lib.* 2. *cap.* 11. *à n.* 8. *Fr. Emmanuel Rodr. 1 tom. sum. cap.* 7. *n.* 3. *Sanches lib.* 2. *in primum præceptum Decalogi cap.* 38. *Torreblanca de Magia lib.* 1. *c.* 9. *& sequentibus.*

326.

Sed in materia, circa quam noster versatur calamus, resoluendum est, ex Mathematica, Astrologia, & Geometria non quæri nobilitatẽ, quia & si inter septem liberales artes á Iureconsultis numerentur, *in d. l.* 1. *D. de varys, & extraord. cognit.* tamẽ nullibi reperitur in iure scripta hæc nobilitatis præeminentia, & cum hęc materia sit strictissimè interpretanda, quod non sit tribuẽdum aliquid cuiquam nobilitatis, quam iure sit expræssum, sit consequens, sectatores prædictarum artium, exercitio earum non nobilitari, quod ostenditur euidentius, quia illas profitentes nullum gradum obtinere dicuntur, sed magis propria curiositate illas addiscere mouentur, & hanc nostram resolutionem similiter circa Rectoricos firmauit *Tiraquel. d. cap.* 34. *nu.* 21. Et paraformiter de illis sentiẽdum est, ac de grammaticis, & dialecticis, Rectoricis, & similibus, omnes enim sunt artium liberaliũ professores, & æquiparantur, *in d. l.* 1. *in principio D. de Varijs, & extraord. Ambros. de vignate tractu de*

327.

hæref. quæst. 6. nu. 59. *Chassan. part.* 10. *consider.* 44. *cum sequentibus, maxime cons.* 47. & 48.

De alijs autem ministerijs, & artificijs, officijs, artibus supradictis inferioribus, non est, cur disputemus, constat enim, omnes esse viles, & abiectas, & non solum nobilitatem creare non posse, sed illi derogare, & earum professoribus filios esse successibiles, vt infra latius, & de illis omnibus sigillatim *tractat Tiraq. d. cap.* 34. apud quem videre poteris; quæ dicta sufficiant de prima causa scientiæ, per quam acquiritur nobilitas.

328.

Transeamus ad secundam, quæ est militia, per hāc autem acquiritur nobilitas, sicut de scientia huc vsq; diximus, & adeo acquiritur, vt dicerent plures Doctores, quod eo ipso, quod quis est miles, statim efficitur nobilis, vt tradit *Ancharran. Anton. Abb. in cap. Eo libentius, de seruis non ordinandis, Salicet, in l.* 1. *quæst.* 5. *C. Iuris, & facti ignorantia, Alciat. tract. de singulari certam. cap.* 30. *Farin. cons.* 34. *n.* 2. *sentit. Bart. l.* 2. §. *In filys D. de decurionibus, Gido. Pape decis.* 388. & *alij, vt per Tiraquel. cap.* 8. *à principio, Azeued. d. Rubrica num.* 150. Moti per multa iura, quæ milites nobilibus æquiparant, prout est *textus in l.* 2. *C. de Primicer. lib.* 12. *ibi, præclaram, nobilemque militiam expectabilium tribunorum, l. pen. C. de Palatinis sacrarum Largit lib.* 12. vbi Imperator, loquendo de primicerijs, ait, ibi, *Militari dignitate fruantur*, citant etiam *Fub. C. qui militar. poss. eodem lib.* ibi (*ad militiam, vel dignitates aspirantibus*,) dum militiam dignitati æquiparat, Deinde adducunt *cap. Cum essent. de Simonia*, dum Vicentius, de quo ibi, modo appellatur nobilis vir, modo miles, quasi idem sit, atteta censura Iuris, miles, ac nobilis, *l. Unica C. negotiatores ne milit. lib.* 12. vbi exercētes artē vilē militare nequeunt, facit *cap. Militare* 23. *quæstione* 1. ibi, *quisquis militiæ suæ cingulo vtitur, dignitatis suæ miles. ascribitur*, quasi idem sit ascribi militem, ac habere dignitatem; Vlterius probant, quia in multis iuribus plebeorum pœna distincta est à pœna militum, etiā pro eodem delicto, vt constat *ex l.* 2. *Cod. vt nemo priuatus. l. A Diuo Marco. l. Milites C. de quæstionibus*, & in multis iuribus milites à priuatis distinguntur. *l. Nequid.* §. *vltim. D. incend. Ruina, Naufragio, ibi (aut militem, aut priuatum,) & in l.* 1. *Cod. Quando liceat vnicuique. l. Nolumus C. de testamentis. leg.* 1. *Cod. de falsa moneta. l.* 1. *C. communi seruo man. Authentico de sanctissimis Episcopis.* §. *Sed neque, versic. hoc autem, Collatione* 9. *Authent. de hæredibus, & falcidia.* §. *vltim. versic. quia vero Collat.* 1. *cum multis alys, Authent. de defensoribus ciuitatum.* §. *Si qua vero Collat.* 4. *cum alys, quæ adducit Ioannes Raynaldus. Doctor Gallicus antiquus, in suo Compræhensorio feudali, sub titulo, de nobilitate, quem refert*

329.

330.

332.

Bonus

Bonus de Curtili eode tractatu 3.part. nu.149. Denique, quia inter mortales nihil excellentius, vel præclarius dari potest, quam armata militia, per quam Reipublicę salus, & quies quæritur, ac defenditur ab omni hostili vastitate, vt in simili expedit Imperator *in l. Aduocati C. de aduoc. diuers. iudiciorũ*, & de eius laudibus, *vltra Valerium, Chassaneus in Catalog. part. 9. consid.* 3. Maxime, quia militia dicitur honor, *in l. Qui cum vno, §. Ad tempus D. de re Militari, l. Qui stipendia C. de Procuratoribus, & Pena l. 1. Cod. de Condit. in publ. horreis, super verbo, nobilis, tenet*, militiam nobilitatem inducere, refert *Paris. à Puteo de re milit. lib. 7. cap. an nobilis, num.* 8.

331.

Contrariam tamen sententiam, imo militiam non nobilitare, tenent quam plurimi Doctores, qui constituunt magis communę opinionem, *gloss. in l. Unica, verbo, prohibemus C. negotiatores ne militent, lib. 12. Bart. in l. 1. num.* 83. *C. de dignit. lib. 12. & ibi Ioannes de Platea Pena in l. Mulieres C. de dignit. lib. 12. colum. 5. Angel. & Bald. in leg. Filius familias §. Veterani, D. de Procuratoribus, Salycet, in l. Non prohibetur C. qui accusare nõ possunt, Alber. Aluarot. Paul. Card. Ioan Andr. Panormitan. Antonius, & plures alij antiquiores, quos sequitur Iaſ. in l. pen. 1. de Pactis, Tiraquel. d. cap. 8. nu. 5. Bonus de Curtili d. 3. part. num. 146. Paris. de Puteo vbi supra, num. 9. Galeaula in t. Centurio D. de vulgari. nu.* 21. *Otalorà 4. part. primæ principalis, cap. 5. num. 7. &* 8. Mouentur quam plurimis fundamentis, Primo, per multa iura, quæ faciunt distinctionem inter dignitatem, & militiã. *l. Si quis C. officio Rectoris Prouinciæ*, vbi clara ponitur differentiã inter militiam, & dignitatem, *ibi, cuiuslibet Militiæ, dignitatisue, & ibi, Militiæ, seu dignitatis. l. penult. C. de Pactis, ibi, Militiæ, vel dignitatis*, & fere eadẽ verba passim in iure inueniũtur. *l. vltim. C. de. Paganis. textus in l. vltim. C. de Iurisd. omnium iud. leg. vlt. C. Comerc. & Mercator. l. Nullus C. ad leg. Iuliam Maiest. l. Sordidorum Cod. excusat. munerum lib.* 10. *leg. pen. & vltim. C. Cohortal. lib.* 12. Denique omissis alijs, est *textus, in vltim. C. qui milit. possunt, vel non, lib.* 12. *ibi (dignitatem habere, quemadmodum Militiam fuerit passus, spolietur dominio ferui*, vbi grossis verbis probatur, quod magna datur distinctio, inter dignitatem, & militiam, quia seruus non perditur propter Militiam, & perditur propter dignitatem obtentam, multa similia citat *Tiraquel. cap. 8. num. 8. Iason. in d. l. penult. Curtilis supra numer.* 148. *Alciat. in d. l. penult. num.* 12. & 15. Secũdo, quia serui milites esse possunt, vt constat *ex l. vltim. Cod. de libertinis, & eorum liberis. l. Operis obligatus D. de Operis libertorum, l. Si duobus D. de testamento milit. l. Super seruis Cod. qui milit. non poss. lib.* 12. & tamen, dignitatẽ obtinere non valent, *lege vnica C. ad l. Visgel. d. l. vlt. C. qui*

332.

333.

A. 332. Gutierrez. pract. Q. tom. 2. lib. 1. q. 3. n. 1. fol. 149. q. 62.

C. qui Militare non poss. igitur, &c. Vltimo, quia infames, dignitates obtinere nequeunt *l. vnica C. de infam. lib.* 10. *l.* 2. *C. de dignitatibus lib.* 12. *l. Infamia l. Neq; C. de decurion. eodem lib. Regula Infamibus de regul. iuris in* 6. *Cou.* 1. *var. cap.* 16. *num.* 11. *versic. quarto. Palæotus in terminis de not. cap.* 61. *nu.* 1. *Martinus Laudensis de milite quæst.* 54. *Baldus de Perusio tract. de Tabellionib. num.* 65. *Molina de primogenijs lib.* 1. *cap.* 13. *à num.* 8. *Barbosa l. Cum prætor, §. fin. D. de Iud. num.* 124. *&* 184. *&* 198. *Azeued. leg.* 7. *tit.* 9. *lib.* 3. *num.* 5. *optime Molina de iust. tract.* 4. *disp.* 11. *à principio. Campanil. diuersor. Rubr.* 11. *cap.* 18. *nu.* 5. & tamen infamis potest militare; *l. Si quis filio ex hæredato, §. Irritum D. de iniusto, rupto, & irrito facto testam.* vbi damnatus ob publicum crimē, quod infamiā inducit, *l. Infamem D. de publicis iudicijs Donel. lib.* 18. *cap.* 8. *Pichard. §. Ex quibusdā, de pœna temerè litigant. nu.* 32. non perdit militiam: ergo satis concluditur cum omnibus supra relatis, militiam de se nobilitatem non g'gnere, & hæc pars in rigore iuris est verissima, declaranda prout infra.

334.

Nec obstant fundamenta contraria; Quia ad primum de *l.* 2. *incipit, Præclaram C. de Primic. lib.* 12.

335. *& in d. l. pen. Cod. de Palatinis sacrar. largitionum eodem lib.* Respōdemus, quod iura illa, non loquuntur de militia simplici de qua est nostra quæstio principalis, sed loquuntur de militia tribunorum expectabilium, vt ait *d. l.* 2. qui militant in Curia Principis, de quibus etiā est sermo *in d. l. penult.* vt bene agnoscunt *Curtilis d.* 3. *part. num.* 150. *Paris. à Puteo dicto §. An nobilitas, num.* 9. *Tiraquel. d. cap.* 8. *num.* 9. Et confirmatur ex eo, quia hi spectabiles dicuntur, & proprie sunt illi, qui obtinent primum locum notariorum Principis, in Regali Palatio, vulgo (secretario de apuridade) & dicuntur spectabilium tribunorum, quia per tribuum suffragia eligebantur, vt bene scribit *Accurs. in glos.* 1. *dict. l.* 2. *Alciat in Rubr. eodem*; Sed melius omnibus explicat *Cuiac. in expositione eiusdem Rubricæ*, ideo nihil mirum, si tales militiam inermem Palatinā exercentes, dignitatem habere dicantur, cum semper soleant viri clarissimi, & illustres, ad prædicta munera assumi, vt adhuc hodie, apud omnes nationes obseruatur.

336. *Ad cap. Cum essent* 12. *de simonia,* patet responsio, si consideremus Pontificem ibi variare nomen militis, & nobilis, non quia conuertatur de sui natura, est miles: ergo nobilis, sed quia a parte rei miles nobilis erat, vt Pontifex supponit, in quo nihil ad literam suppletur.

337. *Ad leg.* 1. *C. Negociat. ne milit.* respōdetur cum glossa ibi, non ex eo, quia militia sit nobilis, sed quia negociatores illam exercentes, recordatione negotij ineptiores fiūt ad militiam, ideo per Imperatorē prohiben-

prohibentur, ne ipsi ad illam admittantur.

Ad iura, quæ militibus concedunt, ne possint torqueri, & similia priuilegia, respondetur, procedere
338. ex speciali indulgentia, vt facilius homines ad militiam pertrahantur, sed inde non conuincitur, vt militia simplex nobilitet tirones suos, vt supra cum communi sententia probauimus. Nec distinctio alia inter milites, & priuatos, quã iura ibi citata expendunt, multum inter est, nam fatemur differentiã, propter priuilegia militibus concessa, vt bene notauit *Tiraq. d. cap.* 8. *numer.* 11. Sed inde non infertur necessario, quod milites sint nobiles de iure, *Curtil. supra num.* 150. *ad fin.* Ad cætera iura, quæ dignitates, & honorẽ militiæ assignant,
339. dicimus, procedere dupliciter: vel impropriè, *vt ex Barr. & Plat. in l.* 1. *Cod. de dignitatib. lib.* 12. *comprobat Tiraquel. d. loco. num* 10. Vel esse intelligenda de militia qualificata, quæ de se nobilitatẽ præstat, prout
36. hactenus persequemur.

Erant enim apud Romanos plura genera militiæ, quæ de sui
340. natura nobilitabant, idque ex priuilegio Imperatorum, prout adhuc hodie sunt omnes illæ, quibus à principibus specialitèr indulgetur; apud Romanos erãt milites equestris dignitatis, *de quibus in l.* 1. *Cod. equestri dignit. lib.* 12. vbi probatur, quod post dignitatem senatoriam, (vt explicat *Cuiac. ibi*) secundum gradum nobilitatis obtinebãt milites equestres, de quibus videndus est *Alciat. lib.* 3. *disputt. cap.* 4. *col.* 3. vbi ex diligentissimis antiquitatũ perscrutatoribus resoluit, tres tãtũ fuisse apud Romanos ciuium ordines: scilicet Senatorum, equitũ, & plebis. Et vt melius hæc doctrina percipiatur, supponendum est, apud illos tres tantum altioris nobilitatis fuisse gradus, seu titulos: vel enim erant clarissimi, vel spectabiles, vel illustres: clarissimi tamen nõ erant spectabiles, sed spectabiles erant clarissimi, sicut etiã 341.
illustres spectabiles erant, sed spectabiles non erant illustres; nam vnusquisque gradus maior est, respectu alterius. Clarissimi erant Senatores, & descendentes ex eis, constat *ex l.* 2. *§. pen. D. de orig. iuris.* 342.
l. Curator, 15. *D. Curat. furios. l. De ferre.* 18. *in princip. D. de iure fisci. leg. Famina.* 3. *& l. vlt. D. de Senatorib. l. Diui.* 17. *D. de iure patronat. l.* 3. *C. ex quibus causis infamia irrog. l.* 2. *& vltim. C. de his, qui ven. ætat. impet. l. vlt. C. vbi Senat. vel clariss.* quæ iura de clarissimis loquũtur, inter quos non est dubium recensèri Senatores, quorum etiã plures erant gradus distincti, *vt ex Isid. lib.* 8. *Ethymol. cap.* 4. *cõprobat. Alciat. d. col.* 3. *& Cagnol. in l. Pleb.* 237. *D. de verb. sign. numer.* 42. *Petrus Calefate de equestri dignit. nu.* 4. Equestres etiam erant clarissimi, ex quibus olim consta- 343.
bat centumviralis ordo, ad quos pleraque iudicia pertinebãt: inter

hos

hos etiam numeratur præfectus Auguſtalis Alexandriæ, eiuſdemquè ordinis erãt procuratores Cæſaris. Alij vero,qui nec ex Senatu, nec ex equeſtri dignitate, ad alia
344. munera aſſumebantur, non dicebantur clariſsimi:ad ſummũ enim perfectiſsimi dicebãtur, vt apparet *ex Authẽt. Vt ab illuſtrib.& qui ſuper eã dignitatem ſunt Collat.* 5. *alias Nouel.* 71. vbi ab illuſtribus,& clariſsimis perfectiſsimos, & egregios diſtinguit,quorum titulus nõ erat proprius gradus nobilitatis, vt ſtatim apparebit. De ſpectabilibus
345. vero loquuntur, *l.*2. *Cod.de Primic. lib.*12.*l.*1. *C.vt omnes tam ciuil.quam crimin. Nouel.*23.*&* 71. *l.*2. §. *Ita clariſsimo D. officio præfecti prætorio Afric. l.Neque.* 16. *Cod. de decurion. lib.*10. *l.vlt. C.de ſilentiariis. l. Omnimodo.*30. §.*fin.Cod. inofficioſo teſtam. l.*3.*D.offic: præfect. vigil.l.Raptores,* 34.*C.de Epiſcop.& cler. l.*3.*C.his qui not. infam.* De Illuſtribus vero loquuntur,
346. *d.l. vlt. D.de Senatoribus, quales ſunt Conſules, & patricij,* qui ex Senatoribus in patricios,poſt viginti annos eligebantur. *l.*3. *C. de Conſulib.* §. *Filius famil. Inſt. quibus mod.patria.pot.ſoluitur.* Comites etiã Conſtantini, *l.vlt.C.de officio diuerſ. iud.leg.*5.*Cod. Aduoc. diuerſ. iud.* ex quibus ita ex antiquis ſcriptoribus *tradit Alciat. d.cap.*4. *ad fin. Cuiac. ſuper d.nouella* 71. *optime Guido Pancirol. de notitia vtriuſque dignit. cap.* 2.& 3. vbi inſcriptiones,ac literas, quibus Romani hos gradus ſignificabant,declarat, & inſcribit, apud quem etiam inuenies alios gradus, ſcilicet perfectiſsimorum,& egregiorum, non recenſeri inter altiores gradus nobilium, ſed fuiſſe adinuentos ad denominandos illos, qui nec clariſsimi, nec ſpectabiles, nec illuſtres erant, vide ſemper illũ *d cap.* 3.& 4. *Hojeda de incompatibil. benef.* 2.*part.cap.*10.*num.*14. Quicquid communis ſententia *in leg.*1. 347.
D. offic. eius, contendat, prædictos duos gradus eſſe numerandos, vt quinque ſint nobilitatis, ex alijs, quos refert, *ſequitur Fachin. lib.*12. *Controu.cap.*90. Ex quibus apparet, equeſtres milites clariſsimos fuiſſe apud Romanos,& in maxima dignitate, vt eleganter tradit *Petrus Calefat. de equeſtri dignit. à numer.* 2.& *num.*8. vbi formam,& ſolemnitatem, qua ab Imperatoribus Romanis equeſtris dignitas conferri conſueuerat, ſpecialiter deſcribit.

Militès etiam Rodoeſes à principio Hoſpitalarij dicti,ab Hoſpitali Hieroſolymitano; intra quod pri- 348.
mo habitare cæperunt, iuxta regiũ palatium, de quibus fit mentio, *in cap. Cum, & plantare in principio, & in* §.*penult. & in cap. Porro.* 7. *& in cap. Patentibus.* 10. *de priuileg. cap. Ex parte.*10.*cap. Dudum.*22.*de Decimis. cap. Cum deputati de Iudicijs, gloſſa verbo,perſoluant,in cap.*1.*de verborum ſignif. lib.* 6. de quorum origine feliciſsima ſub Gelazio ſecundo, regnante Baldoino tertio Hieroſo-

Hierosolymis anno salutis post adventum Christi. 1118. ab exordio Mundi. 5206. Et de Templariorũ in feliciſsimo interitu ſub Clemẽte V. qui deſtructo prædicto templariorum ordine, Hoſpitaliorum bona, & pernoſas tranſtulit in Inſulam Rhodoenſem, quam ipſi Hoſpitalarij à Turcis vendĩcarunt, ibique cœperunt haberi illuſtres, pro mirandis operibus ab ipſis perpatratis, & retinuerunt Rhodum 214. annos vt poſt alios vidĕdus eſt *Genebrardus in ſua Chronograph. lib. 4. anno Chriſti. 1309. Gordonus, & Galterius de rebus geſtis eodem anno. Cardin. Baronius eodem anno, Polydorus Virginius lib. 7. de inuentoribus rerum, cap. 5. Chaſſan. in cathalog. part. 9. conſiderat. 4. & 5. Petrus Gregor. ſinctagm. lib. 15. cap. 34. & ſequent. Azor. Moral. tom. 1. lib. 13. cap. 5. Fr. Hieronimus Roman. de Republica chriſtiana, lib. 7. cap. 4. & cap. 7. cum ſequentibus, Frater Emmanuel tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 5. articul. 1. & 2. Calefat. vbi ſupra à num. 20.*

Nunc autem, capta Rhodoenſi inſula à Solimano duodecimo Turcarum Rege, anno Domini. 1522. die Natiuitatis Domini, in Inſulam Maltenſem ſunt recepti, quo loci in ſua Religione militari acerrime, & ſtrenuiſsimè perſiſtunt, cum infinita vniuerſæ chriſtianitatis gloria, pro quorum laude ſufficiat, quod ipſorum Archi magiſter, vulgo (Gram Meſtre,) ſi in Curia Romana incedat, debet præcedere in loco omnes Patriarchas, & Cardinales Eccleſiaſticos, omneſque Principes ſæculares, Imperium recognoſcentes, regibus autem Franciæ, Hiſpaniæ, ac Portugaliæ poſtponetur, quia iure imperij in ſuis regnis fruuntur, vt hæc omnia tradit *Chaſſan. dict. conſider. 4.* licet contrarium ſcribat *Oldrad. conſil. 127. Calefat. ſupra numer. 31.* Ex quibus ſatis apparet, prædictos milites ex militia abunde nobilitari, ſi aliàs à maioribus ſuis nobiles non eſſent, quia ratione militiæ, verè ſunt indignitate conſtituti, *argument. dict. leg. 1. Cod. equeſtri dignitat. lib. 12.* quia non dum rempublicam defendunt, ſed ſanctam Sedem Apoſtolicam, diuino auxilio mediante, à Barbaris præſeruant, vt bene reſoluit *Bonus de Curtil. dicta 3. part. numer. 151.*

Similiter etiam reſoluendum eſt, de militibus Hiſpaniæ, qui vulgo diũctur (de Alcantra, & de Ca- 349.
latraua) de quibus agit *Polyd. Virg. dict. lib. 7. cap. 5. Fr. Emmanuel Rodrig. d. quæſt. 5. articul. 3. & 4.* meminit *Molin. de primogen. lib. 1. capit. 13. num 98. & lib. 2. cap. 9. num. 69. Nau. de redditib. monit. 55. quæſt. 1. à num. 3. Chaſſan. d. part. 9. conſiderat. 7. Miranda in Manual prælator, tom. 1. quæſt. 4. articul. vltimo, Mariz de varia hiſtoria dialog. 2. cap. 8.* qui ex militia nobilitatẽ conſe-

quuntur, in qua dignitate asisiſtere omnibus patefit. Idem affirmandum de militibus alijs, militiæ
350. Diui Iacobi, de la Eſpata, de quibus agit *Fortun. Garſia, in conſilio pro Militibus Diui Iacobi, Cou. de ſponſalibus, 2. part. cap. 3. §. 1. numer. 27. Calefat. ſupra, à num. 24.* qui floruere, à tempore Ramiri primi huius nominis Hiſpaniæ Regis, ſub Alexand. III. Summo Pontifice, anno Domini. 1180. vt enarrat *Genebrard. in ſua Chronographia ſub dicto anno, Fr. Emman. Roar. dicta quæſt. 5. articul. 5.* Sunt etiam alij
351. milites Ciſterſienſes, quales ſunt noſtri Regni de Auiz, ſub regula S. Benedicti, de quibus *Fr. Emmã. Rodrig. d: quæſt. 5. articul. 6. Miranda. d. artic. vltim.* vbi bene aduertit, hos milites noſtri Regni fuiſſe aliquando comixtos militibus D. Iacobi Hiſpaniæ, de Calatraua, quod etiam refert *Calefat. ſupra nu. 27.* Sunt etiam in noſtro Regno alij Ciſterſienſes, vulgo (de Chriſto) inſtituti à Dioniſio Por-
352. tugaliæ Rege, quorũ magiſter eſt ipſe Rex inuictiſsimus, & ſedes Cõuentus Thomarienſis, fama, & magnitudine ſuper æthera notus, de quibus iam meminit *Chaſſaneus dict. part. 9. conſiderat. 8. Cabed. diuerſ. lib. 4. cap. 12. à num. 1. Mariz ſupra, dialog. 3. cap. 1. Eduardus Nunuz de Leao, in Chronica d. Regis Dionyſij. Miranda d. artic. vlt. Calefat. ſupra, num. 28.* Idem etiam dicendũ de militibus Germaniæ, vulgo Teutonici dicti, de quibus *Chaſſaneus, dicta part. 9. conſiderat. 6.* 353.
Torniel. in Annalibus Eccleſiaſtic. anno Domini. 119. Calefat. ſupra, num. 23. Prout etiam de alijs militibus Regni Aragoniæ, denominati de la Monteza, vt per *Miranda. dict. articul. vltim. Calefat. ſupra num. 29.* 354.

Idem reſoluẽdum circa equites auratos Regni Franciæ, de quibus 355.
Tiraquel. de nobil. cap. 8. nu. 13. Calef. ſupra nu. 30. Nam hi omnes ſupra connumerati, & ſiqui ſunt alij ſimiles, pro cuiuſq; Regni, & patriæ conſuetũdine, vère, & propriè nobiles euadunt, ex profeſsione prædictarũ militiarum, *argum. d. l. vnic. C. equeſtri dignit. lib. 12.* iuncta communi cuiuſq; patriæ reputatione, quæ totum operatur in hac materia, vt ſupra probauimus, ſecũdum quam militiæ prædictæ in magna dignitate ſunt, nobileſque milites ſuos reddere, inficiari nequit, & ſi nobilitate generis natiua careant, quibus omnia priuilegia, & prærogatiuæ competũt, quæ ex inſtituto ipſius militiæ ſpecialiter ſibi erogãtur, ſicut de equitibus Pijs, id eſt, á Pio quarto Põtifice, Romæ inſtitutis, proſequitur *Calef. d. loco, à n. 38.* Quod idẽ circa alios milites Sãcti Petri, & Sãcti Pauli Romæ, & alios ſancti Lazari, Sancti Georgij Lauretanorum, & Sancti Eſtephani Floretinos, de quib⁹ ſtatim, omnes enim prædicti milites, nobiles fiũt ex prædicta militia, nam eo ipſo,

quod

quod in milites cuiusque prædictarum militiarum adoptantur, multa, & insignia priuilegia per Romanos Pontifices concessa acquirunt, prout recenset *Calefat. d. loco num.* 35. ex quibus ad oculum patet; veram, & propriam nobilitatem ex tali adoptione sibi generari.

Minus etiam dubitandū est de militibus sancti Estephani, quorū
357. militia instituta fuit, sub Pio quarto, anno Domini. 1561. ad intentum conseruandæ fidei Catholicę, & defensionem totius maris mediterranei ab infidelibus; cuius militiæ magister est serenissimus Dux Florentinus, qui castitatem, & obedientiam profitentur, nullusque via ordinaria ad illam admittitur, nisi prius sangninis paterni, ac materni puritatem publicis, & authenticis exhibeat instrumentis, quod nulla macula respersus, sed ab vtroque parente, & auo nobili natus est, & ex legitimo matrimonio, ac proinde concludendum est; quod si aliqui ad prædictam militiam admittantur carentes natiua nobilitate, vere, & proprie ex militia illam consequentur, *argumento leg. Quidam consulebant. D. re iudicata, iuncta, quæ Gabriel. commun. titul. de præsumptionibus conclus.* 8. *Burlosa ad leg. Cum prætor, §. final. D. de Iudicijs, à num.* 71. tractat de prædicta militia, & eius institutione *Calefat. dicto loco. numer.* 42. meminit etiam Iacobus *Gordonho*, in serie rerum gestarum, anno Christi, 1562. addo *Gualterium. in Chronologia eiusdem anni.*

Meminisse iuuat illustrissimam militiam veleris aurei, vulgo (del Tuzon) quæ a primæua institutione numerum tantum quinquaginta militum capiebat, instituta à 358.
Philippo Comite Burgundiæ, in signum publicæ lætitiæ pro matrimonio, quod cōtraxit cum serenissima Infante domina Elysabeta filia Regis Petri, nepte felicissimi Ioannis primi nostri Regni Lusitaniæ, quæ postea augmentata fuit per Carolum quintum Imperatorem, & per eius successionem translata in Reges Hispaniæ, in suaquè primæua institutione, anno Domini. 1546. plures Principes tam exteri, quam Hispanici fuere ad illam admissi, vt numerus ad impleretur, & cooptati fuere ad illam Reges Lusitaniæ, Angliæ, & Franciæ, Dux Florentiæ, & illustrissimus Comes Mansfelt Borgundiæ, cum pluribus alijs, cui actui adfuit. *Petrus Calefat. vt ipse recenset, de equestri dignitate num.* 43. de cuius militiæ nobilitate, & dignitate, dubitandū non est, cuius insignia portare non dedignantur excellentiores principes totius orbis.

Apud Gallos est militia sancti 359.
Michaelis, ad quam admitti non solent, nisi proceres, & magnates Regni; quæ fuit instituta à Ludouico vndecimo Gallorū Rege,

per Calefat, *vbi proximè numer.* 4. *Chassan. & part. 9. cons. 9.* de qua similiter disputandum nō est, vtrū conferat nobilitatem, si quidem illustriores, & ipsi principes ex ea condecorantur. Idem similiter dicere possumus de alia militia eiusdem Regni, quę vocatur de la estella, ab stella, quam equites in veste gestabant, quæ Tessera, denominatur, pro insignijs, ad quam illustres solummodo admittebantur, quam militiam auspicatus est Rex Ioannes Franciæ anno Domini 1330. vt constat *ex Genebrardo in sua Chronograph. super dicto anno Bzovio rerum gestar., in eodem anno.*

360.

Extat etiam in Anglia inuenta alia militia per Eduardum Regem anno 1348. dicata sancto Georgio intra numerum 26. quæ dicebatur Guarteriorum, in qua princeps ipse equitū Dux, & magister erat, vtebantur prædicti milites pro insignijs, veste cærulea, & signo Crucis infra genu loro fabricato, gemmis, auroque ornato, cum literis circularcis, linga Gallica, vituperetur, qui male cogitat, vt constat *ex Polydoro. lib. 19. de historia Angliæ, Genebrar. in Chronographo sub prædicto anno,* de quibus omnibus militijs, & similibus affirmandum est, suos milites nobiles efficere, si forsan naturalis nobilitas in eis deficiat, & apud nos ex prædicta tantum qualitate eis competunt priuilegia nobilitatis, vt patet ex *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 120. *ibi Os cauallcíros das Ordes militares.*

361.

Nobilitantur quoque ex militia omnes illi, quibus in sacro palatio Principis militare conceditur, qui omnes dicuntur inermi militiæ deseruire, ex qua non parua, sed magnam dignitatem consequuntur, *vt probatur ex leg. 2.* & 3. *leg. In sacris. 9. leg. In sacris.* 12. *iuncta Rubrica. Cod. Proximis sacror. scrin. lib.* 12. *& ex leg.* 2. *Cod. Palat. sacrar. largit. eodem. lib. ibi. aut repetat militiam suam, aut aliam perambitum dignitatem requirat,* vbi probatur, quod seruitium principis intra Palatium dicitur militia, ipsamq; esse dignitatem insinuat ipse Imperator. Facit *leg.* 1. *Cod. de Primicer. l. vnica. Cod. comitibus, & archiatr. lib.* 12. *cum multis alijs, quæ passim in eodem* 12. *lib. Cod. offendun-tur, prout leg.* 1. *l. Iubemus supra Cod. de silentiarijs eod. lib. l.* 1. *C. Præpositi laborum. leg. vltima Cod. de Consulib. Denique totus titulus de priuilegijs eorum, qui in sacro palatio militant* post ordinarios dictis iuribus *tradit Calefat. supra num. 67. post Angelum in leg.* 1. *D. Milit. testamento, Bon. de Curtili dict.* 3. *part. mum.* 45. *Petrum Belin. de re militari, titul,* 10. 1. *part. optime Farinac. consilio.* 94. *numer.* 9. *& sequentibus,* cuius militiæ alij sunt gradus superiores, alij inferiores, quorum exempli gratia aliquos recensere libuit, prout magnus domesticus, vulgo (Maiordomo Mor) *de quo agit, lex vnica Cod. de offic.*

362.

363.

de offic. commit. sacri. patrim. vt explicat Chassan. part. 6. considerat. 7. Garcia Toletan. in Rubrica Cod. de agentibus in rebus lib. 12. num. 4. facit leg. 12. tit. 18. part. 4. Numerantur etiam cubicularij Principis, vulgo (Camareiro Mòr,) *de quo agitur in*
364. *leg. 2. penult. & vltim. Cod. Præposit. sacri cubiculi lib.* 12. qui quidem illustres sunt, vt constat *ex dicta leg. vltim. notat. Cuiac. & Garc. Toletan. in Rubric. Cod. Præpos. sacri cubiculi. à num.* 1. 4. *&* 5. facit *leg.* 12. *titul. 9. part.* 2. *vbi Greg.* Alij autem dan-
365. tur cubicularij inferiores, vulgo (Moços da camara) qui non minimam consequuntur nibilitatem, licet non fiant illustres, vt per *Toletanum supra num.* 6. *late Bulengerius de Imperatore lib.* 3. *cap.* 13. Sequun-
366. tur etiam silentiarij, qui cameram secretam Principis custodiunt, sic dicti à silentio seruando, vulgo (da chiue dourada) de quibus *in l. fin. Cod. silentiarijs lib.* 12. qui, si per tredecim annos continuos tali muneri incumberent, senatoriam dignitatem consequebantur; vt cõstat *ex l.* 1. *&* 3. *in fine, C. illo titulo de silentiarijs*, de quibus late *Petrus Greg. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 9. *Toletanus in d. Rubrica de silentiarijs.* Numerandi
367. sunt etiam comites scholarũ Principis, qui ad tres classes reducuntur: nam alius est comes epularum vulgo, (Trinchante Mòr) alius comes sacri stabuli, id est (Stribeiro Mòr) ad quem omnis cura Principis stabuli, intra palatium pertinet,
363. tertius est comes fabricæ, ad quem cura totius palatij spectat, qui vulgo dicitur (Mordomo das obras) de quibus omnibus agitur *in l.* 1. *C. comitibus & tribunis scholarum lib.* 12. vbi post *Peñam* p. osequitur *Rebuf. in d. l.* 1. *vbi etiam Cuiacius, Garcia, Toletanus in Rubrica illius tit. à n.* 4. hi enim ex prædictis officijs spectabiles fiebant, *iuxta dictam leg.* 1. *Toletanus supra nu.* 8. *Farinac. cons.* 95. *num.* 18. Recensere etiam non prætermittimus domesticos, & protectores, quales sunt hi, qui in- 368.
tra domum, curam, & custodiam Principis habẽt; & cõtinuo in hoc officio Principi famulãtur, quales sunt custodes, & præpositi eorum, vulgo (Capitaẽs da guarda) de quibus *in l.* 1. *& in l. Primicerius Cod. domesticis & protectoribus. lib.* 12. *explicat Peña, & Alciatus ibidem, Chassaneus in cathalogo, part.* 8 *consideratione* 11. *Gregorius Lopes per textũ ibi, in l.* 12. *tit.* 9. *part.* 2. *Petrus Gregorius in syntagm. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 20. *Toletan. in dicta Rubrica de domesticis, protectoribus*, hi enim clarissimi dicuntur, vt notat *Bartolus in tractatu de authoritate, num.* 115. In duas classes sunt diuisi: Alij enim sunt præpositi peditũ; alij equitũ, vtro-
369. rumque officium solum tempore pacis exercetur; Tẽpore autẽ belli exercebat huiuscemodi officium Tribunus celerum, vulgo (Capitão dos ginetes) de quo infra. Tradit *ex Cassiodoro Cuiac. in d. l.* 1. *Gothofred. in d. Rubr. litera. I.* quamuis aliter

declaret *Petrus Bellinus de re militari titul.* 10. *numer.* 15. Recenſentur etiam inter milites inermes, comites conſiſtoriani, vulgo (de cõ-
370. ſelho do eſtado) de quibus agit *titulus Cod. comitibus conſiſtorianis lib.* 12. eorum namque officium eſt, ad latus Principis aſsiſtere, ad res arduas pertractandas, qui ſpectabiles in iure dicuntur, vt probat *l.* 1. *& 2. C. illo titulo, tradit Petrus Gregorius part.* 1. *ſyntagm. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 2. *& part.* 3. *lib.* 49. *cap.* 28. *à num.* 2. *Bobadilla in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 28. *ad finem. Garc. Toletan. ſuper dicta rubrica nu.* 6. Quicquid aliud ſcribat *Alciatus, in l.* 2. *C. excuſationib. artificum lib.* 10. *Farinac. dicto conſ.* 95. *nu.* 18. Poſſunt etiam numerari notarij Principis, qui in
371. iure primicerij dicuntur, vulgo (ſecretarios) de quibus *in l.* 1. *C. primicerijs lib.* 12. proſequitur *Chaſſaneus d. part.* 8. *conſideratione* 9. *poſt Ordinarios in d. l.* 1. *Petrus Gregorius dicto lib.* 41. *num.* 5. *Gregor. per textum ibi, in l.* 12. *tit.* 9. *part.* 2. *gloſſa* 2. *Toletan. in d. Rubr. num.* 4. ſunt plures alij, vt præpoſiti laborum, de quibus *in l. vnica C. præpoſitis laborum*, quorum
372. officium proprium, erat vexillum erectum ante Imperatorem deferre, in ſignum Crucis transformatum, à Conſtantino adinuentum, propter ſomnium in quo vidit ſignum Crucis, & Angelos adſtãtes, ac dicentes (in hoc ſigno vinces) vt ex *Sozomeno hiſtoriographo lib.* 1. *cap.* 4. *& ex antiquiſsima Bibliotheca accepiſſe teſtatur Cuiacius ſuper d. l. vnica C. præpoſitis laborum, & Gothofredus ibi ex Tertuliano in Apologia lib.* 1. *cap.* 16. *Prudent. lib.* 1. *in Simacum* tradit eſſe vexillum, quod Prihcipi præferri ſolebat, cui milites maximam reuerentiam exibebant, vt penè illud adorarent, in cuius locum, apud nos, ſubrogatur vulgi (bandeira) diciturque officialis illud portans (Alfers Mor) de quo agit *Cabedo* 2. *part. deciſ.* 102. & in hanc explicationem cum Socrate Epiſcopo in tripartita hiſtoria *lib.* 1. *cap.* 5. *adductus eſt Alciatus cõtra Accurſ. ibi, & ante omnes ſcripſit Menochius de arbitr. caſu* 68. *nu.* 36. *Peña, & Toletan. in dict. Rubric. Cæſar Bulengerus de Romano Imperatore lib.* 5. *cap.* 5. vbi adijcit, quod præpoſiti hi, erant chariſsimi inter electos, *iuxta d. l.* 1. quamuis *Petrus Bellinus d. titul.* 10. *nu.* 16. contendat, prępoſitos laborum verè, & propriè dici illos, qui a Principe in partem ſolicitudinis creabantur, quales Pontifex Cardinales appellat, *in cap. Per venerabilem. qui filij ſint legitimi.* Sed veriſsimilior eſt ſupra poſita expoſitio, quæ deduci videtur ex ordine titulorum: quia poſt *titulũ De domeſticis, & protectoribus, in ordine* 17. ſtatim ſubjũngit Imperator *titulum prædictũ, De præpoſitis laborum.* & conſtat etiam ex ordine literæ (*legis ſecundæ C. excuſationibus munerum lib.* 10.) vbi loqnendo de immunitate præſtãda, primo meminit de protectoribus,

& im-

& immediatè de præpositis laborum; Sunt etiam præpositi ianitorum, de quibus 333. *in l. 1. C. comitibus, & archiatris sacri palatij. lib. 12. de quibus Chassaneus part. 6. consideratione* 13. Sunt plures alij præpositi libellis, & diualibus rescriptis, de qui- 374. bus, *in l. 2. & 3. C. de proximis sacrorũ scriniorum lib. 12. post Plateam prosequitur Cuiac. & Toletanus in illa rubrica, Gothofredus in rubrica C. Magistris scriniorum. eodem libro, Rebufus in leg. 1. C. proximis sacrorum scriniorũ*, secundum quos tripartita erant 375. Principis scrinia; primum circa epistolas missas Principi, & à Principe, versabatur; secundũ circa causas cognitionaliter á Principe decisas; tertium depositionũ, & scripturarum Principis, quod cæteris maius erat; In hoc namq; pragmaticæ sanctiones descriptæ, cognitiones, & preces Principi oblatæ reperiebantur, & seruabantur; Inter hos erat scriniarius supremus 376. Principi assistens, de quo *in l. Proximos C. proximis sacrorum scriniorũ*, vulgo (da puridade) *Ordinatio lib. 2. titul. 59. l. 8. tit. 2. part. 2. & leg. 7. tit. 9. part. 2. vbi Gregorius glossa (para sus puridades) Toletanus in dicta Rubrica num. 7.* Prædicti non respondent precibus, prout magistri scriniorum, de quibus *in l. vltim. C. diversis rescriptis, Doctores in Rubrica C. magistris scriniorum lib. 12. vbi Platea, Rebufus, Cuiacius, & Toletanus.* Sed sunt ipsis magistris proximi, vt optime aduertit *Cuiacius in d. Rubrica de proximis sacrorum scriniorum*, & ideo inter illos sunt gradus dicti- 377. cti. Nam quidam memoriales dicuntur, alij libellenses; alij adiutores; alij antiquarij; alij proximi, alij meloproximi, vt constat *ex l. Hac parte, l. Unicuique C. illo titulo, proximis sacrorum scriniorum.* Aduertendo, melo proximum dici eum, qui se cum proximo sacri scrinij in simul exercet, inferior tamen illo, gradu dignitatis, secundum *Alciatum in rubrica. illo titulo*, vel melius potest, dici meloproximum esse officium distinctum, in ordine, ad officium proximi, quia sequenti 378. anno proximus efficiebatur, vt cõstat *ex l. Pro biennio C. illo titul. notat Petrus Bellinus in d. titul. 10. nu. 23. Cuiacius in d. Rubrica, & postea Garc. Toletanus qui probant ex l. Peculiaris, l. Unicuique 7. d. l. Hac lege penult. C. eodem, aduertit. Gothofredus in d. l. Unicuique. litera. R.* omnes autem sacri scrinij milites, in literaria militia degere, scribit Imperator *in l. Proximos 8. Cod. eodem titulo. vbi Gothofredus litera. X. Cuiacius in Rubrica. Cod. agentibus in rebus lib. 12. post Duaren. lib. 1. disputationum, cap. tertio.*

Sunt quoque de numero militantium in sacro palatio, Palatini sacrarum largitionum, quales sunt Thesaurantes, & eorum comites, 379. ac officiales, vt constat *ex l. 2. Cod. Palat. sacrar. largit.* inter quos erant gradus, & dignitates, ac nomina distincta, vt colligitur *ex l. Scriniis*

10. *Cod. eodem. titul. aduertit Bellin.* *d.tit.10.nu.35. Chaſſ. d.loco conſid.8.* Sunt & alij, qui agentes in rebus de nominantur, quorum officium
380. verſatur circa principis res gerēdas, vulgo(Veadores da fazēda delRey) qui à Græcis miniſteriani appellantur,vt conſtat ex *Nouella* 17.& 124. *teſte Cuiac. in Rubrica, C. agentibns in rebus*, quanuis ab hac expoſitione deuiet *Lucas de Peña in eadem Rubrica*, quem ſequitur *Bellinus d.tit.* 10. *numer.* 29. qui exiſtimant,agētes in rebus eſſe illos,qui parati ſunt, ad excquendos omnes actus ſibi comiſſos, quorum officia diſtincta erant, vt conſtat *ex l.* 2.*Cod.de agentibus in reb.* Eſt autem controuerſia,Vtrum horum agentium duo ſint gradus ſuperiores,vt Præpoſitus, & Princeps, an vero debeant nomina illa conuerti , vt idem ſit Præpoſitus, ac princeps? nam *Bart.& Angel im Rub.C.agentibus in rebus, Beltin. ſupra num.* 30. diſtincta eſſe officia contendunt, quod præpoſitus ſit ille, qui præeſt agentibus,de quibus agitur in vulgatis titulo de *Præpoſitis agentium* princeps vero agentium ſit ille,qui poſt 25. annos ſeruitij à Principe emeritus eſt principatū ſuper omnes agentes , cum priuilegijs, de quibus *in l.* 1.*&* 4. *Cod.de Principib. agentium in rebus*, qui dicitur præſes agentium, de quo agitur *in lege* 12.*titul.*18.*partita quarta, apud Hiſpanos.*

Sed contrariam ſententiā tenet *Platea in illa Rub. C.ag.in rebus,&c.* *& Cuiac.ibi.* qui nō legit de Præpoſit,ſed de Principibus, imo, ſuper *l.*1.*de Præpoſ.agent, &c.* quam ipſe legit ſub *l.penult.C. Agentibus in rebus, &c.* ſcribit male, in aliquibus Codicibus apponi *textū de Præpoſit. agent, &c.* quia illa lex loquitur de principibus, & ſic habere veteres libros,quomodo legit *Contius , & fatetur Gottofred. in notul. Rubric. de Præpoſit. agen. litera. I.* quæ lectio magis arridet, & cōformatur cum litera. *dict.l.*1.*Cod.de Præpoſ. agent. in principio.ibi,* (qui per ordinē conſequi ſolent principatus inſignia.) Vnde conſtat, Principē & præpoſitū,eundem eſſe. Numerantur etiā inter milites ſacri palatij,principes ſcholarum, ſtratores, decani, ma- 381.
ximi quæſtores, & alij, de quibus dubitari non poteſt, vtrum dicantur militare,quoad hūc effectum. Ne longiores reddamur, videndus eſt *Petrus Bellinus. Alciat. Cuiac.poſt Plateam,& Peña ſuper illis titul. omnino Chaſſaneus d.part.6.conſider.7. vſque ad* 20.*Boer. de authorit. magni Concilij, à num.* 102. *& ſequentibus.* Ex quibus deducitur certa concluſio,quod inermis militia illorum, qui ad prædicta officia mouentur, intra ſacrum Regis palatium, nobilitatem gignere dicitur, & digni- 382.
tatem non vulgarem: ideoque tales milites inter nobiles computātur,patet ex pluribus iuribus *l.vlt. Cod.excuſ. tut.l.*1.*l.*3.*ad fin.Cod.de ſilent.lib.*12.*leg. Omnimodo §. vltim.*

Cod.in

Cod. inofficioſo teſtam. ibi ſpectabiles. l. 1. *Cod. de domeſticis, & protectoribus*, vbi clariſsimi appellatur, *l.* 1. *C. Præpoſit. lab. lib.* 12. vbi inter clariſsimos recenſetur, *l.* 1. *C. Proxim. ſacror. ſcrin.* cum alijs quę ſupradicta ſunt circà quodlibet prædictorum officiorũ; & quæ proſequitur *Petrus Bellim. dict. titul.* 10. *per totum*, *Chaſſan. citato loco.*

Limitandum tamen eſt, nę hoc nobilitatis priuilegium concedatur inferioribus famulis regũ, qui 383. in ignobilibus, & abiectis officijs ſe exercent, & pedeſtres dicuntur, quales ſũt a Calcaribus dicti, vulgo (de Eſtribeira) nam hi nobilitatem minime acquirunt, *vt tenet Gamma deciſ.* 322. *nu.* 3. *Cabed.* 1. *part. Areſto* 48. *Roman. ſing.* 649. *Cremenſis ſingul.* 98. Aliter dicendum de coquo Principis, nam hic tanquam domeſticus dignitatem habere cenſetur, *vt ex Bald. in cap.* 1. *de feudo Guard. tradidit. Tiraquel. de Nobilitate, cap.* 30. *num.* 10. *Faber lib.* 9. *C. tit.* 28 *deciſ.* 14. *in fin. Bon. de Curtili.* 3. *part. de nobilitate nu.* 156. *Azeued. leg.* 15. *titul.* 14. *lib.* 6. *recup. num.* 3. qui licet habeat officium, *iuxta l. quod ſi mendator*, §. *Optimum D. de ædilit. edict.* tamen habet dignitatẽ, *Cortia memorab. verbo coquus Hojed.* 2. *part. cap.* 110. *num.* 14. *Cabed.* 2. *part. deciſ.* 73. *nu.* 4. *Molin. de iuſtit. diſp.* 166. *verſicul. de iure, Flores ad Gammã deciſ.* 322. *numer.* 3. *Farinac. conſil.* 94. *num.* 3.

Idem reſoluendum de militan-

tibus intra regale palatium excellentiſsimi principis Ducis Bracantiæ, inter omnes Hiſpaniæ, & Eu- 385.
ropæ primi, cui á Regibus Luſitaniæ eius progenitoribus, cõceſſum fuit, vt militãtibus in eius palatio, & deſcripti in eius matricula, vera, ac propria nobilitate fruerentur, ac ſi ipſi Principi in ſeruirent, vel in eius matricula eſſent repoſiti; quod iure optimo introductũ exiſtimo, propter quam maximã coniunctionem ſanguinis, & dignitatis, quæ inter ſereniſsimos Duces Bracãtiæ, ac reges Luſitaniæ extare cernebatur, ità vt omnes regales præeminẽtiæ æqualiter ipſis competere viderentur, & probatur, tũ ex conſuetudine, & vſu longeuo, qui totum in quacumque materia coſtituit, *ex l.* 3. §. *Ductus aquæ, de aqua quotid. cap. ſuper quibuſdam*, §. *Præterea, de verbor ſignif. poſt Gabriel. titul. de præſcriptionib. concluſ.* 1. *Barboſa in leg. Comperit, Cod. præſcriptione trig. à num.* 124. *Pereira deciſ.* 52. *nu.* 6. *Donel. de iure Ciuili, lib.* 11. *capit.* 11. *Faber lib.* 19. *de coniect. cap.* 11. tum etiam, quia ratio ipſa poſtulat vt daretur priuilegiorum communicatio, vbi tanta ſanguinis dabatur, prout circa cõmunicanda priuilegia inter fratres reſoluit *Fr. Emman. Rodr. regul. quæſt.* 55. *tom.* 1.

Redeamus ergo ad officia armatæ militiæ; & perquiramus qua nã nobilitate polleãt militantes in ea; & primo Vtrũ cẽturiones, ſeu anteſignani, vulgo (Capitães, Alferes) & alij

& alij fimiles ex militia nobilitentur, & relictis illis officijs, quæ de ſui natura, magnam habent dignitatem, prout ſunt officia maiora in militia maritima, videlicet Generalis, vulgo (Condeſtable) *de quo agit Chaſſaneus part. 7. catalog. conſideran. 7. 8. 9. & 13. Farin. conſ. 94. num. 3. Cabed. 2. part. deciſ. 98.* vbi refert verba libri regiminis Regis
386. Dyoniſij, ex quibus apparet prædictum officium generalis, ſeu Cōdeſtable, eſſe ante alia maioris dignitatis, & præeminentiæ, præeſt enim omnibus militantibus, & ideo princeps militiæ dicitur, *Guilhel. in cap. Raynucius, verbo, & vxorem, num. 499. cum ſequentibus*, meminit *Ord. lib. 1. tit. 2. §. 12. & totus titulus C. comitib. rei militar. lib. 12.*
387. Deinde Almiradus, vulgo (Almirante) qui habet magnam iuriſdictionem in mari, poſt generalem comitem, eſtq; officium maximæ dignitatis, de quo agitur, *in l. 1. C. de Claſſicis lib. 11. vbi Cuiacius, Chaſſ. in catalogo p. 9. conſ. 16. Cabed. d. 2. part. deciſ. 99. Menoch. conſil. 302. num. 24. habetur in Ordinatione Regia d. titul. 2. §. 12. l. 24. tit. 9. part. 2. & leg. 2. & 3. titul. 24. eadem partit.* Tertium eſt officium Mariſcalis, quod magnam habet poteſtatem, dignitatem, & honorem, ita vt ex verbis regiminis ſupra citati, quæ
388. fideliter refert *Cabed. d. 2. part. deciſ. 100.* poſt Condeſtabilem, fit maior dignitas in bello, tam in poteſtate, quam in honore, meminit, de illo, illo

Ord. d. §. 12. Guilhelm. in cap. Raynucius, verbo, & vxorē nomine Addlaſiā à num. 501. Tiraquel. de nobilit. cap. 8. num. 15. Chaſſan. part. 9. conſider. 17. & de origine huius officij agit *leg. 2. §. Poſt deinde D. de origine iuris. l. Milites C. de offic. magiſt. milit.* & hi tempore Romanorum fuerunt quatuor, vt conſtat *ex l. 2. §. Sancimus C. officio præfect prætor Afric.* & iam à tempore Hebræorum erat obſeruatum, vt conſtat *ex lib. 2. Reg. cap. 19. & cap. 24.* vbi Magiſter militie appellatur, & princeps exercitus, *& lib. 4. Reg. cap. 5. cum alijs, & in l. 1. C. de exhibend. Reis. l. vltim. Cod. de decurionib. lib. 10. & in l. vltim. Cod. comit. rei milit. lib. 12.* ſuperantq; omnes alios duces prouinciarum, vt optime ſcribit *Cuiac. ad leg. 1. C. illo titul. de comit. rei milit. Garc. Toletan. ad Rubricam illius tituli. Cod. comitibus rei milit. lib. 12. num. 1. videndus Guido Pancirola, tractat. variarum. 1. part. cap. 30.* Quartum denique officium eſt apud nos, quod vocatur, 389.
dux, ſeu capitaneus maior, cuius creatio ad regale ius pertinet, *Ord. lib. 2. tit. 26. in principio, de quo Cabed. dict. 2. part. deciſ. 101.* in quo etiam magnam conſiſtere dignitate agnoſcunt omnes, cum ſemper ad illud promoueantur illuſtriſſimi, & meritiſſimi Domini, & in noſtra ætate in mari illud geſſerunt illuſtriſſimi Domini, cuius in poſterum deſcendentes felicissimè, Deo auſpice, adminiſtrabunt, & de iure Capitaneus generalis eſt illuſtris,

leg. 1.

leg. 1. *l. fin. in superscriptione C. offic. magist. milit. l. Defensores* 4. *C. defensorib. ciuit.* quanuis, ex priuata fortuna, adhunc gradum ascendant, prout suis temporibus, de Antonio de Leiua Hispano testatur *Calefat. de equestri dign. nu.* 66. & de nostris possumus affirmare, de Magno Simone Antunes. Quintū ōfficiū est Tribuni celerū, quod antiquissimū
390. est à tempore Romuli adinuentū, & magnificos, & illustres appellat, illos *Claudius in l.* 1. *col.* 3. *D. de officio eius, cui mandata est iurisdictio, quem sequitur Tiraquel. d. cap.* 8. *num.* 15. *in fine, vt ex Liuio, Feneſtella, & alys tradit Cabed. supra decis.* 103. creatū in hoc regno Lusitaniæ, à tempore Alphonsi V. vt in eius chronica scribitur, hic præest omnibus equitibus in exercitio bellico, qui regē comitantur, & in eodem exercitio Regis protectioni intendit, sicut de protectoribus, tēpore pacis, supradiximus, & ideo hoc officiū est comprehensum *in Rubrica, C. dom. & protect. lib.* 12. *agunt Doctores per textum ibi, in leg.* 1. *&* 2. *C. Præf. præt. vrb.*

Sunt etiam numerāda inter sublimiores dignitates militiæ, officia Capitaneorum, qui in Africanis
391. arcibus, continuo conflictu, Sarracenorum impetum, & ferocitatē per quā strenuè repellunt, cum tāta gloria nostri Regni Lusitaniæ, vt meritò omnes exteræ nationes, Lusitanos vnicos appellēt, propter admirāda nostrorum facinora, ibi patrata, vltra humanam virtutem, quæ videntur fidē superare, & fieri humana manu vix posse credātur; ideoque iure optimo, ad prædicta officia semper illustrissimi viri eliguntur, vt experientia docet, habēt autem officia illa magnam dignitatē, ità vt ducibus, & comitibus, qui primā habent dignitatē, æquiparentur, *per text. in l.* 1. *&* 2. *Cod. de comitibus rei milit. lib.* 12. *& in l.* 2. *ad fin. Cod. vt dignit. ord. seruetur lib.* 12. Hac dignitate fruuntur omnes Illi Capitanei generales, quos principes nostri, quotānis, in Indicas Regiones mittere solent, notat *Gaspar Toletanus in d. Rubrica Cod. comitib. rei mil. num.* 4. & comitiuam dignitatem, consequebantur, notat post *Andream Izern. Ioannes Plat. in d. leg.* 1. *notabili* 1. vbi ait, Capitaneos, qui à Principibus mittuntur, ad prouincias transmarinas regendas, cum magna militum copia, cōsequi primi ordinis comitiuam, & illustres dici, *& Bart. ibi* scribit, quod capitanei, qui mittuntur per Papam, vel principem vltra mare, ad expugnandos Sarracenos, sunt pares proconsulibus, indignitate, qui, licet non illustres, tamen spectabiles dicuntur, *l.* 1. *C. de comitibus consistorianis, lib.* 12. *leg. Raptores C. episcopis, & clericis. l. Viros C. de diuers. officys, lib.* 12. *Guid. Pācir.* 1. *part. c.* 46. *Authent. de non alienād. rebus eccles. §. fin. Collat.* 2. *Peña in dict. l.* 1. *Chassan. in consuetud. Burgund. in præfatione, num.* 4. *Anton.*

392.

Rubeus

Rubeus cons. 86. *Petrus Bellin. de re milit.* 1. *part. tit.* 16. *nu.* 29. *& Cuiac. sup. dict. l.* 1. *C. comitib. rei milit.* vbi enumerat, quinam comites superent hos militares, & qui ab ipsis superentur, *addo Petr. Calefat. de equestri dignitate nu* 66. *in principio, & in l.* 1. *D. de officioso eius, num.* 46. notatur etiam *ad l.* 2. *Cod. offic. præf. prætorio Afric.* apud nos vero, nõn solum illustres, sed illustrissimi efficiuntur omnes illi, qui ad Africanas arces regendas eliguntur, & constat ex ipsa rei grauitate: nam defensionem Africanæ arcis, principalis de Cepta, quæ frenum
393. imponit omni sarracenorum ferocitati, hæreditario iure capiunt Marchiones de Villa-Real, excellentissimi,& inuictissimi,quorum munus honorificẽtissime adinstar principum semper sustinuere. Ad secũdã id est, Tãgere, antiquitus vocabantur, & succedebãt Comites illustrissimi de Tarouca, donec in
394. Curia comitis Ioannis, ad immediatam regis protectionem deuenit, qui ex magnatibus Regni, capitaneum solet eligere. Ad tertiã denominatam Marsagão, aliquãdo per successionem deueniebant illustres successores *de Carualho*,
395. donec per eorum negligentiam, ad protectionem regiam deuenta est, ad quã solent denominari viri illustres, ac bello fortissimi; ex quibus apud nos huiusmodi Capitanei illustres habendi sunt, tum ex communi reputatione, quæ solet gradus nobilitatis creare, vt supra diximus, tum ex muneris grauitate, vt patet, nobilitatem maximam obtinebunt, quicunq; ex media fortuna ad illas ascenderint, quos sub titulo de comitibus rei militaris nullum dubium est comprehendi, *Garsia Toletan. vbi supra, num.* 1. *&* 2.

De cęteris vero Capitaneis, qui ad arces nostræ Indiæ, & arces Brasilicas, & Insulas solent assignari, 397.
quod sint illustres, resoluẽdũ puto, quanuis de iure communi fruãtur spectabilis dignitate, *iuxta d. l.* 1. *&* 2. *Cod. comitibus rei milit lib.* 12. cum multis supra adductis, *de quibus Cuiacius in d. l.* 1. *C. comit, &c.* nam hi vere, & proprie mittũtur ad hostes extirpandos, ac ad profugandos à prædictis arcibus, vt patet, in eisq; verificantur verba dictorum iuriũ, meritoque illis debent communicari priuilegia dignitatis, ac præeminentiæ in dictis iuribus cõcessa, his enim totali proprietate conuenit, vt spectabiles denominentur, vt in *dict. l.* 1. *&* 2. *C. comit. rei milit. &c. lib.* 12. *vbi gloss. Accurs. in Rubr. Petrus Calefat. in l.* 1. *D. de officio eius, &c. num.* 23. *& in tract at. de equestri dignitat. num.* 65. *Marcellin. lib.* 21. *quem refert, & sequitur Cuiac. in l.* 1. *C. clarissimatus dignitate*, quanuis scribant, olim gaudere duces illa clarissimatus dignitate, ad quod conducit lectio, quã multi sequuntur ad illam rubricam, qui non de perfectissimatus, sed præfectiatus dignitate,

dignitate legunt, quæ illis tantum dabatur, qui bellico exercitio præficiebantur, *vt ex Hugone, tradit Lucas de Pegna, in eadem Rubr.* & ideo hi æquiparantur in dignitate senatoribus, *in l. 1. C. Naturalib. lib. optime Toletan. d. num. 4. & 5.* vbi fere in terminis.

Restat solùmodò discutere vtrũ capitanei positi, intra ciuitates
397. Regni, & in oppidis, & Villis, potiantur aliqua nobilitate, ratione officij? & videbatur negatiuè resoluendum, quia hi militare non dicuntur, nec sunt expositi periculis Belli, ac proinde cessante causa priuilegij, ipsum cessare dicendum videtur, *argument. leg. Adigere, §. quanuis D. de iurepatronat. cum vulgaribus, post D. Thom. 2. 2. quæst. 120. articul. 1. Soto lib. 1. de iustitia quæst. 6. articulo 8. Tiraquel. cessante causa num. 130. Morla de legib. quæst. 11. à num. 17. Faquin. controuers. lib. 10. cap. 74. Soar. de legib. lib. 6. cap. 7. à num. 3. Barbos. leg. 1. part. 1. num. 87. D. soluto matrim.* Deinde, quia Doctores indigni, quos doctorellos nomine tantum, scribentes ap-
398. pellãt, quia scientię non insudant, non potiuntur priuilegijs doctorum, vt cõmuniter resoluunt Doctores, *per Baessam de inope debitore, quæst. 4. princip. quæst. 10. numer. 16. Borus de Curtili. 3. part. num. 107. & 149.* vbi hos Doctores pedaneos vocat, quia parum meruere, & *Barbat. in præmio Clement.* ait tempore Eugenij 4. fuisse in Rota iudicatum hos non gaudere priuilegio aliorum. Doctorum, *tenens expresse Anchar, in cap. 1. de Paroch, Abb. in cap. Clerici, de Iudicijs, Bald. in proem. Decretal. Petrus Lenand. de priuileg. doctorum, a num. 45. Cardin. Iason. Grammat, & aly, de quibus Vulpellus cons. 141. num. 3. & sequentib. Farinac. quæst. 41. numer.* 43. Sicut de Scholari, qui non 399.
studet, quod non debet gaudere Priuilegio scholasticorum, *tenet Petrus Reb. de priuileg. Scholast. priuileg. 3. num. 11. & priuilegio. 168. Horatius Lucius, eodem tractatu, ad finem, sub titulo, qui gaudẽt priuilegijs à numer. 4. post Rip. Alciatum, & alios, ad l. 1. D. soluto matrimonio, prosequitur ibi, insignis Barbos. 7. part. numer. 61. & sequentibus, Raudens. de analog. cap. 37. à numer. 89.* Et comprobatur, quia priuilegium Militibus concessum, illis non cõpetit, qui militiam nõ exercent. *l.* 400.
penult. Cod. testament. milit. & Iureconsultus *in leg. Qui duas ad fin. D. de excus. tutorum* ait, priuilegiũ immunitatis, non competere illis, qui negligenter se habent circa administrationem sui officij, & idem probatur ex, *leg. Semper, §. final. vbi Bart. D. de iure immunit. notatur ad leg. Qui sub prætextu, Cod. sacros. Eccles.* facit *leg. Si quis in fin. Cod. de domestic. & protector. lib. 12. ibi, quos conuenit esse assiduos, capit. Cum ex eo, de election. lib. 6. ibi, literarum studijs insistentes*, deinde, quia priuilegia concedũtur scholasticis

proprer ſpem proficiendi in ſtudio, *leg. 1. Cod. qui æt at. ſe excuſant. lib.* 10. quæ ſpes deficit in eo, qui non ſtudet, etenim ſi continuo ſtudentes parum proficiunt, vt omnes etiam Doctores teſtantur, quæ nam oritur ſpes de illis, qui libros ab horrent, illisque nec parum incumbunt, mitto multa, quæ ad propoſitum cumulat *Horatius Lucius vbi ſupra num.* 8. *Barboſ. numer.* 63. ergo cum prædicti Capitanei poſiti per Ciuitates, Villas, & oppida Regni, militiã non exerceant, eis competere nequeunt priuilegia, quæ Capitaneis actu militantibus tribuuntur.

Sed dicendum eſt illis competere multa priuilegia, vt ex tenore priuilegiorum apparet, per quæ ab
401. inuictiſsimis Regibus noſtris conceſſum fuit vt tales capitanei multis fruantur priuilegijs, inter quæ recenſetur, vt habeantur pro equitibus, vulgo (por Caualeiros fidalgos) patet ex verbis regiminis, vulgo (*o Regimento das Companhias, §.* 41. *ibi, & per a que os Capitaẽs das companhias, & os Alferes, & os Sargentos dellas folguem mais de ſeruir os ditos cargos, & por lhes fazer merce, hey por bem, que cada hum delles goze, & vze, do priuilegio de Caualeiro, poſto que o nãoſeja*: & poteſt hoc priuilegium nobilitatis confirmari extraditis per *Horatium Lucium, dict. priuileg.* 18. *in principio, Lanauder d. loco. num.* 51. *Barboſa ſupra, nu.* 61. vbi reſoluunt, quod priuilegia, quę conceduntur, non propter exercitium, ſed propter dignitatem, non negantur ei, qui habet dignitatem, licet minus competenter, *Barboſa dict. numer.* 63. *per textum, in leg. Maximarum Cod. excuſ. mun. lib.* 10. *Valaſc. Portuenſis allegat.* 13. *numer.* 246. Vnde patet, huiuſmodi ducibus non competere priuilegia, quæ competunt equitibus confirmatis, videlicet homenagium in delictis, *iuxta Ordinat. lib.* 5. *titul.* 120. per quam hoc priuilegium ſolummodo concẽditur equitibus confirmatis, per Regem, de cuius forma, & confirmatione habemus *Ordinat. lib.* 2. *titul.* 60. Vel equitibus trium ordinum militarium, de quibus ſupradiximus: cum ergo prædicti duces non ſint equites per principem confirmati, homenagio non potientur, nec poterunt manu propria ſcripta maioris ſummæ à lege taxatæ conficere, nec procuratorium mandatum; ſufficiet tamen qualitas prædicta, vt admittantur ad officia, ad quæ nobiles aſſumi conſueuerunt, & vt prædictis naturales non ſuccedant, *iuxta Ordinat. dicto titul.* 92. Aduertendum tamen eſt circa prædictos, neceſſe eſſe, ne ipſi officia mechanica exerceant, nã in hoc caſu, non proderit eis prilegiũ militiæ, vt declarat eadem *Ordin. in* §. 1. Nã tale exercitium, impedit abſq; dubio effectũ priuilegij, ſicut quãdo pater tanquã nobilis ſegerit, vt ſupra diximus.

Et non

Et non solum duces, sed signi-
404 feri, vulgo (Alferes, & Sargenti) habent eandem nobilitatē ex prædicto regimine, vt ex eodem constat, *ibi, & os Alferes, & os Sargentos, notat in terminis Thomas Vaz d. nu.* 246. circa quorum nobilitatē, vide multa per *Farinac. lib.* 1. *consil.* 95. quæ sufficiant dicta circa militiā.

Restat tertiā discutere causam, ex qua nobilitas acquiritur, scilicet ex officio. Incipiamus ab altiorib⁹, & videamus officium comitū, qui
405. prouincias regunt, vt sunt Gubernatores, vel Regni, vel alterius Prouinciæ, seu regionis, hi enim ratione officij eximiam, & illustrē cōsequentur nobilitatem, licet ad prædictum munus solum illustres assumi experientia doceat, tamen si minus nobiles eligantur, acquiunt veram, & propriam nobilitatem, ita vt inter illustres recenseri valeant, vt notant *Doctores, per textū ibi, in l.* 1. *Cod. comitibus, qui prouincias regunt. lib.* 12. *leg.* 1. *Cod. præfect. Præt. siue vrbis lib.* 12. Nam ex prædicto munere, modo illustres, modo spectabiles fiunt, *vt probatur, ex Authent. de Appellat.* §. *Illud Collat.* 8. *& ex leg. Prouincialium Cod. crog. milit. annon. eodem lib.* glossa *in dict. Rubr. de comit.* vbi *Cuiac.* notat illis eandem nobilitatē tribui, quæ tribuitur comitibus sacri palatij, *leg. Viros Cod. Palat. sacrar. largit. lib.* 12. quibus, supra diximus, competere maxima nobilitatis priuilegia, idem fatetur *Dyonis. Gotho-fred. in notul: ad dict. leg.* 1. *litera. V. Guido Pancirola, de Notit. vtr. dignit. part.* 1. *cap.* 25. Aduertendo, in hac materia quatuor gradus distingui *à gloss. in l.* 1. *D. de officio eius, quam late prosequitur Bart. ibi à principio, Ias. Paul. de Orian. Monter. Petr. Calefat. Iacob. de Nigris, Alciat. & alyscribentes, Gaspar Valas. ad l. Imperium, num.* 76. *D. iurisdict. omn. iud.* ibi, gradus sunt superillustriū, illustrium, Spectabilium, denique clarissimorum, quos prosequere cū supradictis, licet aliqui ex ipsis gradus super illustrium impugnēt, tamen late defendit Orianus Mōterius, supra, *Val. dict. leg. Imperium num.* 77. *& sequenti. Menoch. casu* 68. Vide quæ supra *nu.* 341. vbi superillustrium gradum non esse late probamus.

Similiter quam maximam nobilitatē consequitur rector iustitiæ, in hoc Regno, vulgo (Regedor,) de quo agit *Ordinatio lib.* 1. *titul.* 1. 406.
qui semper ad illud munus promoueri solet, vir ex primaria nobilitate, vt late recenset *Gamma decis.* 1. *numer.* 16. tamen, si aliquando in eo de esset, ratione muneris illustris efficitur, *vt probatur ex text. in dict. Authentic. de Appellat.* §. *Illo, ibi* (*ad illustrissimam præfecturam*) *Collat.* 4. *leg. Præcipimus,* §. 1. *Cod. de Appellationibus, leg. De ordinario Cod. officio præfect. prætorio. leg. Viros Cod. Palat. sacror. largit. lib.* 12. & adæquatum est hoc officiū Tribunis celerum, & magistris

equitum, iuxta l. 1. C. officio Præfect prætor. lib. 12. vbi post ordinarios *Cuiacius, & Gothofred. Alciat. in illa Rubrica, Cabed. decis. 1. numer.* 12. *cum gloss. in Rubrica, de officio præfect prætor, quam extollunt Decius, in l. 1. D. de officio eius, & cæt. numer.* 12. *vbi Cursius iunior, num.* 10. *Menoch. de arbitr. casu* 68. *num.* 3. *vbi plura alia adducit, Estephan. Gracian. forensiũ 2. part. cap.* 284. *num.* 1. *Chassan. in cathalog. glor. mundi. 2. part. consider. 2. addo Iacob. Mandellum, in 2. part. leg. 1. D. de officio eius, numer.* 8. *Sed melius omnibus, videndus est Martinus Monterius, in 2. part. eiusdem legis primæ, num.* 5. vbi resoluit huiusmodi præfectum prætorio, non solum dici illustrem, sed etiam super illustrem, ex eo, quia licet inter illustres numeretur, tamen, quia maiori dignitate præfulget, super illustris dicitur, & adijcit illũ dici, qui erat præsul senatornm, allegat *textum, in Authent. de Ordine Senatus præsidente*, qui textus in collationibus authenticorũ non reperitur, sed inter Doctores reputatur. *Extrauagans, licet glossa, in l. Nemini Cod. de Consul. lib.* 12. illum pro vero citet, & non solum in nostro Regno Lusitaniæ, sed in Castella sic appellatur præses Regij senatus,
408. intra palatium Regis, *vt per Cabed. dicta decis. 1. num.* 14. *&* 20. *Gamma etiam decis. 1. num.* 20. *& est lex.* 19. *titul.* 9. *part.* 2. vbi dicebatur, (Adelantado de Corte) qui etiam aliquãto in hoc Regno dati fuit, ad
407. Prouincias regendas, vt ex chronicis refert. *Cabed. supra num.* 21. Et circa qualitates huius rectoris, vltra prædictos videndi sunt *Molin. lib. 2. de primog. cap. 7. num.* 59. *Perez lib. 2. titul.* 13. *Ordinamenti, post Gregorium, leg. 4. tit.* 24. *glossa 1. part.* 3. *Petr. Gregor. syntagmat. iuris. 3. part. lib.* 47. *cap.* 18. *numer.* 2. In Regno Franciæ, tota hæc potestas est penes Cancellarium maiorem, *vt notat Purpurat. dict. leg. 1. D. officio eius, num.* 43. *Chassan. part. 7. consider. 7. Gamma decis. 1. num.* 16. *Pyrrhus de Magistr. Romanis, part. 1. nuner. 7.*

Decitur etiã super illustris præses senatorũ sacri palatij, qui maiori præsidet Tribunali in quo expe- 409.
diuntur omnes libelli supplicatorij gratiæ, fit electio Magistratuum, & de totius Regni iustitia tractatur, *iuxta Ord. lib. 1. tit. 3. & ad finẽ illius lib. de Regimine Senatorum palatij sacri*, agnoscit *Cabedo d. decis. 1. num.* 14. hic enim, cum æqualem, ac maiorem dignitatem, quã Rector iustitiæ habeat, quemadmodum ille, super illustris dicitur, in iure, ita de hoc cẽsendum est, præter quam quod, eligi solet semper vir, ex illustrissima familia, vt palam est.

Rector etiam iustitiæ appellatur Gubernator relationis Portugalensis, qui Senatoribus pręsidet; nam prædictum munus, seu officium maximam dignitatem habere inficiari nequit, rectorem que

prædictum

prædictum inter super illustres numerandum, solum ratione officij, quod ostenditur ex eo, quia hic post diuisionem vtriusque domus, vicé rectoris iustitiæ obtinet, tam in criminalibus, quã in Ciuilibus, & antiquit' rectoris nomine vocabatur, sed ad differetiam Rectoris domus Supplicationis, gubernator cognominatur, testatur *Cabed. d. decis.* 81 *num.* 16. *& sequenti*, cum ergo hic succedat præfecto prætorio, quem secundũ leges Doctores super illustrem agnoscunt, vt satis dictũ est, etiam ei necessario concedenda est
410. prerogatiua super illustris, *argum. reg. l. Eum, qui §. Qui iniuriarum Dig. si quis cautionibus, de qua Gabriel de regul. iuris concl. 2. Peregrin. art. 16. numer. 30. Cabed. de renouatio quæst. 3 inu. 18. & ad §. Sed hæc de in offic. nu. 28. Barb. leg. Maritum. D. solut. matrim. num. 78. Castill. tom. 4. cap. 36. à num. 51. Surd. consil. 13. à nu. 24. & in hac materia Crianus in l. 1. D. offic. eius, num. 16.* Maxime, cum tam gubernator Portucalensis, quã rector iustitiæ domus Supplicationis principem, præsidendo, repræsentent immediate, *iuxta l. 1. C. offitio vicarij*, & ideo illustrissima dicitur talis præfectura, vt in terminis de præfecto prætorio scribit *Monter, in d. leg. 1. de officio eius, n. 5. in medio.*

Hic addere libuit gubernatores alios, quos inuictissim' Rex noster ad regẽdas alias, etiã transmarinas prouincias Algarue, Brazil, Angola, Indias, &c. mittit, merito enim inter super illustres numerandos ratione dignitatis, inficiandum. nõ 411.
est, sicut similiter apud Romanos dicebantur præfecti prætorio, quicunq; ad prouincias administrandas mittebantur, vt constat *ex titulis Cod. 12. tit. 26. & 27. de officio præfecti prætorio Africæ, Orientis, & Illyrici*, vt ex aliis comprobat *Ioannes Pirrhus de Magistrat. Roman. 1. part. num. 9. Cuiacius optime ib. paratitla C. lib. 1. tit. 26. Garsia Tollet. ad in Rubrica Cod. comitib. qui prouincias regunt lib. 12. Petr. Greg. syntagi. lib. 6. cap. 9. num. 2. & sequentibus, de quibus agit. tiraqu. de officio rectoris Prouinciæ, & de comitibus, qui prouinc. reg. lib. 12.*

Nunc subsequitur, quod etiam 412.
super illustres dicuntur regij consiliarij, qui ad principis latus assidue assistunt, vt testantur communiter scribentes, *ad l. 1. D. officio eius, vbi Iosan. num. 13. Angel. in l. Quisquis, per textum ibi, Cod. ad leg. Iul. maiest. Alex. Cons. & alij, cum quibus prosequitur Menoch. cons. 902. num. 8. & de arbitr. casu 68. à num. 36. Gaspar Valas. d. l. Imperium, Diuersdictione, num. 77. Guido Pancirol. lib. 1. var. cap. 8. a principio*, pro quibus citatur *d. l. Quisquis, ibi Cæterum illustrium, qui aliis præsunt. l. 11. Cod. Præpositis laborum ibi, quos nostris literis, comitatus illustrat, & in leg. 30. C. eodem libro 12.* Appellatur *summa dignitas, Cæsar Bollinger, lib. 2. de Imperatore Romano cap. 11. ad fin. & lib. 3. cap. 1.*

post. medium; quibus iuribus, quicquid nitatur respondere *Decius, in d. l. 1. num.* 15. tamen irrefragabiliter probatur prædicta prærogativa, dum expræsse illos viros illustres appellant, & addo ex *Oriano in repetitione d. l. 1. num.* 113. *post Iacob. de Nigris ibidem, Curtilem de nobilitate 3. part. num.* 43. considerat enim, cōsiliarios principis succedere in locū patriciorum, quos Imperator excentu senatoribus vocabat, vt consilijs eorum vteretur, qui habebant dignitatem maiorem senatoria, quod probat euidenter ex §. *filius fam. Inst. quibus modis ius patriæ, &c.* vbi grossis verbis Iustinianus docet, senatoriam dignitatem non liberare filium familias
514 à patria potestate, liberare tamen patriciatus dignitatem, quia maior est, *facit textus, in l. 3. & in l. fin. Cod. consulib. libro 12. l. Bene à Zenone C. quadriennij præscriptione*, ex quibus terminanda est quæstio, vt principis consiliarij non solum illustres, sed super illustres dicantur, non ex eo, quod non sint illustres, sed quia intra gradum illustrium, superiore habeant prærogatiuam, *Orianus vbi proxime, facit l. Si quando C. Appellatis vbi quisque de testib.* per quæ tenet in eis honorem patricij esse. *Cuiac. in l. vlt. C. de dignitatibus, lib. 12. Thomas Diaz, allegat. 29. Numer. 83.* amplius indocum *Menoch. d. casu 68. num. 22.* contra *Decium d. num.* 15. vt non solum consiliarij actualiter
413. inseruientes, in consilioque inter esse-

essentes, sed etiam, qui sine administratione, cum dignitate tantum dicuntur consiliarij, prædicto priuilegio potiatur, quod probat euidenter *l. vltim. Cod. vbi senatores, vel clarissimi, ibi* (*viros illustres, in hac inclyta vrbe degentes, qui sine administratione honorarijs decorati fuerint Codicillis,*) textus etiam optimus *in leg. 2. Cod. vt dignitatis ordo seruetur lib. 12. ibi,* (*veniant vacantes, qui præsentes in comitatu illustris dignitatis singulum meruerint*) quæ iura à parte appellant honoratos dignitate tantum, sine administratione, illustres, ex dignitate officij etiam sine administratione sibi impartita, de quo videndus est *Purpurat. in d. l. 1. à num. 120.*

Competit quoque eximia illa super illustris nobilitas Cācellario Maximo, nam hic succedit in lo- 414.
cum quæstoris sacri palatij, *iuxta Ordinationem lib. 1. tit. d. 2.* qui sane super illustris erat, *vt docet Glossa in Rubrica de officio quæstoris, quæ cōmuniter recipitur per Doctores, vt testatur Decius in d. l. 1. D. de officio eius, num. 12. & probatur ex l. Præcipimus, C. de Appellationib. ibi* (*virum etiam illustrem quæstorem nostri palatij*) *l. 2. Cod. officio quæstoris, ibi* (*viri illustris quæstores*) *l. 2. vbi Cuiac. C. de Petitionibus bonor. sublatis lib. 10. l. vltim. Cod. vbi senatores, vel clarissimi, Guid. d. lib. 1. variar. cap. 3. post principium, Cæsar Bulengerus lib. 3. cap. 15. de imperat.* multa de quæstoris dignitate, facit *leg. 1. D. de officio quæstoris, vbi Bartol.*

qui

qui scribit munus huiusce modi quæstoris, maxime Augusti temporibus esse, rescripta per legere, & subscribere, addere, vel detrahere, si quid iudicandum, vel respondedum a principe esset, vt auctor est *Cassiodorus variarum titul. de forma quæstura, quem aliis additis, sequitur Menoch. dicto casu 68. à num. 9. & Cuiac. vbi supra, Ioannes Monserat in schedula. magist. ciuil. cap. de quæstore, optime Bellin. de remdit. 1. part. tit. 22. à nu. 9.* & quæstorem etiam candidatū principis appellat *Alex. ab Alex. vt per Menoch. supra addo Fenestellam lib. 2. de potestatibus Romanis, cap. 3. Matienço in dialog. relat. 1. part. cap. 2. à num. 7.* vbi duas glossas citat *Accursij*, vnam, *in leg. vltim. Cod. de diuers. rescript.* alteram, *in Authent. de exhibend. reis, §. Quia vero Collat. 5. verbo, quæstorem*, quæ iam ab antiquo dixere, loco quæstoris succedere Cancellarios Maximos, de quorū laudibus multa effundit *Guilhel. in cap. Raynucius verbo, vxorem nomine Adelasiam, nu. 511. & sequentibus, Purpurat. leg. 1. numer. 89. De officio eius, vbi Iacobus Mandellus, num. 12. Orianus n. 20. & Bullenger. dict. cap. 15. per totum, Boer. de potest. Magni concily, num. 10.* & in Regno Franciæ, locum quæstoris sustinere Magnum Regis Cancellarium scribit *Menoch. supra num. 11. post Cuiac. in d. l. 2. Cod. de Petit. honor. sublat.* qui etiam de iure propter præeminentiam dignitatis, dicuntur modo magnifici, *iuxta l. vltim. C. de precibus imperat. offerend.* modo magnificentissimi, vt in *Authentico, vt diuinæ iussiones*, alias *Authent. 114.* illisque debetur gradus ille supremæ nobilitatis, quem doctores eis asscribunt, propter magnum officij pondus, magnamque principis erga illos confidentiam, vt considerat *Mantienço vbi supra, & Monsserrat*, in cuius verbis posita est conscientia principis, vt *per Bellin. d. trat. 22. nu. 9.* que dignitas saltem illustris, æqualiter communicabitur alijs duobus Cancellarijs vtriusq; senatus, propter identicam rationem oneris, & honoris, quæ in illis concurrit. Sic etiam de quæstore, seu Cancellario Magni prætorij, seu senatus Supplicationis, & alterius senatus Portugalensis asserendum iudico, qui successerunt in locū præfecti prætorij, qui maximam habet dignitatem *ex l. 1. Cod. officio Vicarij, ita Bullenger. de Rom. Imperat. lib. 3. cap. 2.*

415. Restat solum de Senatoribus sacri palatij dissentere, an similiter eadem prærogatiua potiantur, vt super illustres dicantur, & sentio affirmatiue resoluendum, ex eo, quia magna cum proprietate successisse videntur, in locum Consulum Romanorum, quorū potestas erat regalis, quia imperium cum iurisdictione obtinebant, vt *ex Aulogellio noctium attic. lib. 12. capit. 12.* tradit *Lusitanus, noster Antonius Gouean. in l. Imperiū D. de iurisdictione*

416.

omnium iudic. qui solum illis negat imperium absolutum, *per textum in l. 2. §. Exactis D. origine iuris*, qui regiam obtinebant dignitatẽ, *ibi tal. l. 1. & 2. C. consulib. lib. 12.* quam regalem potestatem nostri regij Palatini exercent; nam ipsi in toto regno absolutã administrãt potestatem, & iurisdictionem, dispensando super legibus, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, veniãq; delictorum concedunt, Iudices distribuunt, cæteraque omnia regis propria ambderatur, ac si idem met Rex præsens esset, vt constat ex eorum regimine, vides ne quam maximam vniformitatem officiorũ, quæ datur inter istos Palatinos, ac consules Romanos: merito ergo illis superillustrium dignitas erit applicanda, quam glossæ, & Doctores Consulibus concedunt, *vt vt per glossam ind. l. 1. §. Denique C. de Appellationibus, & in l. Quoties, verbo, vicariæ, C. vbi senatores, vel clarissimi, quas post antiquiores sequuntur Decius in l. 1. D. de offitio eius, nu. 7. vbi Purpurat, à numer. 65. Gaspar Valascus Lusitanus in repetitione legis Imperium, num. 84. Bolognet, in d. l. 1. num. 14. Duaren. lib. 2. disp. anniuers. cap. 1. ad fin. Cuiac. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. Gurd. Pancirola lib. 1. var. cap. 3. & 4. Menoch. d. casu 68. num. 13. per textum in l. Eos, §. Super Cod. de Vsuris. l. Si quando C. de Apellat. §. Ipsumma, Inst. de iniur.* quibus iuribꝰ probatur dari super illustres, qui, vt supra diximus, illustres sunt, sed quia magis illustres alijs, qui similiter illustres sũt, ideo super illustres nuncupari debent, & sic intelligũtur iura, quæ illos tantum illustres appellant, & post magnum digressum cum hac sententia quiescit *Orianus, in d. l. 1. num. 18. videndus num. 15. vbi Calesat. num. 19. & in tractat. de equestri dignitat. numer. 13. Monter in d. l. 1. numer. 5.* moti ex eo, quia prædicti consules successerunt in locum regum, vt constat *ex l. 2. §. Exactis de Orig. iur.* sed reges non recognoscentes superiorẽ dicuntur super illustres, *ex cap. Peruenerabilem, qui filij sint legitim. cap. Solitæ, de maior. & obed.* igitur similiter, cõsules eadem dignitate habendi sunt, & quanuis *Menoch. d. loco nu. 19.* affirmet, hodie vix inueniri, quis eorum loco sit, non meminit de nostris Palatinis, iuxta modo dicta; nam si veram eorum haberet notitiam, illis concederet prædictam prærogatiuam, quam consulibus debitam fatetur, faciũt in confirmationem, quæ circa proceres sui Parlamenti in regno Frãciæ scribit Monsarrat in *schedular. mag. ciu. §. De sacro consistorio, à principio.*

Prætermitendum nõ duxi omnem gradum nobilitatis, senatoribus Palatinis concessum, pariformiter competere senatoribus deputatis supremo Tribunali Conscientiæ; nam hi etiam immediate principẽ repręsentant, & in sphera suæ iurisdictionis omnia administrant

trant,cū ſuprema poteſtate. Deinde,ſicut palatini, Tribunaliaq; inter ſe cum proportione cenſentur æquiparata, vnde neceſſario eadem cōmunicatione prærogatiuæ ſuper illuſtrium gaudere debent prędicti ſenatores,de quibus apud ſcribētes nihil inueniri poteſt,hoc autē bene procedit de iure cōmuni,regio autem noſtro attento, ſolum palatini illuſtres fiunt,per ſpeciale priuilegium ſibi conceſſum, quod ad alios non extenditur.

Quid ſentiendum de reliquis ſenatoribus,*Iaſon.in l.1.D.de officio eius num.* 5. ſcribit ipſos eſſe ſuper-
417. illuſtres, mouetur, quia principi æquiparantur,*l.*1. §. *De qua autem D.de Puſtulando, leg. Quominus D. de flumin,* & non erat dubium poſſe leges condere,*iuxta l. Non ambigitur D.de legibus,* quia princeps numeratur inter ſenatores. *leg. ius ſenatorum, Cod. de dignit. lib.*12. Sed princeps non ſolum illuſtris, ſed ſuper illuſtris, imo ſuper illuſtriſsimus nominatur, ergo ſenatores ſuper illuſtres habēdi ſunt,& ita illos appellat gloſſ.*in l. finali C. vbi ſenatores, vel clariſsimi, & gloſſa in leg.*1. *C.de dignit.lib.*12.*& ſecūdum Alex. probatur ex l. fin. D.de ſenatoribus, vbi Baro,& notauit gloſſa, in l. Senatoris filium D.de Senatorib.* hi enim, tempore antiquo, erant centū numero, *iuxta l. fin.C.de Petitione hæredit. vbi gloſſa, verbo, centum viralis,* ideoque ſuperilluſtres, eſſe crediderūt, gloſſæ, & prædicti Doctores. Sed contrariam ſententiam defendunt *Decius,in d.l.*1.*num.*6.*Curſ.iun.n.*8. *Orianus, numer.*13.*Iacob.de Nigris. num.*7.*Bellon.lib.*4.*ſuppurat.cap.*10. *quos ſequitur Menoch. d. caſu.*68.*nu.* 20.*Cuiac.in d.l.*1.*Cod.de dignit.lib.* 12. affirmantes ſenatores tantū de iure illuſtres eſſe,probant *ex l.decu-* 418.
rionibus 3.§. *vltimo C. ſilentiarijs lib.* 12. vbi ſolummodo illuſtres ſenatores dicuntur, *& ex l. fin. Cod. de tutor,& curatorib. l. pen.C.de dignit. lib.*12. facit etiam *l.Quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt.* vbi inter viros illuſtres etiam meminit de ſenatoribus, vt conſiderat *Decius, d.num.*6. confirmat *Guid. Pancirola d. cap.*3.*ex leg. vltim. D.de Senatoribus,* quod ſolum ſenatores erant de illuſtribus,quicquid repugnet *Menoch. d.num.*20. & ita *Spartianus in Seuero* Senatores illuſtres dicit, per tranſit *Garſia de Nobilit. gloſſ.*35.*num.*39.

Tertiam inuenio ſententiam *Alciat,in l.penult.nu.*14. *C.de Pact. & lib.*3.*diſput.cap.*4. *Duaren.in lib.* 2.*diſp. cap.* 1. *Baro,in leg. fin. ad fin. D.de Senatoribus;* qui affirmant, ſenatores tantum dici clariſsimos, non autem illuſtres,ideoque *Cicero in Epiſtolis familiaribus,* appellat Senatores nobiliſsimos, *l.* 2.*C. de his qui veniam ætatis, leg.* 2. *Cod. ſententent. paſsis, leg. Senator Cod.dedignit. lib.* 12.

Sed in rigore hæc tertia ſententia non diſſentit à ſecunda, quia dignitas clariſsimatus,cum conſtituat gradum inferiorem ab illuſt.i,

abſorbe-

absorbetur à maiori, quia erat nomen generale, & omnibus illustribus, ac superillustribus quadrat: nã princeps clarissimus appellatur, *l.* 1. *C. officio ciu. iud. optime Orianus in d. l.* 1. *D. officio eius, num.* 28. *in principio, vt aduertit Bellon. in d. cap.* 10. *quem sequitur Menoch. su[illegible] nu.* 27. in quo sensu, in effectu coincidit cum secunda sententia, quam sequimur.

Nec illa retenta, obstant fundamenta Iasonis, quia verum est, quã maximam fuisse antiquitus senatus potestatẽ, vt leges condere possit, *d. l. non ambigitur, D. de legibus, leg. Cum hic status, in principio D. de donationibus inter, &c.* bella, & exer-
420. citus administrabat, *vt scribit Budeus in leg. vltim. D. de Senatoribus;* prouincias imperio subiectas per Consules regebat. *l.* 2. §. *Nouissime D. origine iuris;* apud senatum adeo ampla erat potestas, vt nec Imperator ipse, Senatu inconsulto, de republica aliquid disponere valebat, & ideo hoc tempore senatores superillustres merito dici poterãt, vt Iason contendit, quia eadem potestas erat circa Senatum, ac circa principem, & cum repræsentaret hãc supremam potestatem, etiam titulus superillustris ei cõpetebat: at vero, post Imperatorẽ Iustinianum, senatores multo minorem habuerunt potestatem, vt patet *ex l. vltim. Cod. de legibus,* à quo tamen solum habuit Senatus cognitionem causarum ciuilium, & criminalium, cum illa superioritate, vt ab illo non appelletur, vt apud nos obseruatur secundum *Ordin. lib.* 1. *tit.* 5. *& li.* 3. *tit.* 95. *in principio,* quod est secundum, dispositionem iuris cummunis, *l.* 1. *D à quibus appellare non licet, l. Prefecti D. de Minor.* & hanc causarum decisionem, nõ ex æquitate, sola facti veritate inspecta, prout princeps, nec extra iuris ordinem exercet, sed cum maxima ordinis iudicialis obseruatione, factique serie bene pensata, vt apud nos videre est, in *Ordin. reg. lib.* 1. *à tit.* 5. *cum sequentibus, & lib.* 3. *tit.* 63. vnde cum iam senatores careant illa suprema potestate, non superillustres, sed tantum illustres dicentur, vt bene resoluit *Menoch. d. loco nu.* 33. vbi plures senatus, Delphi- 421.
natus, Mediolanensis, Taurinẽsis, aliosq; commemorat, nos verõ, ad probandum senatores esse illustres in hoc Regno adducimus *Ordinat. lib.* 5. *titul.* 120. *in principio,* vbi ad effectum concedendi homenagiũ in criminibus, æquiparat senatores equestribus prouenientibus à solari, & scriptis in regia Matricula: vnde quoad hunc effectum, illustres merito dicuntur, nõ tamen cẽsentur descripti in matricula (dos fidalgos) nisi solum senatores, i li, qui patrimonium regale iudicant, vulgo (os da fazenda) & regij Palatini, ac supremi consiliarij, ad quod non aduertit *Barbosa in additionibus ad dictam Ordinationem.*

Quid de alijs magistratibus inferioribus

ferioribus, prout sũt Prætores prouinciarum, & ciuitatum, & alijs magistratibus inferioribus à principe electis, & confirmatis in locis notabilibus regni. In primis Prætores, *ait Iason in leg. 1. D. de officio eius. nu.* 14. spectabiles esse, & con-
422. stituere, tertium gradum *per textũ in Authent. de Appellat. §. Similiq; modo Collat.* 4. vbi spectabiles dicũtur Prætores, *Chassan. 7. part. considerat.* 18. Nec aliud intendit *l.* 1. §. 1. *D. rebus eorum*, vbi Iureconsultus appellat illos clarissimos, idem ait, *l.* 1. *Cod. de Tutor, & curatoribus illustriũ*, quia in maiori dignitate certum est minorem comprehendi; *l. Cum furti D. de in lit iurando*, idem tenet *Iacob. Mandel. ibidem, num.* 9.
421. *Sapia num.* 7. *optime Gaspar Valasc. in dict. l. Imperium à numer.* 107. *post gloss. in Rubrica de officio prætoris, Petr. Bellin. de re milit. part.* 1. *tit.* 20. *num.* 8. licet ab hac opinione recedat *Orian. in dict. l.* 1. *num.* 26. qui existimat cum *Feneſtella de Magist. Rom. quem ipse refert*, prætores illu-
423. stres fuisse, ex eo, quia prætori insignia regia fuere delata; ac consulares apparatus, sed consules erãt illustres, vt supra ostendimus: ergo similiter prætores illustres esse debẽt. Deinde, quia in iure validũ est argumentum à nominis ethymologia *iuxta leg.* 2. §. *Appellata D. si cert. petatur*, sed prætor dicitur à præeundo, ex eo, quia præerat omnibus magistratibus. Deniq; prætores demulciebãt iuris duritiam, vt probatur, *ex leg. Ius pluribus, leg. Nam & ipsum D. de iust. & iur.* Ex quibus sibi persuadet *Orianus* non solum spectabiles, sed illustres dici prætores Romanorum, quam etiã sequitur *Guido Pancirola lib.* 1. *var. cap.* 4. *à principio*. Sed sententia Iasonis, & sequacium absque dubio
424. verior est, *per d.* §. *Similiqae modo*. Nec rationes Oriani multum vrgent, quia licet verum sit attento tempore antiquissimo Romanorum, magnam fuisse prætorum potestatẽ, dum vnus creabatur à populo ad edicta, tanquam leges promulganda, vt constat *ex* §. *Prætorũ quoque edicta, Instit. de iure natural. l.* 2. §. *Eodem tempore D. orig. iuris, & in* §. *Cumq; consules, & in* §. *Deinde Cornelius*, quod factum fuisse constat propter quàm maximam breuitatem verborum legum 12. tabul. quæ cum non sufficerent ad expeditionem dubitationum, quotidie emergentium, creatus fuit prætor, qui pro sua prudentia, mentem, & verba legum casibus applicaret, nõ solum iuuando, sed supplendo, moderando, & abrogando, vt probat *d. l. Ius autem ciuile* 7. §. 1. *D. de iust. & iure, cum lege sequenti, vt recte explicant scribentes ad dict.* §. *Prætorum quoque edicta, optime Hottom. de Magist. Rom.* §. *Prætor, Alex. ab Alex. lib.* 2. *dier. gen. cap.* 15. *Mendonça, lib.* 1. *disput. cap.* 2. *Pichard. in dict.* §. *Prætorum, cum alys*, tamen post Iustinianum, multum labefactata est prætorum dignitas: nã post nouã, 425.
Iustinia-

Iustiniani constitutionem, de qua *in l. vltim. C. de legibus*, nec leges cõdere, supplere, vel illis detrahere Nemini licet, præter ipsum Imperatorem, nec prætores aliam habẽt dignitatem, præter iurisdictionem sibi concessam, cognoscendi de causis ad eorum officia deputatis, constat *ex titulo, de officio prætoris*, *Bellin. d. num.* 8. Et ab eis appellatur ad præfectum vrbis, vt constat *ex l. Si apud* 17. *C. de Appellationibus*, ideo illis maxima cum proprietate cõparari possunt prætores nostri, qui in ciuitatibus cõstituuntur, de quorum officio, & potestate agit *Ordin. lib.* 1. *tit.* 58. ita vt constituant, tertium gradũ nobilitatis de iure Cõmuni, & spectabiles dicantur, tanquam Prætores Romani, *dict.* §. *Similique modo*, & absque dubio, etiam apud nos dignitas prætorũ ratione officij magnam apud omnes habet existimationem, ita vt non quancunq; nobilitatem, sed quid altius gignere dicatur; certum est enim communem regni, prouinciæ, populiuè existimationẽ totũ facere, quoad materiam nobilitatis, *vt per Gutier Pract. quæst.* 14. *lib.* 3. *n.* 6. *& nu.* 51. *per l. Prouidendum C. de Postuland. cum alijs, de quibus, ibi.* Vnde infe-
426. ro prouisores sæculares, vulgo (prouedores) ad hanc classem nobilitatis reducendos esse, quemadmodũ auditores Castrorum, Regni, & similes, qui intra metã similis dignitatis aliquantulum magis, ac minus nobilitatis consequentur intra eundem gradum, ita vt non mutet speciem, iuxta regulam *l. vltim. D. de fundo instruct.* quã exornãt *Menoch. de arbitra. lib.* 1. *quæst.* 95. *Mantica de tac. conuent. lib* 23. *tit.* 3. *nu.* 7. *Valasc. de iur. emph. quæst.* 7. *num.* 27. *Surd. cons.* 430. *num.* 19. *& decis.* 7. *num.* 22. *Cald. consil.* 31. *num.* 21.

Transeamus ad iudices, quos Princeps in quacumque ciuitate, oppidoue notabili, cum ordinaria 427.
iurisdictione constituit, hi enim clarissimi dicuntur, quia successerunt in locum præsidis prouinciæ, qui de iure appellabatur clarissimus, *iuxta l.* 1. *C. de priuat. carcer. l. fin. C. ad l. Iul. de Vi public. l. Vnic.* §. *Post omnes. C. rapt. virg.* notat optime *Gaspar Valascus, in d. l. Imperium n.* 119. *Mandellus in d. l.* 1. *D. de officio eius, num.* 16. *Iacobus de Nigris, nu.* 8. *vbi citat textum optimum, in Auth. de defensoribus ciuitatum*, §. *Et iudicare collat.* 3. *alias nouella* 5. *cap.* 3. *in fine*, vbi dicitur, quod præsides prouinciarum sunt clarissimi, *glossa in rub. de officio præsidis, Ias. num.* 16. *& communiter scribentes ad d. l.* 1. *D. officio eius, vt per Nigr. ibi. numer.* 16. meritoque resoluimus, in eorum locum sobrogari iudices nostros ordinarios prouinciarum, ad quorum officium spectant ferè omnia illa, quæ pertinebãt ad curam præsidium: nam præsidis nomen generale est, pertinens ad omnes, qui 428.
prouincias regunt, vt patet *ex l.* 1. *& 2. D. officio præsidis*, scribit *Bellin.*

de re

429.

dere militat. 1. part. titul. 21. à principio, vbi solummodo habebant iurisdictionem intra suam prouintiam, *leg.* 3. *D. de officio præsidis*, expurgabant prouincias improbis hominibus, *leg. Congruit, eodem*, illicitas negotiationes prohibebant, *leg. Illicitas in principio. D. eodem* secundum merita causarum pronunciabant, §. *Veritas illius l.* Plura alia secundum leges expediebant, de quibus *Bellin. supra*, quæ omnia iudicibus nostris incumbunt hodie, vt constat ex *Ordinatione Reg. lib.* 1. *titul.* 65. Inper à iudicibus inferioribus ad præsides appellabatur, *iuxta dictam Authent. de defensor. ciuit*, §. *Et iudicare*, sicut hodie ab Ædilibus ad iudices appellatur, *Ordinat. lib.* 1. *titul.* 68. §. 2. Vnde concludendum est, iudices apud nos effici clarissimos, obtinereque vltimum gradum nobilitatis ciuilis ratione officij, vt per supracitatos, quibus addo *Garsiam de Nobilit. gloss.* 48. §. 3. *numer.* 76. *Crianum in dicta leg.* 1. *numer.* 28. vbi citat *glossam verbo, id est, in leg. vltim. Cod. præscript. long. temporis Chassan. part.* 7. *consider.* 19.

Sed licet supradicta resolutio vera sit, & communis, tamen ab ea
429. recessit *Decius in dict. l.* 1. *motus per textū, in Authent de Mandat. princip.* §. *Eos collat.* 3. *aliàs nouella.* 17. *cap.* 10. cuius textus verba sunt hęc, *Eos, qui vocantur loci seruatores, dare iudices in ciuitatibus prouinciæ, cui præsident licet spectabiles viri, vel clarissimi, vel præsides sint, omnibus interdicimus modis*, quibus verbis aperte demonstrat Imperator præsides nõ dici clarissimos, si quidem inter clarissimos, & præsides distinguit, per disiunctiuam, vel, tanquam inter duo, quæ nullam habent connexitatem. Sed respondent cõmunis sententiæ authores, disiunctiuam, vel, in hoc textu non stare
430. propriè, sed impropriè, id est, pro coniunctiua, prout accipitur *in Rubrica, D. si ager vectigalis, vel, &c. ita Iacob. de Nig. dict. numer.* 26. & confirmo ex loco Christi Domini post resurrectionem, *dicite discipulis, & Petro*, non ad ostendendum Petrum non esse discipulum, sed ad maiorem mentis expressionem, ita similiter, vel, de quo in illo textu, non significat disiunctiue, sed cum maiori expressione, quasi sit sensus, licèt spectabiles sint, vel clarissimi, vel præsides, id est etiamsi sint præsides, quos iudices inter egregias personas enumerat, *Garsia dict. numer.* 76. ne teneantur ire ad domum magistratuum pro testimonio ferendo, imo magistratus tenebuntur ad ipsorum domos mittere, iuxta terminos, *leg. Ad egregias D. de iureiurando.*

Eadem quæstio versari potest, circa alios iudices constitutos in oppidis dominorum, qui licet à Regibus confirmentur, per dominos tamen eliguntur, & quidem si

egimus de illis iudicibus, qui vulgo dicuntur (de fora) ipsos acquirere nobilitatem ratione officij, contendimus: nam licet hæc
431. nobilitas non adeo splendescat in illis, prout in electis principaliter per principem, tamen regiam administrant iurisdictionem, per donationes concessam magnatibus Regni, qui tales iudices constituunt, vt palam fit, & constat ex *Ordinat. Reg. lib.* 2. *titul.* 45. Vnde debent potiri eodem gradu nobilitatis, tametsi communis reputatio non tanti faciat istos, ac illos iudices à principe datos, vt experientia docet, illis autem clarissimatus dignitatem negare non possumus, quia, vt inquit *Iason in dicta leg.* 1. *de officio eius*, quem refert, & sequitur *Orian. ibi, num.* 28. quicunque in terra aliqua iurisdictionem exercet, clarissimus appellabitur.

Dubium tamen insurgit circa iudices ordinarios, qui per electionem quotannis in terris dominorum creantur: nam hi infimi sunt Magistratus, qui nullum gradum dignitatis in iure obtinent,
432. notant repetentes *ad dicta leg.* 1. *D. de officio eius*, vt per *Curt. ibi, qui adducit textum, in Authent. de appellationibus*, §. *Illud Collat.* 4. vbi Magistratus infimi nullum gradum dignitatis obtinebant, quæ fuit opinio *Speculatoris, titulo de, iurisdictione omnium iudic. numer.* 6. quem sequitur *Garsia, de Nobilit.* *glossa* 45. §. 3. *num.* 76. *Orianus in dicta leg.* 1. *num.* 28. *Sapia num.* 8. Ex quibus videtur resoluendum, istos iudices terrarum, qui per electionem creantur, ex tali officio nullã nobilitatem acquirant, maxime, cum rustici, & pedites soleant huiusmodi munus subire, vt cum *Speculat* tradit *Garsia dict. loco.*

In contrarium tamen stat, quod huiusmodi officium habet iurisdictionem annexam, & per conse- 433.
quens honorem, & nobilitatem, *iuxta leg. Honor, in principio, D. de Mun. & honor. leg. Honorem.* 10. *eodem titulo, Decius in cap. Vt debitus honor, per textum ibi, in principio, de Appellat. Mandel. in repetione, dictæ leg.* 1. *numer.* 2. Deinde, facit *textus in leg. vnica, Cod. si Rector prouinciæ in principio, vbi Imperator sic ait (ille, qui positus est in potestate publica, & honore administrandæ reipublicæ,)* quasi idem sit administrare authoritate publica, seu exercere iurisdictionem, ac honorem obtinere, *Iunat Ordinat. libr.* 5. *titul.* 139. vbi supradicti iudices eximuntur ab executione pœnæ vilis, in quo alijs viris, qui natiua fruuntur nobilitate, æquiparantur, allegari etiam potest doctrina *Bartol. in leg. Iudices, Cod. de dignitat. lib.* 12. *per illum textum*, vbi notat iudices esse nobiles, sequitur *Tiraquel. de Nobilitate capit.* 28. *numer.* 1. Nam infamis iudicare nequit iuxta *leg.* 434

Cum præ-

Cum prætor, §. *Non autem D. de iudicijs*, quia ab honoribus repellitur, inter quos munus iudicandi recẽsetur, *l.* 3. §. 1. *D. eo, quod metus causa, ibi, iure honoris, leg. vltim. in principio C. quando prouocare non est necess. ibi omne, &cæt.* & ibi, *omnem honorem iudicibus seruantes*, cum alijs, de quibus *Bald. Ioan. Andr. Barbat. & alij relati per Tiraquel. dict. cap.* 28. *num.* 4. *& sequentibus*, ex quibus apertissime colligitur officium iudicandi, nobile esse, nobilitareque clientulum suum.

Pro concordia vtriusque sentẽtiæ, distinguendum existimo in nostro regno, inter casum, quo in 434. oppido, vel castro, prædictum munus nobilibus concedi solet, & inter casum, quo permixtim nobiles, & pedites ad illud admittuntur, ita vt, priori casu, dicẽdum sit, prædictũ officium nobilitare, quod manifeste ostenditur: nam in hac materia nobilitatis totum facit cõmunis populi existimatio, vt tenet cummunis sententia, *de qua Gutier. 3. pract. quæst. 14. num. 6. Garcia de nobilit. gloss. 7. numer. 11. per textum, in leg. Cognitionum D. de Varijs, & extraord. cognit. l. Prouidendum, vbi gloss. communiter recepta Cod. de Postuland.* Si ergo in oppido, vel ciuitate, vbi tales iudices per electionem creantur, communiter existimatur nobilis electus, qui prædictum munus subierit, necesse consequens est, vt nobilitatem veram, & propriam ex prædicto munere adepiscatur, & sic intelligenda est secunda sententia supra relata; Vnde quoad nostrum intẽtum filiorum naturaliũ, vtrum sint succesibiles, vel non, sufficit prædicta qualitas, vt excludantur. In secundo vero casu, quando permixtim nobiles, & plebei ad officium admittuntur, tunc contendo ex prædicto munere, nõ acquiri veram nobilitatem, ex eo, 435. quia cessat communis existimatio; deinde, quia plebei notorij nõ decet Rempublicã, vt statim efficiantur nobiles, gaudebunt tamen priuilegio, ne pæna vilis in eis exequenda sit, *iuxta Ordinat. dicto tit.* 139. quæ ita intelligenda est. Erunt tamen filij naturales eis succesibiles.

Subsequitur; vt de rectoribus ciuitatum, oppidorum notabiliũ, & infimorum dicamus, qui succedunt in locum decurionum, *vt tradit Accurs. in Rubric. Cod. decurionibus, lib.* 10. *& in l. Sed & si* §. 1. *D. de dolo, & Cald. in leg. Si curatorem, verbo, hunc contractum, num.* 42. *Valencuella cum communi sententia, in illa Rubrica, num.* 7. Et videtur asserẽdum ipsos nobiles effici ex præ- 436. dicta administratione rectoratus, seu decurionatus, quia præstat dignitatem, & nobilitatem, *vt probatur ex l.* 1. *ibi, honor iste tibi delatus est, leg.* 3. *ibi, cum decurionatus honorem, C. decurionibus lib.* 10. *leg. Spurij in medio, ibi, decurionem honore decorari non possunt, iuncta l. Honores sequenti*

D. de decurionibus, ibi quia decuriorum honoribus plebei fungi prohibentur, ex quibus ivribus constat decurionatus mũnus honorabile esse, nec à plebeis exerceri posse, vt probat *d. leg. Honores*, notant ad varios effectus Doctores, *vt per Curtil. de Nobilat. 5. part. num. 10. Farinac. cum communi sententia in praxi quæst. 41. numer. 57.* Vnde resoluit non posse torqueri, *per leg. vltim. D. de decurionibus, leg. final. Cod. eodem titul. lib. 10. l. A Diuo Marco Cod. de quæstionibus, Duenh. regul. 190. Conrad. in practic. titulo de Decuriomib. à princip. & num. 109.* quod in quacunque pœna vili probat *Ordinat. dict. lib. 5. titul. 139.* agnoscit supra positam resolutionem post supracitatos, *Garsia de Nobilit. glossa 48. §. 3. num. 77.* inferens ipsos non teneri ire pro testimonio ferendo ad magistratus, sed potius ministros tenere mittere ad eorum domus, *iuxta leg. Ad egregius. D. de iur. iurand.* Sicut etiam à solutione tributi eximuntur, quod plebeis impositum est, vt iudicatum refert *Cabed. 2. part. Aresi. 7.* licet à regijs tributis non eximantur, saltem in Regno Castellæ, *vt per Azeued. leg. 11. titul. 25. lib. 4.*

Verum ab hac resolutione deuiat *Tiraquel. de Nobilitat. cap. 10.*
437. *numer. 11.* vbi resoluit totum hoc consuetudini cuiusque loci relinquendum, *per textum in leg. final. §. 1. D. de Muner. & honoribus.* vbi quæstura in aliquibus ciuitatibus non habetur inter honores, *& Garsia dicto nu. 77.* post quam firmauit decuriores nobilitari ex administratione decurionatus, limitauit *cum Speculatore* quem refert, nõ procedere in decurionibus cuiuscunq, oppidi, seu pagi, sed tantum in decurionibus ciuitatum, idem scribit *Farinac. dict. quæst. 41. numer. 62. argum. leg. Athletæ §. 1. D. excusat. tutor.* vbi magistratus magnatum ciuitatum, de quibus ibi, habẽt excusationem à tutella, alij vero magistratus, qui in municipijs administrationem gerunt, talem non habẽt excusationẽ, *vt per Gothofred. ibi, litera. V.* Vltimo cõprobatur, quia videmus fere in omnibus pagis, & municipijs Regni, quod ignobiles, & mechanici, predicta munera decurionatus exercent, vnde in ciuile foret, si ex tali administratione illos nobilitari contenderemus, iurique filiorum naturalium derogaretur, contra mentem legis nostræ.

Qua propter hæc secunda sententia verisima est, dum concludit decuriones solum dici nobiles in vrbibus, & oppidis notabilibus Regni, vbi soli nobiles ad decurionatus assumuntur; tunc enim 438.
decurio iam inter nobiles à populo recensetur, & pro nobili existimatur, in quo consistit nobilitas, vt sæpe resolutum manet, & diximus idem de iudicibus, qui vocantur ordinarij. In alijs vero oppidis inferioribus, vbi ignobiles, siue

les, siue plebei admittuntur ad prædictum officium gerendum, nullumq; nobilitatis gradum sibi acquirent, præter priuilegiũ expræssum *ind. Ordinat. d. titul.* 139. ne scilicet pœnis vilibus sub dantur: Vnde quantuncunque ad decurionatum ascendant, naturales à legitima successione excludere non valebunt, & hoc modo componendam existimo vtramq; sententiã, supra relatam.

Ædiles etiam inter nobiles numerari certum est; nam si ad eorũ primordiadem originem attendamus, quã refert *Alexand. ab Alex. lib.* 4. *dier. genial. cap.* 4. inueniemus, ex nobilioribus populi Romani 439. electum fuisse ædilem, *& secundum Gammam decis.* 322. *nu. vltim.* in ciuitate Olysipponensi, Ædiles fruuntur plenaria nobilitate, quod fere in omnibus ciuitatibus Regni obseruatur, vt supponit *Valasc. cõsult.* 17. *num.* 13. & iam antiquitus Ædiles fuerunt constituti indignitate: *nam Plutarchus in Flamminio, scribit, tribunatus prætura, & ædilitas media dignitates erant*, sicut quæstura, & aliæ, quæ iunioribus tribuebantur, & ex *Liuio, refert Aymarus Riuald. de historia iuris ciuilis, lib.* 2. 38. *num.* 69. quod post quam Quintus Capitulinus, & Publius ædilitatem obtinuerunt, post leges 12. tabularum, anno ab vrbe condita 387. teste *Valentino Fosterios de historia iuris ciuilis, mutat.* 6. Mansit deinceps is magistratus creatus, & honoris; ac dignitatis incrementum accepit: & iam tempore illo antiquissimo ædilium cura vei sabatur circa eadem, quę hodie apud nos ipsi gerunt, vt constat ex verbis legis, quæ citat *Riuald. supra à principio, suntoque ædiles curatores vrbis annonæ, ludorumque solennium, illisque ad honoris amplioris gradus is primus ascensus, Ord. lib.* 5. *titul.* 68. Ex quibus patet, iam pro honore reputari, si quidẽ ex illo ad maiores ascẽdebatur, quia honores Reipublicæ Romanæ gradatim deferebãtur: vt patet, *ex l. Vt gradatim. D. de mun. & hon.* licet aliud scribat *Garsia glossa* 48. §. 4. *num.* 4. ex quibus apparet, tum reputatione, tum antiquitate, huiusmodi officium esse nobile, præstareque nobilitatem illi deseruienti, si alias natiua careat, *& Fosterius vbi supra* scribit deprætura, & ædilitate, eos sibi patricij acquisiuisse honores, significando in magna apud Romanos iam fuisse æstimatione officium ædilium, ita vt Imperator in *l.* 2. *C. Si seruus, aut libert. ad decur. aspiret. lib.* 10. dicat, ædiles habere dignitatem, vt patet, ex verbis, ibi *obviolatam serui macula dignitatem, notat post alios, Scardius, verbo, Ædilis.*

Sed oritur dabium ex eo, quod *Ordinat. nostra regia, lib.* 5. *titul.* 139. cum enumeret personas, quæ excusantur à pœna vili, non meminit 404. de illis, qui ædiles fuerunt; Deinde quia licet negari nequeat ædilitate

magnæ extitisse reputationis apud Romanos, tamen cum vno ædile nobili concurebat alter plebeus, *vt ex Alexand. ab Alex. Liuio Riuald. Frosterio* constat, supra citatis locis: ergo licet nobiles gerendo ædilitatem dicantur esse in dignitate, tamen plebeus, seu ignobilis, si ædilitatem administret, nullā obtinebit nobilitatem, sicut certū est plebeos Romanos, non nobilitari ex tali cura.

Quibus non obstantibus, retinē dam censeo primam sententiam,
441. videlicet ædilitatem in hoc Regno tribuere gradum nobilitatis, vt ibi probauimus: Nec obstat *Ordin.* citata, quia ipsa non facit regulam, prout illam deducunt Doctores, *ex §. Actionum Inst. de actionib.* videlicet, quod nemo gaudeat nobilitate, seu excusatur a pena vili, præter ibi enumeratas personas, sed recēset illas de quibus ibi, gratia exempli, vt ipsa insinuat *in §. 2. ibi Mandamos que pessoa alguũa assim das sobreditas, como doutra qualquer qualidade*, vbi declarat se non restringere solum ad illis, quas recenset, sed etiā procedere in similibus. Ad secundum de vso Romanorum, fatemur sed contendimus vsum illum abolitum esse in nostro Regno, vbi non plebei, sed nobiliores ad ædilitatem eligi de consuetudine cōperimus. Prædictam tamen resolutionem tantūmodo aduerto deberi practicari in terris, & oppidis notabilibus, vbi prædicta consuetudo viget, secus arbitror dicēdum, in alijs oppidis, seu castris inferioribus, & minimis, vbi omnes siue nobiles, siue ignobiles prædictum munus subeunt, vt iam supradiximus circa iudices, & decuriones.

Vltimo venit perscrutandum, de procuratore ciuitatis, de quo agitur *in l. Procuratores* 30. *Cod. de decurionib. lib.* 10. Et sane resoluendum existimo, ipsum fieri nobile 442.
ex administratione prædicti officij, cum apud numerosiores populos, & ciuitates, sit, & semper fuerit officium nobile, ita vt hodie affirmare possimus de iure consuetudinario nostri Regni; facit doctrina celebris, & notanda, de qua *Cæpola in tract. de milit. deligend. §. Nobilitatis. numer. 7. quam sequitur Chassan in Cathalog. part. 8. consider. 18. versiculo faciunt, & sequenti. Otalora de nobilit. part. 2. cap. 5. numer. 16. Gutier. practic. lib. 3. quæst. 14. n. 10.* quę habet, nobilitatem dici consuetudinariam, cuiusque Regni, & prouinciæ, *per textum in l. 1. §. 1. in fin. D. de Muneribus, & honoribus, l. Semper §. Legem, D. de Iure immunitatis, vbi Gothofred. litera. B.* ita vt in
443. pluribus Regnis plures reputentur nobiles, qui si in alijs commorarēntur, ignobiles habendi forent: constat ergo ex consuetudine ciuitatū, & oppidorum notabilium totius Lusitaniæ, quod procurator ciuitatis, seu populi, semper inter nobiles recensetur: ergo directe cōsequitur saltem

saltē de lege consuetudinaria Regni tales effici nobiles; conducit *Ordinat. dict. titul.* 139. vbi prædictos procuratores eximit a pœna vilis, in quo aduertendum duxi, prout sup. a circa iudices, decuriones, seu ætiles diximus, hoc priuilegium nobilitatis tantūmodo concedi in ciuitatibus, seu oppidis notabilib⁹, non autem in infimis, vbi prædictum officiū per ignobiles deseruiri solet; quānuis etiam his plebeis cōcedatur per *Ordinationē*, exēptio pœnæ vilis, communicanda filijs per priuilegium speciale, in distincte concēsum iudicibus, decurionibus, procuratoribus ciuitatum, & alijs, de quibus ibi. Nec vllam restrictionem facit ad officiales ciuitatum, seu oppidorum notabilium, vel infimorum, & ideo omnibus prædicta exēptio concedenda est, *iuxta vulgarem regul. leg. De pretio D. de Publician. in rem act.* & ita practicari vidimus in sanctissimæ Inquisitionis Tribunali.

De scribis, & Notarijs controuerti solet, nobilitētur ne ex munere suo, in quo dubio negatiuā sententiam tenet *glossa, in leg. Vniuersos C. de decurionibus lib.* 10. *per textum ibi, quam communiter sequuntur scribentes, teste Tiraquel. de nobilitate cap.* 30. *num.* 9. *Crauet. cons.* 163. *Guid. decis.* 90. *Antonius Fab. ad Codicem lib.* 9. *titul.* 28. *definitione* 4. *& decade* 47. *err.* 2. *Mantua singul.* 219. *communis ex Falconio regula* 237. *Couas pract. cap.* 19. *nu.* 5. *Gutier. lib.* 1. *quæstionum pr. quæst.* 137. *à nu.* 2. *Cald. in relect. ad §. Sed hæc Inst. de inofficioso testamento.* 2. *part. num.* 6. *plures per Farin. cons.* 94. *in addit. ad num.* 14. qui omnes constituunt officiū tabellionatus non solum nobilitatem non præstare, sed etiam naturali derogare, ex eo, quia prædictū munus vilissimum esset, & antiquitus de iure scilicet Digestorum per seruos exercebatur, vt constat ex multis locis, *l.* 2. *D. Rem pupilli sal. nam fore. l. Non aliter. D. de adoptionibus, l.* 2. *C. eodem. §. Sum autē Inst. eodem titulo, leg. vltim. Cod. de seruis Reipub. Manumitt. l.* 1. *§. Exigere. D. Magistrat. conueniend. cap. Quanquam de Usuris lib.* 6. ex quibus omnibus constat tabelliones antiquitus fuisse seruos Reipublicæ, donec Imperatores Archadius, & Honorius, *in l. Generali Cod. Tabull. lib.* 10. constituere, vt solummodo homines liberi prædicto munere fungerentur, *vt per Conan. lib.* 2. *comment. cap.* 2. *num.* 2. *Gouean. lib.* 2. *variarum cap.* 10. *Petrum Fab lib.* 2 *semestrium, cap.* 24. *Robles de representatione, lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 37. sed adhuc illos non nobilitarunt, ita vt in nostro supremo senatu judicatum fuerit, filios naturales scribarum successibiles esse parentibus, *vt per Gammam decis.* 322. *num.* 5. vbi additio alios refert.

443.

Sed à supradicta communi resolutione deuiat *Couas, pract. d. cap.* 19. *num.* 6. *Gutier. d. quæst.* 137. *nu.* 15. *Cald. d. num.* 6. *Fab. d. definit.* 4.

Mena ad Gammam d. loco cum alijs, quos referunt, affirmantes officiũ tabellionatus, non esse mechanicũ vile, & seruile, nec per illud hodie
444. nobilitati derogari: nam exclamãt præcitati, quomodo ferendum est, vt vile, & infame dicatur officium illorum, ex quorum fide dependet pondus, & substantia omnium actorum, quæ in iudicio scribuntur, vt constat *ex l. Regia lib. 3. titul. 59.* deinde, quia in iure nullibi reperitur, scriptum exercentes prædictũ officium tabellionatus amittere prædictam natiuam nobilitatem, maxime, cum ante Iureconsultos, in maxima esset dignitate, tam apud Græcos, quam apud Romanos, *vt ex Cicerone, & Nicolao Antonio ad Octau. lib. 1. Isagogæ. cap. final. num. 3. refert Cald. d. num. 6. in principio*, & nostra tempestate videmus nobiles non dedignari notariatus officium exercere, vnde tam de iure, quam de consuetudine consistendum est, notariatus officiũ nullo modo derogare naturali nobilitati, vt vltra prædictos, late *scribit Vallenuella in d. l. Vniuersos. num. 5. post Peres l. 1. tit. 5. lib. 2. ord. col. 3. Cardoso, verbo, officialis, nu.* 30. Qua opinione retenta, non obstant iura pro contraria adducta: nam *dict. l. Vniuersos* tantum ab est, vt probet tabellionatus officium esse vile, &
445. infame, vt potius probet esse officium honestum, & æstimabile; nã vt optime intelligit *Cou. d. loco. nu. 5. quem sequitur Gutier. supra nu.* 16. dum contendit secundum leges C. Theodosiani, Tabelliones non vetari fieri decuriones, propter aliquod dedecus officij, sed quia leges vetant, quem fungi vtroq; officio simul: ideo si Tabellionatus munus deponat, merito decurionatum obtinere poterit. Neque similiter obstat, quod Tabelliones seruí publici dicebãtur, qua omisso intellectu *Tiraq. d. cap. 30. num. 9. Couas, & Guiierres supra*, dum asseuerant, ideo seruos publicos dici, 446.
quod seruiunt Reipublicæ, omnibus etiam absentibus stipulando, vel quia ab omnibus cogi possunt ad instrumenta conficienda, melius dicendum existimo, iura illa alludere, seu referenda esse ad tempus illud antiquissimum Iurisconsultorum, quo prædictum munus de seruiebant serui Reipublicæ, *iuxta l. 1. C. seruis reipublicæ*, minime autem decidere, post Imperatoriã decisionem *legis generali C. Tabul. lib.* 10. ipsos esse seruos publicos, sed liberos, ac honestos viros, quales fuerunt in primo illo tempore, ante Iureconsultos, apud Græcos, & Romanos, *vt cum Caldas supradiximus*, vnde resolutiue cõcludimus, Tabellionatus officium nobilitatẽ nont tribuere plebeo, sed non derogari nobilitati illius, qui aliunde, illam obtinet, cum sit laudabile, honestum, & necessarium in republica, *vt prosequitur Chassanæus, in catalog. part.* 11. *considerat.* 19. *addo Vallenuella, in d. leg. Vniuersos*

Cod de

Cod. de decurionibus lib. 10. *à num.* 4. & 5. & sic apud nos communiter existimatur, *ex Ordinat. lib.* 1. *tit.* 57. vbi imponitur obligatio, vt habeant equos, & arma, & à muneribus plebeorum excusantur, *iuxta Cabed.* 2. *part. Aresto.* 103. Vnde si illū medium statum acquisierint, quem supra considerauimus, absque dubio obtinebunt, ne filij naturales eis sint successibiles, vt circa aliarum personam qualitates supra diximus. 447.

Excipiunt tamen Doctores ab hac proximâ resolutione Scribas, & Notarios principis, vulgo (Secretarios, quorum officium nō tantum nobilitati nō officit, quinimò illud exercenti si aliūde illa careat, tribuere certum est. Nam hoc munus dignitatem habet, *vt probat textus in. l.* 1. *C. Mandatis principum, vbi Salicet. tradit Curtil. de Nobilitat.* 3. *part. à num.* 157. *Tiraquel. eodem tract. cap.* 30. *num.* 8. *Chassan. part.* 11. *cōsid.* 19. *vbi plures citat. Gothofred. in notis ad d. l.* 1. *litera. D. plures refert. Tiraquel. dict. num.* 18. *Bald. de Perus. tract. de Tabellionibus, num.* 66. *Conrad. Brun. de hæreticis lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 15. *Martinus Laudensis de dignit. quæst.* 62. cum alijs, in quo aduertendum existimo, non solum notarios principis, qui personæ principis intra palatium deseruiunt: nā hi ex alio capite Nobilitatē obtinere supra probauimus, dū agimus de militantibus intra palatium, sed etiam loqui de illis, quos Princeps 448 creat ad obeundum munus illud, in ipsius seruitio extra palatium, prout secretarij omnes, qui sunt in in ipsius Regio consilio, vel in sacro palatio in sublimi Tribunali Conscientiæ, & secretarij Camerales, Olysippocensis scrmiarij, qui versantur circa patrimoniū regale, & ipsos ex prædicto numere non est dubium dignitatem, nobilitatemque obtinere, vt constat apud nos *ex Ordinat. Reg lib.* 5. *tit.* 120. vbi ad effectum concedendi homenagiū in criminalibus, æquiparat secretarios Camaræ, & Scribas Regij patrimonij reliquis nobilibus ibi enumeratis: vnde nobilitatē obtinere agnoscunt omnes *per Ordinationem supra citato loco, & per aliam lib.* 2. *tit.* 59. in principio, similem dignitatem obtinet Grapharius supremæ Cancellariæ huius Regni, de quo agit *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 19. hi in nostro Lusitaniæ Regno potiuntur propter muneris dignitatem, eisdem priuilegijs, quibus gaudent Senatores *iuxta Ordinationem d. lib.* 2. *titul.* 59. de quibus late *Cabed.* 1. *part. decis.* 113. ac proinde cum æquiparentur Senatoribus, & reliquis, qui magnam dicuntur habere dignitatem, iniustum esset, si illis prædictam nobilitatem denegaremus. Alijs etiam duobus scribis Cancellariæ huius Regni, tā domus supplicationis, quam senatus Portugalensis, concedendum est dignitatem obtinere ex prædicto munere; nam hi cum tota proprietate a Prin- 449. 450.

à Principe creantur ad peragẽdum officium illud ſcriniarij, in vtraque Cancellaria, in quo nobilitatem acquirere aſſeuerandum eſt, *d. l. 1. Cod. Mandatis principum, cum ſupra citatis.* De vtriuſque officio agitur in *Ordinatione lib. 1. tit. 20. & tit. 44.* licet quoad excuſationem tributorum, non reperiantur priuilegiati *in d. Ordinat. lib. 2. tit. 59.* quẽadmodum ſunt ſcribæ Cancellariæ, & Notarij regalis pãtrimonij, de quibus in ſupra dicta *Ordinat.*

Scribis etiam proceſſuum regiæ Coronæ, competit nobilitas
451. ratione officij: nam ſatis oſtẽditur ipſos dignitatem habere ex munere illo, in quo Principi immediate de ſeruiunt, vt conſtat ex *Ordinat. lib. 1. tit. 23.* ex qua apparet ſolummodo eorũ officium verſari, inſeruiendo principe in cauſis ad eum ſpectantibus, in quo valde ſe approximare ad principem dicũtur, *iuxta reſoluta, per Rebuffum in Rubr. Cod. Magiſtris ſacr. ſcrin. lib. 12.* & probatur apud Caſtellanos, *per leg. 14. titul. 18. partita 4. l. 7. & 8. titul. 9. part. 2. & ibi Gloſſator.* Merito ergo dignitatem, & nobilitatem ex prędicto dfficio ſibi querere aſſeueramus.

Omnibus etiam ſcribis Curiæ,
452. de quibus agitur in *Ordinat. lib. 1. tit. 24.* competere nobilitatem, & dignitatẽ mihi probat eademmet *Ordinatio*, vt patet *ex* §. 1. *ibi*, (*Ou ſejão infamados de tal infamia, & ſoſpeita, q̃ honeſtamente não caibão nelles*) quibus verbis clariſsimè probat infames de iure, vel defacto fieri incapaces ad tale munus in Curia ſubeundum, ſic ſupponẽs prædicta officia in ſe habere dignitatẽ, quæ ſecundum regulas infamibus conferri non valent, *l. vnica C. infamibus. l. 2. C. de dignitat. lib. 12. cap. Omniporens de accuſat. regula infamibus lib. 6. iunctis multis, de quibus Campanillus rub. 11. cap. vlt. per totum, Garſia de benef. part. 7. cap. 8. à num. 35. poſt Nauar. titul. de accuſat. conſ. 2. Farinac. pract. crimin. tom. 4. quæſt. 145. num. 16. & tom. 1. quæſt. 12. num. 17.* Deinde, quia ipſi principi immediate ſeruire cenſentur: Nam ſenatores ipſum principem repræſentare videntur, in cuius præſentia prædicti ſcribæ aſsiſtunt: ergo acquirere nobilitatem, & dignitatẽ dubitandum non eſt, *iuxta d. l. 1. Cod. Mand. princip. poſt Rebuf. in d. Rubrica C. Mag. ſacr. ſcrin. Chaſſan. in catalog. part. 7. conſid. 16. & conſiderat. 15.* Hi ſunt ſcribæ ſacri Palatij, & ſcribæ grauaminũ, & prætorum curialium, & vtriuſque ſenatus, omnes enim prædicta dignitate decorari cõuenit, iuxta proxime dicta.

Prætermittendum non duxi,
453. quid reſoluẽdum circa ſcribas, qui deſeruiunt decurionibus, vulgo (da Camera) in Ciuitatibus, & oppidis ſaltẽ notabilibus huiiis Regni, & obiter dicẽdum exiſtimo, ipſos ex prædicto munere obtinere dignitatem, & nobilitatem: nam

corpus

corpus illud Cameræ ipsum corpus ciuitatis, & insimul cum præside principem repræsentat, saltem ficte; vt probant *Doctores ex l. Omnes iudices* 33. *Cod. de decurionibus, lib.* 10. *Vallencuella post alios, in Rubr. illius titul. num.* 4. & insimul cum iudice ipsum principem repræsentant, cui scriba de seruire dicitur, tanquam secretarius ciuitatis, vnde succedit supradicta doctrina, quod scriba, qui a principe ad aliquod munus creatur, dignitatem consequitur; *iuxta d. l.* 10. *C. mandat. principum*, qui est principalis textus in materia, *Chassaneus supra citatis locis.* Vltimo facit communis reputatio, & existimatio, quæ totũ facit in hac materia, *vt ex Bart. in leg.* 1. *Cod. de dignit. lib.* 12. *supradiximus, cum Gutier.* 3. *pr. quæst.* 14. *nu.* 6. *vbi de communi*, Sed apud Lusitanos nostros semper fuit in maxima existimatione scriba Cameræ, cuiusque ciuitatis: ergo debitum honorem, nobilitatem, & dignitatem eis cõpetere merito fateri cogimur. Dixi saltem notabilium, quia in oppidis minoribus, & infimis hãc nobilitatem denegandã credo, prout de reliquis muneribus, iudicibus, ædilibus, decurionibus, suis locis iam manet resolutum.

Aduertendum tamẽ duxi, quod si prædicti scribe, sicut cæteri quicunquẽ licet aliàs ignobiles, habeant equum, quo soleant itinerari, non semel, sed continuo, vt dicantur proprie soliti equitare, acquirent statum medium distinctũ a plebeis, qui erit sufficiens attento nostro iure Regio, vt faciat filios prædictis parentibus insuccesibiles, vt in simili casu iudicatum refert *Cabed.* 2. *part. Aresto.* 103. Et hæc de scribis scripsisse satis.

Transeamus ad meros executores, vulgo (Meirinhos, & Alcaides) & primo constituendum est, quod si fuerit executor curię, habebit nobilitatem ex prædicto officio, vt 455.
constat, ex *Ordinatione Regia, lib.* 1. *tit.* 21. vbi requirit quod seruiens prædictum munus executoris Curiæ, procedat ex honesta, & nobili familia, & tanquam talis debet à Rege confirmari: vnde, si contingat defacto præsentatum carere natiua nobilitate, illam acquiret ex seruitio muneris illius: nam cũ lex requirat nobilem, princeps autem scienter ignobilem cõfirmet, per confirmationem consequetur nobilitatem, ex regula illa, quæ habet, concesso vno, necessario cẽsentur concessa omnia requisita ad illud vnum, *l. Quidam consulebãt, D. de re iudicata*, notat *Cald. in l. Si curatorem, verbo, hunc contractum, nu.* 42. ergo per necessariam consequentiam resoluendum est, prædictos executores Curiæ frui vera, & propria nobilitate, iuxta proxime dicta, maxime, cum successerint in locum cohortalium, qui principi assistere solebant, *iuxta leg.* 1 *Cod. Cohortalibus lib.* 12. *Guid. Pancirola var. lib.* 2. *cap.* 266. *Garsia Toletan.*

ad Ru-

ad Rubrica de cohort alib. 12. num. 4.

Circa alios vero similes executores (cum nullam legem, neque regiam, neque de iure communi inueniamus, quæ illis dignitatem
456. aliquam specialiter tribuat) totum hoc relinquendum est consuetudini Regni, secundum quam, nobiles solent hæc munera exercere, nec prædictum exercitium natiuam obscurat nobilitatem; Vnde breuitati studendo, puto dicendum, ipsos ex tali officio nobilitatem non cōsequi, cum videatur magis operibus seruilibus in cumbere, quam iurisdictionē ad ministrare, prout scribit Iureconsultus, *in l. 1. in d. §. Illud D. de Mun. & honoribus*, non conuenire nobilibus munus, quod in corporis laboribus consistit. *Gamma decis. 322. num. 6.* attamen, cum fere totius regni consuetudo nobiles in seruitio prædictorū munerum admittat, sine macula natiuę nobilitatis, concludendum est prædicta officia nobilitati aliunde quæsitæ non officere, prout supra circa scribas probauimus, illam tamen de nouo non creare.

Ex quibus circa cætera officia reipublicæ arguendum est, ad effectum acquirendi, vel non ex illis nobilitatem, quia continuæ occupationes, nos latius circa illa spatiari non permittunt.

Obiter de alio genere nobilium loquamur, & cum sermo noster nō sit de illis, qui natiua fruuntur nobilitate, sed solum de, illis qui virtute propria inter nobiles computari intendunt, acquirendo propriā nobilitatem ex persona sua, regulam constituo affirmatiuam, quod illi, qui tanquam nobiles segerūt, equester itinerando, nobiliter segerendo, in omnibus actibus, ac- 457.
quirunt mediam statum nobilitatis, sufficientem ad excludendos filios naturales a successione, prout supra sæpius diximus, constat hæc 459
regula, *ex Ordin. d. lib. 4. tit. 92. §. 1.* (*ibi ou escudeiro, ou de outra semelhante condiçaõ, q̃ costume andar a Caualo*) *idest nisi sit nobilis, vel segerat tanquā nobilis, vt solitus sit equitare:* Vnde diuites, qui soliti sunt equester incedere, prædictum statum, & conditionem nobilitatis consequuntur, tum ex mente prædictæ Ordinationis, tum ex eo, quia ex diuitijs acquiritur vera, & propria nobili- 458.
tas, *vt ex Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. tradit Tiraquel. de Nobilitat. cap. 3. à num. 19. Pichare. leg. 3. Cod. de Murilegulislib. 11. n. 81. Gutier. pract. lib. 3. quæst. 16. numer. 38. Matiençø l. 7. titul. 7. gloss. 4. lib. 5. recupilationis, Phæb. decis. 14. num. 8. Cabed. 2. part. decis. 73. num. 5. facit l. 4. titul. 29. part. 7. & ibi Greg.* diuitiæ enim æquiparantur originariæ nobilitati, *in leg. 1. D. de Cust. reorum, ibi vel propter honorem, vel propter amplissimas facultates, l. ad subeunda C. de decurionibus, lib. 10. ibi* (*dignissimi meritis, & facultatibus*) & diuites pauperibus præferendos in muneribus patrimonialibus, probat *l. rescripto 6. D. de*

D. de Muneribus, & honorib. & in l. 2. C. Prædijs decurion. lib. 10. Matienço, & Pichard. vbi proxime, facit illud *D. Hieronymi ad Habdiam; nobilitas mundi nihil aliud est, quam inueteratæ diuitiæ, Tiraquel. & Phæb. vbi supra.* Ex quibus regula nostra, satis firma, & probata manet. Aduerto tamen non loqui de illis diuitibus, quos lex nostra Regia appellat proprie homines diuites, vulgo (*Ricos homēs*) de quibus agebat. *Ordinatio antiqua lib. 1. titul. 56. §. 21. & lib. 3. titul. 5. §. 5. & l. 6. partit. 2. titul. 9.* vbi lex illa appellat (*Ricos homēs*) qui antiqua nobilitate, ac integritate virtutum alios antecellunt, & licet *glossa Gregorij in dict. l. 6. verbo, ambas*, contendat, non appellari, *Ricos*, à diuitijs, vt etiam approbat *Gamma decis. 1. num. 25. Cabed. 2. part. decis. 108.* tamen nos cōtendimus ipsos sic appellari, quia multas diuitias possidebant, liberi ab omni seruitio, in simul a longæua nobilitate procedentes, vt traditur ab incerto auctore manu scripto de Nobilitate, vt hi post Comites vocabantur *Ordin. vbi supra*, & hi erant vocati ad Concilium Regis, vnde diuites appellabātur, hodie vero apud nos antiquatum est nomen illud; nec per nouos Compilatores regiæ Ordinationis facta est mentio, (*de ricos homes*) sed solummodo de Nobilibus, vt refert *Cabed. supra in principio.* Aduerto deinde diuites, de quibus loquimur, teneri ad nobilitatem consequendam, honeste, & nobiliter viuere, equestri itineram do, abstinendo à seruitijs mechanicis, vt requirit *Ordinatio inscripta* tā. §. 1. *titul. 92. lib. 4.* circa quam insudamus.

459.

Erit similiter numerandus inter nobiles, qui ciuitatibus, & oppidis notabilibus nostri Regni scriptus fuerit in Matricula confratriæ sanctæ Misericordiæ, in qua dubium non est magnam dari distinctionē inter nobiles, & plebeos, tū indescriptione ipsius matriculæ, tum in gerendis officijs domus; Et negari non potest in tota Lusitania mumus hoc in maxima esse reputatione nobilitatis, tam apud ipsos nobiles, quam apud plebeos, quæ vulgi reputatio eorum facescit negotium in hac materia nobilitatis, *vt tradit post alios Matienço, l. 7. titul. 7. glossa 4. num. 3. lib. 5. recopilat. Ripa lib. 2. resp. cap. 26. numer. 9. Gurtil. 3. part. nu. 160. Otalor. 3. part. 15. princip. cap. 3. num. 1. ante finem*, coadiuuans maximè ad propositum, quæ resoluit *Otalora. 3. part. 3. princip. cap. 4. à principio*, vbi asserit Matriculam, authoritate publica confectam, plene probare omnia in ea asserta, *vt per Iason. in l. Admonendi D. de iureiurando*, & alios, quos citat, & quæ *Garsia glossa 4. num. 12.* vbi affirmat, quod licet verum sit nobilitatem, cum sit quid extrinsecum, non præsumi, *vt per Menoch. lib. 6. præsumpt. 60.* tamen si quis reperiatur scriptus in matricula nobilium, habet prosè præsumptionē

460.

nobilitatis, & constituitur in quasi possessione illius, *additio ad Bart. in l. Matriculam. C. agentibus in rebus lib. 12. glossa, in l. si solennibus. C. fide instrument. Alciat. reg. 3. præsumpt. 17.* vnde si constet patrem alicuius fuisse descriptum in matricula nobilium, filius iudicabitur nobilis, quia hæc probatio nobilitatis præponderat præsumptioni plebei, *iuxta leg. Diuus D. de rest. in integrum.* Confirmatur hæc nostra resolutio ex adductis per *Gutier. dict. part. 3. quæst. 14. num. 13.* vbi resoluit sufficere ad probationem, & acquisitionem nobilitatis, probare, quem actus exercere distinctos à plebeis, & tales, qui solummodo à nobilibus exerceri solebant atqui nulli actus sunt magis distincti in nostro regno inter nobiles, & plebeos, quam seruitia in prædicta confratria exercita, sicut in reliquis publicis muneribus, ergo ex illis iuncta matricula, propriam nobilitatē acquiri constanter teneo, dummodo aliunde non probetur aliquid nociuum nobilitati, prout infra dicemus. 461.

Supereſt, vt de mercatoribus scribamus, an ex mercatura nobilitatē acquirere possint, ad effectū principalem, de quo agimus, an scilicet filij sint eis successibiles, vel non? In quo dubio, cōmunis resolutio est, mercaturam inter mechanicas artes recenseri, adeo, vt nobiles illam exercentes amittant nobilitatem originariam, notant omnes *ad textum in leg. Nobiliores, Cod. comerc. & mercatoribus*, quem ibi notandum adhoc scribit *Bald. Tiraquel. de Nobilit. cap. 33. à numer. 2. Minsing. centur. 6. obseruat. 54. à num. 5. Estracha de mercat. 2. part. à numer. 17. Marant. 4. part. distinct. 19. numer. 56. Rebuf. ad leg. Galliæ tom. 4. titul. de Mercat. num. 81. & glossa 15. Azeued. leg. 11. titul. 12. lib. 5. num. 3. Matiençø, leg. 1. titul. 14. lib. 5. recupitat. numer. 3. Gutier. quæst. 137. lib. 1. pract. num. 8.* Citant etiam Doctores prædicti pro hac parte *textum, in l. Nequis Cod. de dignit. lib. 12.* vbi mercatores non possunt obtinere dignitatem, imo si illam obtineant, priuantur, & in simul. *leg. Humilem Cod. incest. nuptijs*, vbi Imperator Iustinianus inter humiles, & abiectas personas enumerat illos, qui mercimonijs publicis præsunt, ideoque milites mercatores esse non posse, merito scribit *Cottoreus, de iure militū. lib. 1. cap. 8.* quæ resolutio confirmatur *ex dicto Ciceronis 1. de offic. mercatura, si tenuis sordida*, & videtur sentire in nostris terminis *Gamma, decis. 322. num. 6.* vbi proxenetam mercatorum, nobilem non effici ex illo officio resoluit, ac proinde filios naturales ei debere succedere. 462.

Non desunt tamen autores, qui contrarium defendant, ad quod multa expendit *Marant. d. nu. 56. à principio, vbi de Solone, Vespesiano, Tarquin. Imperatoribus refert*, mercaturā 463.

caturam exercuisse, & facit *l. Eos D. de decurionibus*, vbi mercatores non iubet arcere á decurionatu, imo potius admittit, plura alia cõgerit *Tiraquel. d. cap.* 33. *à num.* 13. cum sequentibus.

In hoc puncto certissima est doctrina, esse attendendam regionis
464. consuetudinem; nam apud Venetos, & Genuenses, nobiliores mercaturam exercent sine macula paternæ nobilitatis, vt testantur fere omnes scribentes, *Tiraquel. d. cap.* 33. *num.* 21. *Gutier. dict. quæst.* 137. *num.* 18. *ad finem. Azeued. & Matienço dictis locis, Minsingerius d. obseruat.* 54. *num.* 12. quæ consuetudo totum facit, & regit in hac materia, vt late prosequitur idem *Tiraquel. vbi proxime, cap.* 10. *à principio*, & consentiunt omnes supra relati, quibus accedit *Thom. Valasc. alleg.* 13. *numer.* 221. *post Bartol. in leg.* 1. *Cod. de dignitatibus. lib.* 12. *num.* 97. quia nobilitas variatur secundum varietatem regionum, & mores ipsarum, vt prosequitur *Garsia glossa* 7. *num.* 12. Vnde, *Vaz* dicto loco adducit, nõbiles de Monçaõ non amittere suam nobilitatẽ ex mercatura, sed nos vlterius progredimur, asserentes in nostro Lusitaniæ regno, & apud Hispanos obseruandam esse distinctionem, quã ex *Cicerone dicto lib.* 1. *de officijs, sequitur Tiraquel. dicto cap.* 33. *numer.* 21. *Bartolameus Capola in tractat. de milite deligendo numer.* 13. & 14. *Afflictis in cap.* 1. *quis dicatur dux in vsibus fœudorum column.* 7. *Gamma decis.* 322. *numer.* 6. *Chassaneus part.* 11. *consider at.* 45. *Gutier. dicta quæst.* 137. *num.* 21. *in fine*, qui omnes constanter affimant ex verbis *Ciceronis, qui sic ait, mercatura, si parua est, sordida putanda, si magna, & copiosa multa vndique asportans non est vituperanda*, distinguunt itaque 465.
inter mercatores, qui mercaturam tenuem exercent, minutatim vendentes res paruas, & viles, qui nobiles esse non possunt, & inter mercatores, qui opulentam, & magnam mercaturam gerunt, ita vt hæc nunquam officiat natiuæ nobilitati, *Azeued. Matienço, Gutier. dictis locis*, qui referunt *Peres*, & *Auendanh.* idem tenentes, etiam semota omni consuetudine, & ex eorum mente colligitur, ex prædicta mercatura aliquam nobilitatem acquiri, maxime, si fuerit opulenta, nam diuitiæ nobilitare solent, vt plurima congerens tradit *Turturet lib.* 2. *cap.* 6. diues enim acquirit nobilitatem, ita vt prædicti mercatores vere, & realiter à plebeis, & peditibus distinguantur, sintque illis filij naturales in successibiles, ita etiam *Gamma dicto num.* 6. colligitur etiam ex *Ordinat. lib.* 5. *titul.* 139. vbi mercato- 466.
res vltra centum milia regalium Lusitaniæ, excusantur à pæna vili, quo dato iam aliquid nobilitatis in eis considerat lex Regia, saltem

quoad hunc effectum, ergo à fortiori, si mercatura fuerit valde copiosa, & opulenta, mercatorque honeste, & nobiliter viuat, equitibus incedendo, deseruiendo se, cū seruis, & famulis, procul dubio acquiret statum medium nobilitatis, per quem à peditibus distinguatur, vt prædiximus, & confirmatur ex alia *Ordinatio. lib. 1. titul. 94.* §. 2. vbi Mercatores nobiles appellat, vt nobilium expensæ eis soluantur.

Nec huic resolutioni obstant
467. leges supracitatæ, nam *ad l. Nobiliores Cod. comerc. & mercat.* negant plures ibi probari assumptum cōmunis sententiæ, quia Imperator ibi, non prohibet mercaturam tanquam quid vile, & omnino cōtrarium nobilitati, sed vt facilius esset commercium inter plebeos: nam difficile foret commercium, si exerceretur per nobiliores ciuitatum, ideoque constitutio illa emanauit in plebis gratiam, vt faciliora fierent comercia, & hunc intellectum ad illum textum sequitur *Cuiacius in posth. Cod. super illo text.* Si autem placuerit, dic, illum textum cum alijs duobus supra expensis, loqui de mercatura tenui, & abiecta, vt patet *ex verbo mercimonium*, quod denotat quam maximam humilitatem mercaturæ, constat ex *d. leg. Humilem, ibi, quæ mercimonijs publice præfuit*, quo sensu in nihilo nobiscum pugnat.

Restat, vt de dapiferis illustrium dicamus, & si credendum est *Patri* 468.
Molinæ de iust. disp. 166. versic. de iure huius Lusitaniæ, in fine, qui refert ex *Gamma decis. 312.* filios naturales horum dapiferum succedere nō posse parentibus, quia eo ipso, ex seruitio illustrium censentur inter nobiles, ita vt pedites appellari nequeant. Vltimo *per Ordinat. d. tit. 139.* vbi predicti famuli excusantur tanquam nobiles à pœna vilis: ergo naturales ab eorum successione repellentur.

Sed contrarium dicendum exi- 469.
stimo; nam & si hi dici possint soliti equitare, in terminis *Ordinat. d. tit. 92.* §. 1. tamen mens *Ordin.* non fuit comprehendere illos, qui alijs etiam illustribus in seruientes adiussum dominorum equitare solent, sed illos solummodo, qui libere nemini obsequentes, equitare solent, adinstar nobilium, deinde nulla daretur differentia inter seruientes Regi, aut illustribus, quod esse absurdum nemo ignorat; nec mens *Gammæ d. loco*, alia fuit, qui si attente legatur, solummodo affirmat nobiles illustribus inseruiendo, non amittere originalem nobilitatem, sed de acquirenda de nouo, si illa careant, nec verbum, quantuncunque *Molin. citato loco*, aliter illum alleget.

Prætermittendū non duxi *Ordin. d. tit. 92.* §. 2. attendere expræsse tempus natiuitatis, ita vt si pater 470.
eo tem-

& tempore plebeus sit, quanuis postea efficiatur nobilis, nihilominus filius ei succedet, ac si tempore mortis adhuc esset plebeus, agnoscit *Molin. disput. 166. versicudo de iure huius regni, Cald. vbi alios citat de nominat. quæst. 12. num. 57.* quæ decisio confirmatur ex illa traditione Doctorum, quod quando agitur de conditione filiorum, tempus natiuitatis inspicitur, nec qualitas postea adueniens eis præiudicare potest, iuxta textum *in l. 2. C. libert. & eorum lib. cap. Inter cætera de Rescriptis.* Vnde filij nati ante crimen læsæ Maiestatis diuinæ, aut humanę à patre commissum, non dicuntur filij proditoris, nec illos comprehendit pæna à patre in cursa, iuxta regulam *cap. Non imputātur. 1. quæst. 4. Couas. 2. variar. cap. 8. num. 5. Gutier. 2. Canonic. cap. 30. num. 31. Decian. tract. criminal. lib. 5. cap. 45. num. 6. Clarus, §. Læsæ Maiest. nu. 12. communis per Simanc. de cathol. assert. cap. 29. num. 23. cum sequentibus, alios citat Cened. 3. part. ad Decretal. lib. 6. collecta. 28. numer. 2.* quemadmodum regis filius non dicitur, qui nascitur antequam pater regium obtineat dyadema, *vt per Accursium verbo, notæ, in l. Imperialis C. de nuptijs Gom. l. 40. Taurin. 67. Tiraquel. de iure gen. quæst. 31. à principio. Cald. de nomin. quæst. 13. num. 45. cum sequentibus.* Nec filij hæretici nati ante crimē parentis, incurrunt pænas contra filios hæreticorum in iure stabilitas, iuxta communē sententiā de qua *Calder. cons. 3. de hæreticis, Paris. lib. 4. cons. 2. num. 182. Nauar. sub titulo de hæreticis, cons. 23. Clarus §. Hæresis num. 15. versicul. quæro, Sanch. qui plures refert. lib. 2. in decalog. cap. 27. num. 10. cum sequentibus, Farin. tractat. de hæreticis quæst. 191. num. 39.* licet in contrarium sit etiam altera cōmunis multorum, quos refert *Farinac. supra num. 40. Sanch. num. 29.* quam secutus est *Turturet, de nobilit. lib. 1. cap. 7. quæst. 1.*

Sed Ordinatio nostra secuta est priorem sententiam, vtpote æquiorem, & credo ampliandam esse ad casum, quo pater nobilis effectus fuit medio tempore, inter natiuitatem, & conceptionem; nam si tempore conceptionis plebeus esset, licet tempore natiuitatis, iam nobilis existat, adhuc filium ei succedere dicendum est, quia mens legis Regiæ solummodo tendit in fauorem filiorum, vt ex illa colligitur, sed dispositiones, quæ filiorum respiciunt fauorem, fingunt iam natos filios, qui in vtero includūtur, *iuxta l. Qui in vtero. D. de statu hominum, de qua late Philipp. de fictionib. 3. part. cap. 9. Pinel. rubr. de bon. mat. 2. part. num. 36. Robles de repræsentat. lib. 2. cap. 2. nu. 15.* facit *l. Nuper C. Naturalibus liber.* ergo ampliatio prædicta vera est, quæ confirmari potest ex multis, quæ in simili scribit *Pichard. in l. 3. de Murileg. num. 39. Curtil. de nobilit. 3. part. num. vlt. & 4. part. num. 10.* 471.

Reſtat ſolum de filijs clericorũ in minoribus obiter aliquid aſſerere,& ſi beneficium nõ obtineant, certum eſt ſuccedere parentibus, 482. prout expræſsit eadem *Ordinatio d. tit.92. §. 1. in fin.* dubium ſolummodo verſatur, quando pater in minoribus habuerit inſimul beneficium, in quo videbatur dicendum filios eſſe in ſucceſsibiles, quia pater militat Deo, *iuxta cap. Eo libentius de ſeru. non ordinandis cap. Ex parte de clerico ægrotant, & in ſortem Domini vocatur, cap. Cleros 21. deſtinct.* & eſſe genus electum, regale ſacerdotium ait *D. Petrus protector ac inuictiſsimus ſacri collegij noſtri tutelaris, Epiſtol. 1. cap. 2. cap. Duo ſunt. 12. quæſt. 1.* cum multis, de quibus Dominus Carolus de Graſſis *de effect. cleric. effectu 1.* Doctiſſimus, & illuſtriſsimus dominus Sebaſtianus Cæſar, *in tract. de Hierarchia Eccleſiaſtica quæſt. 1. præem. §. 5. nu. 10.* Nouiſsimè Illuſtriſsimus præſul Hiſpaniarum primàs Dominus Rodericus a Cunha *in dict. cap. Cleros. num. 1. & nu. 13.* Deinde, lex noſtra Regia ad repellendos filios a ſucceſsione parentum, non requirit, vt pater ſit conſtitutus indignitate, ſed tantum ne plebeus ſit: ergo licet clericatus nõ tribuat dignitate per textu expreſſum, *in cap. Statutum in principio de Reſcript. lib. 6.* tamen rectè operatur, vt pater quatenus beneficiatus diſtinguatur a mechanicis, ad quod citat *Tiraq. de Nobilit. cap. 9. text. iprim. in l. 2. C. vt nemo priuatus*, ibi, (*ſi plebeus eſt*, ibi, *Miles, vel clericus*,) vbi clericus ponitur per ſe tanquam valde diuerſus à plebeo, quod videtur ſufficere ad operandum effectum, de quo agimus: Vltimo, quia potiuntur omnibus priuilegijs clericatus *Trid. ſeſſ. 23. cap. 6.*

Sed abhac opinione receſsit *inſignis Barboſ. in manuſcriptis, ad leg. Ex facto: in principio D. Ad Trebellianum*, conſtituens beneficiatũ in 473. minoribus eſſe iudicandum plebeum, ſi talis ſit originarius, quaſi beneficium nihil cõferat ei de nouo, ſed ego ſubſiſtendum puto, aut beneficiatus ex pedite, per ſe acquiſiuit ſtatum illum ab *Ordinat. d. §. 1.* requiſitum, vel non, ſi acquiſiuit, abſque dubio dico in ſucceſ- 474. ſibiles naturales ab huiuſmodi parentis ſucceſsione, ad quem ſtatum acquirendum non parum proderunt beneficia. Vel etiamſi huiuſmodi pater obtineat aliquam dignitatem Eccleſiaſticam, ex qua neceſſario nobilitas ſequatur, argumẽto *l. Quidam conſulebat D. de re iudicata*, quæ autem dignitas, eccleſiaſtica nobilitatem gignat, conſulendus eſt *Gaſpar Valaſcus Luſitanus noſter, in dicta repetitione l. Imperium D. de iuriſdict. omnium iud. à nu. 99.* & 107. vltra quem exemplificare potes, ſi officiatus officialis Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, vel Pontificis in aliquo officio Eccleſiaſtico nobili, nam hoc dato, prout in ſeculoribus ſupra diximus, ſim liter 475. in Eccle-

in Ecclesiasticis philosophandum est; si vero nihil amplius vltra acquisitionẽ beneficiorũ, placet opinio *Barbos. d. loco*, quæ videtur cõsona menti *Ordinationis d.* §. 1. dum clericos in minoribus plebeos simpliciter reputat, quibus similiter, si habitum, & tonsuram deferant in terminis *Trid. sess. 23. de reformat. cap.* 6. competunt omnia priuilegia clericorum, vt late post alios tradit *Thomas Valascus alleg.* 14. *& sequentibus*, ac proinde ex illa, per necessariam consequentiam infertur, ordines minores non gignere nobilitatem, nec etiam cum beneficio simul, *iuxta proxime dicta.*

Pro coronide huius materiæ, præter eundam non duxi quæstionem, vtrum si nobilis committat crimẽ, ex quo amitat nobilitatem, & postea filios procreet naturales, sint predicti filij patri successibiles, in qua quęstione, pro parte affirmatiua facit, quod nobilitas non est qualitas naturalis, sed accidentalis, vt probat *Cou.* 1. *var. cap.* 16. *n.* 10. *Garsia gloss.* 12. *numer.* 8. *optime Ioannes ab Arze, & Otalora* 3. *part. cap.* 6. *num.* 5. *ad finem post Bart. in l.* 1. *C. de dign. lib.* 12. *Tiraquel. cap.* 10. *num.* 13. *Gutier. pract. lib.* 3. *quæst.* 14. *num.* 16. Et ideo potest amitti sine corruptione personæ, & potest à principe tolli, prout passim videmus in vxore nobili nupta plebeo, quæ amittit nobilitatẽ suã, vt probatur *ex l. Fœminæ Code Senatoribus.* Deinde, nobilitas tota consistit in communi reputatione, & existimatione, vt supra sæpius dixi, sed hæc communis reputatio, & existimatio amittitur per qualecumque crimen, ex quo infamia irrogatur, vt per se patet; ergo sublata nobilitate, videtur consequens necessarium, Petrus non est nobilis: ergo est plebeus, siquidem præsumptio iuris in hanc partem inclinat, quẽ esse plebeũ, nisi probetur nobilis, *Garsia dict. glossa* 12. *num.* 5. *Menoch. lib.* 6. *præsumpt.* 60. ac proinde videtur hic nobilis, qui perdidit ex crimine nobilitatem, ad suam redire primordialem originẽ plebei, *iuxta notata, ad l. Si Vnus*, §. *Pactus ne peteret, D. de pactis cap. ab exordio* 35. *dist.* Denique, frustratoria foret pœna legis, si post amissam nobilitatẽ maneret sic priuatus nobilis, prout antea, quod negari non potest maximum continere absurdũ, & hæc pars in rigore non caret probabilitatẽ, & ita in crimine læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, tenent *Otalor. part.* 2. *tertiæ princip. cap.* 7. *num.* 17. *Cantera, in quæstionibus criminalibus, titul. de quæstionibus punit. delicti, cap.* 2. *num.* 11. & iterum reperit *Otalora part.* 4. *cap.* 9. *numer.* 5. *ad finem*, quod confirmat *ex l. Quisquis* §. *Filij C. ad leg. Iul. Maiest. cap. Vergetis de hæreticis. cap. statutum de hæreticis lib.* 6. facit *l. Castella.* 2. *tit.* 1. *part.* 7. *Faber lib.* 9. *C. titul.* 28. *definitione* 1.

475.

Sed contraria sententia magis placuit sapientissimis authoribus, 476.

nempe, *Iacobo ſimancas de Catholicis tit.* 28. *num.* 18. *Azeuedo l.* 3. *titul.* 3. *lib.* 8. *recupil. num.* 29. *Sanch. in Decalogum. lib.* 2. *cap.* 29. *nu.* 2. *Farinac. de hæret. quæſt.* 191. *n.* 24. quæ tamen non defenditur à prædictis abſolute, ſed cum diſtinctione, cui adhæreo, nempe, quod vel hæc nobilitas, qua criminoſus pater fuit priuatus, eſt antiqua, procedens ab auis, attauis, & alijs aſcendentibus ſuperioribus, vel fuit acquiſita à perſona patris, qui illā perdidit, primam adhuc retinebūt filij, quia cū perueniat á ſuperioribus, nō poteſt factum patris eos priuare auorum nobilitate, *argumento l.* 3. *D. de interdict. & relegat, ibi* (*eum, qui ciuitatem amiſit, nihil aliud iuris adimere liberis, niſi, quod ab ipſo proventurū eſſe ad eos, ſi in teſtatus in ciuitate moreretur, (hoc eſt hæreditatem eius) &c.* & ibi (*quæ vero non à patre, ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea in columia remanere*) ratio eſt, quia hæc nobilitas eſt naturalis, & immutabilis iure ciuili, & municipali, *iuxta text. in* §. *Sed naturalia Inſtit. de Iure naturali, &c. l. Iura Sanguinis D. de regulis iuris. l. Caſtellæ.* 34. *tit. vlt. part.* 7. & cum filij priuati, ſeu condemnati, & ipſe condemnatus hæreditent nobilitatem, in ſimul cum ſanguine ab aſcendentibus ſuis, nihil mirum ſi illa non priuentur, ſaltem quoad effectus ſanguinis.

477 In ſecundo vero caſu, quando nobilitas eſt acquiſita ab ipſomet patre priuato, etiam priuatio nocebit filijs, vt non dicantur nobiles, Doctores ſupra citati, *iuncta dicta l. g.* 3. quæ vtrunque probat, *Sanch. ſupra num.* 4. quæ pars vera 478. eſt, in terminis ſuis, nempe quando ſententia priuationis nobilitatis noceat, vel non, filijs condemnati, ad effectum, vt dicantur nobiles, & poſsint potiri priuilegijs nobilitatis, de quibus agit *Otalora part.* 4. *cap. fin.* Sed non reſoluit quæſtionem, à nobis ſupra ex citatam, an dicatur filius ei ſucceſsibilis, an è contra, ſed ego puto adhuc filios naturales illius, qui nobilitatē hæreditauit, à patre, Auo, vel proauo, eſſe in ſucceſsibiles eidem patri, ſic priuato. Ratio eſt quia *Ordinatio ind.* §. 1. loquitur de nobili, vel alio ſimilis conditionis, ſed nobilis etiam priuatus retinet naturalem nobilitatem, quam lex humana ab eo auferre non poteſt. *d. l. Iura ſanguinis*, Deinde licet priuatio nobilitatis ei obſit, quoad effectus ciuiles, videlicet ne potiatur homenagio, & vt exequi poſsit vſque ad ſaccum, & perā, & ne chirographū illius vim obtineat publicæ ſcripturæ; tamen ſtatum diſtinctum à plebeis, ab eo non aufert, quem ſi retineat, licet priuetur prædictis effectibus, non priuatur hoc, ne filij naturales ei ſuccedant.

Nec obſtant adducta pro prima ſententia, quia ad ſummum concludūt nobilem priuatum per ſententiam non gaudere vlterius effe- 479.

ctibus

ctibus ciuilibus nobilitatis, sed inde non infertur necessario, manere plebeum, quia adhuc potest retinere medium statum a nobis cõsideratum, inter nobiles simpliciter, & plebeos, per quem distinguitur à plebeis, qui sufficiens est, ad filios excludendos, *iuxta Ordinat. d.* §. 1. Nec in his terminis, valida est consequentia, non potitur priuilegijs nobilitatis: ergo est plebeus, nam datur medium supra consideratum, deinde datur illa nobilitas sanguinis, quæ non perditur *dicta leg. Iura sanguinis.* Casus autem, quibus perditur nobi- 480.
litas vide in *Ordinat. lib.* 5. *titul.* 139. §. *fin*, vbi nouem casus criminales recensentur, de quibus, & alijs tractant scribentes varijs in locis, & de primo scilicet læsæ Maiestatis late scribentes *ad l. Quisquis Cod. ad leg. Iul. Maiest. Clar.* §. *læsæ Maiestatis, Decian. tractat. crimin. lib.* 7. *cap.* 2. *Farinacius qui infinitos refert, & sequitur quæst.* 112. *tom.* 4. quem extendunt ad læsam Maiestatem diuinam. *Simanch. de Catholicis titulo* 46. *num.* 64. *Thomas Valasc. allegat.* 13. *numer.* 18. *Farin. qui plures refert tractat. de hæresi quæst.* 191. *Sanch. lib.* 2. *in Decalog. cap.* 28. & 29. Secundum crimen est contra naturam, de quo, *in leg. Crimvir. Cod. ad leg. Iul. de adult. Authentico, vt non luxurientur contra naturam,* §. *Item lex Iulia Instit. de pub. iud. cap. clerici de excessibus prælatorum, Menoch. casu.* 286. *Gom. leg.* 80. *tauri Val. supra num.* 19. *Farin. quæst.* 148. Tertium falsum testimonium in iudicio, *leg.* 1. *D. ad l. Cornel. de fals. cap. tua de Iureiurando Menoch. casu.* 306. *Vaz supra nu.* 25. & *sequentibus, Farin. de fals. quæstion.* 150. *num.* 15. *Riccius col.* 664. *limitat.* 3. *versiculo.* Quartum idē est quod falsitas. Quintum de crimine falsæ monetæ, de quo *in leg.* 1. *Cod. eodem Farinac. latissime quæst.* 115. Sextū de furto, & alijs quæ refert *Vaz per totam illam allegationem,* illaq. non prosequimur, quia ad nostrum propositum non spectant.

Non omittendam duxi quæstionem, de qua in senatu nostro aliquando disceptatum fuit, Vtrum nobiles possint puniri pro criminibus ex quibus nobilitas non amittitur, pæna preconij in audientia, in qua quæst. *Phæbus deci-* 481.
sionum, 1. *part. decisione* 18. Multoties iudicatum refert, pro parte negatiua, ex eo, quia nobiles non subijciuntur pænis vilibus *leg. Desertorem.* §. 1. *D. de re militar. leg. Omnes Cod. decurionibus lib.* 10. *leg. super statu Cod. de quæstionibus, Ordinat. lib.* 5. *titul.* 139. Deinde, quia etiam in pænis criminalibus imponendis semper qualitas personæ attenditur, *cap.* 1. *de officio delegat. lib.* 6. *capit. Pastoralis* 28. *in fine, eodem titulo. Ordinat. lib.* 5. *titul.* 25. & *titul.* 120. *leg.* 2. *titul.* 30. *partit.* 7. *late Gramat. decis.* 14. *Clarus* §. *final. quæst.* 60. *Couar.* 2. *var. cap.* 9. *num.* 3. & 4.

Garsia

Garsia de nobilitate gloss. 1. *num.* 13. *Gtalora* 5. *part. num.* 4. Sed quanuis maxima sit authoritas rei iudicatę, *iuxta l. filius D. ad l. Cornel. de falsis*, tamen, meo videri, prædictæ sententiæ nullæ sunt, tanquam prolatæ contra legem expressam, scilicet *Ordinat lib.* 5. *titul.* 139. *in medio*, 482. & §. 1. vbi Lusitanus legislator distinguit præconium in audientia, à pœna vili; nam si persona nobilis, vel quæ excusatur à pœna vili; fuerit condemnata, vt verberetur, vel alia simili, commutatur prædicta pœna vilis, in annos relegationis, insimul cum præconio in audientia, & in fortioribus terminis idem dicitur *in dicto* §. 1. vbi pœna vilis commutatur in aliam, scilicet, vt portetur catena in pede in simul cum præconio per ciuitatē, vel oppidum iuncta *reg. cap.* 1. *de sentent. & re iud. Cald. forens. quæst.* 36. *Gabiel. commun. in titul. de sentent. conclus.* 7. *Benedict. Pin.* 1. *select. cap.* 17. Ex quibus Ordinationibus manifeste patet, præconij pœnam, siue sit in audiētia, siue in ciuitate, non in conuenire nobilibus ratione qualitatis; nam præconium solum refert causam, propter quam exilij pœna irrogatur, ac proinde per se, nec est vilis, nec infamat, *argumento leg. Ictus fustium D. de his, qui notantur infamia*; Vnde apparet fundamenta sententiarum, quas refert *Phœbus citat. loco*, falsum supponere, dum pœnam præconij inter pœnas viles enumerant, cum certum sit, ipsam non esse vilem, vt apparet ex *Ordinatione* citato loco?

Denique, vt in hac materia nihil intactum relinquamus, quærimus de quæstione quotidiana, an filius clerici legitimatus si filios naturales generet, dicatur nobilis nec ne, vt filij excludantur, vel admittantur ad eius successionem, quæstio non versatur circa filium clerici, qui à genere nobili procedit, sed tantum eo casu, quo clericus natiua caret nobilitate, & eius filius se nobilem prætendit, ratione clericatus paterni, & concludenter quærimus, an clericatus nobiliter, in quo puncto, resolutiue dicendum videtur, clericatum non reddere clericos nobiles, quia ad summum est militia, sed iam supra ostendimus militiam non reddere milites nobiles, igitur similiter de clericatu dicendum erat, ex vulgari argumento *glossæ, in leg. Miles, D. de re iud. vbi Iason. Ripa, & alij, & communis in cap. Odoardus de solut.*

Sed veritas est, clericatū reddere nobiles clericos in sacris, nam clericatus est militia qualificata, continens quam maximam dignitatē, vt notant scribentes *per textum in cap. reperiuntur* 1. *quæst.* 1. *gloss. in cap. denique* 4. *distinctione*, facit *leg. Atrocem C. de iniur. Lappus allegat.* 11. *versicul. remouetur Bart. cons.* 180. *Iason. in l. Generaliter D. in ius vocād.* Et ideo clericus non continetur 483. d

appella-

appellatione plebeorum, *l. 2. C. Ut nemo priuatus, Ioannes Lacerier de primogenitur. quæst. 1. nu. 10.* Vlterius, in sortem Domini sunt vocati, *cap. Cleros 21. distinct.* & dicuntur regale sacerdotium, *iuxta Epistol. 1. Petri cap. 2. vos genus electum, & regale sacerdotium*, per quę fundamenta ità resoluũt Doctores *per textum ibi, in cap. eo libentius de seru. non ord. vbi Anchar. Card, Butr. Panormit. Alciat. in cap. cum non ab homine, de iudicijs, quos sequitur Tiraquel. de nobilitat. cap. 9. num. final. addo Curtilem de Nobilit. 3. part. numer. 220.* cum ergo filius legitimatus potiatur nobilitate paterna, fit consequens filium clerici etiá si à genere nobili non descendat, effici nobilem per legitimationem, propter clericatũ paternum, ac per consequens naturales ei succedere nõ posse, Nec obstat argumentum supra tactum, quia non procedit in militia qualificata qualis est clericatus?. Et hæc de nobilitate.

Redeamus igitur ad omissam viam successionis filiorum naturalium, aqua aliquantulum digressi sumus; & prosequendo contendimus; intelligenda omnia supra resoluta circa naturalium successionem, vt procedant, respectu parentum masculorum, respectu vero successionis maternæ, indistincte dicimus filium naturalem grauatũ ex testamento matris fideicõmisso vniuersali, posse duas quartas de-
483. ducere, sicut potest legitimus illas detrahere ratio est eadẽ, quia ille potest duas quartas deducere, qui habet legitimam iure naturæ debitam, & gratiatur fideicommisso vniuersali, sed naturales habent legitimam iure naturæ debitam in bonis maternis, & insuper illos supponimus oneratos. ergo directe infertur posse duas partes deducere. Maior est certa, Minor etiã ostenditur, *ex text. inl. Hac parte, & in leg. Modestinus D. vnde cognati, celebris decisio Iustiniani, inl. Si qua illustris, versiculo, sin autem C. ad Orficianum, §. Nouissime Inst. eod. titulo, §. Vulgo Instit. de successione cognatorum*, vbi probatur filios naturales esse hæredes necessarios matribus suis, & *notat Mynsing. in dict. princ. num. 1. Cagnol. in d. l. Si qua illustris, nu. 34. Doctores cõmuniter per Gom. l. 9. Tauri num. 9. Paleot. de noth. & spur. capit. 38. num. 6. Valasc. cons. 94. num 2. P. Molin de iust. disput. 166. conclus. 7. alias num. 16. Thuscus tom. 5. liter. N. conclusione 23. n. 23. Andr. Angel. in l. 11. tit. 6. lib. 5. recupilat. gloss. 12. num. 3. vbi Mantiença gloss. 5. nu. 1. & Azeued. num. 44. Cou. 2. part. de sponsalibus, cap. 8. §. 4. n. 15. Pichard. in Rubrica de succes. ab intestat. §. 6. num. 26. Surd. de alimentis titul. 8. priuileg. 81. num. 5. & 6. Cuiac. ad Titul. C. ad Orficianum, versic. adhæc notandum Cald. in §. Tam autẽ Inst. de in officioso, num. 49.* vbi multos refert, & est indubitatum apud omnes scribentes, *vt per Marta de successione leg. quæst. 16. artic. 1. nu. 9.*

Blasius

Blasius Robles, de repræsentatione, lib. 2. cap. 13. num. 11. & num. 13. qui si non sint hæredes per matrem instituti, possunt titulum anullare per remedium nullitatis, vel querelam inofficiosi, *leg. Nam & his. 5. D. inofficiosa testam. l. Si suspecta, §. 1. eodem titulo*, & omnia habent remedia, quemadmodum legitimi, *Gaspar ad Fab. lib. 3. tract. 29. quæst. 12.* post medium, vbi *cum Fostero lib. 8. de succes. ab intestato cap. 11. à principio, Fab. in Iuris prud. Papinian. 1. part. tit. 9. princ. 2. illat. 1. Robles dict. loco num. 17.* ampliat, vt non solum respectu ascendentium sit legitimus hæres, sed etiam respectu transuersalium, *iuxta l. 2. l. Si spurius 4. D. vnde cognati, cum alijs, quæ citat Cou. de sponsalib. cap. 8. part. 2. §. 5. nu. 19. Duenh. regul. 366. limit. 10. Gom. dict. l. 9. à nu. 47. Crass. §. Successio abintestat. quæst. 34. Petr. Greg. symag. lib. 45. cap. 6. & cap. 9. Gam. decis. 3. vbi additio, Pudor. de noth. cap. 39. num. 5. Azened. leg. 6. tit. 8. lib. 5. recupilat. num. 2. & in l. 1. nu. 92. facit Ordin. lib. 4. tit. 93.* quæ resolutio, quoad successionẽ matris, indistincte accipienda est, cuiuscunque qualitatis sit mater, siue illustris, siue nobilis, siue inferioris conditionis, vt bene probatur ex generalitate iurium supra citatorum, præcipue *d. L. Si qua illustris, versiculo. sin autem, post alios, ibi, notat 6 uiac. ad illum titulum, §. Ad hæc, versicul. at iusti, Couas de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 4. n. 15. alias num. 23. vbi fatetur communem, Molina dicta disputat. 166. alias conclus. 7. Oinotomus ad titulum de successionibus ab intestato, Rubrica de succes. natural. nu. 16. vbi Pichard. §. 8. num. 2. Thuscus tom. 5. litera. N. conclus. 23.* post omnes supracitatos, resoluẽtes, etiam si mater alios habeat legitimos, quæ resolutio in matre illustri cum scrupulo procedit, quia ratio illa castitatis obseruandæ, de qua in *d. l. Si qua illustris*, æqualiter militat in filio naturali, ac spurio, sed tollitur scrupulus, dicendo, duas esse rationes differẽtie, alteram, scilicet, odium legum ciuilium contra spurios, *Authent. ex complexu C. de incestis nupt.* alteram, quia concubinatus apud Imperatores reputabatur crimen, *Bart. in l. 1. D. de Concubinis*, & posse succedere contra testamentum matris probat *l. Si suspecta. 29. §. 1. D. de inofficioso testamento*, & hæc resolutio inter scribẽtes communissima est, vt videri potest ex omnibus citatis. Vnde censurandus est *Cald. in dict. §. Tam autem, num. 57. & n. 62. ad finem, cum sequentibus in principio*, dum scribit filios naturales fœminarum nobilium, & illustrium, attento iure Romanorum esse matribus successibiles, *per d. leg. Si qua illustris, sequendo Baptistam ibi n. 68.* eum potius totum contrarium dicere deberet, nempe naturales, tã nobilium, & illustrium, quam aliarum, scilicet ignobilium, attento iure ciuili, & regio esse matribus successibiles, tam ex testamento, quam

445. 48

440

484.

quam abintestato, nec contrarium probat *d.l. Si qua illustris ponderata ad Cald.* quia loquitur in alio genere filiorū, prout infra dicemus.

Remanet tamen scrupulus circa proxime dicta, videbatur enim potius dicendum, huiusmodi filios naturales magis patribus masculis, quam matribus fœminis esse successibiles, cuius contrarium supra retulimus, ex eo, quia de. 487. stabilior est fornicatio in fœminis, quam in viris *argumento leg. Palam §. fin. D. de Ritu nuptiar, vbi glossa recepta per Decium in l. Fœminæ num. 63. D. de regul. iur.* & comprobatur *ex d. leg. Si qua illustris*, vbi Imperator ait præcipuum debitum fœminarum esse castitatis obseruationē, *vt ibi notat Gothofred. litera*, N. Secundo suadetur *ex textu in leg. 1. Cod. de Mulieribus, quæ se proprijs seruis* vbi propter fœdam maculam luxuriæ mulieris cum seruo proprio, imponitur pœna capitis, quā masculis, qui cum proprijs ancillis rem habent, nullibi impositam legimus, *exornat, Lusitanus Ægidius de iure honestatis cap. 10. à principio, & num. 4.* ergo rationi congruebat, vt potiùs parentibus masculis, quā matribus fuissent successibiles, & miror huius dubitationis non fieri mentionem in aliquibus lecturis, & locis, tam præceptorum, quam librorum, vbi ex professo actum fuit de naturalium successione, sed aliquando, bonus dormitabat Homerus; illi tamen dubitationi occurit *Berengar in l. In quartā D. Ad l. Falcid. num. 44.* dicendo naturales idoo matribus, & non parentibus succedere, quia jus ciuile nō 48 tanti fecit successiones mulierum, quanti parentum masculorum, ex eo, quia per successionem masculorum tuentur agnationes, & conseruantur familiæ, §. 1. *Inst. de legitima agnatorum*, vel *leg. Pronunciatio §. Familiæ versicul. communiter D. de verb. signif.* quæ agnationes, si per infectum medium admitterentur, putrescerent, & corrumperentur, argumento, *l. vlt. Cod. quatur. liber.* quod in hæreditatibus fœminarum cessat, quia in ipsis finitur familia *d. leg. Pronunciatio in finalibus verbis*, *Menoch. consil. 463. & 549. nu. fin. Faquin. lib. 11. controuers. cap. 25. Surd. cons. 308. & 316. Pereg. cons. 6. lib. 1. Castil. tom. 2. cap. 4. à num. 152. & tom. 3. cap. 29.* Aliam rationem adducunt *Gom. l. 9. Taur. num. 9. Paleot. de Noth. & spur. cap. 36. num. 4. Menoch. de arbitr. casu. 89. numer. 4.* cum alijs, quos mordet *Caldas, ad §. Tam autem Inst. de inofficioso testamento num. 55. Pichard. in Rubrica de hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur, num. 27. & §. 8. num. 2.* Patrem scilicet naturalem certum nunquam dici posse, matrem vero semper, *leg. Quia semper D. de in ius vocando*, quam denique rationem, post longum digressum assignat *Caldas vbi supra, numer. 62.* nulla alia superaddita, solum ait, quod quanuis filij nati

ex concubina habeat pro se qualē qualem præsumptionē, quoad paternam filiationem, non est tamē tam certa, vt probationem in contrarium reijciat, bene comprobat *Menoch. de præsumptionibus lib. 5. præsumpt.* 53. ita vt affirmari non possit de ipsis cum certitudine iuris, esse genitos à certis parentibus, quæ infirmul rationes tenetæ, licet non euincant á priori suprapositas decisiones, tamen suadent efficaciter, vt ipsæ iustæ reddantur, prout est cōmunis doctorum aduertentia in *l. Non omnium D. de legibus, & passim alibi.*

Perscrutemur modo, quid dicēdum circa spurios, (hos enim supponimus nō vulgo quæsitos, quos
590. ius ciuile tales reputat, sed illos, qui nascuntur ex parētibus, inter quos dari non potest matrimonium; *leg. Quod vulgo D. de statu hominum. §. Si aduersus Instit. de Nuptijs cap. tanta, qui filij sint legitimi Paleot. de Noth. & Spur. cap.* 16. *Conan. Comment. lib. 2. cap.* 16. *à num.* 2. *Anton. Cont. lib. 2. succession. cap.* 11. *Petrus Gregor. part. 2. lib.* 10. *syntagmat. cap.* 3. *à num.* 17. *Robles lib. 2. cap.* 13. *numer.* 6. & 8. *Cenar. 2. part. de sponsalibus, 4. cap.* 8. §. 5. *Rojas succession. cap.* 15. *num.* 6. *Cenuant. leg. 9. taur. num.* 19. *Solorsanus de Parricid. lib. 2 cap.* 3. quanuis etiam eos naturales appellari ex infinitis, quos refert, testetur *Menoch. lib.* 4. *præsump.* 78. *num.* 69. qui si à parentibus instituantur, & ab ipsis grauentur, vtrū deducant has duas partes, quoad parentes masculos, non potest esse
491. locus disputationi, ex eo, quia ipsis sunt in successibiles, tam ex testamento, quam ab intestato, *per textum, in Authent. ex complexu C. de incestis nuptijs, iūcto corpore vnde sumitur, in Authentico quibus modis naturales efficiantur legitimi §. fin. Authent. licet Cod. de natur. lib. lib. in fin. cap. Tanta, cap. Referente, cap. Peruenerabilem, qui filij sint legitimi, post Ordinarios dictis locis, Gom. l. 9. taur. numer.* 13. *Paleot. de Noth. cap.* 40. Rojas *succession. cap.* 20. *Medina de Iustitia disputat.* 167. *conclusione* 3. *Lessius de Iustitia lib. 2. cap.* 19. *dub.* 6. *num.* 58. *Pichard. in Rubrica de hæreditatibus, quæ abintestato deferūtur, §. 7. numer.* 9. *vbi de communi Gothofred. in notatis ad dict. Authent. ex complexu Cod. de incestis nupt. Cuiac. ad titulum Cod. Natur. lib. §. 2. differentia, Paulus Emilius Gallus de succession. ab in testato. part.* 2. *titul. 3 except.* 9. *num.* 12. *Marta de iurisdict. quæst.* 16. *artic.* 1. *nu.* 15. *& sequentib.* huius iuris ratio desumitur *ex l. fin. C. Nat. liber.* vt scilicet homines refrænentur à libidine sua, videntes 492
hos filios carere omni spe hereditatis paternæ, cum alijs, quas sciens omitto; & quanuis hanc constitutionē iuris esse diuini existimauerint grauissimi autores, *secuti Bald. in l. 1. num.* 13. *Cod. Summa Trinitate*, & alij ex quibus communem sententiam fatetur, *Crassus receptarum §. Successio ab intestato quæst.* 18. *num.*

18. *num.* 5. *Rojas. d. cap.* 20. *à num.* 20. adducentes *locum Geneseos.* 21. *Non erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac*, nihilominus fallun-
493 tur, *vt per Paleot. d loco cap.* 54. *num.* 8. *Molin. disputat.* 166. qui clarissime ostendunt hãc prohibitionem circa spurios, tantum dimanasse à iure humano, adducentes sequentia fundamẽta, quia licet vsus hæreditatum à iure naturali sit inuentus, *cap. Ius naturale* 1. *distin.* ordo tamen, & forma succedendi legibus ciuilibus, & humanis tribuitur, á tempore legum duodecim Tabularum, *iuxta textũ in l. lege obuenire* 130. *vbi Rebuf. de verb. signif. Cuiac. in l. Verbis legis* 120. *D. eodem titulo, Pinel. in Rubrica de rescindenda* 1. *part. cap* 1. *num.* 23. *Costanus lib.* 1. *Selectarum cap.* 6. *nu.* 7. deinde con-
494. uincitur *per Molin. vbi supra*, quia locus ille significat solum alligorice filios Ecclesiæ, qui cælestem hæreditatem consequuntur, ad quod alludere videtur *Apostolus ad Galat.* 4. *& ad Romanos* 9. vel si velis esse præceptum, dic esse præceptum legis veteris, quod iam ab aduentu Christi Saluatoris extinctum est, *cap. Translato de constitutionibus, cap. Unico de Purificat. post partum*, post alios *Couar.* 1. *variar. cap.* 17. *Gutier. lib.* 1. *Canonic. cap.* 21. *num.* 13. *Suar. tom.* 8. *de legibus lib.* 9. *de leg. veteri cap.* 11. *Ioannes Petrus Moneta de Commut. vltim. volunt. cap.* 12. *num.* 37. Vnde fit consequens hanc prohibitionem esse iuris humani, & nõstram quæstionem non versari circa successione spuriorum, quæ resolutio negatiua respectu agnatorum ex paterna linea procedentium, æqualiter præcedit in successione ab intestato, nec restringitur solum ad personam parentum, sed etiam in auis, pro auis, & reliquis, admittitur trãsuersalibus, iuxta iura supra relata, in successione vero ex testamento solum in patre procedit, vt infra latius.

Quo ad maternam verò hæreditatem potest excitari quæstio nostra principalis de duabus quartis deducendis, quæ resoluenda est affirmatiua, prout supra in multis locis, ex eo, quia spurij matribus sunt successibiles, & in carũ bonis habent legitimam à lege taxatã, ac si essent nati ex iustis nuptijs, vt deducitur *ex leg. Hac parte,* 495. *& in l. Si spurius. leg. Modestinus D. Vnde cognati. §. Nouissime Instit. ad Orfician.* aduertendo vulgo quæ sitos haberi spurios attento iure Ciuili, *leg.* 1. *§. Sed & vulgo D. ad Tertullian. notat Minsing in dict. §. Nouissime Couar.* 2. *part. desponsalibus, cap.* 8. *§.* 3. *num.* 15. *alias* 21. *Rojas Successions. cap.* 26. *à principio, Paleot. de Noth. cap.* 41. *numer.* 3. *communis ex Cagnolo in leg. Si qua illustris, nu. pen.* refert, & sequitur *Bened. Ægid. de iure honestatis, cap.* 13. *num.* 4. *post Gom. d. leg.* 9. *num.* 9. *Richard. dict. Rubrica de hæreditatib. §.* 8. *num.* 1. *Azor. Moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 9. *quæst.* 2. *Thuse. tom.* 7. *litera S. conclus.*

416. *num.* 20. & 27. *Spin. de testam. glos.* 16. *à num.* 32. *& à num.* 60. *Robles dict. cap.* 13. *num.* 5. & 6. huius constitutionis ratio iam supradicta est, cum de successione naturalium ageremus, ita tangit *Paleot. cap.* 39. *num.* 4. *Petrus Greg. Syntagm. lib.* 45. *cap.* 11. *numer.* 10. ita vt queri ante possint materna
496 testamenta, si iniuste exhæredentur, *leg. Si suspecta* 29. §. *De inofficioso D. in officioso testamento*, & insuper anullare, nisi instituātur in forma §. *Aliud quoque capitulum, in Authentic. vt cum de appellat. cognoscitur Collat.* 8. & reuocare alienata in fraudem legitimæ, *iuxta leg. Si tot as Cod. in officiosis donationibus post alios Rojas d. cap.* 26. *num.* 26. *Cou. de sponsa.* 2. *part. cap.* 8. §. 4. *num.* 16. *Mench. illustrium lib.* 3. *cap.* 106. *num.* 24. *Marques quæst.* 12. *num.* 4. *part.* 1. *Duaren. ad titulum de inofficioso testamento, cap.* 6. *Anton. Faber. in Iuris prud. Pap. Titu.* 8. *princip.* 2. *illat.* 1. *Robles d. cap.* 13. *n.* 12. *Valasc. cons.* 94. *à num.* 2.

Quibus sic positis, sequens conficitur syllogismus, Omnis filius,
497. qui habet legitimam in bonis patris, aut matris à lege taxatam, si grauetur vltra dodrantem, potest duas quartas deducere, sed filius spurius habet legitimam in bonis maternis: ergo regula nostri textus amplianda est ad spurios grauatos à matribus. Maior est certa, Minor constat ex proxime resolutis, consequentia est legitima.

Limitanda tamen erit hæc ampliatio, ne procedat in matre illu-
498. stri, quia ipsi filius spurius succedere non potest, nec ex testamento, nec ab intestato, quia respectu ipsius in capax est, prout respectu patris diximus, *textus est celebris, in leg. Si qua illustris Cod. ad Orfician.* vbi notant omnes scribentes communiter secundum supracitatos *Bart. Salycet. ibi numer.* 1. *Paul.* 2. *Bald. & Alexand. Rojas de succes. cap.* 26. *numer.* 3. maxime, *Ioan. Baptista. Caccialup. in repet. illius textus num.* 69. *& à num.* 73. *Pichard. in dicta Rubrica*, §. 8. *numer.* 1. & 3. *Cuiac. in posthumis Cod. ad illum titulum*, §. *Ad hæc, versicul. excipitur, Gothofred. ibi litera. L.* quod dico intelligendum, quando ipsa mater illustris habuerit alios filios legitimos, vt statim dicemus. Ratio huius limitationis est, quia illustribus castitatis obseruatio præcipuum debitum est, in quarum pudicię fauorem lex illa ab Imperatore promulgata est, vt patet ex contex-
tura ipsius *leg. Ibi (& hanc legem* 499.
ipsi pudicię, quam semper colendam censemus merito dedicamus,) notat ibi, Corneus numer. 1. *Caccialupus, numer.* 68. *Cagnol.* 24. *Rojas dicto cap.* 26. *numer.* 11. *Ægidius dicto cap.* 13. *num.* 3. *Paleot. de Noth. cap.* 41. *num.* 3.

Sub limitanda est etiā hæc proxima limitatio, ne procedat deficientibus filijs legitimis, quia in defectum illorum succedūt spurij

matribus

500. matribus quantuncunque illustribus, est communis resolutio *ex Paulo n.u. 4. in dict. l. Si qua illustris, cum glossa vltim. ibi, vt per Cagnol. n. 55. post Bart. in l. vltim. num. 4. Cod. de his, quibus vt indignis, & numer. 3. Caccialup. ibidem. num. 73. Rojas dict. cap. 26. numer. 70. Ægidius dict. cap. 12. num. 5. Azor dict. quæst. 2. in fine*, quod bene deducitur ex litera *d. l. Si qua illustris*, dum cõtra regulam iuris antiqui *d. l. Si spurius*, & aliarum, quas supra citamus, quæ nullam distinctionem matrum illustrium, aut non illustrium faciebant, vt optime explicat *Rojas dict. cap. 26. à principio*, constituit ipsos, extãtibus legitimis, succedere minime posse matri illustri, qua conditione legitimorũ defecta, intrat regula antiqua, scilicet esse matribus successibiles, & per consequẽs ampliatio nostri textus numero præcedenti scripta, neque aliquid facit fundamentum, quo *Gom.* motus fuit *d leg. 9. num.* 10. vt contrarium teneat, nempe rationem *d. l. Si qua illustris*, dum ait iniuriosum esse matribus illustribus habere filios spurios, procedere etiam casu, quo extent legitimi, pungit *etiam Cagnol. in dict. leg. Si qua illustris, nu.* 44. *Matiençoleg. 7. titul. 8. gloss. 6. num. 2. lib. 5. recupilat.* aduertere naque deberent, decisionem *dict. leg.*
501. procedere coũrectorie ad generalitatem *dict. leg. Si spurius*, nec esse habendam, ad casum non expressum, *ex vulgari regula, l. Ius singulare D. de legib. Barbos. leg. Si constante. num.* 102. *D. solut. matrimon. ita Cagnol. d. num.* 53. *in fine, Matiençe dict. gloss. 6. num.* 7. *Ægid. d. num.* 5. *in fine*, qui tres declarationes tangit. *num.* 5. quas alienas a mente Imperatoris *in d. leg. Si qua illustris*, dicimus, quæ autem sint personæ illustres, vide per Rojas *d. cap.* 26. *à num.* 7.

Limitatur secundo hæc. nostra ampliatio, ne procedat in spurijs natis ex damnato coitu, & punibili, quos incapaces maternæ hæreditatis agnoscunt cõmuniter Doctores, *cum glossa final, in dict. leg. Si qua illustris, vbi Cagnol. numer.* 45. *post. Salicet, Bart. & alios, Paleot. de nothis, & spuris cap.* 43. *à numer.* 2. *Rojas dicto cap.* 26. *à numer.* 18. *Ægidius, dict. cap.* 13. *num.* 4. *ex medio, Molina dict. disputat.* 167. *conclusione* 5. *Azor. dict. loco quæst.* 2. *Pichard. dict.* §. 8. *num.* 11. *Marta dict. artic.* 1. *num.* 22. *& sequentibus*, adducentes *textum, in Authentica, ex complexu Cod. de incestis nuptijs, iuncto originali, in* §. *final, in Authentico, quibusmodis naturales sui collat.* 7. dum iura illa loquuntur per verbum, parentibus, quasi verbum illud vtrumque parentem masculum, & fœminam comprehendat, *leg.* 11. *titul.* 13. *partit.* 6. *leg.* 7. *titul.* 8. *lib.* 5. *recupilationis, vbi Glossatores Trentacinquius variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 2. *à numer.* 1. *Surdus, decis.* 249. *Thesaurus libr.* 1. *quæstio forens. capit.* 22. *à numer* 23. *Faber.*

502.

super Cod. lib. 5. tit. 16. definitione 6. Robles lib. 2. cap. 14. nu. 2. quod adeo verum putat *Robles lib. 2. cap. 14. à num. 2. 5. & 6.* vt non solum matri, sed nec etiam coniunctis ex linea
503. materna, succedere possint, vt latissime cōprobat per totum illud *cap. 14. maxime, nu. 50. vbi infinitos refert, Facchin. lib. 6. controuers. cap. 10. Surd. decis. 249. num. 20. Fab. lib. 5. C. tit. 16. definit. 2. Petrus Gregor. 2. part. lib. 45. cap. 11. à num. 11. Matienço l. 6. titul. 8. lib. 5. glossa 4. numer. 8. Rojas, cap. 26. numer. 26. Aflict. decis. 96. ad fin,* In qua tamen cōtētione, contrarium defendunt plures per *Matienço proxime, num. 4. Spino de testam. gloss. 16. à numer. 19. Auendanh. leg. 9. gloss. 6. à num. 4. Gutier. 2. part. quæst. 103. Peregr. de iure fisci, lib. 3. titul. 18. nu. 43. Vicent. de francis decis. 238. Gaspar Thesaurus lib. 1. forens. cap. 22. nu. 24. cum infinitis, quos refert Robles supra num. 14.* sed redeundo ad quæstionem principalem supra positā; multi prout *Hostiens, & alij antiqui, de quibus Gom. d. l. 9. num. 13. Thuscus tom. 7. litera. S. conclus. 416. num. 26.* de illa dubitarunt, & tenēt hos filios etiam ex damnato cohitu matribus esse successibiles, per regulas supratitatas, quæ in hoc casu non reperiuntur limitatæ, quorum opinio facile defendi potest contra cō munem supra citatam, *secundum Corneum in d. l. Si qua illustris colun. 2. in principio,* nec iura pro cōmuni adducta adeo vrgēt, vt eis satisfieri non possit, dicendo, verbum Parentibus, satis verificari, respectu masculorum distributiue, non vero respectu matrum, quia adhuc in illis standum est regulæ *d. l. Si spurius*, cum similibus, quæ limitata non est per supradicta iura, quā opinionem si velis retinere, prout illam insinuat *d. Authent. ex complexu*, quæ loquitur tantū in patre *ibi (nec à patre alantur)* quasi dictū §. *fin.* vnde sumitur, solum loquatur de parētibus masculis, deseruiet ad ampliationem nostri textus, cōmunis tamen supra citata obseruabitur in nostro Regno; *per Ordinationem expressam lib. 4. tit. 93.* quæ dum constituit matrem succedere nō posse spurio ex damnato coitu, etiam consequenter probat spuriū matri succedere non posse, ex eo, quia ius succedendi reciprocū est, de parentibus ad filios; & de filijs ad parentes, *l. Nam & si parentibus, D. de inofficioso testamento, Authent. quibus modis sui* §. *De nepotibus, vbi* 507. *notat Gothofred. litera O. l. Hac parte, D. vnde cognat, Valasc. consult. 29. num. 3. excellenter Surdus de aliment. tit. 1. quæst. 22. numer. 18. & melius cons. 342. à num. 7. & numer. 16. & 17. vbi num. 27.* idem resoluit in filio emancipato, *Pichard. in d. Rubrica de hæredit, quæ ab intestato* §. *7. num. 12. Cuiac. lib. 14. quæstionum Papiniani, super, d. l. Nam & si parētibus, Nouissime Ioannes, Antonius, Mangilius de imputationibus, quæst. 1. numer. 11.* vbi infinitos refert.

505. 506. 508

Egidius

Egidius d. cap. 13. *num.* 15. *Marta vbi supra, numer.* 25. *addo textum in Authentic. Vt cum de appelat. cognoscitur* §. *Caterum collatione.* 8. Cum ergo apud nos sint hi insuccessibiles, nec habeant legitimam in bonis maternis, nec ab eis hę redes institui possint, frustra insudabimus applicando eis quæstionem nostram; qui autem coitus sit punibilis, & damnatus, de quo loquitur lex *Regia d. tit.* 93. quære apud *Molin. d. disput.* 267. *conclus.* 2. vbi melius omnibus.

Tertiam limitationem afferunt Doctores, quando mater per vim
506. 508. præcisam cognita fuit, nam tunc talis coitus non est punibilis, cum deficiat libera voluntas ipsius matris, *iuxta cap. Sacris, ibi* (*Cum magis pati*) ac proinde, non potest esse punibilis; ita ex alijs, *Couar. desponsalibus* 2. *part. cap.* 8. §. 5. *numer.* 15. *Dueñas reguel.* 366. *fallent.* 8. *Palcot. de Noth. cap.* 43. *Gamma decis.* 149. *Gom. leg.* 9. *num.* 13. *Val. consult.* 29. *num.* 6. & 13. *post Baldum*, qui originaliter docuit *in d. l. Si qua illustris num.* 12. & *in l. Eam, quam Cod. de fideicommissis, num.* 25. *Cyfuentes l.* 9. *Tauri. num.* 2. *vbi Palat. nu.* 15. 507. iudicatum apud nos *per Valascum d. num.* 13. Nec aliud dicendum est ex *Ordin. d. tit.* 93. quæ quoad fieri potest, reducenda est ad ius cõmune, prout bene intelligit *insignis Barbos. l. Ex facto* §. *Si quis rogatus* 1. *in mutu scriptis, ad Trebellian. præceptores ad Rubricam de his, quæ vi.*

Restat pro complemento huius materię. Vtrũ hi filij spurij, vel nati ex damnato coitu, sint etiam in capaces respectu auorum? an eorum incapacitas sit tantum restringenda ad personam parentum, vt in auorum persona verificari possit quæstio nostra affirmatiua, de duabus portionibus deducẽdis? Quod igitur attinet ad auos paternos, certissimum est non solum nepotes, & alios inferiores descendentes spurios, non habere legitimam à lege taxatam in bonis auorum, & aliorum ascendentium, nec posse querelare eorum testamentum, sed 509.
etiam eis ab intestato succedere nõ posse, quod æqualiter procedit in agnatis transuersalibus ex linea paterna, quod bene probatur *ex textu, in l. Si spurius. D. Vnde cognati*, 510.
vbi quoad coniunctos ex linea paterna spurius non dicitur consanguineus, nec ius succedendi inter se retinet, facit etiam *textus, in Authentico, quibus modis sui* §. *Filium collat.* 7. vbi legitimatus spurius nõ fit successibilis auo ab intestato, nec alijs consanguineis paternis, *notat glossa* 2. *in l. Hac parte D. Vnde cognati, per textum optimum, in leg. vltima Cod. naturalib. lib.* vbi in nepote incapacis constituitur, ne succedat auo ab intestato, quod idem videtur probari *ex Authent. quibus modis naturales sui* §. *De nepotibus*, vbi Imperator se refert *ad d. l. vltim.* quæ licet magis loquatur de naturalibus, tamen optime applicatur

spurijs, quia illi etiam erant incapaces, vt supra retulimus, vt clare colligitur *ex d.l. 1. l. Si qua illustris, Cod. ad Orficianum, vbi Caccialupus num. 61. Abb. consilio 50. numer. 3. Alexander, consil. 57. ad finem, lib. 4. Paleot. de Nothis cap. 41. numer. 3. Rojas de succes. cap. 26. num. 79. Duenh. reg. 366. ampliat. 8. Molin. disp. 167. concl. 12. Pichard in Rubr. de hæreditatibus, quæ abint. §. 7. nu. 13. & 14. Cardinalis Thuscus tom. 7. conclus. 416. num. 18. & 43. litera. S. Ægidius dict. cap. 13. numer. 17. à principio, & nu. 23. post omnes Marta de succesione leg. part. 3. quæst. 7. artic. 1. num. 6. & part. 1. quæst. 16. articulo 1. num. 25.* Cuius resolutionis illa est ratio, quia hic spurius nascitur,
511. & procedit ex radice infecta, Deinde, quia in eo militat illa incertitudo, quam in parentibus illegitimorũ, supra considerauimus. Si autem ex testamento aliquid per auum, vel alium agnatum sit relictum spurio, vel per donationem,
512. vel per alium legitimum modum, tunc merito iure, illud capere poterit, absque iuris resistentia, ac hæres institui potest, *ita probat textus, in dicto Authentico, quibusmodis naturales sui §. Filium, versicul. si vero, textus in d.l. vltim. Cod. Naturalibus liberis, vbi notat Gotofred. litera, D. & ex Angelo Aretino, bene observat Cardinalis Thuscus, vbi proxime, conclus. 417. num. 81. Post Bart. Alexand. Immola, Iason. & communem, in l. Gallus D. de liberis, & posthumis, Corneus cons. 25 lib. 1. Decius consilio 462. Boer. decis. 167. numer. 16. & Pichard. in loco supracitato, num. 27. Couar. 2. part. de sponsalibus, cap. 8. §. 5. num. 19. excellenter Fachineus cõtrouers. lib. 5. cap. 97. Marta de succesione legali. 1. part. quæst. 20. artic. 7. à numer. 1.* vbi plures, *& 3. part. quæst. 7. articulo. 1. num. 7. Ægidius dict. cap. 13. num. 21. & 22. & num. 24.* Et facit quod scribit *Bart. in l. quod conditionis, num. 2. D. de donat. & in l. 1. D. de iure fisci num. 3.* spurium, & in capacem solum à patre non posse capere, sed ab alijs posse, 513.
est vtrobiq; optima additio *Bald. cons. 131. lib. 3. & cons. 374. versicul. nec dicat aliquis lib. 1.* quia ratio incapacitatis spurij solum nititur in refrænanda parentũ libidine, prout scribit Imperator *in d.l. vltim. Cod de natural. lib.* quæ ratio solum cõcernit personas parentum, & ideo ad illos solum restringenda est, remanetque spurius respectũ aliorũ 515
agnatorum capax, vt saltem ex testamennto ab eis acquirere possit, quod semper erit limitándum ad causam testati, ab intestato enim, nunquam succedunt, eisque decisionem nostri capitis Rayualdus, non posse applicari, certum est: 514
nec etiam auis paternis, cum in ipsorum bonis non habeant legitimam, à quibus si grauentur, Trebellianicę, aut Falcidiæ beneficio afficientur, prout quilibet extraneus. Vnde venit reprehendẽdus, *Pichard. in d. Rubr. de hæreditatibus,*

quæ

quæ ab intestato §.7. *nu.* 28. *Fachin. dict. lib.* 3. *cap.* 98. *Æmilius. part.* 2. *quæst.* 3. *excep.* 9. *nu.* 36. dum tenent spurium, & incestuosum neporem non posse capere ex testamento aui, deberet unim aduertere in capacitatem quoad causam testati in auis cessare *iuxta d. l. vltim. cum aliis supracitatis.*

Circa cognationem maternam, videbatur etiam pro parte negatiua resoluendum, iuxta communē sententiam supra relatam secutam per *Ordinationem lib.* 4. *tit.* 93. ex eo, quia etiam procedunt ex radice infecta, matri que sunt insuccessibiles: igitur etiam auis, & cæteris cognatis tranuersatibus, & fratribus vterinis, argumento *leg. vltim. versic. in nepotibus Cod. bon. matern. cap.* 1. §. *Hoc autem, notandum, de his qui feudum dare possunt. Molin. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 41. *Rojas d. cap.* 26. *nu.* 24. quo argumento, ita tenent *Guilhelm. Benedictus in cap. Raynucius verbo, vxorem nomine Addasiam, nu.* 708. *Decius cons.* 311. *num.* 1. *Gom. l.* 9. *numer.* 51. *Paleot. cap.* 43. *num.* 2. *Rojas dicto cap.* 26. *num.* 25. *& num.* 46. *&* 79. qui expendunt hos filios esse priuatos omni legum auxilio, vt ait *textus in Authentico quibusmodis naturales sui* §. *fin. scribit Valentinus Fosterius lib.* 6. *de succes. ab intest. cap.* 50. *à num.* 12. *Ludouicus de Sardis tractat. de legitim. spur. quæst.* 7. & omnes, quos citamus supra *num.* 198. *& multi quos refert Robles lib.* 2. *cap.* 14. *per totum.*

Sed contrariam sententiam tenent graues simi Doctores, cui tam 516.
quam certæ adhæreo, illam tenēnt *Couar. de sponsalib.* 2. *part. cap.* 8. §. 5. *num.* 26. *qui ex alijs* fatetur cōmunem opinionem, quoad successionē inter cognatos, sed interminis *Molin. de iust. disput.* 167. *concl.* 10. *Azor Moralium.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 9. *quæst.* 2. *& explicat optime Petrus Gregorius syntagmatum lib.* 45. *cap.* 11. *num.* 11. *optime etiam Ægidius d. cap.* 13. *num.* 19. *Azeued. l.* 1. *titul.* 8. *lib.* 5. *à num.* 34. plures supra iam citati. Et ostenditur ex eo, quia inter fratres vterinos, & inter auos maternos, datur ius sanguinis quantuncunque ex damnato coitu nascātur, *ex d. l. Hac parte, & l. si spurius D. Unde cognati*; sed hoc ius solum immutatum est in successione, respectu personæ matris, & non auorum, nec aliorum consanguineorum, vt patet: ergo hæc prohibitio non afficit personas auorum, seu cognatorum, & attento iure communi, bene confirmatur ex opinione, quam supra contra communē citauimus, dum cōtendit filios natos ex coitu etiam damnato, & punibili semper, & omni casu esse matribus successibiles; cum ergo *Ordinatio nostra regia d. titul.* 93. solum illos reddat incapaces quoad matrem, non est facienda extensio, etiam ad auos, & hanc nostrā sententiam clare insinuant verba, *eiusdem Ordinationis ibi* (*assim poderão succeder a quaisquer outros parentes, &*

tes, & deuidos per parte de sua mãy cõ-
iunctos, quasi lex faciat illos incapa-
ces solum respectu personæ ma-
tris, in cuius persona datur ratio
517. specialis prohibitionis, propter de-
lictum scilicet, incontinentiæ, quę
cessat in alijs ascendentibus, & trãs
uersalibus, argumento *d. l. vltim. C.*
de naturalibus lib. quæ incapacitas
cum sit inducta in pœnam, non po
test egredi suos authores, *iuxta l.*
Sancimus C. de Panis cap. Quæsiuit de
his, quæ fiunt à maiori parte, optime Fa-
rin. cons. 60. *num.* 3. *& consil.* 65. *n.*
100. *Franciscus Beccius cons.* 8. *à nu.*
20. *Surdus consil.* 173. *num.* 85. Ex
quibus concludendum dico filios
spurios, etiam ex damnato coitu
solummodo esse incapaces succe-
dendi personæ matris, non autem
auis, & cæteris fratribus vterinis,
quia his tam attenta cõmuni opi-
nione supra citata, quam attenta
lege Regia supra citato loco, sunt
518. successibiles, & necessarij hæredes,
& ideo possunt dicere nullum, &
querelare, si prætereantur, vel iniu-
ste exhæredentur *d. l. Si suspecta §.*
De in officioso D. in officioso testamento
ita ex multis decisum referũt *Vin-*
centius de Francis decis. Neapolitana
238. *Gutier. pract. lib.* 2. *quæst.* 102. à
quâ opinione in iudicando, & con
sulendo non esse recedendum, scri-
bit *Mena de Flores, in additionibus ad*
Gammam, additione ad 3 *decis. colun.*
2. facit resolutio *Cabed.* 1. *part. decis.*
135. *n.* 2. & iam practicari audiui à
fidedignis in hoc Regno, vbi quæ-
dam neptis filia sacerdotis nupta
cuidam Æmmanuelis Soares Co-
nimbricensi, mortua fuit sine filijs,
facto testamento, ipsoque Marito
hærede instituto, præterita auia
materna, quæ testamẽtum impug-
nauit, obtinuitque contra dictum
Emmanuelem in supremo senatu:
Vnde clare conuincitur opinio Æ- 519.
gidij dict. cap. 13. *num.* 10. vbi secure
scribit hunc spurium similiter non
posse succedere auis; si enim respi-
ceret ad supradicta, scripta retracta
ret, licet quoad transuersales bene
resoluat, illos esse capaces succedẽ- 520.
di, ac si essent ex legitimo matri-
monio nati, *à num.* 17. *ad finem, &*
sequentibus, Gutier. 2. *pract. quæst.* 103.
Spino glossa 16. *à num.* 19. *Auenda-*
ño leg. 9. *glossa* 6. *nu.* 4. fit ergo con-
sequens ex omnibus proxime dic-
tis, quod si nepos spurius graue tur
ab auo materno, poterit duas por-
tiones deducere, prout infra circa 521.
nepotes legitimos statim resolue-
mus; quod maiori euidentia demõ
stratur, quia resoluimus hos habe-
re legitimam in bonis auorum, &
damus illos grauatos: ergo duas
portiones habebunt, iuxta resolu-
tionem nostræ quæstionis affirma-
tiuæ. Nec obstabit argumentum
supra factũ de radice infecta, quia 522.
illud limitatur, quando datur diuer
sa ratio in parentibus, ac in alijs as-
cendentibus, qui non deliquerunt,
vt dictum est, maxime, cum res-
pectu aliorũ, excepta persona ma
tris, duret ius sanguinis, *iuxta d. l.*

Hac

Hac parte, Nec *Athentica ex complexu, iuncto corpore vnde sumitur*, comprehendit matres, & data etiã matrum comprehensione, ad solas ipsas est restringenda, nec ad auos potest extendi, vt sæpius inculcauimus cum supra relatis, & tenent multi quos refert *Robles lib. 2. de repræsentatione cap. 14. num. 14.*

Secundo consequitur idem pariformiter esse resoluendum in filijs spurijs matrum illustrium, vt licet ipsis matribus nõ sint successibiles, existentibus alijs filijs legitimis, nihilominus auis maternis hæredes sunt necessarij, iuxta proxime resoluta circa spurios ex dãnato coitu, quia incapacitas eorũ scripta *in d. l. Si qua illustris* restricta est ad personam matris, qua sublata de medio, subintrat *regula d. leg. Hac parte, & d. leg. Si spurius*, quod etiam intellgendum est, siue mater viuat, siue sit mortua, quando auus succedit nepoti, quia cum ipsa mater sit incapax, nullius impedimenti est auiæ, vt nepoti succedat, vel è contra, nepoti ex filia spuria, vt auiam hæreditet, *ex regula non præstat impedimentum de reg. iur. lib. 6. Flores supra citato loco*, in quibus etiã venit practicanda quæstio nostra principalis affirmatiua, de duabus quartis deducendis; quicquid in aduertenter contrariũ scribat Ægidius, *dicto. cap. 13. num. 12.* Quoad transuersales vero, circa successionem istorum, ad omnia supra resoluta recurrendum est, prout benе ait Ægidius *dict. cap. 13. num. 20.* vide *supra num. 15. & sequentibus.*

523.

524.

Transeamus ergo ad filios legitimatos, & perscrutemur, Vtrum hi possint etiam deducere duas quartas, prout illas detrahunt vere legitimi, & quia multi sunt modi legitimandi in iure. Primus, qui fit per subsequens matrimonium, de quo plene scribentes *ad cap. Tãta qui filij sint legitimi*, & de hoc non est sermo noster, quia tales legitimati sunt vere, & propriè legitimi, ac si de legitimo matrimonio essent nati, in quibus verificãtur omnes dispositiones, quæ de legitimis loquuntur, prout ad varios effectus considerant, & resoluunt Doctores ibidem, *de quibus Peregrinus de fideicommissis artic. 24. à num. 1. Matienço l. 9. titul. 8. gloss. 3. à principio lib. 5. recipilationis, & ibi Azeued. numer. 23. Spino dict. glossa 15. à num. 102. Paulus Emilius. part. 1. tit. 1. excep. 3. num. 150. Marta de successione leg. quæst. 18. artic. 4. & sequentibus*, qui adducunt iura similia *in l. Cum quis, & in leg. Nuper Cod. Natural. lib. Fichard. in Rubrica ceberedit atibus, quæ abintestato. §. 5. num. 18. Sanch. qui infinitos refert lib. 8. disput at. 7. num. 19. Gabriel communium titulo de legitimat. conclus. 1. Paschal. de patria potestate 2. part. cap. 4. à num. 54. Faquin. lib. 3. Controuers. cap. 50. cum sequentibus, Donelo de iure Ciuili lib. 2. cap. 21. §. Ex quibus, Robles de repræsentatione lib. 2. cap. 9. num. 2. Garsia de Nobilit. gloss. 21.*

525.

gloſſa 21. *num.* 13. *poſt Couar.* 2. *part. de ſponſ. cap.* 8. §. 2. *latiſsime Caſtil. tom.* 4. *cap.* 31. *Epiſcopus Campanil. in diuerſor. iur. Rubrica* 11. *cap.* 13. *à num.* 126. Secundus modus legitimationis eſt, qui ſolummodo conceditur à Summo Pontifice, quando à principio tollit impedimentum exiſtens inter coniuges, quæ dicitur legitimatio in radice matrimonij, & de his ſic legitimis etiam non loquimur, quia ſunt ve-
526. re legitimi, *iuxta notata ad cap. Per venerabilem, qui filij ſint legitimi Peregrin. d. articulo* 24. *num.* 76. *Sanch. d. diſputat.* 7. *à principio, cum quibus proſequitur Moneta de commutatione vltimarum voluntat cap.* 9. *numer.* 611. *Caſtillo tom.* 4. *cap.* 22. *numer.* 144. Tertius modis legitimandi fit per reſcriptum principis, quando prin-
527. ceps ſpurios, & illegitime natos naturalibus reſtituit, & antiquæ naturæ, qua omnes homines legitimi naſcebantur. Neglecto quarto modo, quem antiquitas obſeruabat, ſcilicet per traditionem Curiæ, de quo agebatur *in Authentico quibus modis naturales efficiantur legitimi Peregrin. artitul.* 23. *num.* 32. *Gutier. ad §. Sui Inſtit. de hæred. qualitat. & differencia num.* 164. *Azeued. l.* 10. *tit.* 8. *lib.* 5. *recupilat. num.* 44. *& à principio, Paulus Æmilius part.* 1. *tit.* 4. *excep.* 4. *num.* 156. *Pichard. in Rubrica de ſucceſsionib. ab inteſtato.* §. 5. *à num.* 1. *Robles d. cap.* 9. *à principio Mantica de coniecturis lib.* 11. *tit.* 10. *in principio Monet. d. tractat. cap.* 5. *numer.* 102. vbi notant hos modos legitimandi *addo Cuiac. in annotat. ad nouellam* 74. Melius omnibus, *Gothofred in Authentico quibus modis naturales ſui §. fin. litera, X, poſt Bolognetum in Rubrica de lib. & poſth. à num.* 31. *Caſtilh. dict. tom.* 4. *cap.* 22. *num.* 55. & quia ſermo noſter tantum verſatur circa illum modum legitimationis, quæ fit per reſcriptum, de illo agentes reſolutiue concludimus, quod ſi filij per reſcriptum legitimati fuerint vere, & proprie legitimati, & in ſuper à parentibus grauentur reſtitutione fideicommiſsi vniuerſalis, poſſunt duas quartas deducere, probatur hæc 528
noſtra aſſertio irrefragabili ſyllogiſmo, quia omnis ille poteſt duas quartas deducere, qui habet legitimam in bonis paternis â lege taxatam, vt filius, & grauatur à parentibus onere fideicommiſsi, ex quo quartam Trebellianicá poteſt deducere, vt hæres fiduciarius, ſed vere, proprieque legitimatus habet legitimam in bonis paternis, in qua grauari nequit, deinde ſuppo nimus eum grauatum onere fideicommiſsi vniuerſalis: igitur duas quartas deducere poterit, Maiorē euidentem relinquimus ex omnibus hucuſque dictis. Minor etiam certa eſt, quia vere legitimatus per reſcriptum quoad omnia fit legitimus, vt probat Imperator *in Auth. quibus modis naturales efficiantur legitim.* §. *Sit igitur licentia Collat.* 6. *ibi (nihil à legitimis differentes,) & in*

Authen-

Authentico, quibus modis naturales efficiantur sui §. Illud, versic. sit igitur licentia Collat. 7. & iam ante Imperatores supponit *Martianus lib. 2. Institutionum, in leg. Qui in prouincia 54. §. 1. D. Ritu nuptiarum* docent communiter scribētes dictis locis, ex recentioribus *Couar. 2. part. de sponsal. cap. 8. §. 8. à principio, Rojas de success. cap. 23. à nu. 35. Æmmanuel à Costa in §. & quid si tantum. 2. part. numer. 152. Menoch. de præsumptionib. lib. 4. præsump. 79. nu. 38. & cons. 266. num. 20. Peregrin. de fideicommiss. articul. 23. à num. 28. Pr. Molina de iust. disputat. 173. num. 2. Gutier. §. Sui de hæredum qualitate, & different. num. 182. Mantica lib. 10. de coniecturis tit. 7. num. 1. Tiraquel. l. Si vnquam, verbo, susceperit liberos. nu. 84. Cald. de Nominat. quæst. 2. à num. 43. & cons. 27. num. 11. Ioseph. in leg. Cum auus de Condit. lib. 2. cap. 15. Donel. de iure Ciuili, lib. 2. cap. 21. Marc. Anton. Eugen. cons. 57. à numer. 26. Ioan. Marq. Aquilinus in l. Si is qui proemptore D. de Vsucap. à num. 174. Surd. cons. 85. à num. 2. Flores in additions. ad Gammam decis. 135. Castil. d. tom. 4. cap. 22. n. 57. Insignis Pater Suarius tom. 5. de censuris disput. 50. sectione. 5. num. 7. Valasc. de Partitionibus cap. 12. num. 39. Ceualh. tom. 1. comun. quæst 2. n. 7. Antonius Mangilius d. tractat. de imputation. quæst. 83. numer. 39. Azeued. l. 10. titul. 5. num. 43. Castil. dict. tom. 4. cap. 22. à numer. 148. cum pluribus sequentibus, Marta de successione, leg. quæst. 18. artic. 1. num. 2. & sequentibus, Robles dict. cap. 9. num. 12.* Hinc resoluentes eis deberi legitimam in bonis parentum, ac ipsos parentes teneri ipsos filios instituere, in forma *leg. Inter cætera D. de liberis, & posthum.* alias autē poterunt testamētum dicere in officiosum, & contra tabulare, prout ex antiquioribus *resoluit Iason. in Rubr. de liber, & posthumis numer. 11. & in Authent. nouissima, numer. 11. Cod. in officioso testamento Marquus Antonius Eugenius consil. 57. à nu. 16. Blasius Flores de Mena in additionibus, ad Gammam decision. 279. Bolognet. supra n. 35. Castillo d. cap. 22. num. 58. Menoch. cons. 164. num. 35. tom. 2. Peregrin. dict. articul. 23. num. 27. Gothofredus in loco supra proximo,* quibus addo *Gutier. in §. Sui Instit. de hæred qualitate, & differentia à nu. 178. Ceualh. vbi proxime, Garsia de Nobilitat. gloss. 21. num. 9. Surd. de alimentis. titul. 1. quæst. 28. num. 2. & dict. cons. 85. num. 3. lib. 1. Robles qui plures refert d. cap. 9. num. 9. & num. 13. & sequent. Cald. ad. §. Tam autem Inst. de inofficioso testam. num. 64. & sequent. & de Nominat. quæst. 21. num. 25. & cons. 4. per totum maxime à numer. 13.* qui citant *textum in Authent. de incestis nuptys, §. Dubitatum*; adeo, vt faciant deficere cōditionem si sine liberis. *Nata cons. 624. numer. 8. lib. 3. Cephalus cons. 117. num. 20. Decian. cons. 42. num. 15. lib. 1. Surd. cons. 1. num. 98. & sequentibus, Mantica lib. 11. de Coniectur. titul. 10. à num. 3. Menoch.* 530.

de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 79. à num. 1. Robles vbi proxime, num. 16. Consequentia bene infertur ex sup. adictis, quam in terminis fecere *Alexander consil. 139. Decius cons. 257. & alij, quos sequitur Peregrin. articul. 23. numer. 28. versiculo dispositio quoque*, vbi testatur se pro hac parte vidisse iudicatum; *Robles dict. cap. 9. num. vltim. in fine*, vbi concludit omnia, quæ de legitime natis prædicantur etiam verificari in his legitimatis, *Molina disputat. 177. Menchac. de successione Creat. §. 10. à numer. 561. Ioseph. dict. leg. Cum auus lib. 2. cap. 15. à nu. 46. insignis Præceptor Lourenço ad leg. Cum auus D. cond. & dem. in manu scriptis.*

Ex quibus sic discussis, infero ad legitimatos nostri Regni, qui si grauentur à parentibus fideicommisso vniuersali, nõ deducent duas quartas, sed vnam tantum, scilicet Trebellianicam; Ratio huius nostræ illationis, illa est, quia de stylo nostri Regni, licet legitimationes vere, & proprie sint legitimationes, cõcedi tamẽ solent sub ea clausula, vt patri succedant abintestato, vel ex testamẽto, in eo, quod pater voluerit, *vt per Gammam decis. 11. nu. 4.* vbi optime *Flores in additionibus, & decis. 134. Molina disput. 173. versicul. dubitant Doctores, alias numer. 5. Cabedo decis. 69. 2. part. Valasc. de part. cap. 12. nu. 43. Phœbus tom. 1. decis. 87. num. 28. Caldas verbo, sine curatore, numer. 52. & sequenti*, & ego perlegi plures sub prædicta forma concessas, ita vt eas magis dispensationes appellet *Castil. tom. 4. cap. 22. numer. 134. & num. 145.* sed reuera sunt legitimationes, quia habilitatur persona, & in totum restituitur primæuæ naturæ, licet effectus successionis restringatur, *vt ex Gamma, Cabedo, Molina, Flores, & alijs communiter, testatur Castillo supra, numer. 148. & sequentibus*, quãuis immerito hanc resolutionem solum restringat ad naturales legitimatos, *à numer. 16.* & dicat non procedere in spurijs, quia in omnibus æqualiter procedit *Caldas dict. cons. 4. num. 17.* Et sic testamentum patris quærelare, seu contra tabulare non possunt, ex eo, quia effectus legitimationis secundum mentem concedentis, restrictus est in materia successionis solum ad causam intestati, & ad succedendum in eo, quod pater voluerit ex testamento, vt in terminis bene de more resoluit *Couarrub. lib. 4. Variarum capit. 21. Costa in dict. §. Et quid sit tantum 2. part. numer. 152.* Iuuant, quæ *Garsia dict. gloss. 21. num. 77. Marta dict. quæst. 18. articulo 2. Faquin. lib. 3. Controuersiar. cap. 57.* Cum ergo legitimati in nostro Regno non habeant portionem a lege pro legitima taxatam, sed tantum remanet in dispositione parentum, sequitur non posse in illis verificari decisionem nostri textus, iuncta ratione, quam

531. 532. 533. 534. 535.

assignat,

assignat, scilicet Raynaldū habere tertiam iure naturæ debitam, & Trebellianicam, quam vt quilibet extraneus deducere poterat.

Sicut similiter in regno Castellæ filij legitimati non habebunt duas quartas, quando alij filij legitimi extiterint, quia hoc casu, pater solummodo legitimatis relinquere potest quintam partem bonorum, quemadmodū cuilibet extraneo, iuxta dispositionem *leg. 12. Tauri*, quæ habetur *l. 10. tit. 8. lib. 5. Recopilat. vbi Matiençø glos. 7. à principio & iuxta leg. 9. titul. 5. lib. 3. fori, resoluunt cōmuniter Doctores Hispani, vt per Rojas dict. cap. 23. à numer. 37. Guilh. de Cerbantes, in leg. 12. tauri à num. 45. Pichard. in Rubrica de success. ab intestato §. 5. à numer. 13. Castil. dict. tom. 4. cap. 22. à num. 61.* in quo nulla inter Hispanos est contrarietas, ac proinde cū in hoc casu filij legitimati nō habeāt quartā lege determinatā pro legitima, duas portiones grauati deducere nequeūt, in alio vero casu, quando scilicet filij extant vere legitimati, in hoc casu, si legitimatus oneretur fideicommisso vniuersali, duas portiones detrahet, quia in hoc casu, legitimatus consequitur omnia iura sui hæredis, & habet legitimā a lege, potest querelare, & rumpere testamentum, vt per *Matiençø dict. glos. 7. num. 3. Cerbant. supra num. 43. & 49. Cenalh. dict. quæst. 2. num. 30. Pichard. dict. num. 17. Castillo supra à num. 62.* & per necessariam consequentiam ei debemus duas portiones concedere, quam resolutione in terminis scribit *ex Decio, consil. 257. Castil. proxime num. 63. & nu. 65.* addo *Ripa in leg. Centurio de vulgari, num. 45. vbi Galeaula num. 80. Antonius Cuecus tractat. de legitim. in principio num. 4. Surd. cons. 185. num. 25. Gom. 1. tom. cap. 11. num. 28.* Dubia tamen mihi redditur prædicta sententia ex forma legitimationis, quam refert idem Castilho vbi supra, quod scilicet succedat legitimatus ab intestato, vel in eo, quod pater voluerit, in quibus terminis de rigore iuris non potest succedere, contra voluntatem patris, prout in nostro Regno iustissimè obseruatur, neq; in hoc quoad successionem filius fit vere legitimus; Vnde resoluendum est, quod si filius ex legitimatione vere efficiatur legitimus, quoad successionē hæreditatis paternæ, ita vt legitima sibi necessariò competat, siue sit filius spurius, siue naturalis, si grauetur fideicommisso, in terminis nostræ quæstionis, semper duas quartas deducet, iuxta resolutionem supra positam. Si vero legitimatio sit restricta, quoad successionem ab intestato, vel in eo, quod pater voluerit, tunc cùm non habeat legitimam, nō potest duas portiones lucrari, vt post longas ambages fatetur *Castillo dict. cap. 22. numer. 161. & sequenti. Mantica lib. 7. titul. 11. Surd. cons. 185. numer. 10.*

Hæc de primo genere filiorum Deueniendo ad ſecundum gradum, nempe ad nepotes, quærimus vtrū hi poſsint deducere duas portiones, quemadmodū filij primi gradus, ſi ab auis, vel alijs aſcendentibus fideicommiſſo grauentur? Et
537. pro parte negatiua, adducit *Pereg. de fideicommiſ. artic. 3. num. 54.* argumentum de ſumptum, *ex leg. Iubemus Cod. ad Trebel.* vbi Imperator decidit, quod licet filij primi gradus habeāt eam prærogatiuam, ne fructus hæreditatis eis in quartam imputentur, tamen hoc priuilegiū non communicatur nepotibus, vt idem textus inſinuat, & notant omnes ibi, *vt per Fachineum controuerſiar. lib. 5. cap. 9.* ergo eodem modo nepotes potiri non debent priuilegio deducendi duas portiones, quo potiuntur filij primi gradus, iuxta hucuſque dicta.

In contrarium tamen ſtat veri-
538. tas huius rei, quia nepotes deficientibus filijs primi gradus, locum ipſorum occupant *iuxta textum in §. Cum filius Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato, & leg. Poſthumorum D. de liberis, & poſthum. Auth. de hæredi. ab inteſtat. veniens. §. Si quis igitur, & §. Reliquum collat. 9. §. Poſthumi Inſtit. de exhæredat. liber. Minſing. in dict. §. Cum filius, num. 5. poſt Bartol. in leg. Quod de bonis §. Quod auus D. ad leg. Falcidiam. Cagnol. in leg. Papinianus §. Meminiſſe, num. 13. D. in officioſo. Coſt. §. Et quid ſi tantum 3. part. à numer. 27. Pichard. in dict.* §. *Cum filius num. 1. Peregrin. dicto numer. 54. Meroch. conſ. 200. tom. 2. numer. 43. Caſtillio lib. 3. Controu. cap. 19. num. 47. Rolles de repræſentatione lib. 2. cap. 14. num. 11. & paſſim alibi, & melius lib. 1. capit. 6. à num. 11. cum ſequentibus, Gratianus forens. tom. 4. cap. 419. num. 1.* Cum ergo filius habeat legitimam a lege taxatam, & inſimul deducat Trebellianicam, ſequitur nepotes etiam duas quartas poſſe deducere, legitimam ſcilicet, & Trebellianicam, quod etiam in pro nepotibus, & alijs vlterioribus æqua-
539. niter reſoluendum dicimus. Nec obſtat inſtantia de *lege iubemus Cod. Ad Trebellianum*, quia verum eſt textum illum procedere ſolum in filijs primi gradus, in materia imputandi fructus in quartam, non exendi ad nepotes, propter ſpecialem Imperatoris prouiſionem, prout bene ibi *notauit Angelus, & nos infra dicemus in quarta parte noſtræ releſtionis*, Sed inde non poteſt deduci inſtantia, ad terminos noſtræ quæſtionis, de duabus quartis deducendis, cum certum ſit nepotibus deberi legitimam, ſicut filijs primi gradus, iuxta iura ſupracitata, *iuncta leg. Gallus §. Idem credendum, D. de liberis, & poſthumis, Coſta in §. Et quid ſi tantum, 1. part. numer. 18.* Et ſi demus illos grauatos fideicommiſſo vniuerſali, recte Trebellianicam percipient, ſicut quicunque extranei, vt in perſona filiorum, expendit

54

541.

expendit Pontifex in nostro *capio. Raynaldus.*

Vsque adhuc de relictis per vltimam voluntatem, in quibus sibi locum vendicabat decisio nostri textus. Pergamus nunc, ad dispositiones inter viuos factas, per viam
540. contractus, obseruabimusq; vtrum etiam in his procedat nostra quæstio affirmatiua de duabus quartis deducendis; Exemplum est, pater per contractum fecit filio suo donationem omnium bonorum, postea in eodem contractu grauauit
539. illum, vt omnia illa bona post mortem suam deuenirent ad Titium, pro cuius quæstionis resolutione, supponimus etiam per contractus fieri posse fideicommissarias substitutiones, vt notant Doctores cõ-
541. muniter *per textum in l. Quoties, & in l. Si Rerum C. de donationibus, quæ sub modo, & in l. Qui Romæ. 122. §. Flauius D. de verb. oblig. vbi Bart. & post eum Paulus Castr. cons. 347. & 384. Decius cons. 239. Iason. in leg. Stipulatio hoc modo 64. D. de Verbor. num. 11. Gabriel commun. titulo de donationibus, conclus. 9. Peregrin. de fideicommissis articul. 1. numer. 16. & artic. 50. num. 2. Tiberius Decianus* cons. 31. *tib. 1. numer. 62. Couar. lib. 1. variar. cap. 14. à num. 2. Molina disputat. 263. Cald. forens. quæst. lib. 1. quæst. prima, & cons. 39. numer. 21. Castilla controuers. lib. 3. cap. 19. num. 259. & tom. 4. cap. 5. à numer. 18. & 41. Phœbus decis. 85. Fabi decad. 48. error. 1. Faqun. lib. 8. controuersiarum*

rum cap. 89. Ioannes Petrus Monetta de comutat. vltim. volum. cap. 9. num. 380. Gracian. tom. 4. forens. cap. 405. Robles lib. 3. de repræsentatione cap. 14. à numer. 7. Valascus consultat. 194.

Per quas substitutiones ad exemplum vltimæ voluntatis, in contractibus etiam datur successio subordinata de gradu in gradum; prout habetur *in cap. 1. de natura succes. feud.* Ex quo textu, ad materiam fideicommissorum argumẽtantur passim Doctores, vt videre est *apud Succinum in leg. Si cognatis ad finem, D. de rebus dubijs.* Quibus sic cognitis, intrat nostra quæstio, an Falcidia, vel Trebellianica deducatur etiam, ex his relictis per viam contractus, quemadmodum de cæteris fideicommissis detrahitur?

In hoc puncto, pro parte affirmatiua, cõsuluit *Paulus Castrens.* 542.
cons. 288. existimatque in proposito nullam esse considerandam differentiam inter contractus, ac vltimas voluntates, expendens sequentia; Primum, quia valet argumentum de contractibus, ad vltimas voluntates, vt passim Doctores deducũt *ex leg. Quæ delegato. 46. D. delegatis primo, & ex leg. final. Cod. delegat. leg. Seruum filij 46. §. Eum qui chyrographum D. delegat. primo, cum alijs, de quibus post Everardum in topyc. leg. loco. 16. Surd. de aliment. titul. 2. quæstion. 12. numer. 6. & sequenti, Menoch. lib. 4. de præsumptionibus, præsumpt. 144. num. 9. Plura congerit Pichard. in tract. at.*

543. *de Mora num.* 203. Deinde quia ex donationibus causa mortis, & ex donationibus inter virum, & vxorem factis, si excedatur dodrans, deducitur Falcidia, sicut delegatis, *vt probatur ex leg. Si mortis* 5. *& ex l. In donationibus, & ex l. penult. vers. Si enim Cod. ad legem Falcidiam*: ergo etiam ex substitutionibus deducetur per viam cõtractus factis, quia in iure donatio causa mortis æquiparatur vltimis voluntatibus, *l. 2. de Publiciana, notat optime Cuiacius tit.* 19. *Pauli ad edictum, cap.* 1. *Fab. de error. decad.* 44. *error.* 9. *Craſt. §. Falcidia quæſt.* 8.

Sed sine metu argumentorum Pauli, verissimam sententiam contrariam existimamus, quam defe-
544. dunt *Bald in Rubrica Cod. reuocand. his, quæ in fraud. cred. ad fin. Bart. Roman. Alex. & alij, quos refert, & sequitur Decian. conſ.* 41. *num.* 19. *lib.* 1. *Ludouicus de Mol. dict. lib.* 1. *de primog. cap.* 17. *num.* 19. Et denique *Pereg. artic.* 3. *n.* 18. *Mangilius de imputat. quæſt.* 115. *num.* 59. *& iterum quæſt.* 136. *num.* 1. *Gabriel. conſ.* 137. *nu.* 39. *volum.* 1. qui omnes constanter tenent de relictis per viam cõtractus, non posse detrahi duas quartas, Falcidiam scilicet, vel Trebellianicam in simul cum legitima, allegãt adhoc textum capitalem *in l. Quidam cum filium* 46. *D. de hæredibus inſtituend.* vbi quidam fidem interposuit ex contractu, de restituenda hæreditate filio familias, cum sui
455. iuris esset, & omnes doctores ibi cum *Bartolo* resoluunt, ideo hæredem fiduciariũ in specie illius textus nõ posse, licet vellet, Trebellianicam deducere, quia, nõ restituit, vt grauatus per vltimam voluntatem, sed restituit, coactus ex con- 546.
tractu, fidei scilicet, interpositionis quam grauatus interposuit de restituenda hæreditate ipsi filio famil, quod adeo verũ dicit *Cuiac. tract.* 2. *ad Africanum super d. l. quidam cum filium*, vt appellet stultũ Accursiũ, quia scripsit ibidem non agi de cõtractu, vnde *Mol.* loco p. oxime allegato, optime distingit, inter maioratus constitutos per vltimas voluntates, & inter institutos per viã contractus, ita vt si agatur detrahẽda Falcidia, vel Trebellianica in aliquibus casibus, de maioratibus institutis per vltimas voluntates, detrahi possit, *vide ibi num.* 25. Nihilominus de institutis per cõtractus nullo modo admittenda sit talis deductio, ex eo, quia vltra supra dicta, nullo iure cauetur, vt de rebus subiectis restitutioni per viam contractus fiant huiusmodi detractiones, *optime Peregrin. articul.* 51. *n.* 22. Deniq; ostenditur inexpugnabili ratione, quia Falcidia, & Trebellianica non deducuntur, nisi ex causa 547.
testati *Inſtit. de lege Falcidia, in principio*, vbi Falcidia introducitur fauore testatorum, vt eorum testamenta conseruentur, ad cuius exẽplũ Trebellianica introducta fuit. Sed hec ratio cessat in dispositionibus per viam cõtractus, vt patet,

igitur

igitur non potest in his terminis procedere nostra resolutio affirmatiua.

Neq; obiectiones *Pauli* aliquid euincunt, quia de cõtractibus ad vltimas voluntates, in proposito negamus instantiam, cum longa differentiæ detur ratio in vno casu, ac
548. in alio, iuxta proxime dicta, & nõ semper valere prædictum argumẽtum satis ostendit *Fachin. lib. 10. controuers. cap. 15. Et ad l. Si mortis, & ad l. penult. & ad l. In donationib. C. ad leg. Falcidiam l. 2. Cod. de donationibus causa mortis*, respõdemus,
549. illa iura procedere in illis donationibus, quæ sortiuntur naturam vltimæ voluntatis, nec habent vigorem in vita donantis iuxta *principium Instit. de donationibus, cap. final. de donat. inter virum, &c.* vbi communiter nostri Canonistæ *l. Papinianus l. Cum hic status D. illo titulo, l. 1. & 3. l. Donationes, quas parentes Cod. eodem*, plura cumulat *Sanches lib. 6. de donationibus inter disp. 16. & à principio*, in terminis *Cuiac. in Rubrica Cod. ad leg. Falcidiam, ante finẽ*, sentit *Gothofred. in notatis ad d. l. 2. Cod. de donationibus causa mortis, Mãgilius d. quæst. 136. num. 9. Couar. in Rubrica de testamentis part. 3. nu. 20. Ioseph. in repetitione leg. Cum quis D. de condit. & demonstr. lib. 3. cap. 18. num. 57. Manet. de Conjunct. vltimarum volunt. cap. 9. num. 329. Graſſus in §. Falcidia, quæst. 8. nu. 2. Emanuel Gomes Card. §. Secundum Inſt. de legat. illat. 29. num. 2.*

Aduerto tamen, filium sic grauatum per contractũ, licet non possit deducere Falcidiã, aut Trebellianicam, posse tamen suam legitimã 550.
integram percipere, Ratio ea est, quia per quemcunque modum cõtractus, siue donationis, siue alterius, non potest pater præiudicare filio in legitima *iuxta l. 1. l. Si totus, & fere per totum Cod. in officiosis donationibus, resoluunt Bart. Bald. Paul. de Caſt. in Authentica, vnde si parens. C. in officioso testam. plures per Iulium Clarum §. Donatio, quæst. 24. Peregr. articul. 51. num. 23. Valasc. consult. 188. num. 2. tom. 2. Costa in capit. Si pater gloſſa, primare non posse, num. 1. & 2. Phæb. deciſ. 35. à num. 2. Mangil. quæſt. 99. per totam, & ſequenti.* Dubiumque solum est inter Doctores, an consentiente filio in contractu gesto per patrem ei possit fieri præiudicium in legitima, quod dubium sub distinctione resoluendum putamus. Vel enim filius re- 551.
nunciauit expresse omni auxilio, seu remedio, & iuri sibi competẽti etiam prætextu legitimæ, & in hoc casu, certum est sibi præiudicare, iuxta decisionem *text. si nõ ulariu in l. Si quando §. Generaliter. C. in offic. testamento, tradit nouissime Senator doctissimus, & Phœnicius ciuis Pereira de Castro deciſ. 12. num. 2. addo Molinam de primogen. lib. 2. cap. 3. num. 30. ſequent. & ibi tom. 3. Couar. cap. 2. num. 69. Aldobrandinus. conſ. 26. n. 102. Equinus lib. 3. comm. cap. 25. Alexander Tartagn. conſ. de ſubſtitut.*

1. *part. cap. 9. nu.* 268. & plures alij, de quibus infra, 2. *part. numer.* 117. aut ipse filius solum contractibus paternis consensit, nec vlterius aliquid fecit, & in hoc secundo casu, dicimus filium adhuc habere regressum ad bona paterna, vsque ad supplementum legitimæ, *prout post decisiones Rotæ, resoluit Hondedus cons.* 42. quem refert; & sequitur *Peregrin. artic.* 51. *num.* 23. & *artic.* 36. *num.* 98. *optime Menoch. de præsumptionibus lib.* 4. *præsump.* 33. *num.* 14. & 15. *vbi multos citat. post omnes Cald. ad §. Sed hæc Inst. de inofficioso testamento, nu.* 31. *nouiter Mangil. de imputat. quæst.* 91. *Faquin. vbi supra.*

Aliam limitationem adducunt Doctores ad regulam nostri textus, ne scilicet procedat in fideicōmisso pupillari, in hoc enim casu, hæres filij, si pupillus intra pupillarem ætatem decedat, si grauetur hæreditatem restituere, & eueniat
552. casus substitutionis, non poterit vtrāq; portionem deducere; Ratio oritur ex supra resolutis, probatum est enim, illum solum posse duas portiones percipere, qui legitimā habet à lege taxatam, in qua grauari non potest, & in super sit oneratus fideicommisso vniuersali, quæ ratio cessat in hoc casu, in quo pater potest facere pupillare testamēntum filio suo, & grauare illum in legitima, *iuxta l.* 2. *D. de vulgari §. Igitur Inst. de pupillari cap. si pater de testamentis lib.* 6. *Costa. d. cap. si pater glossa habens, n.* 1. ita vt possit grauare hæredem ipsius filij in legitima, in terminis *l. Si Titio* 95. *§. fin. cum l. sequenti D. delegat. primo*, & non solum in bonis, quę ex patrimonio patris ad filium pupillum peruenerunt, sed etiam in alijs aduentitijs, quæ aliunde obuenerūt, vt Doctores cōmuniter notant *ad l. Si fundum per fideicommissum §. fin. aliàs d. l. Si Titio §. fin. vbi post Bartolum Immol. Raphael. & alios prosequitur Iaſ. n.* 15. *Cuiac. in recitat. ad illum text.* bene aduertentes potens æquè esse fideicommissum relictum à persona hæredum ab intestato succedētium, quam sit à persona ipsius pupilli, ex eo, quia licet pater regulariter non posset aliquod grauamen imponere in legitima filij, quod sustineatur, *per l. Quoniam in prioribus C. in officioso testamento*, tamen si eidē substituat pupillariter, sustinetur grauamen in legitima, *cap. si pater de testament. lib.* 6. Ita etiā grauamen relictum à persona succedēntiū ab intestato, sustinetur, *d. §. fin.* notat in terminis *Mangilius de imputationibus quæst.* 124. *nu.* 3. Ratio propter quam pater hoc onus in legitima imponere potest, ea est, quia faciendo pupillarem substitutionem ipse filius est, qui censetur se ipsum grauare, mediante persona patris *leg. Papinianus §. Sed nec impuberis D. in officioso testamento.* Et deinde, quia cum ijdem venientes ab intestato possent grauari ab ipso pupillo, si posset facere testamentū, ita possunt grauari à patre,

qui pro

qui pro filio fecit testamentum, *notant communiter Doctores, ad textũ in l. 3. D. de iure codicill. in leg. Ex tribus Cod. in officioso testamento, vbi post Cuman. prosequitur Castro, nu.* 5. *& post alios Mangil. d. quæst.* 124. *nu.* 6. & circa grauamen legitimæ, si pupillus decedat intra pupillarem
556. ætatem, dico in dubitandum, quia cum ipse pupillus sustineat hoc onus in legitima à patre insertum, *iuxta dict. §. fin. Peregrin. de fideicommissis articul.* 8. *num.* 2. *& articul.* 12. *num.* 26. *Menoch. de præsumptionibus lib.* 4. *præsumpt.* 74. *num.* 2. *addo Monet de commut. vltimarum volunt. cap.* 9. *numer.* 266. *Craß. §. legitima quæstion.* 36. *à numer.* 60. *Mench. de succeß. creat. §.* 10. *num.* 411. *Surdus consil.* 363. *numer.* 23. *Fachin. lib.* 5. *cap.* 66. *Ceualh. quæst.* 236. *Fab. de coniect. lib.* 15. *cap.* 14. *excellenter Cósta, in cap. si pater, gloß. debitæ, nu.* 15. *Caldas de poteſt. elig. cap.* 16. *num.* 7. *Pelaes de maiorat lib.* 1. *quæst.* 71. *num.* 3. *Costa proxime gloß. pupillares n.* 17. Ita etiã hæres ipsius filij illud supportare debet, argumẽto *l.* 2. §. *Ex bis D. de verborum oblig.*: & ne dicamus pupillum esse deterioris conditionis, quã sit hæres extraneus, id est substitutus, *optime Menchac.* §. 10. *nu.* 411. vbi testatur de communi *Suarius leg. Quoniam, limitat.* 3. *numer.* 15. *Parisius cons.* 55. *lib.* 3. *Antonius Cuccus tract. de legitima.* §. *Nec vsufructu fraudari, numer.* 26. Ex quibus dico cauendum ab opinione *Mangily d. quæst.* 124. *nu.* 11. vbi scribit substitutos pupilli, possa percipere legitimam ex persona pupilli, quod ipse intelligit, quãdo 557. pupillus intra pupillarem decedit, & à patre in persona propria fuit grauatus, *& fuisse communem resolutionem Doctorum, per Bald. Fulgos. ad leg. Ex tribus C. in officioso, constat ex traditis per Paulum ibidem column.* 2. *in medio, alias num.* 3. *Iason. ibi nu.* 1. *Cuman. cons.* 122. *Corneus consil.* 182. *col.* 2. *lib.* 2. *Aretin. in leg. Qui duos. D. de vulg. & pupillari, Ancharr. cons.* 58. *num.* 11. *lib.* 2. *Parisius cons.* 16. *num.* 54. *volum.* 2. quia vt præsentit *Peregrin. de fideicommissis, articulo* 8. *num.* 42. *& melius omnibus Costa dict. gloss. debitæ, num.* 16. *versicul. Sed cõtrariam, post medium*, vbi appellat hanc differentiam verbalem, siue filius grauetur in persona propria, siue grauetur substitutus, eueniente casu fideicõmissi pupillaris, nunquam hæredes filij possunt detrahere legitimam, quia ipse filius per pupillarem in illa grauari potest, *d. leg.* 2. *d.* §. *Igitur, cum suprà citatis*: igitur ex persona filij illam detrahere nequeunt, ex persona propria multo minus illud efficere possũt, quia, vt supponimus, in bonis paternis nullam legitimam, vel aliam portionem habent, ideo dicendum merito est hæredes filij non posse percipere de fideicommisso pupillari legitimam aliquam, *vt Peregr. articul.* 12. *num.* 48. *Menchac. d.* §. 10. *num.* 411. *Mangilius d. numer.* 6. Nec obstat fundamentum communis

minis nempe filium ipsum non posse grauari in legitima, quia hæc
558. regula limitatur in substitutione pupillari, per quam pater potest dispensare de legitima filij *d.§. Igitur, cum similibus*, & vt alios omittamus eleganter prosequitur *Menoch. de præsumptionib. lib. 4. præsump. 38. à principio*, *Costa dict. cap. si pater gloss. debitæ, num.* 15. *Couar. in cap. Raynucius §. 5. num.* 20. *Hotoman. d. §. Igitur enunt.* 1. & adeo verum esse dicimus, patrem posse grauare hæredem filij impuberis in legitima, vt procedat similiter in matre substituta, cui aliàs debetur legitima ipsius filij, *l. Nam, & si parentibus D. in officioso testamento, Mangilius de imputation. quæst.* 1. *nu.* 8. & *sequentibus*. Nam si mater sit hæres à patre grauata per fideicōmissum pupillare, nō detrahet legitimam de bonis ipsius filij, imo integra bo
559. na tenebitur restituere, *per textum in cap. 1. de testam. lib.* 6. vbi sic notauit excellenter eminentissimus vir *à Costa in gloss. potest. num.* 6. faciunt in simili resoluta *per Peregrinum de fideicommissis artic.* 12. *nu.* 41. iuncta communi resolutione Doctorum *in l. Præcibus C. impub. & alijs l. Papinian. §. sed nec impuberis D. in offic. testam. c. Raynuc. sup. eod.* quæ tenet substitutionem in pupillarē expressā factam in persona pupilli excludere matrē à legitima, *post Bart. Bald. Corn. Corras. & Cagnol. in d. l. præcibus, Couar. in dict. cap. Raynucius §. 5. num.* 20. *Menoch. d. lib. 4. præsumpt. præsūpt.* 38. *à principio* vbi testatur neminē ab ea discrepare, *Molina disp.* 184. *à num.* 17. *Ceualh. comm. contr. quæst.* 70. & 74. *Fachin. lib.* 4. *contr. cap.* 41. & *sequentibus, Peregrin. de fid. articul.* 34. *num.* 21. *Mantica de coniect. lib.* 5. *titul.* 15. *num.* 12. *Crass. §. substitutio, quæst.* 30. *num.* 2. *Costa d. cap. si pater gloss. Superstite matre à num.* 9: & *num.* 13. & *accerime disputando Alexander Trentacinquius de subst. part.* 2. *cap.* 16. Ex quibus cōsequitur, quod si fideicommissum fuerit factum post pupillarem ætatem, quod in hoc casu, hæres filij legitimam detrahere potest, *iuxta* 560.
textum in l. Quod fideicommissum 96. *D. delegatis primo, notat Castrens. in d. l. ex tribus nu.* 5. *versiculo, si autem, quem sequitur Mangilius, q.* 124. *n.* 5. ex eo, quia iam tunc expirauit pupillaris substitutio, quæ est vnicus modus, per quem pater grauat filium in legitima, iuxta proxime resoluta, notat cum communi sententia *Couar. ad cap. Raynucius de testamentis §.* 5. *num.* 16. *in nouiori impressione*. Consequitur etiam secundo, quod si substitutio fuerit facta duobus alteri puberi, & alteri im- 561.
puberi, quod in hoc casu, legitima filij etiā impuberis retinebitur per substituti grauati fideicōmissum restituere, nec veniet in restitutionem, Ratio ea est, quia cum hæc substitutio in simul duobus impatibus facta breuiloqua sit, tantum casum vulgaris comprehendet, *interminis l.* 4. *D. de vulgari, Costa cum communi* 562

communi resolutione Doctorum in cap. si pater, glossa personis, num. 3. & nu. 5. Couar. in cap. Raynucius supra §. 7. num. 4. Mantica de Coniectur. lib. 5. tit. 14. num. 15. Menchac. de succes. progress. §. 16. num. 55. Menoch. lib. 4. de præsumptionib. præsumpt. 60. à num. 24. Faquin. controu. lib. 4. cap. 68. Faber de erroribus pragmat. decad. 72. error. 7 post Duaren. ad titul. de vulg. cap. 24. ante finem. Cuiac. in recit. ad illum text. ne scilicet detur inæqualis determinatio inter grauatos, vt per Imperatores Verum, & Antoninum ibidem rescriptum, est post omnes prosequitur. *Alexand. Trentacinq. tractat. de substitutionib. part. 5. cap. 4. & 5. post Gouean. ibidem.* Consequitur ergo ex omnibus hucusque dictis, quod substitutus in terminis nostræ limitationis, tãtum poterit Trebellianicam
562. retinere ex fideicommisso sibi iuncto, siue à persona propria, siue à persona pupilli sit relictum, quia etiam in hoc casu, censentur hæredes grauati, vt bene prosequitur *Costa d. gloss. debitæ nu.* 16. & ita resoluunt Doctores melius sentiẽtes vltra communiter scribentes *ad d. l. Ex tribus C. in officioso testamento*, vt per *Ripam in leg. Hæredes mei*, §. *Cum ita num.* 54. *D. ad Trebellianum Parisius consil.* 16. *nu.* 54. *lib.* 4. *Costa ind. cap. si pater gloss. potest, num.* 6. *& glossa, de illis ad pauperes, num.* 14. *Menoch. de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt* 193. *num.* 5. *Peregrin. de fideicommiss. articul.* 8. *numer.* 42. *optime Ioannes Antonius, Mangilius de imput. quæst.* 124. *num.* 12. vbi multos citat.

Restat solum ad calcem huius primæ partis nostri opusculi, discutere quæstionẽ illam, vtrum si Maritus instituat vxorem hæredẽ, quę aliàs est pauper, & grauet illam hæreditatem tertio restituere; possit duas quartas retinere? Et pro parte affirmatiua facere videtur, quia vt supra resolutum fecimus; ille po- 563.
test duas quartas deducere, qui habet legitimam à lege taxatam, & insuper fuit grauatus fideicommisso vniuersali; sed mulier pauper attentis legibus imperialibus, habet quartam pro legitima taxatam in bonis Maritꝰ, & è conuerso, Maritus pauper in bonis vxoris diuitis, *per textum optimum, in Authentica Præterea Cod. Unde vir & vxor, iuncta corpore vnde sumitur, in Authentico de exhibendis, & introducendis reis §. fin. Collat.* 5. *alias noued.* 53. *cap.* 6. *de quo textu post alios Barbos. in leg. Maritum* 13. *D. soluto matrimon. nu.* 99. *Surd. de alimentis, titul.* 9. *quæst.* 29. *fere per totum & quæst.* 35. *& decis.* 61. *& melius omnibus Ioannes Antonius Mangilius de imputationibus, quæst.* 139. *à principio, post Cuiacium in Nouella.* 53. *cap. fin.* Maxime cum huiusmodi quarta debita sit coniugi inopi propter reuerentiam, & conseruationem proprij honoris, ne sci- 564.
licet mendicare cogeretur, in opprobrium, & dedecus bene transacti

Matrimo-

Matrimonij, vt colligitur *ex dict. §. fin. & ex dict. Authent. praterea* vt *prosequitur optime infinitis relatis Mangilius vbi prixime, num.* 1. & 3. cui legitimę coniux renunciare nõ potest *iuxta notata per insignem Barbos. in l. Alia §, Eleganter, D. solut. matrimonio à principio*, ac proinde, nec illi poterit alter coniux derogare, per compensationem Trebellianicæ, ne vna via admittatur, quod alia prohibetur. Deniq; quia debetur ex dispositione legis, & contra voluntatem defuncti, *argumento l. Si arrogator. 22. D. de Adoptionibus.*

Contraria tamen sentẽtia est vera, & tenenda, nempe, quod si coniux fuerit grauatus fideicõmisso, tantum de illo poterit Trebellia-
595. nicam deducere; Ratio est, quia hæc quarta tantummodo in subsidium debetur superstiti coniugi, inopi, vt constat *ex dict. Authentica Præterea, iuncto corpore in dict. verbo propterea*, quod verbum reddit rationem, propter quam Imperator cõcedit portionem coniugi inopi, scilicet in subsidium paupertatis, *argumento cap. 1. de restitut. spoliatorum lib. 6. notat* Mangilius *dict. quæst.* 137. *numer. 7. cum Succino, Corneo, Pretis, & alys quos refert, addo Gabrielem cons.* 124. *nu.* 1. Et confirmatur hæc resolutio *ex eadem Authentica Præterea ad finem*, vbi textus iubet, quod si maritus inopi vxori legatũ relinquat, teneatur ipsa in quartam computare, ex quo text. vulgo Doctores notant, quod debitor necessarius legando, in dubio videtur legare animo compensandi, *de quo Barbos. leg. Si constante, §. Si pater D. solut. matrimonio à numer.* 21. Mangil. *supra quæstion.* 140. *num.* 2. Nec obstant supra posita pro prima sententia, quia ex his facillime eneruantur, supponendo, ratione decidendi *ad d. Authent. Præterea*, esse proxime consideratam, non autem illã supra expensam, Quod deseruit ad limitationẽ nostri textus, reliqua circa *d. Authenticam vide per Mangil. à loco citato vsque ad fin. libri, & hæc de prima parte?*

SVMMA-

SVMARIA SECVNDÆ PARTIS.

PRoponitur materia tractada. num. 1.
Numerantur omnes casus, in quibus cessat Falcidia. num. 2.
Undecim casus continentur in versiculis Accurt. num. 3.
Supplementum legitimæ nõ defalcatur per Falcidiam. num. 4.
Lex sequuta morte parentũ tollit onus de legitima filiorum. num. 5.
Legitima repletur etiam inuitis parentibus. num. 6.
Grauamen in legitima impuberis sustinetur. num. 7.
In legato dotis cessat Falcidia. num. 8.
Expenditur l. 2. §. Idem quæritur D. dote prælegata. num. 9.
Proponitur communis distinguens inter res mobiles, & immobiles. num. 10.
Prælegatum dotis defalcatur per Falcidiam in commodo repræsentationis. num. 11.
Refertur opinio Costæ ostenditur cõmunis defensibilis. num. 12.
Approbatur opinio Costæ. num. 13.
Obseruatur modus loquendi. l. Sed vsus fructus 81. §. fin. D. ad leg. Falcid. num. 14.
Expenditur, l. 1. §. Igitur C. rei vxoriæ actione. num. 15.
Declaratur, dict. l. Sed vsusfructus, §. Dos. num. 16.
Intelligitur, leg. 2. §. Idem quærit D. dote prælegata. num. 17.
Marcellus in l. Cum dotem D. ad lege Falcidiam expenditur. num. 18.
Falcidia cessat in testamento militis. num. 19.
Etiam Trebellianica cessat in testamẽto militis. num. 20.
Falcidia & Trebellianica fuere introductæ in Gratiam testatorum, & intelligitur principium Inst. de l. Falcid. num. 21. & 39.
Refertur, communis sententia. nu. 22.
Legata in testamento militis semper censentur repetita à venientibus ab intestato. num. 23. & 25.
Pupillare testamentum est sequella paterni, nec valet sine principali. num. 24. & 27.
Si hæreditas non adeatur ex testamento militis, legata non debentur. n. 25.
Lex miles ita §. vltim. D. militari testament. intelligitur. num. 26.
Refertur opinio illorum, qui dicunt legatarios ex testamento militis posse cogere hæredem adire. num. 28.
Reprobatur supradicta sententia. n. 29.
Et ostenditur quod solus fideicommissarius vniuersalis potest cogere hærede adire ibidem.
Priuiligium priuatorum nemini facere potest iniuriam. num. 30.
Hæredes militis non tenebantur vltra vires, & ibi ratio Iasonis. num. 31.
Sed reprobatur Iason. num. 32.

De vna, & altera quarta deducẽda vel nõ,

Ratio, quare Falcidia non habeat locũ in testamento militis. num. 33.
Numerantur casus, in quibus miles velit testari secundum ius commune. num. 34.
Vtrum hodie habeat locum Falcidia in testamento militis. num. 35.
Pars affirmatiua. & negatiua. n. 36.
Intelligitur, §. final. in verbo, militari, in Authentico de heredibus, & Falcid. n. 37.
Falcidia tempore Digestorum neq; indirecte poterat prohiberi. num. 38.
Lex Falcidia intestatorum gratiã introducta. num. 39.
Legi prohibitiuæ partes renunciare nõ possunt. num. 40.
Defenditur contrarium. num. 41.
Approbatur glossa, in l. vnica C. ne fideiussores dotium dentur. num. 42.
Lex Falcidia in publicum fauorẽ fuit introducta. num. 43.
Intelligitur, l. quod de bonis §. 1. D. ad legem Falcid. ibidem.
Intelligitur, Principium, Instit. de lege Falcid. in verbo, testatorum gratia. num. 44.
Testator hodie in totum potest prohibere Falcidiam. num. 45.
Agitur de intellectu cap. Raynaldus. in fine, dum habet Falcidiam deduci contra voluntatem testatoris. numer. 46. *& 47.*
Cap. Raynaldus in fine proprie loquitur de Falcidia. num. 48.
Reprobatur consideratio Alciati. n. 49.
Conditiones requisitæ, vt procedat Authentica sed cum testator C. ad leg. Falcid. num. 50.
Vtrum testator possit prohibere Trebellianicã, affirmat communis. nu. 51.
Contrarium tamen defenditur, nu. 57. *& num.* 66.
In illis casibus, in quibus cessat Falcidia cessat etiã Trebellianica. n. 52.
Lex exorbitans extenditur ad casum qui sublata significatione compræhenditur. num. 53.
Fauorabilior est lex Falcidia, quam Trebellianica. num. 54. *&* 67.
Appellatione Falcidiæ venit Trebellianica. num. 55. *&* 68.
Illa interpretatio probãda est, per quam fit reductio ad ius commune. n. 56.
Testator non potest prohibere Trebellianicã. num. 57. *&* 66.
Lex exorbitans non potest extẽdi. n. 58.
Trebellianica deducitur de fideicommisso vniuersali. n. 59.
Falcidia deducitur de relictis particularibus. num. 60.
Repudiãte hærede, legatarij, & fideicõmissarij particulares possunt adire. num. 61.
Repudiante scripto, fideicommissarius vniuersalis adire non potest, sed cogere potest. num. 62.
Intelligitur, §. Si quis vero non implens versiculo, etenim, in Nouell. 1. 1. *de hæredibus, & Falcid. num.* 63.
Expenditur c. Raynaldus in fine. n. 64
Pater efficere nequit, vt filij teneantur fructus in Trebellianicam imputare. num. 65.
In correctorijs nõ admititur extentio de paritate rationis. num. 96.
De iure huius Regni tenemur sequi cõmunes opiniones. num. 70.

Vtrum

Utrum requiratur expressa prohibitio testatoris in Falcidia. num. 71.
Imperator non reuocauit legem, quod de bonis §. 1. ad l. Falcid. nu. 72.
Verba generalia non sufficiunt ad prohibitionem Falcid. num. 73.
Vbi requiritur consensus expressus non sufficit tacitus. num. 74.
Hæc verba, hæreditatē pleno iure, restitues, nō prohibent Falc. n. 75. & 81.
Verba illa integram hæreditatem restitues, prohibet. Falc. num. 76.
Verba sine diminutione, vel sine detractione, prohibent Falcidiam. nu. 77.
Utrum verba illa, plena legata, vel plenam hæreditatem, restitue prohibeāt Falcidiam. num. 78. & 80. & 82.
Plenum dicitur illud cui nihil defecit, vel addi potest. num. 79.
Pater non potest prohibere Falcidiam filys prim gradus. num. 83.
Defenditur contrarium. num. 86.
Filij non tenentur fructus in quartam computare licet pater velit. n. 84.
Lex generalis non derogat casibus priuilegiatis anterioribus. num. 85.
Pater licet non possit grauare filium in legitima tamen in reliquo potest. num. 87.
Pater potest prohibere Trebelliamcā etiā filys secundum cōmunem. num. 88.
Authentica sed cum testator, omnes cōprehendit etiam filios. n. 88. & 89.
Expēditur verus intellectus l. Iubemus C. ad Trebell. num. 90.
Dicta l. Iubemus procedit etiam quando filius habet duas quartas. num. 91.
Ipsa nullum presta priuilegium, filys num. 92.
Incorrectorijs tamū licet, quantum permititur. num. 93.
Tollitur obiectio. num 94.
Utrum possit testator compensare Falcidiā cum debito pars negatiua. n. 95
Defenditur contrarium. num. sequent.
Utrum pater iubere possit etiam filijs. vt debitum cōpensent cū Falc. nu. 97.
Sed contra. num. 98.
Retinetur prima. num. 99.
Intelligitur, l. Pater filiam. 14. D. ad legem Falcid. num. 100.
Potest aliquo modo defendi non posse patrē efficere, vt fily cōpensent. n. 101.
Requiritur vt testator iubeat expresse, vt debitum com Falcidia compensetur. num. 102.
Falcidia non deducitur ex legato libertatis. n. 103.
Legitima potest minui propter libertates præstandas. num. 104.
Si Titio detur, viginti, vt seruum suū manumitat in hoc casu practicatur Falcidia. num. 105.
Idem si vt seruum Petri redimat, & manumitat. num. 106.
Falcidia aliquando ex rescripto principis remittitur. num. 107.
Falcidia remitti potest post mortem testatoris. num. 108.
Hæres soluens integrum legatum censetur remittere Falcidiam. num. 109
Hæres non tenetur soluere legata ex testamento nullo, etiam in foro Conscienciæ nisi agnoscat voluntatem. num. 110.
Intelligitur, l. vlt. C. ad lege Falc. n. 111
Intelligitur, l. Si patronus §. de illo D. donationibus. num. 112. & 125.

Agitur de Intellectu d. l. Si patronus in principio D. donat. num. 113.
Referuntur tres casus assignati à Paulo Castrensi. num. 114.
Refertur Intellectus Cuiacij. num. 115
Et intellectus auctoris.
Filij possunt renunciare suæ legitimæ. num. 116.
Intelligitur, l. Patronus, D. ad Trebel. num. 117.
Soluens ex errore iuris non repetit. numer. 118.
Falcidia ipso iure resecat legata. numer. 119.
Reprobatur Accursius in l. 1. D. condiction. indebiti. num. 120.
Intelligitur l. Iuris ignorantia 7. D. de iuris, & facti. num. 121. & 122
Intelligitur, l. Error C. iuris, & facti. num. 123.
Legata vltra dodrantem non debentur naturaliter. num. 124.
Intelligitur, l. 1. Cod. ad legem Falcid. num. 125.
Intelligitur, l. Fideicommissum 62. D. conditione indebiti, num. 126.
Intelligitur, l. 5. §. Si quis rogatus D. donationibus inter. num. 127.
Hæres solues aliqua legata integra, potest in alijs retinere Falcidiam. numer. 128.
Quod procedit respectu aliorum legatariorum, num. 129.
Hodie vero de iure nouo non potest. numer. 130.
Hæres soluens per errorem facti habet repetitionem. num. 131.
Hæres si protestatur sibi in cæteris non præiudicare, non tenetur. num. 132.
Hares soluens integrum legatum vt legatario complaceat, non renunciat Falcidiæ. num. 133.
Reprobatur communis glossarum, & Doctorum, numer. 134.
L. Si à pluribus, & l. Quod de bonis §. Non idcirco, adhuc hodie vigent. num. 135.
Per alienationis prohibitionem censetur prohibita Falcidia. num. 136.
Vtrum etiam censeatur prohibita Trebellianica. nu. 137. & sequentibus.
De primogenijs Hispaniæ non detrahitur Falcidia. num. 139.
Idē de Capellis in Portugallia. n. 140.
Vtrum de relictis ad pia deducatur Falcidia. num. 141.
Proponitur vera sententia. num. 142.
Respondetur fundamentis communis, & intelligitur, l. Si quis ad declinandam, versiculo, sin autem C. episcop. & cler. n. 143. & n. 146.
Trebellianica quomodo veniat appellatione Falcidiæ. num. 144.
Nō solū Trebellian. sed etiā Falcidia detrahitur de relictis ad pia. n. 145.
Ampliatur. num. 149.
Idē de relictis confraternitatib. n. 150.
Intelligitur, Authentica, similiter C. ad legem Falcid. num. 147.
Pia causa hæres instituta deducit Falcid. de relictis alteri piæ causæ. n. 148
Delegato instrumenti non deducitur Falcidia. num. 151.
Hæres formaliter negligens in adimplenda voluntate testatoris priuatur hæreditate. num. 152.
Formaliter negligens quis dicatur. num. 153.

Quare ad conuincendam negligentiam requiratur monitio. num. 154.
Negligens. non potest priuari legitima. num. 155.
Ampliatur etiamsi negligentia sit commissa circa relicta ad pia. nu. 156.
Intelligitur, cap. si hæredes de testamẽtis. num. 157.
Intelligitur, cap. 3. eodem titul. de testamentis. num. 157.
Intelligitur Authentico de Ecclesiast. titul. §. Si autem qui hoc facere, collat. 9. ibidem.
Vtrum regnum deferatur iure sanguinis, an hæreditario. num. 159.
Intelligitur cap. licet de voto. ibidem.
Indignus priuatur hæreditate. n. 160.
Sola illa pars, quæ in capaci restituitur perditur per hæredem indignum. n. 161. *& sequent.*
Hæres subripies aliquid hæreditarium amittit Falcidiam. num. 163.
Creditores securi erant tempore Digestorum per additionem hæredis. nu. 164
De iure Codicis hæres subripiẽs bona hæreditaria non amittit Falcidiam, sed punitur in duplum. num. 163.
Hæres de iure Authenticorũ subripiẽs aliquid hæreditariũ tenetur ad integra legata. num. 166. *&* 168.
Reprobatur opinio asserentium de iure Auth. hæredem subripientem res hæreditarias amittere Falcid. nu. 167.
Hodie hæres subripiens implet legata. num. 168.
Hæres non conficiens inuentarium amittit Falcidiam. num. 169.
Ampliatur vt procedat de iure Canonico. num. 170.
Vtrum non conficiens inuentariũ amittat Trebellianicam. num. 171.
Refertur sententia communis. nu. 172.
Hæres non conficiens inuentarium ideo amittit Falcidiam, quia præsumitur subripuisse res hæreditarias. n. 174.
Expenditur, §. Si vero non fecerit in Authent. de hæredibus, & Falcid. num. 173. *&* 175 *&* 137.
Hæres tenetur reddere rationem fideicõmissario: num. 176.
Hæres conficiens inuentarium tenetur citare omnes legatarios, num. 377.
Hæres debet amittere Trebellianicam in fauorem fideicõmissarij ex æquiparatione fideicommissi, & legati. num. 178.
Expenditur cap. Raynaldus ad finem. num. 179.
Trebellianica non perditur ob non confectum inuentarium. num. 180.
Ampliatur etiam in filijs primi gradus. ibidem.
Pœna non imponitur nisi reperiatur scripta. num. 181.
In correctorijs nõ datur extensio. n. 182
Intelligitur, l. 3. §. quod autem D. ad Trebell. num. 183. *&* 184.
Non valet argumẽtũ de hærede Falcidico ad hærede Trebellianicũ. n. 185
Intelligitur Authentico de hæred. & Falcid. §. Si vero non fecerit, ibi Complebit legatarios, & fideicõmissarios. num. 186. *&* 2. *sequentibus.*
Hæres licet teneatur redere rationem, tamen si non conficiat inuentariũ non perdit Trebellianicam. num. 189.
Intelligitur noster cap. Raynaldus in 2. *part. num.* 190.

Sumaria

Proponuntur duæ obiectiones contra literam noſtri textus. n.192. & ſeq.

Vtrum patrui fuiſſent inſtituti per verbum lego. num. 194.

Verbum lego non inducit hæredis inſtitutionem. num. 195.

Reſpondetur, & intelligitur, cap. Raynaldus circa verbum lego. nu. 196.

Verbum obliquum aliquando trahitur ad directam inſtitutionem ex mente teſtatoris. num. 197.

Intelligitur, l. Filium 5. §. Sed ſi portio D. degat. præſtandis. nu. 198.

Agitur de proprietate verbi, lego; de qua in l. Verbis legis D. verborum ſignif. num. 199.

Compromitentes tenentur ſtare ſententiæ arbitri. num. 200.

Compromiſſum non poteſt efficere res inalienabiles. num. 201.

Prohibitio alienandi in contractibus nō poteſt impedire translationem dominij. num. 202.

Ex promiſſione de nō alienando ſolum oritur actio perſonalis, nec res afficitur. num. 203.

Poteſtas arbitrorum tota dependet à voluntate compromittentium. nu. 204.

Alienatio cōtra promiſſionem iurata tam valet. num. 205.

Intelligitur cap. Dilecto verſiculo niſi forte de præbendis. num. 206.

Alienatio contra pactum de non alienando valet, licet apponatur clauſula nullitatis. num. 207.

Intelligitur, lex. vltim. Cod. rebus alienis. num. 208.

Valet alienatio contra pactum de non alienando, niſi certa perſona, vel cum pacto de retro. num. 209.

Intelligitur, l. Si cum venderet D. pignorat. act. num. 210.

Per pactū de retro non conſtituitur hypotheca, vel ius reale in re vendita. num. 211.

Intelligitur, l. 3. §. fin. D. qui potiores. ibidem.

Per pactum de non alienando cum hypotheca impeditur dominij translatio. num. 212.

Intelligitur, l. Si ate C. pact. inter emptorem, ibidem.

Intelligitur, l. Si voluntate, 10. D. quibus mod. pign. vel hypotheca. n. 213.

Maioratus inſtituti per contractū regulantur per l. Quoties Cod. donat. quæ ſub. modo. num. 214.

Per pactum legis commiſſoriæ, vel additionis in diem impeditur alienatio. num. 215.

Per pactum, l. Comiſ. vel adductionis in diem, non tranfertur dominium in emptorem. niſi purificata conditione. num. 216.

Sine traditione non transfertur dominium. num. 217.

Per pactum legis commiſ. vel addictionis in diem retransfertur dominum propter frequentiam ſecundum communem. num. 218.

Aliqui dicunt dominium retransferri ex mente partium. num. 219.

Intelligitur, l. Si mortis, 29. verſic. Si vero D. de donat. cauſa mort. ibid.

Reprobantur recentiores, qui exiſtimāt in prædictis pactis non fuiſſe acquiſitum dominium irreuocabiliter. num. 220.

Prædictus

Prædictus effectus necessario legi tribui tur. num. 222.
Intelligitur, l. 3. Cod. pact. inter empt. num. 223.
Intelligitur, l. 2. D. in diem addictione. num. 225.
Intelligitur, l. Si fundus 4. D. lege cõmiss. num. 226.
Intelligitur l. Sed & Celsus 6. §. 1. D. contrahend. empt. ibidem.
Si apponatur pactum quod si alienare tentes, constituat se possidere nomine venditoris, impeditur translatio dominij. num. 227.
Assignatur differentia inter conditionem, si alienare tentes, & inter illã si alienaueris. num. 228.
Pactum de non alienando insimul cum hypotheca ipsius rei impedit translationem domini. num. 229.
Vtrum requiratur specialis an sufficiat generalis hypotheca. num. 230.
Per pactum de non alienando insimul cũ alio adiectionis manus impeditur translatio dominij. num. 231.
Idem dicendum, si apponatur pactum vt alter possit rem vendere. ibidem.
Ordinatio lib. 4. tit. 11. §. 2. discrepat à iure communi. num. 232.
Intelligitur, l. vltim. C. pact. inter emptorem. num. 233.
Intelligitur, l. vlt. C. delegatis. ibidem.
Vtrum in contractibus irruocabilibus pactum de non alienando impediat translationem dominij. num. 234.
Assignatur verior sententia. nu. 235.
Intelligitur, l. Ea quidem C. si mancipium ita venierit. ibidem.
Intelligitur, l. Seruo D. manumis. ibid.
L. 9. §. fin. D. qui & à quibus. ibidem.
Pactum de non alienando confirmatũ iudicis præcepto impedit alienationem. num. 236.
Prohibitio alienationis à testatore facta valet. num. 237.
Declaratur si vestita sit iusta causa. num. 238.
Agitur de ratione cur requiratur causa. num. 239.
Duobus modis potest testator scribere nudum præceptum. num. 240.
Intelligitur, l. Filius famil. §. Diui deleg. 1. versic. quod si liberis. n. 241.
Tollitur obiectio Ripæ ibide. & n. 242.
Intelligitur, l. Pater 36. §. Iulius D. leg. 3. num. 243. & 246.
Intelligitur, §. penult. eiusdem legis. ibidem.
Causa validat præceptũ ne dicatur nudum. num. 244.
Reprobatur Acurt. in glos. d. §. Diui. num. 245.
Intelligitur, l. 2. C. qui non possunt ad libet. peruenire. num. 247.
Intelligitur, l. Generaliter, §. si petitã D. fideicommiss. libert. num. 248.
Intelligitur, l. 2. Cod. vsucapione pro empt. uum. 249.
Vtrum si seruus distrahatur subconditione, vt intra certum tempus manumittatur possint partes contra venire d. num. 249.
Intelligitur, l. 3. D. qui sine manumissione. ibidem.
Intelligitur etiam. l. 5. §. 1. D. condictione causa data. ibidem.
Vtrum valeat præceptum nudum testatoris per viam conditionis. n. 250.

De vna, & altera quarta deducẽda vel nõ,

Intelligitur, l. 4. §. 1. D. cond. instit. num. 251.

Vtrum dispositio per viam modi dicatur vestita. num. 252. & 256.

Intelligitur, l. Titio centum, versiculo sed si fratris D. cond. & demonst. n. 253. & 255.

Obligatio alendi fratres restringitur ad eorum personas. num. 254.

Vtrum valeat alienatio fundi contra cautionem d. l. Titio centum. num. 257. & sequent.

Reuocatio alienationis nulliter facta fit ab his quorum interest. nu. 259.

Intelligitur, l. Pater filium, §. Fundũ titianum D. legat. tert. num. 260.

Intelligitur, l. Cum pater 79. §. Cum inter D. delegat. 2. ibidem.

Ex causa debiti testatoris potest res prohibita, valide alienari. nu. 261.

Ampliatur etiamsi res sit penes alium possessorem. num. 262.

Bona hypothecata, si postea vinculantur, adhuc libere possunt vendi. numer. 263.

Pro debitis instituentis perpetuo, pro debitis successoris ad vitam potest fieri alienatio. num. 264.

Res vinculatæ vendi non possunt perpetuo pro debitis à possessore contractis. num. 265.

Rescriptum per quod iubetur distrahi res vinculata, intelligitur alijs bonis liberis non extantibus. num. 266.

Res maioratus post vinculum, & traditionem non sunt obnoxiæ debitis institutoris. num. 265.

Res maioratus ex sententia iudicis potest alienari. num. 266.

Sententia lata contra possessorem nocet omnibus successoribus. num. 267.

Declaratur nisi sententia per Collusionem data sit. num. 268.

Sententia lata contra possessorem vel oppositorem nocet omnibus ex illa linea. num. 269.

Res maioratus possunt distrahi ex debito administratoris quoad vitam ipsius. num. 270.

Res maioratus quoad dominiũ nec etiã in vita possessoris alienari valent. num. 271.

Confirmatur ex Ordinatione Regia. num. 272.

Requiritur ne dentur alia bona liberа. num. 273.

Vtrum requiratur decretum vt res vinculata distrahi possit. num. 274.

Vtrum saltem requiratur publica subhastatio. num. 275.

Venditio bonorum vinculatorum eatenus sustinetur, quatenus vrget æs alienum. num. 276.

Si vendatur res pretiosior debito, adhuc tenet venditio, nisi sit de illis in quibus cadit affectio testatoris. n. 277.

Si distrahatur res magni valoris pro modico debito erit venditio nulla. num. 278.

Bona maioratus non tenentur pro debitis possessoris mortui. num. 279.

Successor maioratus si fuerit hæres prædecessoris tenetur ad eius debita. numer. 280.

Pro debitis cõtractis pro vilitate maioratus tenetur succesſor. num. 281.

Regni successor semper tenetur ad debita prædecessoris. num. 282.

Intelligitur,

Intelligitur, leg. 4. titul. 15. part. 2. num. 283.

In nostro regno successor maioratus licet non sit hæres tenetur ad debita prædecessoris. num. 284.

Intelligitur, vsque ad redditus duorum annorum. ibidem.

Subditi pro vtilitate Regni tenentur succurrere, & ibi agitur de Ordinat. lib. 4. tit. 101. num. 285.

Filius tenetur dominum feudi contra proprium patrē defendere, si pro patria pugnet. num. 286.

Agitur de intellectu cap. 1. §. Omne hic finitur lex Conrad. ibidem.

In casu periculi omnes tenentur ad patriæ defensionem. num. 287.

Intelligitur, Ordinat. lib. 5. titul. 96. num. 288.

Agitur de Ordinatione lib. 4. tit. 101. à num. 289. & sequent.

Vassalli tenentur comitari capitaneos in publicis expeditionibus d. n. 289.

Donatio pro seruitijs retractari nequit, quia transit in contractū oneros um. num. 290.

Limitatur Ordinatio per Cabed. numer. 291.

Assignatur ratio auctoris. num. 292.

Non semper valet argumentum de feudo ad maioratum. ibidem.

Ordinatio d. tit. 101. non habet locum in noua donatione. num. 292.

Rex potest priuare subditum suum ex causa dominio rei suæ. num. 293.

Agitur de intellectu l. Item si verberatum §. 1. D. rei vendicat. ibidem.

Ob alimenta filiorum ad debita prædecessoris tenetur successor. n. 294.

Successor soluere tenetur debita contracta pro solutione seruitiorum. n. 295

Successor tenetur soluere debita contracta pro dotibus. num. 296.

Quod tamen declaratur. num. 297.

Ordinatio lib. 3. tit. 101. est contraria iuri communi. num. 298.

Vtrum appellatione alienationis contineatur hypotheca. num. 299.

Resoluitur sub distinctione inter dispositiones fauorabiles vel odiosas. numer. 300.

Intelligitur, l. vltim. Cod. rebus alien. vt procedat in fauorabilibus. numer. 301.

Intelligitur, regula l. Oratio D. de spōsal. num. 302.

Res maioratus non potest hypothecari. num. 303.

Sub alienatione de re Ecclesiæ continetur hypotheca. num. 304.

Maritus in hoc regno non potest hypothecare sine vxore. num. 305.

Et ibi vtrum clericus possit hypothecare patrimonium.

Pater non potest hypothecare bona aduentitia filiorum. num. 306.

Ordinatio lib 2. tit. 18. non comprehendit hypothecam. num. 307.

Emphiteuta non incidit in comissum propter hypothecam. num. 308.

Vassallus non potest hypothecare feudum. num. 309.

Vtrum super maioratu possit imponi census. vide ibidem.

Res vinculata dari in Emphiteusim nō potest. num. 310.

Vtrum Emphiteusis possit vinculari. num. 311. & 312.

In ma-

De vna, & altera quarta deducẽda vel nõ,

In maioratibus Hiſpaniæ ad eſt expreſſa prohibitio de non alienando dict. num. 312.
Reſpondetur ad l. 1. *C. iure emphiteut. num.* 313.
Per emphiteuſim ad tres vitas vera alienatio datur. num. 314.
Intelligitur, cap. nulli de rebus Eccleſiæ. ibidem.
Intelligitur, §. Alienationis, in authẽtico de non alien. rebus Eccl. coll. 9. *ibidem.*
Res maioratus dumoſæ propter induſtriam emphiteutæ poſſunt in emphiteuſim concedi. num. 315.
Vtrum res maioratus poſſint locari ad longum tempus. num. 316.
Diſputatur. num. 317. *& ſequentibus.*
Intelligitur, l. 1. *§. Qui in perpetuũ D. ſi ager vectigalis. nu.* 318. *& ſeq.*
Intelligitur, l. 1. *§. Quod autem D. ſuperficiebus. num.* 320.
Declaratur materia de ſuperficiebus. num. 321.
Intelligitur, l. Quod ſi vir D. donat. inter virum d. num. 321. *&* 322.
Intelligitur, Clementina 1. *de rebus Eccleſiæ. num.* 323.
Lex regia lib. 4. *tit.* 48. *§.* 8. *ſecuta eſt communem opinionem, num.* 324.
Peſſeſſor maioratus poteſt locare commoditates vltra decennium. num. 326.
Reprebatur contraria opinio. nu. 327.
Prohibitus alienare non poteſt locare ad vitam conducentis. num. 328.
Intenditur contrarium. num. 329.
Intelligitur, l. 1. *D. pro ſocio. nu.* 330.
Intelligitur, cap. ad audientiam de rebus Eccleſ. num. 331.
Intelligitur Clement. 1 *de rebus Eccl. num.* 332.
Intelligitur, cap. 2. *de his quæ fiunt à prælatis.* 333.
Intelligitur, l. Iubemus. §. fin. C. ſacroſanct. Eccleſ. num. 334.
Intelligitur, cap. veniens de tranſact. num. 335.
Succeſſor particularis non tenetur ſtare locationi prædeceſſoris. num. 336. *& ſequent.*
Prohibitus alienare non poteſt vſum fructum Conſtituere. num. 338.
Nec etiam ſeruitutem. num. 340.
Intelligitur, l. 3. *C. de vſufr. num.* 339.
Emphiteuta poteſt conſtituere vſum fructum quoad eius vitam. num. 341.
Vaſſallus, & emphiteuta poſſunt Conſtituere ſeruitutes num. 342. *& ſequenti.*
Reprobatur Barboſa. num. 344.
Quod in materia odioſa vſusfructus non venit ſub alienatione. ibidem.
Intelligitur l. 4. *D. de vſufr. num.* 345.
Tranſactio, & compromiſſum æquiparantur. num. 346.
Prohibitus alienare poteſt tranſigere. num. 347.
Vaſſallus poteſt tranſigere. ibidem.
Prohibitus alienare nec tranſigere, nec compromitere poteſt. num. 348.
Intelligitur quando inde ſequitur alienatio. num. 351. *& ſequent.*
Cur prohibitus alienare non poſſit tranſigere. num. 349.
Per tranſactionem non poteſt reddi deterius ius tertij. num. 350.
Intelligitur, c. Raynaldus à principio, vſque ad verſiculum porro. nu 353.

Intelligi-

Intelligitur, l. 1. C. de pact. num. 354.
Intelligitur, l. Lucius, §. final. D. ad Trebellian. num. 355.
Intelligitur, l. Si superstite Cod. de dolo, ibidem.
Intelligitur, leg. De his D. de transact. num. 356.
Intelligitur, l. Ante restitutam. 104. D. Soluio. num. 357.
Intelligitur, l. Præses C. transactionibus. num. 358.
Intelligitur, l. De fideicommisso 11. C. de transactionibus. nu. 359.
Intelligitur, l. Qui Romæ. 122. §. Duo Fratres D. de verbor. ibidem.
Intelligitur, l. Cū proponas 11. C. pact. ibidem.
Intelligitur, l. Cum hæreditas ad Trebellian. num. 360.
Utrū Vassallus possit trāsigere. n. 361.
Intelligitur, cap. 1. §. Si vassalus si de feudo defuncti contentio sit. ibidem.
Intelligitur, cap. 1. de controuersia inter dominum, & alium. ibidem.
Intelligitur, cap. 1. §. Si autem de lege Conrad. ibidem.
Emphiteuta non potest transigere. numer. 362.
Prohibiti alienare possunt transigere, & cōpromitere, si non sequatur alienatio. num. 363.
Per transactionem non potest res maioratus diminti penes iniustum possessorem. num. 364.
Neque potest successoribus præiudicari. num. 365.
Transactio necessaria super rebus vinculatis valet. num. 367.
Plura specialia cōcurrere possūt. n. 368
Prohibitus alienare potest cōpromitere, vel transigere de necessitate statuti. num. 369.
Idem de mandato iudicis. ibidem.
Idem si adsit facultas regia. nu. 370.
Vtrum alienatio facta à partibus à principe confirmata valeat. n. 371.
Intelligitur, cap. 1. de transact. ibidē.
Transactio etiam confirmata vt valeat requiritur bona fides. num. 372.
Transactio nulla potest reuocari per hæredem transigentis, num. 373.
Et etiam ab eodem. num. 374.
Proponitur contraria sententia. n. 375.
Limitatur, l. Cum à matre C. rei vend. num. 376. & sequentì.
Limitatur, l. Vendicantem D. euictionibus. num. 378.
Intelligitur, §. Cum pater, leg. Filius famil. 117. D. legat. 1. num. 379.
Intelligitur, leg. Vnum ex familia §. Sed si vno D. legat. 2. num. 380.
Intelligitur d. l. vnum ex familia, §. sed si fundum. num. 381.
Filius potest reuocare feudum à patre alienatum. num. 382.
Vsucapio prohiberi non potest. nu. 383.
Potest quis prohibēdo alienationem rei, impedire vsucapionem. num. 384.
Intelligitur, l. alienationis verbum D. verb. sign. ibid. & num. 387.
Res maioratus præscribi non possunt tempore ordinario. num. 385.
Res maioratus præscribuntur per 30. annos. num. 386.
Intelligitur, l. vbi lex D. vsucapionib. ibidem.
Intelligitur, c. 1. §. Quid ergo de iniustitura de re al. num. 388.

Intelligi-

Intelligitur, cap. 1. §. Præterea de capitul. Conradi. ibidem.

Præscriptio in maioratibus an præiudicet successori. num. 389.

Desputatur & resoluitur vsq; ad n. 392

Limitatur si præscriptio incæpit contrà institutorem. num. 393.

Res maioratus præscribuntur, si titulus sit habitus à tertio. num. 394.

Præscriptio immemorialis nocet omnibus. num. 395.

Res Emphiteutica præscribitur tempore ordinario. num. 396.

Maioratus confiscatur propter crimen instituentis. num. 397.

Non tamen si fuit traditus tertio. numer. 399.

Intelligitur, l. Filius famil. §. Diui. num. 398.

Vtrum comoditas maioratus confiscetur propter delictum possessoris. nu. 400. & sequenti.

Intelligitur, l. Statius florus, §. Cornelio D. iurefisci. num. 402.

Assignatur cautella, ne maioratus possit ad fiscum peruenire. num. 403.

In cap. Raynaldus duæ reperiuntur diuisiones. num. 405.

Aperitur difficultas versiculi, Cæterũ. num. 406.

Legatum pœnæ nomine validum est. num. 407.

Priuatus hæreditate pœnæ nomine retinet Falcidiam, & Trebellianicã. num. 408.

Refertur contraria negatiua sentẽtia. num. 409.

Lex efficere potest, vt qui semel fuit hæres desinat esse. num. 410.

Hæres, qui coactus adiuit, non detrahit Trebellianicam. num. 411.

Intelligitur, Authẽtico de nuptijs, §. Si vero, versiculo præfatæ. nu. 412.

Relictum pure, si adimatur sub conditione, censetur relictum sub cõtraria conditione. num. 413.

Cap. Raynaldus ad finem lo, quitur de propria Falcidia. num. 414.

Quædam distinctio reprobatur. n. 415.

Componitur contraria sententia. n. 416

Intelligitur, Authent. cui relictum C. in dicta viduit. toll. num. 417.

Testator etiam iubere potest, vt qui semel est hæres desinat esse. num. 418. & sequent.

Intelligitur, l. Aliquando D. cond. & dem. ibidem.

Conditio de non molestando, defecit per molestiam de facto. num. 420.

Impletur etiam defectus per molestiam de iure, si constet de voluntate testatoris. num. 421.

Hypolitus reprobatur. num. 422.

Reprobatur opinio aliorum. num. 423.

Subripiens aliquid de hæreditate cadit inuentario in totum. num. 424.

Ostenditur contrarium. num. 425.

Forma, & tempus inuentarij æquiparãtur. num. 426.

Inuentarium factum contra formam legis non prodest hæredi. num. 427.

Tempore Digestorum hæres amittebat Falcidiam tantum in re subtracta. num. 428.

Proponitur forma inuentarij quam hæres tenetur obseruare. num. 429.

Inuentariũ, in quo aliquid celatur validum est. num. 430.

Hæres

Hæres ob inuentarium non confectum priuatur Falcidia, in fauorem legatariorum. num.431.

Vltra perditionem Falcidiæ tenetur hæres ad integra legata. num.432.

Intelligitur Authent. de hæred. & Falcid. §. Si vero non fecerit. ibidem.

Ad quid prodeſt inuentarium deminutum. num.434.

Reprobatur Fachin. lib. 6. contr. cap. 34 num.435.

Intelligitur, l. Ult. §. Licentia C. iure deliber. num.435.

Reprobatur iterum Fachin. lib. 6. cap. 39. ibidem.

Filius vtrum amittat legitimam ob non confectum inuentarium. num. 436.

Proponitur contraria ſententia. numer. 437.

Approbatur tertia ſententia. nu. 438.

Legitima nunquam perditur ob non confectum inuentarium. num. 440 & ſequent.

Teſtator remittere poteſt inuentarium quoad legatarios. num. 442.

Item poteſt illud remittere tutori. numer. 443.

Refertur opinio multorum negantium teſtatorem illud remittere poſſe. numer. 444.

Inuentarium etiam in fauorem teſtatoris fuit introductum. num. 445.

Pœna præſcripta in Ordinatione lib. 1. tit. 87. contra non facientes inuentarium nō procedit, ſi à teſtatore remittatur. num. 446.

Teſtator iubere poteſt hæredi ne adeat cum beneficio inuentarij. num. 447.

Inuentarium non prodeſt hæredi promittenti ſoluere integra legata. numer. 448.

Non faciens inuentarium non tenetur in Conſcientia vltra vires hæreditarias. num. 449.

Refertur contraria ſententia. num. 450.

Reprobatur opinio Fachin. num. 451.

Lex fundata in præſumptione definitiua, data veritate in cōtrariū quādo obliget in Conſcientia. num. 452 & ſequentibus.

Venientes ab inteſtato non tenentur pæſtare relictum in minus ſolemni teſtamento. num. 455.

Emens ab Eccleſia, vel minore ſine ſolēnitatibus non eſt tutus in Conſcientia. num. 456.

Lex ſuppoſitiua præſtando certam formam obligat in Conſcientia. numer. 457.

Debitor ex cautione nō tenetur in Cōſcientia ſi pecuniam nō recepiat. numer. 458.

Intelligitur, l. In contractibus C. non num. pec. num. 459.

Famulus ſolum intra trienium poteſt petere ſalarium. num. 460.

Iuſtæ ſunt leges quæ denegant remedium ciuile deceptis intra demidia. num. 461.

Vtrum leges inductiuæ præſcriptionis ſint fauorabiles. num. 462. & ſequenti.

Hæres ſolum tenetur intra vires hæreditatis, quādo creditores fatentur quantitatem bonorum. num. 464.

Partis confeſsio admittitur contra præſumptionem iuris, & de iure in materia remiſsibili. num. 465.

Successor anomalus non tenetur facere inuentarium. num.466.
Non est necessaria aditio si legata repetantur ab heredibus ab intestato. num.467.
Titulus, de eo cui libertatis causa solum conseruat libertates. num.468.
Intelligitur, l. 4. D. fideicommiss. libert. num.469.
Intelligitur, §. Hoc rescripto Inst. de eo cui lib. causa. ibidem.
De necessitate adictionis requiritur cautio fideiussoria, vel cū pignoribus num.470.
Intelligitur, l. 4. §. Videamus D. fideicom. liber. num.471.
Anomalus hæres ex cautione tenetur, vltra vires. num 472.
Pia causa hæres instituta non tenetur facere inuentarium. num.473.
Contraria tamen est magis communis. num.474.
Sed prima verior. num. 475.
Intelligitur, l. 1. §. An bona D. de iure fisci. num.476.
Causa priuilegiata etiam comprehenditur sub generali dispositione. numer. 477.
Fiscus non tenetur facere inuentariū. num.478.
Declaratur vno de tribus modis. numer.479.
Fiscus hæres institutus tenetur facere inuentarium. num.480.
Fiscus succedens in bonis vacantibus nō tenetur ad inuentarium. num.481.
Fiscus succedens in bonis vacantibus tenetur soluere legata testamenti. num 482.
Refertur contraria sententia. n.483.
Libertates corruunt, si fiscus occupat bona vacantia. num.484.
Testator efficere potest, ne hæres incidat in edictum, si quis omissa causa. numer.485.
Intelligitur, ordo Diui Marci circa bonorum aditionem. num.486.
Intelligitur, l. Quod Diuo Marco D. manumiss. testament. ibidem.
Intelligitur, l. vlt. & l. 6. C. testament. manumiss. ibidem.
Intelligitur, l. Recusare 6. §. Si fisco D. ad Trebellian. num.487.
Intelligitur, l. Quidam testamento; §. Quoties D. legat. 1. num.488.
Intelligitur, l. vnica, §. pen. C. caduc. toll. num. 489.
Venientes ab intestato grauari possunt fideicommisso. num.490.
Intelligitur, l. Filius famil. §. Qui intestato D. leg. 1. num.491.
Respondetur ad aliqua iura. num.492
Intelligitur, l. 2. Cod. ad legem Iuliam deui. publ. num.493.

FINIS.

SEQVI-

SEQVITVR SECVNDA PARS,

TRACTATVS DE VNA, ET ALTERA QVARTA DEDVCENDA, VEL NON, &c.

IN hac ſecunda parte à nobis tractandi veniunt caſus, in quibus Falcidia, vel Trebelianica inſimul cum legitima non deducitur, ac per conſequēs deciſio noſtri textus venit limitanda, propter defectum Trebellianicæ, & Falcidiæ. Vtergo meliorem ordinem ſequamur, *Accurſium* imitabimur, qui *in gloſ. ad §. vltim. Inſtit. de lege Falcidia, & in l. In teſtamento Cod. ad leg. Falcid.* 1.

ſcripſit quatuor verſus, quibus tanquam vno faſce omnes caſus, in quibus locum non vendicat Falcidia, vel Trebellianica cōplecti exiſtimauit, quas gloſſas magiſtras dicunt *Paulus in d. l. Ex teſtamento, Angel. in d. §. fin. Minſing. in principio de leg. Falcidia, nu vlt. Marez ad cap. Raymucius cap. 4. num. 1. agnoſcit alios caſus enumerans Mangilius de imputat. 2. part. quæſt. 135. num. 18.* Sunt autem verſus ſequentes. 2.

1.

Falcidiam ceſſare facit pars debita neptis:

2. 3. 4. 5. 6.

Dos, miles, vetitum, libertas, ſponte ſolutum,

7. 8. 9. 10.

Res vetita vendi, pietas, ac cartula, crimen,

11.

At hæres, ſi non facit inuentaria ſubſit.

VNdecim caſus ſecundùm additionem ad *dictã gloſ.* enumerantur his verſibus liberi à Falcidia, attamen nos illos omnes ſine 3.

cõtrouersia trãsire neganius, prout sigillatim singulos percurrendo, Deo duce, videbimus, ac alios adducemus in versibus Accursij non contentos, agemusque accerrime disputando, tam de magis controuersis, quam de alijs, in quibus altercatio non tam aidua reperitur, ordinem Accursij in omnibus seruantes: primo loco ponit Accursius supplementum legitimæ filiorum, quod certum est per Falcidiam non minui in illis casibus, in quibus fideicommissum non fuerit pupillare, quia legitima, vt supradictum est, non venit in restitutionem, nec pater efficere potest, vt ipsa defalcetur per Falcidiam, *iuxta dict. leg. Quoniam in prioribus Cod. in officioso testamento, iuncto dict. §. Quamobrem in Authentico de restitut. & ea, quæ parit Collat. 4. & communiter transeunt Doctores cum hac doctrina, in dict. §. vltimo Instit. de lege Falcidia, cum gloss. & additione*, proùt inquit *Angelus Aretinus ibi*, & probatur vltra supradicta, quia lex statim secuta morte parentum, ipso iure resecat, & supplet quantum pro legitima debetur filijs, & descendentibus *d. l. Quoniam in prioribus, l. Scimus. leg. Omnimodo d. l. Scimus §. Repletionem C. in officioso testamento post Paulum*, & *Salycet ibi*, comprobat *Decius cons.* 81. *à principio, Suarius in dict. leg. Quoniam, ampliatione* 6. *num.* 2. *quos sectatur Peregrin. de fideicommissis articulo* 36. *num.* 113. *& sequenti, Mangilius quæst.* 7. *numer.* 39. *& quæst.* 9. *num.* 29. *Crassus, §. Falcidia, quæst.* 6. *Moneta de commut. vltim. volunt. cap.* 9. *num.* 339. facit in confirmationem, quod notat *Valasc. de partitionibus, cap.* 13. *numer.* 6. *& idem Peregrin. vbi supra, num.* 27. vbi ex pluribus adduxit, legitimam esse suplendam filijs de bonis paternis, etiam inuitis parentibus, *per dict. l. Scimus, §. Repletionem, Costa cap. si pater Glos. in re certa, num.* 15. *&* 19. *post Couar. hic §.* 2. *num.* 5. ex quibus euidenter colligitur filiorum legitimam, seu supplementum ipsius nunquam defalcari per Falcidiã, quia huius ratio non habetur, nisi in remanente hæreditatis post legitimas, & debita deducta, *argumẽto, leg. In imponenda Cod. ad legem Falcidiam, leg. Irritum eodem titulo.* Dixi supra, nisi fideicommissum pupillare fuerit, quia si pater grauat hæredem filij impuberis restituere hæreditatem, si impubes diem claudat extremum, intra pupillarem ætatem, certum est valere grauamen patris, etiam in legitima, vt bene probatur *ex leg. Si Titio* 95. *§. final. D. de legat.* 1. *per quem textum notat Costa in cap. si pater glos. debitæ, num.* 15. *Peregrin. dict. tract. articul.* 12. *numer.* 26. *& num.* 30. *Melius omnibus Menoch. lib.* 4. *de præsumption. præsumpt.* 72. *à numer.* 2. *& sequentibus, Menchac. succession. creat. §.* 10. *numer.* 411. *& sequenti, & supradiximus in* 1. *part. num.* 556. Et fuit etiam doctrina,

insignis

insignis præceptoris iuris Ciuilis Caripheï Barbosæ, in Rubrica de vulgari, nec in hoc casu contradictorem inueni. Hic etiam addendum est quod Doctores notant *ad l. Cum filio. 11. D. delegat. 1.* quando pater grauatus est â filio restituere fideicommissum, vide ibi *Monera de commut. cap. 9. num. 340. Danel. de iure Ciuili lib. 8 cap. 10. Peregrin. dict. artic. 3. num. 2.*

Secundus casus, in quo Falcidia cessat secundum Accursium in dictis versibus, est in legato dotis, *ibi Dos*, qui casus bene probatur *in leg. Cum dotem 57. Dt ad leg. Falcidiam, iũcta lege si & vsusfructus* 81. §. 1. *eodem titulo.* Vbi à Iureconsulto præstatur ratio, quia mulier accipiendo dotem venit ad rem suam, quam iterum repetitam habemus *in leg. Virilis 8. versiculo, cum dotis D. legatis præstandis*, ideoque mirum non est, vt ex dote tanquam ære alieno Falcidia non detrahatur, agnoscunt hunc secundum casum Doctores communiter sequentes *Accursium, in glossa dict. leg. Cum dotem, & in glossa in dict. leg. In testamento Cod. ad leg. Falcidiam, Alexand. in dict. leg. Cum dotem, post Baldum in leg. 3. Cod. falsa causa adiect. leg. numer. 3. ex quibus, & multis alijs testatur communem Costa in cap. si pater, glossa, legauit, numer. 23. quem sequitur Caldas in §. Sed hæc, Instituta de inofficioso testamento, numer. 81. part. 2. Gothofred. in dict. leg. Cum dotem*

litera. Pet. Gomez. in Rubrica Cod. ad leg. Falcidiam, Mynsinger. numer. 4. in §. Sed si uxor. Instit. de legat. idem Guiac. in tract. Cod. de falsa causa adiect. post principium, & iam hunc casum specialem, in quo nollabat Falcidia, agnouit *Cardinal. in nostra cap. Raynaldus, §. Caterum. numer. 3. oppositione quinta; Boer. decis. 192. num. 2. Cæsar Fumagiolus ad leg. In quartam D. ad leg. Falcid. num. 54. ad de Crassum §. Falcidia quæstion. 7. à numer. 1. Monera de commut. vltimor. volunt. num. 329. capit. 9.* apud quos, & plures alios ab eis citatos; conclusio firmatur negatiua Falcidiam ex dote non deduci.

In contrarium tamen stat rex- 9.
tus difficilis, in leg. 2. §. Idem Iulianus quærit; versiculo item quærit D. de dote prælegata, vbi Iureconsultus Celsus refert opinionem Iuliani, qui resoluit Falcidiam habere locum in legato dotis, quando ipsa dos legatur tertio, vt mulieri restituatur, prout videre est *ex litera. dicti versiculi, (ibi item quærit, si dos aly legata esset, eamque rogatus sit is mulieri restituere, an lex Falcidia in legato locum haberet, & dicit habere.)*

Propter hãc difficultatem, *glossa Accursij in multis locis, præcipue in dict. leg. Cum dotem, & in dict. versiculo, item quærit, verbo, sit*, & cum illo communis Doctorum classis, *de quibus Costa vbi supra, numer.* 10.
23. *Caldas; & Mynsinger. ibidem,*

Crassus communi. opinionum, §. *Falcidia quæst.* 7. facit distinctionem inter eum casum, quo legatū consistit in rebus mobilibus, quæ non sunt statim restituendæ mulieri, sed annua die de iure homo, vt constat ex §. *Cum autem* l. *vnica C. Ret vxoriæ actione*, & Digestorum tempore intra trienium; vt prosequitur insignis *Barbosa l. Diuortio*, §. *Non solum, à principio, & num.* 4. *D. solut. matrim.* & inter eum casum, quo res immobiles tantum prælegantur, quæ statim debent restitui, ita vt sit resolvendum, priori casu valere prælegatum, propter commodum illud, quod dicunt repræsentationis, ideſt illius tēporis an-
11. tecipatæ solutionis, respectu cuius Falcidia deduci potest, & sic intelligunt procedere textum, *in d. vers. item quærit*, dum affirmatiue resoluit in prælegato dotis Falcidiā habere locum, vt intelligatur incommodo repræsentationis, non autem in ipsis rebus dotalibus, in quibus cessare Falcidiam libenter fatetur, *iuxta d. l. Cum dotem, & d. l. Si & vsus fructus*, §. *Dos legata*, & cum hac communi secure transit *Cuiacius, in annotationibus solemnibus super d.* §. *Item quærit*, quæ videtur comprobari *ex l.* 1. §. *Si quis creditori D. ad leg. Falcidiam.*

Verum hæc communis doctorum interpretatio non placuit *eminentissimo viro à Costa d. gloss. legauit. num.* 24. cuius rationes contra prædictam communem facile vitari
12. possunt, & sic communis defendi, quam bene *comprobat d. l.* 1. §. *Si quis creditori D. ad legem Falcidiam*, dum in legato debiti conditionalis, seu in diem, solum cōsiderat commodum repræsentationis, in quo Falcidiam sibi locum vendicare determinat, quam etiam defendunt *præceptores colendissimi ad Rubricam de rebus dubijs cum Crasso d.* §. *Falcidia quæstion.* 7. *num.* 2. quæ vltimo 14.
corroboratur *ex textu in l. Cum hæres.* 51. *D. ad Trebellianum*, vbi *versiculo cum enim* facit Iureconsultus æquiparationem inter mulierem creditricem respectu dotis, & alios quoscunq; creditores, constat enim respectu extrancorum Falcidiā habere locum incōmodo repræsentationis: igitur similiter in vxore respectu dotis dicēdum est. Sed exercendi ingenij causa, nobis arridet *eiusdem Costæ* noua opinio, de qua apud illum *dicto loco. num.* 26. quod scilicet speciale est in dotis legato, vt Falcidia in eo locum nō cāpiat, 13.
quod non solum in rebus ipsis dotalibus, in quibus nulla est dubitatio, procedit, sed etiam in cōmodo repræsentationis, quod bene probatur ex eo, quia, vt expēdit Costa legatum dotis tunc solum validū est, quando habet commodum repręsentationis, constat *ex* §. *Sed si vxori Instit. delegat. vbi Mynsing. n.* 2. *l.* 1. §. *Et verū D. de dote prælegata, l. Cum quis* 5. *in principio D. eodem tit. leg. Si autem* 29. *D. delegat.* 1. sed Marcellus tunc Falcidiam in co 15.

cessare

cessare ait *in d. l. Cum dotem*, quando legatum validum supponitur, inceptum quidem esset discutere de imputatione Falcidiæ in legato nullo, ergo sit consequens Falcidiam illud non defalcare, nec in repræsentationis interesse, contra supra citatam communem sententiam, deinde considerat *Costa* formam loquendi *à Caio Iureconsulto* propositam *in d. l. Sed & vsusfructus* 14. *§. 1. fin. D. ad l. Falcid. ibi* (*vt hæc quoque extra modum legis essent, ipsa Falcidia lege nominatim expressum est*) vbi cum ageret de rebus causa mulieris paratis, inquit, in illis nihil vsurpare Falcidiam, quia nominatim per ipsam legem erat cautum, ne diminuerentur, sicut cæteræ, res dotales: ergo cum in his rebus id nominatim fuerit expræssum, videtur etiam speciale constituere in legato dotis, vt nec ipsæ res dotales, nec etiam repræsentationis commodum, legi Falcidiæ subijcerentur. Tertio comprobatur hoc ipsum *ex l. vnica §. Ignur C. Rei vxoriæ actione* 15. vbi mulier fuit hęres à marito instituta, & grauata vltra dodrantem, & determinat Imperator, posse mulierem deducere debitum dotis, antequã ratio Falcidiæ inducatur, nec aliquem vidi Doctorem, qui in specie illius textus dicat repræsentationis cõmodum ibi esse computãdum, sed quod mulier statim omne debitũ dotale ante omnia, sicut qui libet alius creditor debet deducere, ergo necessario fatendum est, repræsentationis commodum exemptum esse à defalcatione Falcidiæ, quẽadmodũ, & ipsa dos immunis est. Nec aliquid vrget ratio *l. Sed vsusfructus §. Dos ibi* (*quia suam rem mulier recipere videtur*) 16. quasi non possit verificari, nisi in ipsis rebus dotalibus, quæ sunt suæ, non autem incõmodo anteciparæ solutionis, quod de nouo ei obuenit: nam respodet *Costa*, & subtiliter de more suo, rationem supracitatam adhuc verificari in repræsentatione, quia mulierem accipientem res dotales statim à morte viri semper est verum dicere suum recipere, licet vero pro annua, bima, trima die concederetur dilatio soluendi ipsam dotem in mobilibus consistentem, cui dilationi ille qui statim restituit, renunciare videtur, quæ ratio iustificat priuilegium, quo Falcidia eximit à defalcatione legatum dotis, & representationis, & per has rationes nostri ingeniosissimi Lusitani eum sequuti sũt postea *Crassus in Thesaur. commun. opinio. §. Falcid. quæst. 7. Gothofred. in Notul. ad dict. leg. Sed vsusfructus, §. 1. litera. T.*

Qua noua opinione retenta nõ 17. obstabit *Iuliani responsum, à Celso relatum in dict. l. 2. §. Item quærit D. de dote prælegata, verba Iuliani sunt, idẽ quærit si dos alij legata esset, eamq; rogatus sit muliери restituere, an lex Falcidia in legato locum haberet, & dicit habere, sed quod minus est in fideicõmisso*

missō mulierem dotis actione consecuturam, nunc ait Celsus, *ego quaero, an commodatio repræsentationis in hoc legato sic obseruentur, atque si dos ipsi mulieri fuisset prælegata, & puto habere*, nam respondet *Costa*, verum esse Iulianū sensisse, ideo hic esse admittendam Falcidiam in commodo repræsentationis, quia dos non fuit immediate legata vxori, sed per intermediam personam, quia si vxori prælegaretur imediate, tunc etiam Iulianus sentit Falcidiam cessare, vt videre est *ex §. Idem Iulianus, infra proximo*, & hæc, re vera, fuit Iuliani Mens, Celsus vero vrbanissimè Iulianum reprehendit per modum quæstionis *in dict. versicul. ego quæro* in quo decidit Celsus eodem modo Falcidiã esse, vel non esse practicandam, quando legatur dos ipsi mulieri immediate, quo casu idem Iulianus fatetur cessare Falcidiam, ac etiam, quando legatur alicui, vt ipsi mulieri restituat, nec esse faciendam differentiam inter hos
18. casus, quod postea clarius scribit Marcellus *in dict. leg. Cum dotem* 57. *D. ad leg. Falcidiam*, de quo inquit *Cuiacius proxime citato loco*, semper solere aculeum infigere in scriptis Iuliani, vbi apertissime ait inter duos casus supra relatos, non esse faciendam differentiam, quia persona intermedia non consideratur, & hæc sine dubio fuit quæstio *Celsi, in dicto versiculo, ego quæro, vt latius comprobat Costa vbi supra, num.* 31. qui aliquos allegat prõ hac sua sententia, quam sequitur *Gothofred. supra citato loco; & in notula dict. §. Idem quærit, litera. Y.* & plures iam antea sic sensisse scribit *Castrensis, in dict. leg. Cum dotem, ex quibus apparet Iuliani sententia confutata à Celso & à Marcello, in dict. versicul. ego quæro, & in d. leg. Si quis dotem, & Costæ opinio satis* comprobata, & aliorum, de quibus supra, proindeque non solum Falcidiam non admitti in legato ipsius dotis, sed nec etiam in eo modo repræsentationis patefit, licet verum sit ab ea posse fideicommissum relinqui propter commodum repræsentationis, *leg. 3. in principio*, & §. *Nubien. D. dicto titulo*, licet fideicommitti nõ possit ab eo, cui tantum commodum actionis relinquitur, *leg. 3. §. Si quis rem D. de legat. 3.*

Succedit nunc tertius casus, in quo secundum Accursium cessat Falcidia, scilicet, in testamento 19.
militis, constat ex multis locis Iuris Ciuilis, *leg. Si post missionem. 17. leg. Veterani. 40. leg. Si miles. 19. D. ad leg. Falcidiam, leg. In testamento Cod. de testament. milit. leg. In testamento Cod. ad leg. Falcidiam rextus optimi in leg. 3. §. Quod autem D. ad Trebellian. vbi (in militis dico, & si qui sunt alij) leg. prima, §. Denique, & §. Hoc Senatus Consultum, versiculo, in filij D. eodem titulo, agnoscunt. communiter scribentes vtrobique, Iason. in d. §. Quod autem, n. 7.*

glossa

glossa, & communis, secundum Peregr. de fideicommissis artic. 3. num. 60. & articul. 2. num. 36. post Ripam. num. 2. in dict. l. 1. §. Denique, Monet. de commutat. cap. 9. num. 342. Corras. à num. 13. cum sequentibus in l. Filium, quem habentem C. Familiæ herciscundæ, Mangil. quæst. 133. à principio, post Salycet Florianum, & alios, quos citat, addo Menchac. de success. creat. §. 8. num. 3. in principio, Tiraquel. de priuilegijs piæ causæ priuil. 72. Cæsar ad leg. In quartam D. ad legem Falcidiam, nu. 50. Mangil. iterum quæst. 118. num. 14. vbi ampliat ad clericos, propter equiparationem militiæ animatæ, & cælestis, de qua scribentes communiter *ad cap. Odoardus, de solutionibus, l. Miles 6. vbi gl. D. de re iudicata, Baessa de inope debitore cap. 17. à principio, Gutier. de iuramento 1. part. cap. 17. à num. 4. Surdus de alimentis, titul. 1. quæst. 78. num. 21. Barbos. l. Maritum num. 3. D. solut. matrimon. Dominus Carolus de Grassis de effect. cleric. effect. 7. Molin. de iust. disputat. 571. numer. 19. Ric. 1. part. prax. resolution. 244. Campanil. diuers. Rubrica 11. cap. 10. num. 5. Eduardus Caldeira lib. 1. de erroribus, cap. 3. Menchac. dict. numer. 3.* quod non solum in Falcidia, sed etiã in Trebellianica pariformiter procedere admittunt. *Cuiac. in Rubric. C. ad l. Falc. ante fin. Mangil. de imput. quæst. 115. n. 45. optime Gaspar ad Fabr. lib. 3. tract. 7. quæst. 7.*

Habet tamen hæc communis resolutio contra se scrupulum, & non leuem, quem præuidit. *Iason. in l. In testamento C. testam. militis num. 6. Minsinger. in princip. ad leg. Falcid. num. 4. Menchac. dict. §. 8. num.* 3. quod quarta Falcidia, & Pegasiana introductæ sunt testatorum gratia, vt hæreditas adiretur per hæredes scriptos, testamentaq; conseruarentur, *d. princip. Inst. ad l. Falcidiam, ibi testatorum gratiæ prouisum est, & in leg. 1. D. ad Trebellianum, ibi (quo magis in reliquum confirmentur supremæ defunctorum voluntates,)* si ergo in testamento militis nõ præstaretur Falcidia, retorqueretur in odium ipsorum militum, quia hæredes pro nullo lucro; se minime implicabunt oneribus hæreditarijs, vt patet ad oculum. Ad quem scrupulũ vitandũ, *occurrit, communis sententia, per Ripam in l. Nemo potest D. delegat. 3. num. 46. & in l. 1. §. In filij. num. 7. D. ad Trebellianum, Pereg. d. artic. 2. num. 36. Corrasius in præludijs d. l. Filium, quẽ habentem, num. 29. Mynsingerius in d. principio de lege Falcidia numer. 8. cum alijs, quos referunt,* ideo in testamento militis cessare legem Falcidiam, quia licet hæres scriptus nolit adire hæreditatem, nihilominus legata, & fideicõmissa semper valida erunt, quia censentur repetita à venientibus abintestato, *per textum, in leg. Miles ita. 41. §. final. D. de testament. milit. leg. Neque enim 14. §. fin. eodem titulo, leg. Antonnius D. de Fideicommissar. libertatibus,* quod etiam agnoscit *Donell. de iure*

Ciuili

Ciuili lib. 7. cap. 29. in fin. principij, & Pichard. in Rubrica de lege Falcidia à num. 45. per illa iura, dum decidunt substitutionem pupillarem à milite filio suo factam valere, licet ex testamento militis nõ adeatur hæreditas, quanuis in contrarium stet regula, quod pupillare
24. testamentum est sequella, & pars paterni testamenti nec possit valere, nisi valido principali, *iuxta l. 2. §. Adeo D. de vulgari, §. liberis Inst. de Pupillari substitutione, cum similibus.*

Sed prædicta commmunis sententia multis displicuit, de quibus infra, quia nullibi leginus legata relicta à milite esse valida etiá si ex testamento non adeatur hæreditas, nec re vera in hoc milites
25. sunt priuilegiati, sed potius ius cõmune in eorum testamentis obseruabitur, dum de priuilegio non cõstat, *per textum in l. Infraudem 15. §. fin. infine D. de testamento milit.* Deinde, conuincitur *ex leg. Neque enim 14. §. final. D. illo titulo iuncta l. sequenti,* vbi valet substitutio fideicommissaria insimul, & libertas ex speciali Diui Seueri rescripto, in casu, quo non adeatur hæreditas, frustatorium ergo esset speciale Seueri rescriptum, & actum ageret, si de iure Cõmuni valeret. Nec *d §. fin. d. l. Miles ita*, probat valere legatum ex testamento mi-
26. litis, si ex eo nõ adeatur hæreditas, sed illud solum, scilicet valere pupillare testamentum filio factum à patre milite, licet ipsius patris non sustineatur, irritum ve fiat, propter hæredem non adeuntem, cuius ratio ea est quia miles potest facere testamentum pupillare filio suo, licet sibi non faciat. *l. 2. §. Quisquis D. de vulg. l. In fraudem §. Item D. de Militari testamento,* hocque speciali priuilegio sibi concesso, quod in pagano non procedit, qui filio pupillariter substituere nequit, nisi in consequẽtiam sui testamẽti, *iuxta d. §. Adeo, & d. §. liberis*, ideoq; Ripa in *Rubr. de vulgari, num. 3.* appellat substitutionem pupillarem filio à milite factam irregularem, quia valet contra regulam *d. §. quisquis*, apparet igitur ex supradictis, ideo valere testamentum filij pupillare *in d. §. vltimo*, licet patris non valeat, quia censetur aliud testamentum diuersum à testamento patris, nec poterat euanescere, licet testamen tũ patris destitueretur aditione hereditatis, *argumento regulæ Vtile de de reg. iur. lib. 6.* & hoc ipsum insinuat Iure consultus *in d. §. fin.* in consequentia, quam ex d. ratione deducit, *patet. ibi (& consequẽs est)* quod corroboratur *ex d. §. Quisquis.* vbi Iureconsultus ideo decidit pa-
27. gani testamentum pupillare non valere, si principale non tenet, quia est sequella paterni, ita per contrarium deduxit *in d. l. Miles ita §. fin.* addendo idem esse patrem milite à principio sibi non facere testamentum, vel ex post facto destitui hærede, *iuxta principium de hæreditatibus*

29.

tatibus, quæ ab intestato deferuntur Institutis.

Sunt alij doctores, de quibus *Mynsingerius d. principio, nu.6.* qui in hoc puncto dicunt, ideo Falci-
28. diam non intrare militis testamentum, quia ius illud, quod prohibet ne Falcidia admittatur, in necessariam consequentiam introduxit, vt legatarij possint cogere hæredem scriptum adire, quemadmodum fideicomissarij vniuersales, ne alias priuilegium hoc militibus concessum in eorum dispendium & odiū retorqueatur, *contra l. Quod fauore C. de legibus*, hæredes enim a militibus instituti, fatui erunt, si se multiplicibus oneribus hæreditarijs voluntarie impli cauerint absque vllo commodo, idcoque nihil mirum videri debet, si negata Falcida admittatur coactio, ex vulgari regula. *l. Quidam consulebant D. de re iudicata. l. Ad rem mobilem 56. leg. Ad legatum 60. D. de Procurat l. Illud. 77. D. acquirenda hæreditate, cum similibus.* Sed nec hæc respōsio quadrat,
29. quia nullibi habemus legem, quę permittat legatarijs, vt possint cogere hæredem militarem adire, hæc namque cogendi licentia vni-
27. uersalibus fideicommissarijs ōlūmodo est concessa, vt clare probatur, *ex l. Nam quod 14. §. Non omnis D. ad Trebellianum, vbi notat excellenter Gothofred. litera. M. l. Cogi. 16. §. & generaliter D. illo titulo*, vbi solus ille potest cogere hæredem adire, in quem cū vniuersitate bonorum transeunt actiones, quod in legatarijs non datur, ex *leg. 1. §. Si hæres præcepto. D. ad Trebellian. ornat. Peregrin. de fid. artic. 4. num. 4. & comunit. scribentes in d. §. Si hæres. Pichard. § . Si quis vna de fideicommiss. hæredit. à n. 3. Fab. decad. 15. error. 10. à nu. 6. & 10. Surd consil. 237. nu. 23.* Facit, quia per huiusmodi coactionem, militis priuilegium irrogaret scripto hæredi iniuriam, *contra leg. Cum filius familias 28. D.* 30.
militari testamento. l. Impuberi 40. D. administrat. tutorum. leg. Nec auus C. emancipatione liberorū, quorum aliqua fundamenta referēs falsam solutionem suprapositam dicit *Iason. ind. l. In testamento à 2. C. militari testamento, num. 2.*

Tertio loco *idem Iason. proxime citatus cum Castro ibidem* tenet, ideo nō habere locum Falcidiam in testamento militis, qūia hæredes 31.
militum non tenentur, nec legatarijs nec creditoribus vltra vires hæreditarias, quanuis Digestorum tempore ante Iustinianū hæres pagani teneretur creditoribus vltra vires, *l. Qua dotis D. solut. matrimonio*, tamen legatarijs solum intra vires *l. 1. §. Sed, qui quadraginta in fin. D. ad Trebellianum*: ergo cum huiusmodi hæres militis non damnificetur ex tali aditione, nihil mirū, si talis hæres teneatur necessario adire, vt grauetur in vno, qui in alio releuatur, argumento, *l. Eum, qui D. de iureiur ando.* Sed hæc solutio peior est prima, quia nec vlla 32.
est lex,

est lex., quæ distinguat in aliquo hæredē militis, ab hærede pagani, quoad onera hæreditaria, nec est dicendum hæredem militis obnullum lucrum velle se multifariam g auare; quia teneretur lites excipere, creditoribus respondere, alijsque simílibus óneribus hæreditarijs implicaretur; quod credibile non est. *argumento* §. *Sed quia hæredes Instit. de fideicommiss. hæreditatibus.*

Quare mihi verior semper visa est opinio *Menchac. lib.* 1. *de Succes. creat.* §. 8. *num.* 4. *&* §. 24. *num.* 76.
33. qui scribit in hoc casu leges magis fauisse, seu detulisse voluntati militum, quam facere destitutionem ipsorū testamentorū: nam quando hæreditas proponitur grauata vltra dodrantem, lex Falcidia deminuit legata contra voluntatem testatoris, quæ fuit, vt integra præstarentur, constat *ex l. Titia* 86. *D. ad leg. Falcidiam, & ex textu nostro ad fine*; Satius igitur putauerunt leges militum voluntates pleno effectu cōseruari, quanuis detur periculū, vt testamenta destituantur hæreditatis aditione, quam æstimauerunt, vt testamenta conseruarentur, admittendo Falcidiam contra volūtatem ipsorum militum, quod totum contrarium in testamento paganorum, scilicet Falcidiā admitti esse ipsis magis fauorabile putauerunt, quanuis reuera contra eorum voluntatem deducatur; qui quartā forte non relinquerent hæredibus scriptis, si certi essent quod ipsi hæredes sine illo commodo Falcidiæ adirent, quod tamen intelligendū est, constito quod miles voluit vti priuilegio militari, non autem si iure communi testetur, quando autem vno, vel altero modo illud faciat, videndi sunt, *post Alciatum de præsumptionibus, regula tertia, præsumptione.* 36. multi casus, quos excellenter de more cumulat ille vir legali scientia vere plenus *Menoch. de præsumptionibus lib.* 4. *præsumpt.* 4. *à num.* 5. *& sequentibus*, aliam rationem inuenies *apud Gasparem, ad Fabium lib.* 3. *tract.* 7. *quæst.* 11. *ad finē*, quam non probo, vt videbis. 34.

Dubitant vlterius scribētes vtrū hoc priuilegium militibus concessum, quatenus ab ipsorum testamētis excludit Falcidiam, adhuc hodie duret post nouam Iustiniani cōstitutionem, de qua in *Nouella* 1. *Authentico de hæredibus, & Falcidia* §. *vltim. collat.* 1. Et videtur quod hodie cesset hoc priuilegium, quia illa noua costitutio habet locu in omni persona, siue etiam militari, cum ergo textus continuetur ad decisiones §. §. *proximorū*, in quibus perditur, & admittitur Falcidia, & *textus in d.* §. *vltimo*, habet, quod ibi disposita habeant locum in omni persona, etiam militari, fit consequens, hodie Falcidiam admitti in testamento militis, *ita tenet Accursius ibi, verbo, militari*, cuius authoritate *dixit Iason. in d. l. In testamento, nu.* 3. leges antiquiores esse abrogatas 35. 36. 57.

abrogatas per decisionem illius nouæ constitutionis, hodieque quartam Falcidiam, & Trebellianicam dari circa militum hæreditates, & hanc esse receptam sententiã *scribit Couar. in cap. Rainucius supra proximo, §. 9. num. 17. ex Decio, qui dicit communem, cum alijs in leg. Precibus, Cod. Impuberum, & alijs substitutionum. 20. post Bartolum. & alios in l. 1. §. In filij D. ad Trebellian. Peregrin. de fideicommissis artic. 3. nu. 61. Moneta de commutatione vltimarum voluntatum cap. 9. num. 280. ad finem.*

Contrarium tamen imo, quod etiam hodie post illam Iustiniani constitutionem durer priuilegium militibus concessum, ne Falcidia
36. deducatur contra ipsorum voluntatem probarunt multi, & grauissimi Doctores, *cum Accursio sibi cõtrario in leg. Precibus verbo peti, Cod. impuber. & alijs, post Ripam in dict. §. In filij, communem dicit Couar. ex Alexandro vbi supra, numer. 16.* Et denique in hãc magis inclinat, authoritate *legis Castellæ. leg. 4. titul. 11. partita. 6.* licet repugnet *Costa in cap. si pater gloss. absque deductione, num. 23.* hanc etiam inter communes citat *Crassus, in dict. §. Trebellianica quæst. 5. num. 3.* & in hanc partem tendunt *Cuiacius, in expositione dictæ Nouellæ ad finem, quem sequitur Gothofred. ibi litera. H. Gaspar ad Fabrum lib. 3. tractat. 7. quæst. 11. in medio.*

57. Nec obstat *textus in d. §. vltim. verbo, Militari,* quia de plano intelligitur, secundum proxime citatos, vt verificetur in milite hærede, qui si non obtemperauerit dispositis *in d. Authentica,* nullo iuuabitur priuilegio, sed tanquam extraneus pagani pœnis ibi scriptis subiacebit, *Cuiac. & Gothofred. & Gaspar vbi supra,* & mihi videtur consona hæc interpretatio menti *dict. §. vltimi.* Vnde fit consequens milites, qui hodie potiuntur priuilegijs militaribus, si iure militari testentur, potiri priuilegio *decisionis dictæ leg. In testamento,* cum similibus.

Quæri tamen potest, an quẽadmodum dicta iura reijciunt Falcidiam ex testamento militis, ita similiter resoluendum sit in Trebellianica. In qua quæstione, duæ sunt opiniones contrariæ, primam negat, quam tenent *relati per Mantic. de coniecturis lib. 6. titul. 1. num. 37. Crassus, §. Legitima, quæst. 5. nu. 3. Peregrin. articul. 2. num. 39. & artic. 3. nu. 60. quos sequitur Moneta d. cap. 9. n. 280.* qui citant pro sua sentẽtia *d. l. In testamento. C. de test. militis. d. l. In testamento. C. ad l. Falcid. dict. l. 3. §. Quod autem. D. ad Trebellianũ,* quibus solummodo de Falcidia fit mentio, & videtur nõ posse fieri extẽtionẽ ad Trebellianicã, maxime, cum detur periculum euertẽdi testamenta militum, vt supra tetigimus. Sed contraria opinio verior est, quæ tenet, & Trebellianicam reijci à testamẽto militis, *per textũ in leg. 1. §. In fily, & §. Denique D.*

ad Trebellianum, vbi expressa fit mētio de Senatusconsulto Trebelliā. ac proinde de quarta Trebellianica intelligendum est, dum loquitur circa milites, iura autem supra citata, solum de Falcidia meminisse dicendū est, quia casus erat frequentior, sed non excludunt Trebellianicam, in qua iam de iure antiquo idem erat dispositum *dict.* §. *Denique*, & *d.* §. *Infilij vbi gloss. Peregrin. d. num.* 60. vide *infra a n.* 51. *ita Cuiac. Mangil. Gasper. dictis locis.*

Sequitur secundum ordinē Accursij quartus casus, in quo cessat Falcidia, vetitum, scilicet, quando à testatore prohibetur, quod facere potest, iuxta dispositionem *Auth. sed cum testator Cod. ad leg. Falcid.* iuncto corpore, vnde sumitur *in Authentic. de haredibus, & Falcidia,* §. *Si vero expressim, notant gloss. & communiter scribentes in d. Authentica, Gabriel titulo ad Trebellianum, concluſ.* 1. *à principio. Crassus* §. *Falcidia quæſt.* 10. *Mantica lib.* 9. *de coniect. tit.* 14. *nu.* 3. *Menoch.* 4. *præſump.* 198. *num.* 2. *& conſil.* 164. *num.* 25. *Hieronymus Gabr. conſil.* 92. *num.* 20. *lib.* 2. *Ripa in l. Nemo poteſt deleg.* 1. *nu.* 42. *Couar. in noſtro cap. Raynaldus* §. 3. *nu.* 6. *Peregr. artic.* 3. *nu.* 85. *Moneta de Commutatione vlt. vol. cap.* 9. *n.* 344. omitto plures, quos ipsi referunt. Quia casus hic magnas sub se continet controuersias, vt statim
38. apparebit, propter iuris antiqui decisionem, de qua *in l. Quod de bonis,* §. 1. *D. ad l. Falcid.* ideo pro plena terminorū cognitione animaduertendū duximus, antiquo Digestorum tempore, & Codicis Falcidiā vel Trebellianicam à testatore prohiberi nō posse, nec indirecte, puta si hæres instituatur sub cōditione, ne detrahat Falcidiā, quia hæc conditio reijcitur, ne per illā fraudetur lex, *ita probatur ex l. Seius.* 27. *iuncta l. quod de bonis* 15. §. 1. & §. *fin. l. Titia* 86. *D. ad l. Falcidiam, l. Si vt allegat* 11. *C. eod. & Raynaldus noſter ad fin.* secundū ordinariam allegationē, quę tria iura posteriora hoc recte probant in Trebellianica, ita vt nec in parte poterat diminui per testatorem, vt colligitur ex dictis iuribus, quibus addendus est textus *in l.* 1. §. *Denique verſic. inde Neratius D. ad Trebellianum*, cuius antiqui iuris ratio est in difficili, cum testatorum gratia Falcidia fuerit introducta, *Principium Inſtit. de lege Falcidia*, vt hæredes adire inuitarentur, prout etiam Trebellianica, *dict.* §. *Sed quia hæredes, de fideicommiſſ. hæreditatibus*, igitur ei renunciari posse videbatur, ac proinde Falcidiam prohiberi, *argument. cap. Ad Apoſtolicam de Regularibus, leg. penult. Cod. de pactis, vbi late proſequitur Donel.* quæ dubitatio adeo fatigauit Doctores, vt existiment plures, de quibus *Ripa in leg. Nemo poteſt. D. de legatis primo, numer.* 43. *& ibi Alciatus num.* 30. qui testantur communem, ideo Falcidiam non posse remitti per testatorem, quia Falcidia erat lex prohibitiua, &

istam sequuntur insignes præceptores antiqui, inter quos computabitur *insignis Barbos. in manu scriptis ad Rubricam D. ad Trebellianum*, ex eo, quia legi prohibitiuæ etiam in fauorem partium latæ, ipsæ partes
40. renunciare non possunt. *l. Non dubium Cod. de legibus*, ideoque partes contra prohibitionē nihil possunt efficere, quia ablata est per legem talis potestas, facit *glossa in l. à Diuo Pio 58. D. de Ritu nuptiarum, & in l. vnica C. ne fideiussores dotium dentur Tiraquel. de primogenijs quæst. 22. num. 9. Menchac. de success. creat. §. 29. nu. 3. Castill. tom. 1. de vsufruct. cap. 54. num. 41. Suares de legib. lib. 5. cap. 22. à n. 13. Gutier. l. Nemo potest deleg. 1. nu. 307.* Secundo, fundatur *in cap. dilecto 26. versicul. nisi forte de præbendis*, vbi Canonici non possunt derogare statuto condito in
39. sui fauorem, quia habet decretum irritans, *ex pluribus dicit communem Couar. in cap. Quanuis 2. part. §. 2. nu. 11.* quanuis si statutum fuisset simpliciter à Papa confirmatum, illi possent Canonici renūciare, *ex regula cap. Cum accessissent de Constitutionibus.*

Sed hæc ratio nō est adeo firma, vt contra illam non pugnassent graues Doctores, asserentes adhuc
41. legi prohibitiuæ, si particulare respiciat fauorē posse renūciari, quod bene probatur *ex l. Filio præterito D. de iniusto rupto*, vbi filius renuncians nullitati testamenti pro se introductæ, de qua *in principio Instit. de ex haredatione liberorum*, validat testamentum, vt optime ad nostrū propositum *scribit Caldas ad. §. Sed hæc Instit. de inofficioso num. 97. versiculo ex quibus; facit textus, in leg. 1. D. de Ferijs, cap. vltimo eodem titulo*, vbi inferijs datur decretum, quod à partibus renunciatur *cap. 2. de iudicijs lib. 6. text. optimus in cap. vltimo §. 1. in principio, de officio delegat.* Quibus, & alijs similibus fundamētis, maxime de textu, *in cap. statutum, §. In nullo, iuncto §. final. de rescriptis lib. 6.* post alios hanc partem defendit *Couar. vbi supra, versiculo, tertio, Decius in dict. cap. Cum accessissent, numer. 22. & in leg. Posthumo nato Cod. bonorum possess. contra tabul. numer. 9. Gomez in §. Si quis postulante, numer. 28. de Actionibus, insignis Barbos. in manu scriptis ad leg. Nemo potest, delegatis primo*, faciunt resoluta *per Menchac. succes. creatione, §. 4. num. 29. Gabriel Commun. titulo de clausulis conclus. 3. à num. 13. & sequentibus.*

Nec multum vrgent *glossæ* sūpracitatæ, quia ipsæ verum docent 42.
ex specialibus rationibus concurrentibus in sua materia, vt per scribentes vtrobique, *Nec dict. versiculus, nisi forte* multum vrget, quia licet ei plene quoad intentum, satisfaciat *Decius dict. cap. Cum accessissent num. 3. aliàs num. 22. quem sequitur Couar. d. num. 11. aliàs num. 13. & præceptores variis locis*, tamen melius dicendū est, prout infra hac parte num.

Quare reiecta ſupra citata ratione verior, & tenenda eſt illa, quam præſtant *Præceptores ad cap. ſi diligenti de foro compet. & inl. Nemo poteſt delegatis* 1. *quam magis communem dico*, & ex ipſis iuribus demonſtratam, quia lex Falcidia fuit
43. principaliter in fauorem publicum promulgata, nec mirum, ſi à teſtatore, vel hærede remitti nequeat, *ex dict. l. Nemo poteſt. leg. Ius publicum D. de Pactis*, quod bene conſtat ex *dict. leg. Quod de bonis*, §. 1. *ibi (ſororem iure publico retentionem habituram) poſt Bartolum. numer.* 4. *in dict. leg. Nemo poteſt, eſt magis communis per Ripam ibidem, numer.* 42. *Gutierr.* 307. *Menchac. ſucceſſion. creatione lib.* 1. §. 8. *à principio Cuiacius ad leg. Ius publicum D. de Pactis, & iterum lib.* 13. *reſponſorum Papiniani ſuper dict.* §. 1. *Alphan. colect.* 105. *Fab. de error. decad.* 11. *error.* 6. *numer.* 2. *Donel. de iure Ciuili lib.* 7. *cap.* 29. *à principio*, *Guthofred. poſt Gouean. in d.* §. 1. *litera. M.* qui publicus fauor conſiſtebat in obſeruatione teſtamentorum, *argumento. l.* 3. *Cod. de teſtamentis. leg. Negare D. quemadmodum teſtamenta aperiantur, Maret ad cap. Raynucius cap.* 4. *num.* 4. Vnde licet gratia illa teſtatorum veniat etiam ex conſeruatione ſuarum diſpoſitionum, tamen ſemper verum eſt dicere, hūc fauorem publicum eſſe principale obiectum legis prohibentis vetationem, ſeu diminutionem Falcidiæ, & ideo per partes remitti non valebat, dum ille publicus effectus conſeruandi teſtamenta non ſequebatur plene, per additionem hæredis ſcripti, quæ eſt formalis ratio. *dict.* §. 1. Nec aliud poteſt concludi ex verbis *dicti principij ad legem Falcidiam*, dum ait, Falcidia 44.
fuiſſe prouiſum, gratia teſtatorum, quia male colligunt Doctores citati ſupra *num.* 39. ex illis verbis concludi Falcidiam fuiſſe introductam principaliter in fauorem teſtatorum, cum potius colligere deberent in fauorem publicum fuiſſe introductam, conſeruandi teſtamenta, & ſic gratia teſtatorum fuit cauſa motiua inducendi Falcidiam, ſed ipſa principaliter in publicam vtilitatem fuit promulgata, ac proinde idem important verba Imperatoris, *ibi Gratia teſtatorum*, ac dicere ob publicam vtilitatem, quæ in conſeruatione teſtamentorum cōſiſtit, vnde etiam gratia ſeu fauor teſtatorum reſultat, qua ratione ſic præſtita, aduertimus *Deciſionem dict. l. Quod de bonis* §. 1. hodie non procedere, poſtquàm enim Iuſtinianus, *per ſuam Nouellam primā de hæredibus, & Falcidia* §. *Sivero expreſsim, vnde ſumpta fuit Authentica, ſed cum teſtator Cod. ad leg. Falcidiam*, alterauit deciſiones antiquas, & aliam viam conſtituit illis contrariā, poſſunt teſtatores nō ſolum in parte minue- 45.
re, hanc quartam Falcidiam, ſed in totum illam prohibere, quod ita conſtituit Iuſtinianus fundatus in

illa

illa dispositione, quam ipsemet de nouo promulgauerat *in d. Nouella* 1. §. *Si quis autem non implens, in versiculo, si vero nullus.* quam iterum repetit *in d.* §. *Si vero expressim in fine*, scilicet, vt si hæres scriptus adire recusset, licentia sit legatarijs, fideicomissarijs, vel etiam seruis libertate donatis, talem adire hæreditatem, & adimplere disposita à testatore, in quo Imperator prouidit testamẽtorũ destitutionibus, quod erat præcipuũ fundamentũ, propter quod lex Falcidia prohiberi ne quibat attento tempore antiquo Digestorum, & ideo disposuit vt testatores illam possint prohibere, quia licentia legatarijs, & cæteris concessa occurrit inconuenienti publico, ne testamenta aditione destituerentur hæreditatis, quod leges veteres vitare intendebant per suam prohibitionem, *notauit excellenter post antiquiores Gothofred. in notula ad d.* §. *Si vero expressim, litera. X. præsertit Mangilius. quæst.* 113. *num.* 5. *&* 6. nec audiendus est *Sarmientus* à nemine citatus *lib.* 2. *Selectarum cap.* 7. *nu.* 12. qui existimat rationem, propter quam hodie testator Falcidiam prohibere potest, esse illam, quia legando decem, verum est voluisse ea habere magis legatarium, quam hæredem, forsã existimãs maiorem summam bonorum hæredi relinquere, id forte non facturus, si nihil relinquere se hæredi intelligeret, quem magis, quam legatarios diligere, credendum est, at vero quando expresse prohibet Falcidiam, iam cogitasse videtur, fieri posse, vt nihil hæredi relinquatur, expendens adhoc *dict. Authent. de hæredibus, & Falcidia* §. *Hæc autem*: Ná hæc ratio Sarmienti, etiam attento tempore Digestorum procedit, quo constat testatorem non posse Falcidiam prohibere, ideo ad suprapositam semper est recurrendum.

Ex qua resolutione primo infero ad intelligentiam *nostri textus in fine*, dum expendit heredes Raynaldi posse deducere Falcidiã, quæ contra voluntatem defuncti deducitur, facit dubium, quia decisio *nostri textus* est condita à Gregorio Nono post *decisionem d. Authenticæ, sed cum testator*, prout omnes communiter scribentes agnoscũt, *vt per Abbatem. num.* 16. *Couar. hic à num.* 9. *secundum notiorem impressionem, Peregrin. de fideicommissis artic.* 3. *nu.* 86. *in principio*, cum ergo possit testator hodie prohibere, & nõ prohibuit, cẽsetur dedisse, quia qui potest adimere, & non adimit dare censetur, *l.* 1. §. *fin. D. leg.* 3. *ad quod est textus in simili, in l. Conficiuntur. D. de iure codicillorum, & magis in l. Nec non* §. *Quod eis D. ex quibus causis maiores*, per quę fundamenta hodie non posse Falcidiam detrahi contra voluntatem testatoris, sed potius secundum illã, scribunt plures quos sequitur *Ripa in d. l. Nemo potest num.* 45. *& in l.* 1. *num.* 15. *D. ad Trebellianum. Corras. in l. Filium*

46.

quem habentem Cod. famil. herciscund. num. 121. *Alciat. lib.* 5. *Paradox. cap.* 19. *& Peregrin. d. articul.* 3. *num.* 83. qui magis etiam in hanc partem inclinat.

47. Verum tenendum est etiam hodie post decisionē *dictæ Authēticæ sed cum testator* optime,& cū tota proprietate procedere decisionem *nostri cap. Raynaldus in fine*, dum habet Falcidiam deduci contra voluntatem testatoris, Omissa nanq; triplici casuum differentia, quam in præsenti puncto, constituit *insignis Barbosa in Rubrica ad Senatus cōsultum Trebellianum manuscripta*, quam ab eo mutuasse, si possibile videretur,diceremus,*Peregrin. dict. num.* 86. *cum Couar. in præsenti* secūdum nouiorem impressionem, §. 3. *num.* 11. *Ripa sibi contrarius, in l. In quartam num.* 48. *D. ad leg. Falcid. Menchac. succes. creat.* §. 24. *n.* 54. *Monera de Commut. cap.* 9. *n.* 345. asseueramus Falcidiā ideo detrahi contra voluntatem testatoris,quādo illam non prohibuit,quia testator grauando hæredem vltra dodrantem, potius voluit, vt bona ad legatarios, quam ad hæredem deuenirent,& hoc sufficit,vt legata diminuantur per legem Falcidiam contra voluntatē testatoris, & ita bene considerat *Couar. vbi supra,textum nostrum in fine* loqui solummodo de lege Falcidia, quod etiam fatetur *Peregrinus d. num.* 86. licet contrarium teneant plures ab eis relati,qui scripserunt non loqui de Falcidia sed de Trebellianica; supra positam tamen sententiam infra veriorē iterum approbamus, nec contrarietatem facit ponderatio *Alciati d. c.* 19. dum considerat testatorem præsumi se conformare cum dispositione iuris,iuxta notata per Doctores *in l. Hæredes mei* §. *Cūita D. ad Trebellian. prosequitur Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 202. *num.* 1. *Gratian. forens. tom.* 4. *cap.* 664. *à principio Robles de repræsentat. lib.* 3. *c.* 7. *nu.* 10. *Castillo. tom.* 4. *cap.* 35. *à principio cum multis num. sequentib.* quæ dispositio antiquitus repugnabat, ex eo, quia testator,licet vellet, nō poterat efficere, quin Falcidia deduceretur,at hodie cum possit prohibere, eius dispositio videtur esse conformis iuri, quod illam iubet detrahere, non refragante testatoris voluntate, quæ ponderatio denique coincidit cum supradictis,vt 49.
concludat Falcidiam magis ex voluntate, quam contra voluntatem testatoris deduci,quia negamus testatorem in hoc casu, velle se conformare cū dispositione iuris, supposita testamenti scriptura, nec ius nouum in aliquo alterauit veteris dispositionem, nisi quado testator expresse contrarium disposuerit; quod supponimus deficere in quæstione proposita. Nec *d. l.* 1. §. *Item. & d. l. Conficiuntur supra citatæ*, aliquid probant, cum nos supponamus in nostro casu,testatorem voluisse adimere Falcidiam, saltem tacitè, vt supra *cum. Couar. expendimus*, ex

mus, ex quibus satis defensa remanet litera nostri textus, *prout ait Alciat. in d. l. Nemo potest. num. 36. Gregorius Lopez in l. 6. tit. 11. partita. 6. glossa 2. Barbosa in manuscript. ad dict. Rubricam, Cæsar ad l. In quantam. num. 58. & num. 89. Fachineus contr. lib. 5. cap. 4.*

Animaduertimus etiam nouã dispositionem *d. Authenticæ sed cũ testator* esse intelligendam cum cõ-
50. ditionibus ibi requisitis, ad effectũ, vt per illam censeatur reuocata antiquior dispositio legum Digestorum; Et prima conditio est, quod ipse testator sit sciens patrimonij sui, ita vt non ignoret Falcidiam esse admittendam, ne per errorem prohibeat Falcidiam, ita *post Bart. & Salicet. ibi optime Castrens. in dict. Authentica num. 3. Menoch. de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 198. nu. 8. Mangil. quæst. 113. num. 7.* licet suspicari possit, quod hæc conditio adiecta fuerit per compilatorem, quia in originali *d. Authentica*, nõ reperitur tale requisitum. Secunda conditio necessaria est, vt hæc prohibitio fiat verbis expressis, & de necessitate inducentibus hãc prohibitionem Falcidiæ, nec sufficere generalia verba vel æquipollentia, *ut Menochius d. n. 8. loco citato. Peregr. qui innumeros propemodum citat. dict. artic. 3 num. 187. & 88.* quæ autẽ sint hæc verba, infra dicemus.

Quibus sic præcognitis, ingreditur quæstio, de qua est quã maxima inter iuristas contentio. Vtrum licet dispositio *d. §. si vero expressim, iuncta d. Authentica, sed cum testator* dum loquitur de prohibitione Falcidiæ, extendatur etiam ad prohibitionem Trebellianicæ, Imperator sic ait, *si vero designauerit se expressim velle hæredem retinere Falcidiam, necessarium est testatoris valere sententiam*, Authentica sed cum testator ita (*Sed cũ testator hoc expressim voluit, non ignarus quis modus sit patrimonij sui, cessat Falcidia.*) in hac quæstione communis opinio tuetur partem affirmatiuam, vt cõstat ex infinitis antiquioribus, quos refert *Ias. in l. Marcellus D. ad Trebellianum. numer. 40. Decius consil. 81. Dubio. 4. Couar. in nostro cap. Raynaldus §. 3. num. 9. Ripa in d. l. Nemo potest. D. de legatis primo num. 12. Gomes tom. 1. cap. 5. num. 11. plures per Gabrielem communium tit. ad Trebellianum conclus. 1. Gail. lib. 2. obseruat. cap. 138. num. 15. Clarus. §. Testamentum. quæst. 62. & 73. Crassus eodem §. quæst. 62. num. 4. Gutieres in d. l. Nemo potest à num. 523. Padilla in l. Post mortem. num. 28. Cod. de fideicommissis. Menchac. successi. erud. §. 8. à num. 5. Molina de primogen. lib. 1. cap. 17. num. 11. in finitos citat. Peregrin. de fideicommissis artic. 3. nu. 85.* quibus additur *Costa in cap. si pater glossa Trebellianica. num. 11. Donellus de iure Ciuili lib. 7. cap. 29. post principium, & denique Richardus in §. Sed quia hæredes, de fideicommissariis hæred. num. 29. & Menochius lib. 4. & præsumptione 493. à nu. 13. Marcus ad*

S 4 cap.

cap. Raynucius cap. 4. num. 5 in finitos refert. & sequitur Mangilius quæst. 114. num. 10. Cevalh. communium. quæst. 28. à principio, Moneta de commutatione vlt. volunt. cap. 9. nu. 314. pro qua communi, & affimatiua
52. ſententia faciunt ſequētia. Primū, quia in illis caſibus, in quibus ceſſat Falcidia, ceſſat etiam Trebellianica *ex regul. l. Marcellus, §. Quod autem D. ad Trebellian.* Secundum, quia regula exorbitans à iuris re-
53. gulis extenditur ad ad caſum, qui ſub lata ſignificatione verborum comprehenditur, vt probāt Doctores per textum *in l. Filium 14. D. ad Macedonianum*, vbi Senatus conſultum, quod loquitur de filijs, licet ſit odioſum, extenditur ad Nepotem, qui tantum late ſumpto vocabulo ſub appellatione filij continetur *l. Filij 84. l. Iuſta. 201. D. de verborum ſignificatione*, igitur licet diſpoſio *dicti §. Si vero expreſsim ſit* odioſa reſpectu iuris antiqui, adhuc debet comprehendere Trebellianicam, iuxta illa, quæ de lege exorbitante cum pluribus ſcribit *inſignis Barboſæ in l. Si conſtante nu. 100. limitatione. 3. D. ſoluto matrim.* Tertium, quia fauorabilior eſt lex
54. Falcidia, quā Trebellianica, prout colligitur ex *deciſione l. In quartam 90. D. ad legem Falcidiam*, vbi plura imputantur in Trebellianicam, quæ nō imputantur in Falcidiam, igitur ſi Falcidia prohiberi poteſt per teſtatorem, à fortiori Trebellianica, maxime, quia ratio expreſſa *in d. §. Si vero expreſsim*, ſcilicet hæredem ſatis lucrari, ſi pie agēdo impleat voluntatem defuncti, æqualiter militat, tā in hærede Trebellianiço, quam Falcidico. Quartū quia appellatione Falcidiæ, etiam Trebellianica continetur, vt colli- 55.
gitur ex multis locis *l. Si vt allegas C. ad l. Falcid. l. Titia. 86 l. Filius familias 18. D. eodem. leg. Cohæredi §. Cum filio D. de vulgari l. Cum filio. 11. D. de legatis primo. l. 1. §. Deinde. l. Marcellus §. Quod autem D. ad Trebellianum, l. Iubemus C. eodem l. Pater filiam. 14. D. ad leg. Falcid. Denique eſt textus in §. Sed quia hæredes Inſtit. de fideicommiſ. hæredit.* Ex quibus omnibus conſtat Iureconſultos, & Imperatores vti verbo Falcidia, pro Trebellianica, igitur eodē modo, lex noua permittens, vt Falcidia prohiberi poſsit, debet cōprehendere Trebellianicam, quia lex odioſa comprehendit caſus æquiparatos, *gloſſa celebris, in l. Si quis ſeruo C. de furt. Couar hic §. 3. numer. 6. Gom. l. 4, num. 7. plures citat. Gutierres ad dict. l. Nemo poteſt. nu. 326. Surd. de aliment. tit. 2. quæſt. 10. nu. 2. Barb. in l. Si conſtante D. ſoluto matrimonio, num. 98. & in leg. Si quis emptionis §. Sed hæc C. præſcrip. trigintā num. 24. inſignis præceptor Brito ad Rubric. de locato 2. part. §. 3. num. 16. Cevalh. d. quæſt. 28. num. 2.* Vltimum, quia in omnibus diſpoſitionibus illa interpretatio magis probanda eſt, per quam fit reductio ad ius commune, *argumento text. in l. Si vnus*, §. 56.

Pactus

Pactus nepeteret D. de pactis, & ibi Iason. cap. Cum ab exordio. 35. distin. glossa receptissima in cap. statutum 3. de præbendis lib. 6. optime Couar. 3. var. cap. 6. n. 4. Tiraquel. de primogen. quæst. 24. num. 6. Gutier. vbi proxime. nu. 329. Gonçales ad regul. 8. Cancell. gloss. 7. num. 28. Molina de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 25. Sanches de matr. lib. 1. disput. 12. num. 2. sed interpretatio *d. §. Si vero expressim*, vt procedat tam in Falcidia, quã in Trebellianica, reducit nos ad ius commune, & terminos ipsius, legum scilicet duodecim tabularum, secundum quas, vnicuiq licebat legare pro mensura suæ voluntatis, nulla restrictione Falcidiæ, vel Trebellianicæ cognita, vt colligitur *ex forma text. in l. Verbis legis. 120. D. de Verborum significatione, vbi notat post Rebuf. Alciat. in principio*, igitur, & hæc pro communi sententia.

Non defuere tamen multi, & graues Doctores, qui sine metu fũdamentorum, quæ de proximo retulimus, contiariam sententiã defendant, multos ex antiquioribus refert, & sequitur *Iason. in d. l. Marcellus. num. 43. Bartol. sibi contrarius in l. Nemo potest, numer. 5. Alexand. in d. l. Marcellus, num. 8. multos etiã* 57. *citat Gutier. d. l. Nemo potest, nu. 322. accerrime Alciatus lib. 5. paradox. cap. 19. infiniti per Gabrielem communium titul. ad Trebellianũ concl. 1. num. 2. optime illam defendit Fachineus controuers. lib. 5. cap. 4. per totum Sarmient. lib. 2. selectarum c. 7. n. 57. Padilhal. Post mortem C. de fideicommissis, num. 28. & nemine citato Donellus sibi contrarius in Authentica, sed cum testator num. 4. & Faber de erroribus decade. 11. errore 6. num. 3.* scribit *d. §. Si vero expressim*, paulatim fuisse extensum per communem ad Trebellianicam, cum Imperator tantum de Falcidia loquatur, & sic in rigore insiuuat hanc esse veriorem sententiam, quam etiam tandẽ ãgnoscit *Mangilius de imputat. quæst. 114. num. 17. à principio vsque. nu. 9. & late defendit Gaspar ad Fab. lib. 3. tract. 8. quæst. 1. & hanc in praxi sequendam, & cõmunem multis relatis testatur Ceualhos d. quæst. 28. in fine*, & hanc magis communem, & æquiorem testatur *Rolandus consil. 12. per totum, & consil. 31. nu. 29. & cons. 78. à num. 13 lib. 1. Cephalus consil. 153. num. 13. Farinac. tom. 1. quæst. 25. num. 42.* Pro hac allegantur ista fundamenta. Primum, negari non potest cõstitutionẽ notam *d. §. Si vero expressim*, esse correctoriam ad ius antiquũ, & exorbitantem ab ipsius regulis, vt constet, sed in correctorijs, & exorbi- 58.
tantibus nõ fit extensio de vno casu ad aliũ, licet in alio detur æqualis ratio, vel etiam maior, iuxta doctrinam *glossæ receptæ in Authentica, quas actiones C. de sacrosanctis Ecclesijs, iuncta regul. quæ à iure de reg. iuris lib. 6. l. Quod vero D. de legibus. Iason. in dicta Authentica num. 25. Butr. receptus in l. Si constante D. solut. matrimonio nu. 48.* vt per insignẽ

Barbos.

Barbos. ibi num. 109.& 101.*versic.* 3. *Mangil, qui plures refert. quæst.* 114. *num.* 7. *Duenh. regul.* 286. *Sarmient.* 1. *selectar. cap.* 12. *Surdus cons.* 416. *num.* 9. *Soares lib.* 6. *de legibus cap.* 2. *Ioseph. ad leg. Cum auus de Cond. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 6. *Ægidius l. Ex hoc iure.* 2. *tom. cap.* 2. *numer.* 63. *Ioannes Cæphalus in repetitione leg. Centurio, de Vulgari, num.* 414. *insignis præceptor Brito d. cap.* 1. *de Locato num.* 2. ergo cõstitutio *dict.* §. *Si vero expressim*, cum loquatur tantum de Falcidia, extendi nõ potest ad Trebellianicam, iuxta proximam rationem, quam sufficientem dicit *Ias. d. num.* 43. ad confutandas omnes contrarias argumentationes supra pro prima factas. Secundo, expendunt Doctores in proposito dari maximam differentiam inter Falcidiam,& Trebellianicam, præter illam, quod Trebellianica non de-
59. ducitur nisi per hæredem grauatũ totam hæreditatem restituere, vt videre est *ex principio, & per totum Instit. de fideicommissar. hæred. leg.* 1. *l. Mulier.* §. *vltim. D. ad Trebellianũ*,
60. Falcidia vero deducitur ex legatis particularibus, vt constat *ex principio, de leg. Falcidia, vbi notat post Theophil. Mynsingerius, num.* 16. *Ioãnes Petrus Monetа de Commutatione vlt. vol. cap.* 9. *numer.* 272. & nos supra diximus. *part.* 1. *num.* 84. Et est illa, quod in Trebellianica datur ratio specialis, propter quam dispositio 4. §. *Si vero expressim*, ad illam non extẽdatur, quia scilicet cogi potest hæres adire, si recuset, *iuxta textus in l. Cogi, & in leg. Quia poterat.* 4. *l. Nam quod.* 14. §. 1. *d. l. Cogi* §. *& generaliter, cum multis ibidem D. ad Trebellianum*, quæ coactio in hærede Falcidico nõ dabatur, vt apud omnes est indubitatum, cum ergo ratio, propter quam Imperator permitit testatori, vt possit prohibere Falcidiam, sit, quia per nouã decisionem imperatoris, cessat timor non adeundæ hæreditatis, quia repudiante hærede possunt legatarij, fideicommissarij, serui veniẽtes ab intestato, & cæteri adire, prout ha- 61.
betur *in* §. *Si quis autem non implens, in versiculo, si vero nullus*, quæ ratio non datur in Trebellianico hærede, quia fideicommissarius vniuersalis, si hæres recuset, necessario tenetur illum adhuc hodie cogere, prout tenebatur attento tẽpore Digestorum, nec potest per se hæreditatem adire sine restitutione, vt
62. Doctores concordãt, *per textum in l. Ille, à quo* §. *Si de testamento, in fine D. ad Trebellianum, & l. Non iustam C. eodem, ita post Alex. Bald. Ripam, & alios ad dict. l. Nemo potest, fatetur receptum apud omnes Menchac. de succes. creat.* §. 8. *num.* 11. quę opinio erga me verissima est, ita vt adhuc hodie fideicommissarius teneatur cogere hæredem, aliàs imputet sibi, si non faciat, quia circa hanc coactionem nihil immutatũ
64. est *per d.* §. *Si vero expressim*. Nec cõtra hanc communissimam sententiam *obstat textus ind. Nouella* 1. §.

Si quis

Si quis vero nō implens, versicul. etenim,
vbi datur licentia adeundi hæreditatem fideicommissarijs vniuersalibus, etiam sine coactione, quia textus illè solum procedit, & habet locum postquam hæres principalis
63. adiuit, & fuit fideicommissum per aditionem cōfirmatum, postea autem idem hæres fuit conuictus de negligentia, quia noluit voluntatē defuncti adimplere; & per sententiam priuatus hereditate, & in hoc solummodo casu, inquit *textus in d. versicul. etenim*, quod post priuationem, illa hæreditas primo defertur fideicommissarijs per vniuersitatem, vt constat *ex textu ibi (tunc quod auferetur; &cæt.) vbi bene notat Cuiacius col. 1. & Gothofred. ibi lit. E.* vnde cum textus ille loquatur post priuationem hæredis, immerito adducetur ad probandum fideicōmissarium vniuersalem posse sine coactione hæredis, si ipse recuset, adire, cum contrarium adhuc hodie sit obseruandum, iuxta proxime dicta, sequitur ergo necessario
62. standum esse regulis iuris antiqui, secundum quas testator nō potest prohibere detractionē quartę Trebellianicæ, licet secundum Nouellam possit prohibere Falcidiam. Tertio, aliqui volunt allegare pro hac patre *decisionē text. in nostro cap. Raynaldus*, dum in fine dicit, Falcidiam deduci contra voluntatem testatoris, accipiendo Falcidiam, pro
64. Trebellianica, quod videtur confirmari ex his, quæ notat *Alciatus in l. Verbis legis* 120. *D. de verborum significat.* circa verbum, legare, de quo *text. noster ibi; in restituendo prædicti legati*, quod etiam trahitur ad institutionem hæredis, & à fortiori ad fideicommissarium, qui loco hæredis constituitur, *vt probatur ex leg. 2. D. ad Trebellianum.* Sed hæc inductio parum facit pro hac opinione, quia textus noster formaliter loquitur delegato, de quo non Trebellianica, sed propria Falcidia
• desumitur, vt supra iam dictū est,
Melius pro prædicta sententia fa- 65.
cit, quod si testator Trebellianicā posset prohibere, à fortiori posset pater efficere, vt fructus in ea cōputentur, quod pater efficere nullo modo potest, *per l. Iubemus Cod. ad Trebellianum*, quæ in hoc reuocata non est, vt bene comprobat *Couar. in cap. Rainucius*, §. 11. *num.* 9. igitur.

Propter quæ fundamenta, hæc posterior sententia in puncto iuris verior est, vt ait *Alex. dicto num.* 8. *Iason. dict. num.* 43. & sequūtur reliqui supracitati, qua retenta parum 66.
difficultatis continet solutio argumentorum, quę pro prima adduximus. Nam ad primum *de text. in l. Marcellus*, §. *Quod autē*, respondendum est, prout infra dicemus circa quæstionē de non amittenda Trebellianica, ob non confectum inuentarium, ideo hic repetere prætermittimus, vide *num. infra* 180. Ad secundum fundamentum fatemur fauorabilioré esse Falcidiam, quā

Trebel-

67. Trebellianicam,quo ad materiam imputationis,de qua,*in dict leg. In quartam*, vt late per *Ripam ibi n.*20. *Cæsar à num.*67.*Rolandū lib.*1.*consil.* 27.*nu.*4.Sed negamus legem, quæ permittit testatori vt valeat prohibere Falcidiam,extendi debere ad Trebellianicam, in qua diuersissima datur ratio, de qua supra in secundo fundamento. Ad tertium satisfit ex dictis *infra nu.* 144. Trebellianicam cōprehendi appellatione Falcidiæ,large sumpto vocabulo,& improprie,quasi per respectum ad tempus illud antiquum, quo fideicommissa erant legibus incognita,de quo meminit Imperator *in principio Instit. de fideicommissarijs hæreditatibus*, at vero, cum postea quarta Trebellianica deduci iuberetur ad similitudinem Falcidiæ, *iuxta d.*§. *Sed quia Instit. eodem titulo*, nihil mirum, si cum improprietate leges promiscue vtantur,

68. verbo Falcidia, pro Trebellianica, habito scilicet respectu, ad illā originalē similitudinem,vt ad illud propositum expendit *Pichardus in d.*§. *Sed quia hæredes*,*num.*38. *Cæsar ad legem in quartam*,*num.*1.*& num.*7. Sed ex hac similitudine inferri non potest ad casus exorbitātes legis correctoriæ, & odiosæ, qualis est prohibitio Trebellianicæ facta á testatore, cum detur in illa diuersa ratio, vt sæpe supra repetitum est.

Nec obstabit in correctorijs admitti extentionem de paritate rationis, quia contrarium verius esse supra ostendimus, cum multis, de 69.
quibus *Barb ind.lisi constante D. soluto matrimonio*, *num.* 104.*in fine*, quanuis aliquando extētio admittatur, *iuxta dictam glossam vltimam*, & communem sententiam,de qua *Barbosa vbi supra n.*98. *resolvit Suar. de legibus lib.* 6.*cap.*3.*&* 4. Deniq; non obstabit illud,quod vltimo loco expendebamus, de reductione ad terminos iuris antiqui, quia in præsentiarum ius antiquum non est interp.ætandum, ius illud antiquissimum legum duodecim Tabularum,sed tempus Digestorum, secundum quod, quemadmodum testator Falcidiā prohibere nequit, ita etiam nec Trebellianicam,iuxta iura supracitata.

Ex quibus hæc pars in rigore disputationis verissima est, & cōmunis, vt supradiximus, sed quia habemus legem de iure regni,quæ
70. nos cogit ad practicādas communes opiniones *lib.*3.*tit.*64.§.2. maxime, quando in proposito adest opinio Bartoli pro vtraque sententia,quam ex eadem lege Regia sequi tenemur, necesse est aliquas declarationes atingere, quas Doctores cogitarunt ad declarandam illam primam sententiam supra relatam, ita vt,si aliquando veniat practicanda, cognoscatur per declarationes, quas Doctores ad illā scribunt, de quibus plene tractarūt *Gabriel communium titulo, ad Trebellianum concl.*2.*cum septem sequentibus*

71

Mantica

Mantica de Coniecturis lib. 7. tit. 12. Menoch. de præsumptionibus, lib. 4. præsumpt. 198. ter totam Peregrin. de fideicommissis articul. 3. num. 87. qui omnes ex antiquioribus abunde tradunt, & quanuis *Paulus in dict. Authent. sed cum testator, nu. 3. cum Menoch. dict. loco. num. 8.* requirant quod testator sit sciens patrimonij sui, vt possit Falcidiam, & Trebellianicam prohibere, vt insinuant verba ipsius *Authentica, sed cum testator*, nihilominus ea verba non reperiuntur in originali, *d. §. Si vero expressim*, sed erit prima conditio secundum communem necessaria. Secundo requirunt, vt fiat expresse, in quo nulla est dubitatio, sed omnes vnanimiter consentiunt.

Solet autem inter scribentes esse altercatio, quænam dispositio testatoris dicatur expressa, vt satisfiat per illam decisioni *dict. §. Si vero expressim*, an scilicet debeant verba esse clara, an sufficiat, vt ex coniecturis colligatur mens testatoris, in qua re, ex mente omnium sic re- 70.
soluendũ existimo, vel enim verba 71.
testatoris possunt verificari in alio casu, & sensu, præter prohibitionẽ Falcidiæ, vel non, primo casu, omnes constituunt esse locum deductioni Falcidiæ, & Trebellianicæ, secundum communem, quia scilicet ex verbis generalibus non censetur prohibita, ex eo, quia lex correctoria, & exorbitans, qualis est constitutio *dict. §. Si vero expressim*, semper tali modo est interpretanda, vt minus præiudicet iuri communi, vt *post Angel. in dict. §. Si vero expressim Oldrad. & alios, communiter receptum ait Bertrandus consil. 148. lib. 3. ad finem, Bellonus, qui excellenter tradit cons. 67. Mantica vbi supra. Peregrin. num. 88. vbi infinitos refert, Molin. lib. 1. cap. 17. num. 15. & sequenti post Menchac. de succes. progress. §. 26. num. 29. optime Mangilius, d. quæst. 113. num. 22. late Cæsar d. In quartam, num. 84. & sequenti*, maxime, cum Imperator per suam nouam dispositionem non abrogauit in totum decisionem *d. Aut. leg. Quod de bonis §. 1.* Sed tantum per- 72.
mittit testatori, vt possit, si vellet, expresse prohibere Falcidiam, vnde si expressè nõ prohibeat, seruabitur ius antiquum *dict. l. Quod de bonis, §. 1.* quæ vt dicimus semper seruabitur, dum contrariũ expresse non disponatur per testatorem. Ex quibus cum *Peregrino proxime citato loco, & cum Mangil. d. quæst. 113. num. 19. & 20. & quæst. 115. numer. 30. Portio. Immola consil. 92. num. 90.* puto dicendum non sufficere verba generalia, per quæ testator iubeat totam suam hæreditatem, vel vniuersa bona, vel omnia bona Titio restitui, vt Falcidia 73.
censeatur prohibita, vel Trebellianica: nam cum lex requirat specialem, & expressam prohibitionem, illi non satisfit per verba generalia, qualia sunt illa, quæ proximè posuimus. Probatur hæc resolutio *ex*

l. final. §. Omnem Cod. administrat. tutorum, ibi (*& hoc spēcialiter expressit*) *& ibi notauit Bartol.* & facit ad propositum doctrina *glossæ in dem.* 2. *verbo specialis, de officio ordinarij, glossa etiam, verbo expresse, in cap. Inquisitores de hæreticis, lib.* 6. *glossa vltima, in Clementina per literas de præbendis, quas sequitur multa cumulans Felin. in cap. Translato, numer.* 3. *&* 4. *de Constitutionibus*, ex quarum mente aperte colligitur, quod in illis casibus, in quibus lex requirit specialem mentionem alicuius rei in specie, non sufficit, vt dispositio concipiatur per verba generalia Secundo confirmatur *ex textu, vbi glossa verbo, expressus in cap. statutum, §. In nullo de Rescriptis lib.* 6. vbi manifeste constat quod quādo lex requirit expressum consensum partis, vt delegatus possit cognoscere de causa sibi commissa extra ciuitatem, vel diœcesim assignatam, non sufficit consensus tacitus, qui ex partis taciturnitate
74. colligitur, post Ordinarios ibi *Geminian. numer.* 3. *Francum, num.* 5. *comprobat Tiraquel. ad leg. Connubiales glossſ.* 7. *numer.* 7. *&* 30. *post Dec. Mascard. de probationibus conclusion.* 1219. *numer.* 34. *Barbos. ad leg.* 2. *§. final. num.* 30. *D. soluto matrimonio, Gonsal. ad regul.* 8 *glossſ.* 47. *num.* 20. *post Suarez titulo, de las dendas, numer.* 30. *ad finem.* igitur per necessariam consequentiam concluditur nō sufficere tacitam prohibitionem Falcidiæ,& Trebellianicæ, quæ resultat ex verbis generalibus, quæ supra scripsimus, cum satis verificetur ipsorum tenor in tota hæreditate restituta, licet defalcata per Falcidiam, vel Trebellianicam, maxime, cum hoc conformetur cum dispositione iuris, argumento *leg.* 3. *D. de legatis primo, ornata per Menoch. lib.* 4. *præsumption.* 40. *num.* 8. *Surd. cons.* 253. *num.* 26. *Alciat. in leg.* 4. *si cert. pet. num.* 22. *Caldas de emptione, cap.* 33. *num.* 72. *Barbos. leg. Si filio, §. final. D. soluto matrimon. num.* 36. *Thusc. litera. T. conclus.* 7. *Castill. tom.* 4. *cap.* 17. *à numer.* 39. quæ regula in hoc casu disponit totam hæreditatem dici restituta, quando ex ea deducitur Falcidia, vel Trebelliani ca, argumento, *leg. Cogi.* 16. *§. Et generaliter D. ad Trebellianum, iuncto, §. Sed & si quis rogauerit eiusdem legis, l. Ita tamen* 27. *§. Trebellianum leg. Si hæres ab eo* 68. *§. Si totam, leg. Lucius* 78. *§. Hæres illo titulo*, ex quibus constat, quod quando testator totam hæreditatem iubet restituere, intelligitur deducta quarta; nec respondeas, prout aliquando à sapientissimo Doctore audiui, hoc procedere, attento tempore antiquo, quo Falcidia prohiberi non poterat, quia ex hoc magis confirmatur nostra sententia, quia Imperator nō abrogauit ius antiquū, nisi quando testator expresse declarat, non autem, quando verba alium sensum patiuntur: igitur, & vltra supracitatos *plures refert Gabriel*

titulo

titulo ad Trebellianum, conclusion. 2. à principio, & Fachineus controuers. lib. 5. cap. 13. quanuis contrarium teneant quam plures, *ex quibus cõmunem dicit Gabriel dict. conclusion. 2. versiculo sed contrarium, & conclus. 5. Viuius decisione* 21. *num.* 5. *Mantic. lib.* 7. *de contract. titul.* 12. *à num.* 13. *Menoch. de præsumptionibus, præsumpt.* 198. *num.* 14. *Peregrin. lib.* 2. *cons.* 36. *nu.* 8. Pro quibus non facit, quod expressum dicitur illud, quod ex coniecturis colligitur, *leg. Licet Imperator.* 74. *D. delegat. primo, vbi omnes, maxime Bartol. numer.* 10. *leg. Carbonianum. §. causæ D. Carboniano edicto, Mantica lib.* 8. *de coniecturis titul.* 1. *num.* 25. *Castill. tom.* 4. *cap.* 17. *à numer.* 4. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 11. *num.* 44. *Menoch. consil.* 95. *à num.* 31. *Decian. consil.* 41. *num.* 126. *lib.* 1. *Robles de repræsentatione, lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 13. ac proinde per coniecturas posse induci prohibitionem Falcidiæ, quia respondetur iura illa non probare illud, quod colligitur ex coniecturis fieri expressum, sed tantum haberi pro expresso, sed cum hæc lex sit odiosa, non sufficit cuidentia, quæ ex coniecturis colligitur, vt ei satisfiat, prout in simili *resoluit Valascus de partitionibus, cap.* 14. *numer.* 19. *Castill. dict. cap.* 17. *à numer.* 35. *cum sequentibus, vbi late prosequitur.*

Idem similiter resoluendum est
75. de illis verbis, hæreditatem plena iure restitues, quia hæc verba benè patiuntur illum sensum, vt verificentur in proprietate in simul cum vsufructu, augmento *l. Qui vsumfructum* 58. *D. de verborum obligationibus, melior textus in leg. Si ita* 26. *§.* 1. *eodem titulo, tenet Menchac. dict. §.* 26. *num.* 29. *Molin. dict. num.* 15. *versiculo contrariam, cum quibus est communis multorum, quos ipsi referunt, & magis communis, quam sequitur Menoch. dict. loco, num* 12. *infinitos refert, & sequitur. Mangilius de imputation. quæst.* 113. *numer.* 18. *& quæst.* 115. *num.* 30, Si autem dispositio concipiatur per illa verba, scilicet (integram hæreditatem restituat) tunc quanuis aliqui contradicant, *de quibus Gabriel dict. titulo ad Trebellianum conclus.* 5. *num.* 1. *versiculo sed contrarium, per textum in leg. Si quis cum totum D. exceptione rei iudicatæ,* quasi idem expri- 76.
matur, quod de iure in est, quia appellatione cuiusque rei integra intelligitur. Nihilominus contrarium tenuerunt fere omnes, *de quibus triginta refert, & sequitur Menochius dict. loco, num.* 14. *Molin. dict. cap.* 17. *num.* 15. *in principio, Surdus consilio.* 412. *num.* 44. *Peregrin. dict. articulo tertio, numer.* 90. qui multis confirmat, maxime *per leg. decem.* 6. *in fine. D. de fideicommissar. libert. leg. vltim. Cod. ad leg. Falcidiam*, a quibus recedendum non est. Nec *dict. lex. Si quis cum totum*, contrarium euincit, si dicas verbum, integra, denotare talem integritatem, quæ data de-

tractione per Falcidiam non verificatur.

77. Si verò disposítio cõcipiatur per verba, quæ alium sensum non patiuntur, tunc necessario dicendum est, ipsam Falcidiam censeri prohibitam, prout si ita fiat, restitues hęreditatem sine diminutione, vel sine aliqua detractione, ita censet cõmunis Doctorum sententia, *de qua post antiquiores, Alciatus, cons.* 66. *num.* 33. *lib.* 9. *Molin. vbi proxime, num.* 16. *Menoch. de præsumptionibus præsumpt.* 198. *numer.* 16. *Hondedus consil.* 48. *num.* 53. *infinitos refert, & sequitur Peregrin. dict. artic.* 3. *num.* 89. *Mangilius, quæst.* 115. *num.* 4. & 3. *sequentibus, & numer.* 11. *Cæsar ad l. In quartam, num.* 85. *D. ad Falcidiam Surd. dict. consil.* 412. *num.* 42. & *cons.* 529. *num.* 25. Ratio ea est, quia verba hæc cum sua proprietate non possunt verificari alio in casu, nisi in prohibitione Falcidiæ, seu Trebellianicæ, prout est de *Pauli mente, in dict. Authentica sed cum testator. num.* 2. & *consil.* 28. *nu.* 10. *lib.* 2. *Molin. dict. num.* 16. *Peregrin. vbi proxime*, quia alias sequeretur maximum in conueniens, quod verba testatoris esset otiosa, contra *l. Si quando D. delegatis primo, Gonsal. in regula* 8. §. 7. *procmiali. num.* 127. *Cald. de potest. eligend. cap.* 3. *num.* 48. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 21. *numer.* 19. *Menoch. lib.* 4. *præsumptione.* 173. *numer.* 15. *Sanch. lib.* 6 *de matrim. disputat.* 15. *num.* 9. *late Castill. tom.* 4. *cap.* 38. *Robles qui plures citat. lib.* 3. *de repræsentation. cap.* 10. *num.* 14. *adde Brito cap.* 3. *de Locato*, §. 1. *num.* 10. ac proinde concludimus in terminis suprapositis idem esse, ac si expresse fuisset prohibita, *dict.* §. *Si vero expressim.*

Dubitant tamẽ Doctores, quid sit resoluendum, quando testator dixerit (plena legata, vel plenam hæreditatem restitues) vtrum censeatur prohibita Falcidia, vel Trebellianica, supposita communi; & partem affirmatiuam tuentur *Baldus in l. Precibus Cod. impuberum, & alijs num.* 43. *Alexand. cons.* 2. & 8. *num.* 7. *lib.* 2. & *lib.* 6. *cons.* 201. *nu.* 7. *Ripa in l. Centurio de vulgari, num.* 134. *Guido Papæ quæst.* 577. *Rebuf. consilio.* 182. *numer.* 56. *infiniti per Gabrielem vbi supra, conclus.* 4. *num* 1. *versicul. contrarium, refert Menoch. dict. num.* 12. *Cenalh. commun. quæstione* 31. qui expendunt, *legem si post missionem.* 17. *D. ad leg. Falcidiam*, vbi legata relicta in testamento facto iure militari, dicuntur plena, ex eo, quia nõ patiuntur Falcidiam, ad differentiam eorum, quæ diminuũtur peripsam. Secundo facit, quia in iure illud tantum dicitur plenum, cui nihil addi, vel de quo nihil diminui potest, prout ex doctrina *Baldi consilio* 293. *numer.* 3. *lib.* 4. *Iason. Succin. & aliorum tradit Rolandus consilio* 85. *nu.* 53. *lib.* 4. *per textum in cap. Apostolicæ* 22. *de præbendis lib.* 6. *ibi* (plena narratione) *textus melior in cap.* 78. 79. 80.

Bene

Bene quidem. 96. dist. ibi (nec additione indiget plenitudo) Roland. vbi (apud; igitur vt verificentur verba illa in tota sua proprietate, dicendum est Falcidiam nullo modo esse admittendam, sed potius censeri prohibitam.

80. Oppositam tamen sententiam tuentur *Oldradus consilio 294. quæst. 4. Castrensis d. cons. 28. Roman. cons. 239. Boer decis. 44. num. 33. Bertrandus consilio 244. numer. 19. lib. 3. Gabriel titulo ad Trebellian. conclus. 4. numer. 1. Menoch. d. præsumpt. 198. num. 12. & plures alij sequuti à Peregr. d. artic. 3. num. 94. & duobus sequentibus, & hanc sequitur præcipuor insignis ad titulum de vulgari mihi n. 168. & postea Mangil. d. quæst. 185. n. 31. Moneta de commut. cap. 9. num. 345.* fundatur hæc pars in eo, quia vt iam supradiximus, illa verba nõ inducunt prohibitionem Falcidiæ, quæ alium sensum commode patiuntur extraneum a prohibitione, sed verba supra posita aliã commodam recipiũt significationem, si intelligantur de plenitudine respectu dominij tam directi, quam vtilis; *in terminis text. in l. Iulianus.* 79. *17. §. fin. vbi gloss. vltim. D. de Rei vendicatione*, vel etiã respectu proprietatis, & possessionis, prout circa decidit textus *in l. Fœminæ §. Illud C. secũdis nuptijs ibi (pleno proprietatis iure obtineat,)* vel etiam respectu proprietatis, & vsusfructus, *iuxta textum expressum, in leg. fin. §. Similique modo C. de bonis, quæ liberis ibi (vt ad ipsam perueniant pleno iure) tam per vsumfructum, quam per dominium*, ex quibus apparet varietas inter Doctores, circa interpretanda hæc verba (pleno iure, vel plenam hæreditatem) *vt per Tiraquel. de retractu conuentionali. §. 2. gloss. 1. num. 38. Menoch. consil. 21. num. 26. tomo 1.*

Hanc contrarietatem componendam existimo facta distinctione, inter verba illa (restitues hæreditatem pleno iure) & inter alia scilicet (restitues plenã hæreditatẽ) 81. nam primo casu, quando hæreditas iubetur restitui pleno iure, tunc procedat *Oldrad. Castrensis, Romani*, & aliorum sequacium opinio negatiua ex rationibus, quas num. præcedenti assignauimus, ex quibus euidenter concluditur supradicta verba non importare necessario prohibitionem Falcidiæ, seu Trebellianicæ, quod vt requisitum necessarium supra posuimus, nec per talia verba censeatur prohibita Falcidia, seu Trebellianica, vt in illis verificetur dispositio *d. §. Si verò expressum*; prout iam supradiximus. 83

In secundo vero casu, quando testator iubet plenam hæreditatẽ restitui, Falcidiam, seu Trebelliani 82. cã prohibitã censeo ex rationibus adductis supra *num.* proximo, pro opinione affirmatiua *Baldi, Alex. Rip. & Rebuf.* & sequacium; præcipue, *per textum in d. l. Si post missionem*, quæ ad propositum irrefragabilis est, quæ cõcordia inter vtraq;

sententiã deducitur ex mente *Peregrini, d. num. 96. per totum, Cæsar ad d. l. In quartam. num. 87. &* 88. alias verborum formas, quæ minus principales sunt, per quas dubitari potest, vtrum Falcidia censeatur prohibita, videre poteris apud *Manticam d. tit. 11. à num. 26. Peregrin. d. artic. 3. à nu. 97. vsque* 106. *Menoch. d. præsumptione. 198. à nu. 11. vsque.* 37. vbi omnia, quæ ad propositũ desiderari possunt, reperies, adde *Mangilium d. quæst.* 119.

Limitant cõmuniter Doctores *decisionem d. §. Si vero expressim*, ne
83. procedat in filijs primi gradus, quibus nullo modo prohibere posse detractionem Falcidiæ, seu Trebellianicæ, decidunt fere omnes *Itali, post Bald. Paulum, Salicetum Fulgos. & alios scribentes ad l. Iubemus C. ad Trebellianum, Ripa ad l. Nemo potest. num. 53, D. de legatis primo, Hieronimus Gabriel consil. 93. num. 5. Clarus, §. Testamentum quæst. 63. Couar. in cap. Rainucius, §. 11. nu. 7. aliàs nu. 12. Decian. consilio 49. lib. 2. Marcus Antonius Perusinus consil.* 33. vbi refert subscriptionem quatuordecem Iurecõsultorum, quos præstãtiores tõtius Italiæ dicit, quibus accedit *Gail obseruationum lib. 2. cap. 121. & 138. num.* 16. *Laderch. de Immola consil. 26. num. 12. Gabriel titulo de Trebellianica, conclus. 1. Mantica lib. 7. tit. 12. à num.* 5. & vt alios omittamus sexaginta, & octo citat pro hac parte, *Peregrin. de fideicommissis articul. 3. num.* 107. addo *Fachineum controuers. lib. 5. cap. 5. in fine, post omnes late prosequitur Antonius Faber, de error. pragmat. decad. 11. errore 6. Gothofred. in d. l. Iubemus lit. L. Maret. in cap. Rainucius, cap. 4. nu. 9.* & addo *nouissime Mangilium quæst. 116. nu. 6.* vbi *citat.* 105. Doctores pro hac parte, & post omnes supra relatos *Moneta de Commutat. vlt. vol. cap. 9. num. 284. &* 347. qui omnes expendunt *primo loco Zenonis decisionem in leg. Iubemus Cod. ad Trebellianum*, vbi Imperator constituit specialiter in fauorem filiorum, contra decisionem, *l. In fideicommissariam* 18. *D. ad Trebellianum. l. Papinianus §. Unde si quis D. inofficioso testamento, l. In quartam.* 90. *l. Titia.* 85. *D. ad l. Falcidiã*, vt fructus non computẽtur in quartam, 84.
licet pater grauans expresse, dicat, quod grauatus teneatur fructus cõputare, quo supposito, inquiũt Doctores supra allegati, si internam mentem *dict. Zenonis constitutionis respiciamus*, dum specialiter prohibet diminutionem quartę Trebellianicæ per imputationẽ fructuũ, etiam casu, quo pater contrarium iussisset, à fortiori fateri cogemur, non posse patrem auferre filio deductionem ipsius Trebellianicæ in totum, ex ratione, quam citat *Succinus Iunior consil. 137. num. 21.* qui non potest diminuere, minus poterit in totum auferre, *iuxta l. Videamus. D. in litem iurando l. Si optio 3. D. qui, & à quibus.* Secundo expendunt, quod si pater non potest

minuere

minuere quartam filijs grauatis per impurationem fructuum, quod est minus, â fortioti non poterit in totum prohibere, quod est magis, argumento *regulæ cui licet* 53. *de reg. iuris lib.* 6. Tertio, expendunt pro hac parte, quod certum est *per dicta l. Iubemus*, concedi filijs primi gradus priuilegium de quarta non minuenda, nec tollenda, vt proxime dictum est. quod priuilegium insertum est, & incorporatum in iure, vt palam fit, sed constat legem generalem subsequentem, non derogare casibus priuilegiatis per leges anteriores, nisi de illis fiat ex-
85. pressa mentio, *vt est doctrina glossæ celebris primæ, in l. Decurionibus C. de Silentiarijs lib.* 12. *communiter receptæ per citatos à Gabriele, lib.* 6. *Communi, titulo de legibus, concl.* 1. *Gonçales in regula* 8. *glossa* 36. *num.* 35. *Garcia de beneficijs tom.* 1. *part.* 3. *cap.* 2. *n.* 72. *Barbos. in l.* 1. *D. soluto matrim. part.* 1. *num.* 1. *& nu.* 9. *Surdus consil.* 325. *num.* 8. *Robles de repræsentatione lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 3. & probatur ex §. *Si quæ vero, in secunda constitutione. Codicis*, igitur dispositio §. *Si vero expressim*, quæ generalis est, non debet derogare priuilegio filiorum, incorpore iuris clauso. & hoc fundamentum absque dubio, si verum præsupponit, emittit falcem ad radices aliorum, quæ pro contraria parte Doctores excogitare possunt. Deniq; pro hac parte vidisse multoties iudicari in tota Italia post *Decianum*, *Laderch. de Immola. dictis locis testatur Peregrinus dict. numer.* 107.

Oppositam vero, & affirmatiuã sententiam, imo decisionem *d.* §. *Si vero expressim*, non solum procedere in prohibitione Falcidiæ, & Trebellianicæ iuxtà communem, quæ deducitur de fideicõmisso relicto ab extraneo, sed etiam de relicto à filijs primi gradus, tenuerut 86.
grauissimi Doctores *post Cynum, & Cumanum, in d. l. Iubemus, Alexand. consil.* 67. *lib.* 1. *Decius cons.* 48. *Bellonus consil.* 9. *num.* 19. *Marzarius de fideicommissis quæstion.* 49. *Hondedus consil.* 66. *num.* 9. *volum.* 2. & de rigore iuris veriore fatetur *Laderch. de Immol. d. num.* 12. *Vincentius de Franciscis*, 11. *plures citat Gabriel communi. titulo ad Trebellianum, conclus.* 1. *numer.* 5. *eandem sequutus est Menoch. consil.* 272. *num.* 15. *lib.* 3. *& ita iudicauit in causa magni momenti consil.* 472. *lib.* 5. & sequendam attento rigore iuris dicit *Fachineus d. cap.* 5. *quam sequitur M[illegible]a de primogenijs lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 13. *Merch. succes. creat.* §. 8. *nu.* 12. *Costa in cap. si pater glos. Trebellianicæ. num.* 12. *Hondedus iterum consil.* 59. *num.* 37. *lib.* 1. *Decius consil.* 44. *nu.* 85. *volum.* 3. 57. *Doctores pro hac parte citat. Mangil. d. quæst.* 116. *num.* 2. *Cevalh. commun. quæst.* 30. qui sequentes afferunt rationes? In primis, notum est, quod quemadmodum pater nõ potest imponere aliquod grauamẽ filijs in legitima, iuxta celebrẽ decisionem *text. in l. Quoniam in prioribus Cod. inofficioso testamento*, vbi 87.

Suarius Merocbr. consil. 196. *nu.* 18. *tom.* 2. *& de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 101. *num.* 46. *&* 61. *Peregrin. artic.* 36. *num.* 61. *post Bart. in leg.* 4. *D. de hæredib. instituend. notat. Ordones in l. Si pater Cod institutionibus & substitutionibus, num.* 112. & nos diximus *supra in* 1. *part.* ita etiam in residuo potest quodcunq; voluerit grauamen adijcere, fatentur omnes Iure periti, *& probat textus in l. Scimus* 36. §. *Cum autem Cod. in officioso testamento, apud nos Ordinatio lib.* 4. *tit.* 82. *in principio. Costa in cap. si pater gloss. in re certa n.* 24. *post Bart. communiter receptum in l. In quarta D. ad l. Falcidiam. num.* 14. Igitur nihil in conuenit, vt pater possit grauare filium, ne de fideicommisso vniuersali, quartam Trebellianicā deducat, nec eneruantur vires huius argumenti, si quis diuinet cum *Eugenio Perussino, consil.* 33. *à nu.* 12. *& Peregrin. d. artic.* 3. *nu.* 108. *in fine,* argumentum tolli *per decisionem dictæ leg. Iubemus,* quasi filij sint circa deductionem quartæ priuilegiati, de cuius veritate statim videbimus. Secundum fundamentum supradictæ sententiæ illud est, quod *text. in* §. *Si vero expressim,* generaliter permittit omnibus vltima elogia conficientibus, vt possint Falcidiā prohibere, & secundum communem, etiam Trebellianicam. Nec aliquam exceptionem facit, quoad
88. filios, ergo debet illos comprehendere, argumento, *l. primæ.* §. *& generaliter. D. delegatis præstandis, l. In fraudem* §. *vltim. D. de militari testamento, quas ornat. Rolandus consil.* 54. *num.* 44. *lib.* 3. *Simon de Pretis de interpret. vlt. volum. lib.* 2. *interpret.* 4. *dub.* 2. *solution.* 2. *numer.* 65. *Decian. consil.* 84. *num.* 43. *lib.* 3. *Castill. qui plures citat. tom.* 4. *cap.* 14. *num.* 5. *& cap.* 14. *num.* 10. *Robles de repræsentat. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. quod argumentum euitare intendit *Peregrin. vbi supra nu.* 111. *cum eadem. l. Iubemus,* vbi contendit esse insertum priuilegium filiorū, ne grauentur quocunque modo circa deductionem Trebellianicæ, *iuxta illa, quæ supra expendimus, num.* 85. *in vltimo argumento* negatiuæ sententiæ; sed hęc responsio *Peregrini* non est propositio fidei, de qua non potest dubitari, vt infra Deo dante dicemus. Tertio pro hac parte considerat *Succinus Iunior in l. Marcellus. D. ad Trebellianum, n.* 8. quod termini *leg. Iubemus* sunt maximè diuersi, à prohibitione Trebellianicæ, ac proinde de vno casu, ad alium non bona fit consequentia, quæ inter diuersa illegitima est, *ex l. Papinianus Exuli D. de minoribus. l. vltim. D. de Calumniatoribus, Costa in cap. si pater glossa eidem filio num.* 18. *Tindaro de compensat. artic.* 7. *num.* 16. *Guilhermus Rodoanus de Simonia metali cap.* 29. *num.* 44. *Rebuf. de pacificis possessoribus, num.* 273. *Mattençol. 2. tit.* 4. *glos.* 9. *num.* 7. *lib.* 5. *recupilat.*

Restat, vt hoc argumentum fiat euidens, & ineuitabile, probare diuersitatem terminorum, inter prohibitio-

hibitionem Trebellianicæ, & decisionem *l. Iubemus*, quod ipsa luce clarius apparebit: nam attento iure
89. Digestorum, & Codicis, certũ est Falcidiam, vel Trebellianicam nõ posse prohiberi à testatore, vt iam supradiximus *num.* 38. per multa iura ibi citata, inter quæ potest etiã recenseri. *dict. l. Iubemus*, quæ bene cõstructa hoc clare supponit, quod quemadmodũ extraneis prohiberi non poterat Falcidiæ, vel Trebellianicæ deductio, ita etiam in filijs primi gradus hoc idem maiori cũ ratione procederet, adiecit tamen illam specialitatem, quod cum ante decisionem *d. l. Iubemus*, tempore scilicet Digestorum, tam filij, quã extranei fideicommisso grauati cõditionali tenebantur in quartam fructus medio tempore perceptos computare, ad excludendam querelam in officiosi, vt probatur *ex textu in §. Vnde si quis in l. Papinianus D. in officioso testamento, iuncta leg. In fideicommissariam 18. D. ad Trebellianum. l. In quartam. 90. cum materia D. ad leg. Falcidiam*, postea autem Imperator Zenon promulgauit constitutionem, *l. Iubemus Cod. ad Trebellianum*, in fauorem filiorum, ne scilicet ipsi tenerentur fructus
90. perceptos ex iudicio testatoris in Trebellianicam imputare, quando ipsi filij proponerentur grauati fideicommisso conditionali, nouissimo autem iure constitutum fuit per Iustinianum, ne filij tenerentur fructus imputare in legitimã, quantuncunque illos perciperent ex iudicio, & voluntate patris, *vt probatur ex textu optimo in l. Scimus 36. §. Repletionem C. de inofficioso testamento, ita expendit Castrens. in d. §. Repletionem, Gothofredus in dict. §. Vnde si quis litera. C.* Vnde constat Zenonis constitutionem solummodo concedere filijs priuilegium, ne tenerẽtur fructus in Trebellianicam computare, consentmeliores, cum quibus conformatur *Fachineus controuers. lib. 5. cap. 9. in principio, & Donel. in d. l. Iubemus num. 1. sentit etiã Cuiacius in posthumis ibi in principio, Mangil. dict. quæst. 125. num. 3. & 4.* quæ noua constitutio non solum procedit, quando filius percepit vnam tantum quartam, prout in tempore antiquiori, sed etiam quã 91.
do in simul aufert legitimam cum Trebellianica, vt contra multos *resoluit Fachineus d. cap. 9. cum Bartolo, quem citat, & sequitur Peregrin. artic. 3. numer. 112. & articul. 49. num. 56. Cald. forensium. quæst. 28. num. 10. communis per Alexand in dict. l. Quod de bonis, §. Quod auus, Corneus cons. 108. colun. 7. lib. 4. Picus ad leg. In 4. num. 111. Ripa d. l. In fideicommissariam, numer. 30. D. ad Trebellianum, Clarus, §. testamentum. quæst. 63. Petris de interpretatione vltimarũ volunt. lib. 3. solut. 6. num. 15. Menoch. de arbitrar. cau. 256. num. 35. Mantica de coniecturis lib. 7. tit. 10. num. 22. Mãgilius de imputat. quæst. 125. num. 4.* quanuis plures teneant contrariũ, *Paulus, Decius, Iason. Curt. Sen. &*

alij.

alij, quos sequitur Caphal. cons. 153. *num.* 69. *Decian. lib.* 3 *cons.* 44. *n.* 87. refert *Menoch. supra numer.* 36. sed plane satisfit per supradictos, maxime *Peregr. Cald. Faquin.* & nos resoluimus supra in quæstione principali *nostri cap. Raynaldus*, qui est ad hoc optimus de toto iure, & hic est intimus sensus, *dict. l. Iubemus*, ex quo ad oculum demonstratur nullum fauorem ibi filiorum contineri circa prohibitionẽ quartæ, cum permissio ipsius prohibitionis, æqualiter detur circa filios, ac circa extraneos, quibus sicut antiquo tempore generaliter Trebellianica, vel Falcidia prohiberi non poterat, *dict. l. Quod de bonis* §. 1. ita de iure Authenticorum omnibus etiam tam filijs, quam extraneis, prohiberi permittitur, *d.* §. *Si vero expressim*, (aduerto dum loquor de Trebellianica, semper loqui secundum communem) ex quibus concluditur filios solũmodo esse priuilegiatos ne fructus in Trebellianicam teneantur imputare, sed nõ in eo, quod eis sicut cæteris prohiberi nõ possit, & huic opinioni tenaciter adhæreo, quam postea vidi tenere *Antonium Fabrum, qui post hæc* scripta ad me peruenit, *de error. decad.* 11. *error.* 6. *a num.* 3. *vsque ad fin.* Concluditur etiam falsum docere communem sententiam, dum generaliter asserit decisionem *d.* §. *Si vero expressim*. limitandam esse in filijs primi graduś, cum verisimũ sit æqualiter procedere in filijs, ac in extraneis, vt modo resoluimus per fundamenta ibi citata.

Qua supra posita opinione retenta, iam non obstabunt argumẽta citata pro communi negatiua, 92.
quia de facili euitantur, si consideres omnia illa fundari in falso præsuppositio, nempe quod *lex iubemus Cod. ad Trebellianum*, præstat priuilegium filijs, ne possint grauari in quarta Trebellianica deducenda, cum veritas sit in contrarium, vt proxime ostẽdimus, quo præuiso, cessat in totum primum, & vltimũ argumentum. Ad secundum de regula, *cui licet*, respondemus argumentum summi ex ea, à contrario sensu, quod parui, aut nullius momenti est, dato ex inde in conue- 94
nienti in contrarium, vt passim tradũt Doctores, & videre est, per omnes repetentes *ad leg.* 1. *D. de officio eius, &c.* Vel secundo, dicendo argumentum nõ concludere in correctorijs, & exorbitantibus, in quibus tantum licet, quãtum expresse 93.
permittitur, & non plus, vt notant communiter Doctores *ad cap. Per venerabilem, qui filij sint legitimi, per cap. vltim. de translatione prælati. cap. Cui de non, de præbend. in* 6. *Menoch. cons.* 72. *num.* 11. *Couar. de spons.* 2. *part. cap.* 8. §. 8. *num.* 11. *Sarmiento de redditibus* 4. *part. cap.* 4. *numer.* 3. *Matienço l.* 10 *tit.* 8. *glos.* 1. *num.* 1. *Fortun. in l. Gallus*, §. *Et quid si tantum a num.* 112. *Abbas in cap. at si clerici*, §. *De adulterijs, nu.* 8. *de iudicijs. Felinus in cap. postulasti de rescriptis*,

criptis, num. 9. Hojeda de incompatibil. benef. 2. part. cap. 12. à num. 69. Sanches de matrimon. lib. 8 disput. 1. num. 32. Molina de primogen. lib. 2. cap. 4. nu. 48. Gutier. 2. canonic. cap. 15. à nu. 124. Molina de iust. disp. 591. n. 2.

Cum ergo potestas paterna restringatur solũ ne possit filios grauare in computatione fructuum, non bene deducitur argumentum ad prohibitionẽ quartæ, quæ alia tendit via, nec circa illam est verbũ *in d. l. Iubemus*; Nec replicet quis frustra *in d. leg. Iubemus*, restringi libertatem paternam circa fructus, si ipse totam quartam tollere potest,
94. quia non cogit hæc ratio, ex eo; quia attento tempore Zenonis vetum est nõ posse patrem prohibere quartam filijs, sed hoc non erat speciale priuilegium ipsorum; sed generale præceptum Iuris, respectu omnium hæredum, vt late supradictum est, igitur alterato tali præcepto, etiam debet reuocatum censeri in parte ea, quæ filios tãgebat, si autẽ pater non prohibeat quartæ deductionem, non poterit efficere, vt filij fructus in ipsam computent, quia in hoc sunt priuilegiati nec hoc priuilegium est in aliquo immunatum.

Hic annectere curamus quæstionem connexam præcedẽtibus, vtrum scilicet testator possit grauare hæredem scriptum, vt quartam Trebellianicam, aut falcidiam cõpenset cum debito, quod ei à testatore debetur, loquimur attento tẽpore antiquo, quo Falcidia, vel Trebellianica prohiberi non poterat: Et pro negatiua parte videtur facere, quod vna via prohibetur alia non debet admitti *Regula cum quid de reg. iuris lib 6.* Sed si testator posset iubere vt hęres compẽsaret debitum cum Falcidia, iam per hãc viam admitteretur saltem in directe, quod leges directe prohibent: ergo dicendum est testatorem efficere non posse, vt debitũ cum Falcidia compensetur. 95.

Sed hoc argumento non ostante, veritas huius rei est, quod licet attento tempore Digestorum testator non posset prohibere Falcidiam, aut Trebellianicàm directe, *iuxta d. l. Quod de bonis. §. 1. l. Seius, & Augerius. D. ad leg. Falcidiam. l. Titia. 86. D. eodem titulo*, tamen poterit testator iubere, vt hæres teneretur facere compensationem Falcidiæ cum debito, pro concurrente quantitate, *iuxta textum in l. si debitor. 12. D. ad legem Falcidiam, l. Quod de bonis 16. §. Cum fideicommissum eodem l. Lucius 78. §. Maritus D. ad Trebellianum, text. etiam in leg. Cum pater. 79. §. 51. Titio. D. delegatis secundo*, ex quibus hoc clare probatur, & ratio est, quia licet lex 96. contra regulã iuris; quæ dictat per aditiõnem hæreditatis confundi actionem debiti, & crediti *l. Debitori cum multis similibus Cod. de pactis*, specialiter induxit, vt hæres grauatus vltra dodrantem, quãuis adeat hæreditatem, nihilominus eius debita non

bita non confundantur, sed potius illa deducere posſit, ac si non adijſſet, *iuxta textum in l. Irritum, & in l. In imponenda C. ad legem Falcidiam l. Unica, §. Igitur C. rei vxoriæ actione* data tamen voluntate teſtatoris in contrarium non procedit, quia hec voluntas identificatur cum regulis iuris, quæ confuſionem admittūt, & ideo valida erit *iuxta d. l. Si debitor* vbi hāc rationem præſtat *Alex. quem ſequuntur ſcribentes, & præceptores ad l. Et ſi contra tabul. D. de vulgari, poſt Bartol. in dict. §. Si titio, gloſ. vlt. & communis in d. l. Si debitor*, ex quo fūdaméto ita decidit firmiter *Solida Columna iuris Barboſa l. 1. part. 4. num. 21. D. ſoluto matrimonio Menoch. conſil. 183. num. 42. Ripa ad legi In quartam D. ad leg. Falcid. nu. 75. & multis relatis Peregrin. de fideicommiſſis articul. 3. num. 32. & num. 58. vbi fatetur eſſe paſſum difficilem*, & hoc in hæredibus extraneis de plano procedit, vt per *Donelum de iure Ciuili lib. 8. cap. 25. §. Sciendum Pinel. primo Select. cap. 7. num. 3. & 11. poſt Gouean. ad d. l. Si debitor proſequitur Cuiac. lib. 30. quæſt. Papiniani, ſuper eadem lege*. Nec obſtat ſuprapoſitum argumentū, quia regula illa non procedit, quando in vtraq; via diuerſitatis datur ratio, prout in preſenti; Eſt tamen aduertendum neceſſarium eſſe, vt hæc compenſatio admitteretur, vt teſtator expreſſe de ipſa deponeret, nec ſufficere vt per conſequentias colligatur, vt deducitur *ex dict. l. Debitor* cū alijs ſupracitatis, tenent Doctores modo relati, maxime *Pinel. d. 1. num. 3. à principio, & Cuiac.*

Controuerſum eſt tamen vtrum pater efficere poſsit hoc, quando filij ſunt hæredes inſtituti, vt & iſti teneantur Falcidiam cum debito compenſare? Et magis eſt recepta communis, & affirmatiua ſententia, *vt ex Baldo in l. Filium, quem habentem, C. Famil. herciſcund. colun. 6. & ibi Iaſon. num. 11. plures per Gabriel. titul. ad Trebellianam concluſ. 1. num. 40. Peregrin. de fideicommiſſ. d. artic. 3. num. 58. verſicul. 3. Donel. d. loco*, addo *Cuiacium, qui bene explicat lib. 13. reſponſ. Papiniani ſuper d. l. Quod de bonis, §. Quod auus, & §. Cum fideicommiſſum, vbi Alex. num. 2. pertranſit Mangil. quæſt. 125. num. 43. in fine*, & pro hac parte bene facit textus expreſſus, *in d. §. Cum fideicommiſſum*, vbi pater erat debitor filij, & tamen iuſsit, vt Falcidiam cum debito compenſaret, & ita fuit affirmatiuè deciſum per Papinianū; deinde conuincitur ex generalitate iurium prædictorū, quæ in diſtincte admittunt hanc compenſationem, nec ab ea exceptos reperimus filios primi gradus. 97.

Sed non defuerunt authores, qui contrarium ſcripſiſſent, quod licet pater compenſationem alijs imponere poſsit, tamen filijs non valeret, *ita tenet Accurſius in prima lectura ad §. Cum fideicommiſſum Picus in repetitione, leg. In quartam D. ad leg. Falcidiam, num. 228. Succin.* 98.

Iunior consil. 131. *numer.* 68. *lib.* 1. Nec displicet *Paulo ibidem*, qui expendunt pro sua sententia, *textum ind.* §. *Cum fideicommissum, ibi (fini quadrantis, quem ex bonis patris, cum effectu percepit, compensabitur)* quasi textus dicat compensationem esse admittendam solum post quadrantem deductum. Secundo allegant *textum in l. Pater filiam* 14. *D. eodem titulo*, vbi videtur probari, quod licet testator possit grauare hæredē, vt Falcidiam cum debito compenset, tamen hæc testatoris licentia limitata est in filijs primi gradus, quia filia in illo textu compensationem admittere non tenetur. Deinde comprobant à similitudine *l. Iubemus Cod. ad Trebellianum*, vbi constituitur quartam filiorum adeo esse priuilegiatam, vt nec ex præcepto testatoris teneantur filij fructus in illam computare, cum alias cæteri extranei illos computare teneantur, *Notant Doctores ad leg. In fideicommissariam* 18. *D. ad Trebellianum. leg. Mulier.* 22. §. *Si hæres D. illo titulo, notat insignis Barbos. in manu scriptis ad leg. In fideicommissariam.* Vltimo pro hac parte, expendo *textum difficilem*, *in dict. leg. Quod de bonis* §. *Quod auus. D. ad leg. Falcidiam*, vbi auus debitor nepotis ex causa tutellæ nepotem instituerat, & grauauit, vt si nepos post certam ætatem sine liberis decederet, non solum auita, sed etiam propria bona partem legatarijs, partem fideicōmissario restitueret, in quibus terminis, acedente casu restitutionis, nepos deduxit debitum, & in simul quartam Falcidiam, nec tenetur compensare; nam si pater posset iubere, vt filij compensent, similiter, & auus illud efficere posset, quod *Papinianus negat in d.* §. *Quod auus*, vt patet ex contextura illius textus.

In hac contrarietate quanuis Accursius insinuet quæstionē esse poblematicam, & *Paulus* dicat vtranque posse defendi, tamen affirmatiuam censeo retinendam, quam defendit *Peregrin. supra citato num.* 58. & ab omnibus scribentibus esse Accursium reprobatū ait in hoc *Cuiac. dict.* §. *Cum fideicommissum, ad finem, & Paulum sine ratione locutum*, quæ bene probatur *ex dict.* §. *Cum fideicommissum in verbis supraposītis, ibi fini quadrantis, & cætera.* Nec obstat *leg. Pater filiam.* 14. *supra hoc titul. ad legem Falcidiam*, pro contraria parte expensa, quia plene satisfit, *cum insigni Barbos. in leg. Si cum dotem,* §. *Si pater D. soluto matrimonio, numer.* 28. ideo 100. in eo textu filiam posse deducere Falcidiam, & insimul dotem retinere, quia pater non erat debitor necessarius ipsius dotis, ac proinde nihil mirum, si filia non tenetur Falcidiam cum dote compensare, cum sibi non habeat patrem obligatum, quod clare supponit *dict. l. Pater filiam, in fine ibi (quia dos in hæreditate patris non inueniretur)* sed

post patris hæreditatẽ aditam, potest filia maritum pro dote conuenire, *per textum in leg. Vnica*, §. *Videamus Cod. Rei vxoriæ actione, sentit Goueanus in dict. leg. Pater filiam super verbo, consentiente filia.* Nec refragatur huic intellectui verba *eiusdem legis*, *ibi* (*si pater dotem consentiente filia non petijsset*) ex quibus videtur colligi patrem de consensu filiæ remisisse dotem Marito, & sic, quod erat debitor necessarius; Nam his verbis satisfit, supponendo quod pater te nebatur, diuortio facto statim dotem repetere, alias illi posset imputari, argumento *leg. Si extraneus* 34. *D. de iure dotium*, *leg. Nupta.* §. *final. D. soluto matrimonio*, & ideo ad declarandum patrem non incurrisse hanc moram, considerat textus consensum filiæ, *prout excellenter explicat insignis Barbosa dict. numer.* 28. à cuius interpretatione recedendum non est, quod idem scribit *Cuiacius super dict.* §. *Cum fideicommissum, & lib.* 9. *responsorum Papiniani super dict. leg. Pater filiam*, dum ait, ideo in terminis *dict. leg. Pater filiam*, posse Falcidiam, & dotem in simul precipua filiam obtinere, quia pater non debebat dotem, & ideo compensare non valebat, quia nemo potest obijcere compensationem de debito alieno, *leg. Eius, qui Cod. compensationibus, licet Donel.* aliam afferat rationem supracitato loco. Nec etiam similitudo, *dict. leg. Iubemus*, aliquid probat, quia procedit casu, quo pater non iubeat compensationem facere, quia si manifeste disponat, obseruabitur quod præceptum est. Nec per hanc viam fraudatur *dict. leg. Iubemus*, quia qui iubet compensari, non prohibet, vt Doctores communis sententiæ demonstrant.

Nec vltimo obstat *dict.* §. *Quod auus* supra expensus, quia satisfit *cum Cuiac. lib.* 13. *responsorum Papiniani ibidem, & cum Pinelo* 1. *Selectarum cap.* 7. ex eo ibi nõ induci compensationem debiti, cum bonis hæreditarijs, quia testator hoc non expressit, si enim exprimeret, absque dubio fieret compensa tio, vt Doctores omnes ibi admittunt.

Si vero aliquis ostentandi ingenij causa, negatiuam sententiam velit defendere cum Doctoribus pro illa supracitatis, *ad textum in leg. Si debitor.* 12. respondere potest de plano procedere in hæredibus extraneis, limitari tamen in filijs primi gradus, vt clare insinuat *Bartol. ibi oppositione penultim. & vltima*, in hanc inclinat *Couarr. in cap. Raynucius* §. 11. *numer.* 4. Nec obstabit *dict. leg. Quod de bonis*, §. *Quod auus*, vbi datur intelligi posse patrem inducere compensationem, quia si recte aducrtas, loquitur de nepote, & non de filio primi gradus, inter quos maxima datur differentia, prout infra circa *leg. Iubemus*, resoluimus, §. 101

nius, §. Autem *cum fideicommissum* intelligunt, *ibi fini quadrantis, id est*, post quadrantem retentum compensatio fiet, reliquum restituatur. Et videtur confirmari hæc pars *ex leg. Iubemus*, secundùm opinionem Italorum, quæ affirmat decisionem illius legis emanasse ad maiorem fauorem filiorũ, dum supponit patrem non posse efficere, quin filius integram quartam deducat, ita vt nec fructus in eam teneatur computare, sed hæc pars mihi non videtur tuta, tum quia violat literam *dicti* §. *Cum fideicommissum*, tum quia attento tempore antiquo, pater poterat imponere quodcunque grauamen filijs etiam in legitima, vt notat *Bartol. communiter receptus in dict. leg. Papinianus* §. *meminisse D. in officioso testamento per textum ibi*. At vero post decisionem nouam *leg. Quoniam in priorib. Cod. in officioso*, tale grauamen reijcitur: Vnde concluditur, quod cum filius antè nouas constitutiones vnicam tantũ portionem deducere posset, nec illo tempore esset promulgata *decisio leg. Quoniam in pribribus*, tenebatur Trebellianicã, seu legitimam compensare, *iuxta dict. leg. Si debitor cum similibus*; at veto hodie, nunquam tenebitur debitum compensare, *iuxta dict. leg. Quoniam in prioribus*, si retineas nostram sententiam, de qua supra in principali quæstione, quæ etiam Trebellianicam permittit, dic, quod si testator iubeat, cum Trebellianica compensabitur debitum, & ita procedat *hodie dict. leg. Si debitor*, quæ etiam procedere potest admissa magis communi sententia, quæ statim á morte testatoris concedit retentionem legitimæ, & postea de fideicommisso conditionali Trebellianicam. Si autem solam legitimam retinendam dicas cum communi legistarum, tunc hodie non erit locus compensationi, iuxta nouam decisionem *dict. leg. Quoniam in prioribus*, & sic de casu contingenti resoluendum puto. Aduertendum tamen est necessariam esse expressam testatoris voluntatem, vt hæc compensatio admittatur, vt probatur *ex dict. leg. Quod de bonis*, §. *Quod auus. D. ad leg. Falcidiam*, vbi idem textus hoc clare insinuat, vt supra diximus, & ibi notat *Cuiacius post principium, post Bartolum, & Paulum, & Gomeanum, ibi in principio*, quod etiam clare supponit *text. in dict. Lucius. 78.* §. *Maritus D. ad Trebellianum*, ibi (*nisi manifestum esset*) licet loquatur in alio grauamine, quia si testator nihil circa compensationem declaret, vtranque deductionem faciet hæres, tam debiti, quam Falcidiæ, *dicto* §. *Quod auus, id. leg. Irrium cum similibus*, & procedit absque dubio *secundum Cuiacium, ibidem, & Pinel. dict. cap. 7.* qui bene prosequitur. 101. 101a.

Sequitur quintus casus secundum *Accursium*, in quo cessat Fal-

cidia, scilicet in libertate, *ibi (libertas)* in quo dubitandum non esse
103. affirmamus, *per textum, in* §. *vltim. Instit. ad leg. Falcid. l. Papinianus*, §. *Quarta autem D. in officioso testamento*, vbi *post antiquiores, Cuiacius in recitationibus solemnibus super illo textu, facit textus, in leg. Si seruus* 33. *cum sequenti* D. *ad legem Falcidiam*, vbi *post Bartolum, Paulum, Cumanum, & alios notat Gothofred. litera. H. & ante illum Goueanus ibidem. Molina de iustitia disputat.* 213. *versic. quartus casus* aduertendo, quod si non relinquatur directa libertas ipsi seruo, sed fideicommittatur hæredi, vt alienus redimatur, in hoc casu erit locus falcidiæ, in hoc legato, *vt probatur ex leg. Sed si non seruus* 36. D. *ad leg. Falcidiam, in* §. *Si solus, notat Angel. Aretin in dict.* §. *vltimo, num.* 4. *Bart. & Paul. in d. leg. Seruus* 33. D. *ad leg. Falcidiam vbi etiam Goueanus*, & hoc fauore libertatis fuisse inductum agnoscunt omnes, *in dict.* §. *Quarta*, ita vt legitima filij per libertatum dationem minui possit, & magis faueatur libertati, quam legitimæ,
104. clare deducitur ex illo textu, & notat, ibi *Raphael Fulgos. numer.* 3. *Paul. num.* 8. vbi appellat textum illum adhoc mirandum, *quem sequitur pluribus alijs relatis. Tiraquel. in leg. Si vnquam, verbo donatione largitus, num.* 329. *citatque Paulus glossam*, quam videtur approbare, *in Authentico de Triente, & semisse*, §. *prohibemus collat.* 3. *alias Nouella.* 18. quæ existimat, in hoc textum illum esse reuocatum *per dict.* §. *Prohibemus*, sed absit, quia non potest admitti illa reuocatio contra regulas ordinarias, nec ex verbis, *dicti* §. *Prohibemus*, vllo modo potest colligi, *vt optime scripsit Tiraquel. dicto verbo, donatione largitus, numer.* 330. Sed contra hunc casum opponit *Castrensis. in d.* §. *Quarta autem, de textu in leg.* Decem. 6. D. *de fideicommiss. libertat. leg. Sed si non seruus* 36. D. *ad leg. Falcidiam*, vbi legata libertatis minuuntur per Falcidiam, *Sed ex mente ipsius Pauli vbi proxime, & ex scriptis à Cuiacio lib.* 60. *ad edictum Pauli super dict. leg. Decem.* Tres casus sunt distinguendi. Primus casus est, quando testator relinquit directam libertatem seruo, vel illum relin- 105.
quit tertio, vt manumittatur, in hoc casu non habet locum Falcidia, *dict.* §. *Quarta, dict.* §. *vltimo, dict. leg. Si seruus.* 33. *cum leg. seq. infra ad legem Falcidiam.* Secundus casus est, quando testator legat viginti, verbi gratia, Petro, vt stichum seruū suum manumittat, in hoc casu habet locum Falci- 106.
dia, & potest legatum defalcari pro concurrente quantitate, *ita est textus in leg. Iulianus.* 34. *& in leg. Sed si non seruus.* 36. D. *ad leg. Falcidiam.* Ita vt, si legatarius acceptet legatum, teneatur seruum proprium manumittere, licet plus valeat, ex eo, quia acceptando legatum, non videtur pluris seruum æstimas-

æstimasse, vt bene expendit *d. leg. Sed si non Seruus, cum duabus sequentibus, D. ad leg. Falcid. leg. Sicut. §. Cod. ad legem Falcidiam, leg. Generaliter. 24. §. Si alienum D. de fideicommiss. libertat. leg. Sa legatario 22. D. eodem, facit leg. Sed duobus 5. versicul. pone D. legat. 2. iuncta, leg. Imperator. §. Si decem. D. legat. 2 leg. Si mihi 97. D. de legatis 1. ita Cuiac. citato loco*, addo *Peregrin. articul. 33. numer.* 38. Tertius casus est, quando Petro relinquuntur viginti, vt seruum Titij redimat, & manumittat, in hoc casu etiã admittitur Falcidia, vt probatur *ex dict. leg. Decem; & ex dict. leg. Sed si non seruus versicul.* 1. ita vt hæres, non teneatur plus dare pro seruo, quam accepit. Quid autem, si dominus 107. serui voluerit pro viginti integris vendere, sed non velit post admissam Falcidiam, quæ forte defalcauit legatum in quinque, in hoc casu variæ fuere apud Iureconsultos opiniones, vt cõstat *ex d. l. Decem*, & tandem concludit Paulus in hoc casu hæredem cogendum tota viginti legata præstare absque deductione Falcidiæ, ac si testator iuberet, vt integra præstarentur, & hoc sic fuisse determinatum in fauorem libertatum testatur *Cuiac. in dict. l. Decem*, qui semper videndus est. Ego quæro quid dicendum in secundo casu, si legatarius similiter velit acceptare legatum integrum, & seruum manumittere, postea vero cum agnoscat defal-

candum esse per Falcidiam, illud repudiet, an hæres cogatur non detrahere Falcidiam, quod admittendum puto; ex decisione *d. l. Decem*, quæ proprijssime huic casui accõmodatur, tanquam nõ decisa *per d. l. Sed si non seruus.*

Alium casum fingere possumus, quando alicui legatur seruus, & insuper pecunia; in hoc casu interueniente Falcidia, detrahi debet de vtroque legato, facta æstimatione serui, sed tota soluenda est de legato pecuniæ, *vt probat textus sic intelligendus, in l. Si duobus 5. versicul. pone D. delegat. secundo, dict. leg. Sed si non seruus.* 36. §. *Si solus ad leg. Falcidiam, agnoscunt glossæ, & Doctores vtrobique.*

Ingrediamur sextum casum Accursij, scilicet sponte solutum, in hoc casu, duob' modis potest quis remittere Falcidiam, vel Trebellianicam, remittendo scilicet, illam expresse, vel tacite per solutionem legatorum, sed quia vterque casus fere ineundem coincidit, permixtim etiam de illis agemus, de remissione apparet *ex textu in leg.* 108. *legatus* 30. §. *vltimo. D. Ad Trebellianum*, vbi aliquando ex rescripto principis, vel eius mandato, ipsa quarta remittitur, & donatur, quod etiam propria voluntate multoties fieri potest, *argumen. l. penul. Cod. de pactis cap. ad Apostolicam de regularibus*, nisi ipsa quarta censeatur remissa in fauorem secundi fideicommissarij, tunc enim iste illam

potest excipere, *text. est in leg. 1. §. Denique D. ad Trebellianum, & ibi communis opinio ex Bart. quem sequitur Iason. num. 11. Costa in cap. si pater glos. Trebellianicæ. num.* 30. *Molin. lib. 1. de primogen. cap. 17. num.* 31. *Menoch. de præsump. lib. 4. præsumpt.* 198. *num.* 40. *Fachin. lib. 5. controuers. cap. 7. Molina de iustitia disput.* 213. *versic.* 8. *Peregrin. articul. 3. num. 6. & in nostris terminis, num.* 127. *facit l. Hæres ab eo.* 68. *§. vltim. l. Hæres.* 20. *D. ad Trebellianum, Donel. lib. 7. cap.* 29. *§. 1. Faber de erroribus decad.* 26. *errore.* 10. *num.* 4. *& sequenti*, quæ remissio, licet in vita testatoris nulla sit, ut supradiximus, tamen post mortem ipsius testatoris fieri potest, vt per supra citatos, & deducitur *ex textu in l. Post* 71. *D. ad l. Falcidiam*, vbi bene de more explicat *Cuiacius sub. lib.* 33. *ad edictum Pauli col*ūn. 1284. ibi aduertens in vita testatoris remitti nō posse, *per l. Quod de bonis.* 15. *§. 1. D. ad leg. Falcidiam*, de qua supradiximus in quarto casu, de illo autem, qui sponte soluit non detracta Falcidia, vel Trebellianica (nullam enim censeo faciēdam differentiam inter vtramque, *l. 1. Cod. ad l. Falcidiam, l. 5. §. Si quis rogatus D. de donationibus inter virū, & vxorem*) idem ac de expresse remitente iudicandum dicimus, ex eo, quia ille, qui legatum, vel fideicommissum soluit, non detracta Falcidia donare censetur, ita colligunt Doctores *ex text. in d. l. 1. Cod. ad leg. Falcid.* vbi dicitur non plus debito soluisse hæres, qui legata integra soluit. *d. §. Si quis rogatus, l. Fideicommissum Cod. cond. in deb. leg. qui quod.* 46. *D. ad l. Falcidiam. leg. Error. C. ad l. Falcidiam l. vlt. C. eodem titul.* quæ loquitur in fortioribus terminis, vt infra declarabimus, *facit l. Debitorem.* 20. *D. quæ in fraudem creditorum. Authent. sed cum testator Cod. ad l. Falcidiam, iuncto corpore vnde sumitur, in Authentico de hæredibus, & Falcid. §. Non autem, alias Nouella* 1. *cap.* 3. *iuncta regul. l. Cuius per errorem* 53. *D. regul. iuris, notant Doctores ad l.* 1. *D. de condict. in deb. & in l. Cum quis C. iuris, & facti ignorantia*, tradit. *Peregrin. d. articul.* 3. *num.* 124. *Menoch. in materia l.* 1. *D. quorum legatorum, remedio* 4. *ad epis cend. num.* 639. *& sequent. & lib.* 3. *de præsumptionibus præsumpt.* 31. *à num.* 3. *Cuiac. in dict. Nouell.* 1. *colun. fin. Gothofred. etiam in d. §. Non autē litera, B. Cuiac. iterum in l.* 1. *Cod. ad l. Falcid. post ordinarios, & in leg. Si patronus, §. De illo per textum ibi, D. de donationibus. Couar. in cap. Quamuis pactum.* 2. *part. §.* 4. *numer.* 10. *Mantica de coniecturis lib.* 9. *titul.* 14. *à num.* 6. *Moneta de commutatione vltim. volunt. cap.* 9. *num.* 340. qui illam afferunt rationem, quia ille, qui sciens vires patrimonij, & se posse retinere Falcidiam, & vltro legata integra soluit, donare censetur suā partē, agnoscendo voluntatem testatoris, prout etiā, ille, qui sciēs testamentum nullum, ex quo nihil præstare tenetur, secundum

109.

110.

dum communem, & meliorē sen-
111. tentiam etiam in foro conscientię, *vt post alios notat Couar. in cap. Cum esses de testamentis, num.* 12. *per l. Non dubium §. vltim. Cod. de testamentis, quem sequitur Menoch. lib.* 1. *de præsumptiombus quæst.* 80. *nu.* 13. *&* 28. *Cenalh. commun. contra communes. quæst.* 700. *& quæst.* 137. *num.* 6. vbi tenatur esse veriorem, & securiorē sententiam, & communem, *post prædictos Iason. Ripam, & alios Menchac. de succes. creat. §.* 1. *num.* 12. *&* §. 2. *num.* 2. *Padilla in l. Cum quis C. iuris, & facti ign. numer.* 11. *& sequenti.* Nihilominus tamen si hæres agnouerit voluntatem minus solemnē, tenetur soluere, *argumento text. in l.* 1. *Cod. de fideicommissis iuncta l.* 2. *eodem. Menoch. post alios lib.* 3. *præsumptionum, præsumpt.* 131. *numer.* 5. *& sequentibus. Surdus de alimentis titul.* 8. *priuileg.* 22. *numer.* 31. *& priuilegio.* 25. *num.* 35. *Castill. tom.* 2. *controuers. cap.* 26. *num.* 87. *Domi. l. Si certis annis, num.* 3. *Cod. de Pactis, Fab. de coniecturis lib.* 7. *cap.* 8. *& decade.* 67. *error.* 7. *&* 8. *&* 10. *Quesada diuers. quæstione* 19. *num.* 3. *Flores variarum. quæst.* 23. *num.* 8. *Lara de Capellanijs lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 87. *& cap.* 12. *n.* 19. *Gaspar ad Fabrum lib.* 1. *tractat.* 15. *quæst.* 3. *Forcatul. dialogo* 14. *num.* 5. *Padilla. l. Si post Cod. Fideicommissis, num.* 9. *Mantica lib.* 3. *de coniecturis titul.* 20. *num.* 5. *Peregrin. artic.* 43. *num.* 4. *Molin. lib.* 3. *cap* 1. *numer.* 18. *Fachineus lib.* 6. *controuers. cap.* 71. *Clarus, §. Testamentum quæst.* 90. *n.* *vltim. Menchac. lib.* 5. *controuers. cap.* 25. *à num.* 27. *Gutier. l. Nemo potest delegat.* 1. *num.* 244. *Molin. disputat.* 41. *versic. tertio. Gratian. tom.* 3. *cap.* 429. *à numer.* 19. *Cuiac. in posthumis C. sup. dict. l.* 1. *Gothofred. ibi lit. H.* quam defuncti volūtatem dicitur hæres agnoscere, vel per realem solutionem, vt in terminis *d. l.* 1. *C. ad l. Falcidiam*, vel promittendo sciēter per simplicem cautionē, stipulatione præcedente, se integra legata 112.
soluturum, *vt est textus formalis in l. vltim. cuius hic est verissimus sensus Ci illo titulo, vt post alios bene ait Cuiacius in d. Nouella* 1. *colunæ penult.* reprobata aliorum sententia, qui contēdebant *d. l. vltim.* procedere virtute geminationis verborū, de quibus *Morla in emporeo, titulo de Pactis, quæst.* 1. *num.* 11. *Gothofred. in leg. Si patronus* 20. *litera. P. D. de donationibus, Caldas de emptione, cap.* 27. *nu.* 59. *Flores variarum, quæst.* 27. *nu.* 7. Et sic intelligitur etiam *textus in §. De illo in dict. l. Si patronus*, vbi idem in terminis disponitur, quod *in d. l. vltim.* si intelligas verbum sponsioni pro cautione, *vt ibi notat Gothofredus litera. S. & Cuiacius in d. colunna penult.* Vel potest intelligi, quod *dict. §. De illo* agat de simplici promissione, *& d. l. vltim.* de cautione, vt diuersificentur casus, & si intelligas vtrunque *textum de cautione*, dic quod *Iustinianus voluit corroborare Marcelli decisionem, d. §. De illo*, per suam constitutionem *d. l. vltim.* ex eo, quia Marcelli opinio inter

Iureconſultos erat altercata, vt inſinuat *d.* §. *De illo, ibi* (*ſed magis eſt, vt nõ poſsit ſuæ cõfeſsioni obuiare*) quæ verba clare ſupponunt, ante Iuſtinianum de hoc eſſe concertationem inter Iureconſultos, quod latius proſequitur *Cuiacius ſuper dict. leg. prima.*

113 Cogimur ex ſupradictis inquirere rationem decidendi ad *leg. Si patronus, in principio D. de donationibus*, dum habet patronum promittentem ſoluere legata, ad quæ non tenebatur, non eſſe cogendum fidē ſeruare, cum tamen ſi ſoluerit, ſciēter, repetere non poſsit, *vt probat Iureconſultus Paulus, in l. Patronus* 60. *D. ad Trebellianum.* Deinde facit dubium, quia vt diximus, idem eſt Falcidicum hæredem ſoluere integra legata, quod illa integra ſoluere promittere, *d. l.* 1. *iuncta d. leg. vltim. Cod. ad legem Falcidiam*: ergo ſimiliter idem eſſe debet, patronū ſoluere legatum, ac illud promittere ſoluere, quod *d. l. Si patronus D. de donat. negat.* & forte *ſecundū Cuiacium in d. Nouella* 1. *colun. penult. in fine.* Hæc fuit dubitatio legum veterū, de qua meminit Iuſtinianus *in d. l. vltim.* pro ratione decidendi *ad d. l. Si patronus*, conſiderat *Caſtrēſis ibi*

114. tres caſus. Primus eſt de Patrono, qui ſcienter promiſit integrum legatum ſoluere, & hoc caſu ipſum teneri, inquit in diſtincte, quia cenſetur donare partem ex lege Falcidia ſibi competentem, argumento *leg. Sed & ſi quis*, §. *final. D. ſi quis cautionibus.* Secundus caſus eſt, quando per errorem facti promittit, & tunc etiam è contra in diſtincte non tenetur, *per textum in l. Error. Cod. ad leg. Falcidiam*, & in nullo ex his duobus caſibus procedit *d. l. Si patronus.* Tertius caſus eſt, quando ſoluit per errorem Iuris illud, quod nullo iure debet, aut quod ſolum naturaliter debet, & in hoc caſu, nequit procedere *d. l. Si patronus*, quia ibi adhuc non erat ſolutum, & habet exceptionē, licet ſi ſolueret, non haberet repetitionē, *arg. l. Cum quis. C. Iuris, & facti ignorantia, de qua Cuiac. ad quæſt. Papiniani ſuper, l.* 7. *D. de Iuris, & facti ignorantia*, Duaren. *ad titulum de Cond. in deb. cap.* 3. Donel. *lib.* 1 *cap.* 21. *verſic. in damnis*, Aurel. 1. *ſentent. cap.* 63. *Fachin.* 8. *cap.* 106. *Pichard.* §. 1. *quibuſmodis re. num.* 35. ſed hæc interpretatio *Pauli*, magis rem inuoluit, quam declarat, quia ſi erat in debitum, & fuiſſet ſolutum per errorem iuris, adhuc nõ repeteret, *iuxta notata, in dicta d. l. Cum quis, & in l.* 1. *D. de cõdictione indebiti, & bene probat d. l. Error. in* 2. *part. C. ad legē Falcidiam.* Secundo loco *Cuiacius lib.* 11. *quæſt. Pauli, ſuper d. l. Patronus, D. ad Trebellianum* ait, in vtro- 115.
que caſu ſcilicet; & ſoluti legati, & promiſsi, dari repetitionem, tam legati, quam cautionis, ſi per errorē facti ſint per ſoluta, & ſic interpretatur *d. l. Si patronus*, vt concordet *cum d. l. Patronus*, ſi vero ſciēs illud fecerit, non erit repetitioni locus,

d. leg.

d. leg. Error, sed nec hic intelligendi modus quadrat, quia *d. l. Si patronus*, procedit etiam casu, quo quis per ignorantiam iuris caueat, & promittat secũdum veriorem sensum, quem statim demonstrabimus. Quare ego censeo, quod siue scienter, siue ignoranter, vel ignorantia iuris patronus caueat se soluturum legatum, vel fideicõmissum, ex portione sibi debita in bonis liberti, non teneatur ex vi promissionis, & sic indistincte dico 116. intelligendam *d. l. Si patronus*, ex ratione, quam textus assignat (*ibi ne pars ex legibus verecundiæ patronali debita minuatur*,) nec in hoc casu, promissio patroni aliquid operatur, tanquam a legibus reprobata, quæ tantum detulerunt patronali reuerentiæ; ne permitterent ipsi patrono, vt illi posset renunciare, prout generale est in priuilegijs cõcessis ob reuerentiam, prout interminis *l. Alia.* 15. *§. eleganter, D. solut. matrimonio, facit. leg. vltim. Cod. de bonis libertorum, & communis resolutio ad cap. Odoardus de solutionibus, Garcia regul.* 533. *nu.* 8. *Gutier. de iuram. confirmat.* 1. *part. cap.* 16. *num.* 47. *insignis Barbosa ind. §. Eleganter à principio*, sic limitata *regula d. l. penul. C. de pactis* cum similibus, vnde cum legitima patrono debeatur ob reuerentiam, nihil mirum, si non obliget pactio in contrarium, *d. l. Si patronus in principio*, & hanc rationem decidendi postea assignauit *Cuiacius in leg.* 1. *Cod. ad leg. Falcidiam.* Nec obstabit, quod filij possunt renunciare suæ legitimæ, antequam eis deferatur, vt colligitur *ex l. Si quando.* 36. *§. Generaliter C. in officioso testamento, Molina lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. *& num.* 36. *Peregrin. articul.* 36. *num.* 89. *Menoch. lib.* 4. *de præsumptionibus præsumpt.* 33. *à n.* 13. *& cons.* 71. *numer.* 22. *Gutier.* 2. *Canonic. cap.* 14. *num.* 97. *Couar. in nostro cap. Raynaldus §.* 2. *numer.* 21. *Gabriel, Cruss.* & alij, *quos citat, & sequitur Monetа de commutat. vltimarum voluntatum, cap.* 9. *numer.* 238. *Gabriel Pereira decis.* 11. *num.* 1. *plures supra* 1. *part. num.* 551. quia legitima filiorum eis non defertur ob reuerentiam, ideoque nihil mirum, si renunciare illi possint. Neque iam obstat *l. Patron. ad Trebellianũ*, non enim loquitur de legitima adhuc nõ aquisita, sed potius de iam quæsita, quæ cum iam sit patrimonium 118. patroni, & sit satisfactum reuerentiæ ei debitæ, non est inconueniẽs, vt patronus illam ad libitum possit distribuere, & hãc dico versari differentiam inter vnum, & alterum casum. Vnde si in hoc secundo casu, ipse patronus donauerit sponte, valebit donatio, iuxta terminos *l.* 1. *Cod. ad l. Falcid.* cum similibus supra citatis, & si donet per iuris errorẽ, idem resoluetur, ne habeat repetitionem *d. l. Error in* 2. *part.* si vero soluat per errorem facti, repetere poterit, *d. l. Patronus in fin. d. l. Error in* 1. *part. Pichard. §.* 1. *quibusmodis re. num.* 40. *Inlius Pac. cens.* 6. *concilia-*

115.

conciliatione. 42. *Surdus decision.* 246. *num.* 7. hi autem termini applicari non possunt *d.l. Si patronus*, quia ibi quocunque modo fiat cautio, seu promissio, semper potest repeti, ne minuatur pars debita reuerentiæ, ex quibus constat, quod si quis soluat legata integra per errorem iuris, similiter repetere non possit, 119. quemadmodum ille qui vltro persoluit, ita colligitur *ex leg. Error.* 2. *part Cod. ad l. Falcidiam, l. Cum quis Cod. Iuris, & facti ignorantia Doctores supra, Menochius* 4. *reuoc. adipiscend. num.* 639. *post Zuccard. in l. fin. Cod. edicto Diui Adrian. num.* 428. *Peregr. artic.* 3. *num.* 124. *& artic.* 47. *nu.* 38. *& in specie est textus capitalis in l. Regula* 9. *§.* 5. *si quis ius ignorans D. iuris, & facti ignor.* vbi proponitur exemplum de Falcidia per errorem iuris non retenta, *ad fin. ibi C. sciant ignorantiam facti, non iuris prodesse, neque stultis succurri, sed errātibus*, ex quibus verbis colligitur errantem in iure comparari scienti, qui vltro persoluit, cui repetitio denegatur, *d. leg. Cuius per errorem, cum supra citatis*, ita ex aliis *comprobat Padilla in d l. Cum quis num.* 24. *contra communem, quam ipse refert, num.* 18. *melius comprobat Duaren. ad titulum de condict. indebiti cap.* 3. *& Cuiac. in solemnibus recitat; Digestorum super d. §. Si quis ius*, & est verissima sententia, *vt per Fachineum controuers. lib.* 8. *cap.* 106. *Pichard. d. §. Sed. quibus modis re, num.* 39. *Baptista Costa de Iuris, & facti ignorantia.* Sed obstat quia Falcidia ipso iure defertur hæredi, & ei acquiritur dominium, *l. Lineam.* 26. 120. *D. ad l. Falcidiam*, idcoq; ei cōpetit pro ea consequenda rei vendicatio *d. leg. Lineam*, vel interdictum quorum legatorum, *vt probatur ex l.* 1. *§. Si quis ex mortis D. quorum legatorum l.* 1. *C. eodem, notat Ripa, & Guiacius, quos sequitur Menoch. 2. adipiscendæ, num.* 57. *Peregrin. artic.* 47. *num.* 42. *&* 45. sed iuris ignorantia non nocet indamnis, vt probatur *ex l. Iuris ignorantia* 7. *D. de iuris & facti ignorantia Cald. in §. Si tutor Instit. de in offic. nu.* 7. igitur. Secundo obstat *l. Error.* 8. *D. eodem titul.* vbi Papinianus regulā ponit generalē, errorem iuris nemini in damno rei suæ nocere: ergo dicendum videtur hæredem nō posse fraudari sua Falcidia, licet per errorem iuris soluat.

Sed verissima est supraposita resolutio contra communem, neque curandum est de varijs distinctionibus, quas illa facit cum Accursio in multis locis, præcipue in tribus, nempe *in l.* 1. *D. de condictione indeb.* & *in l.* 7. *D. de iuris, & facti ignorantia, & ind. l. Cū quis Cod. eodem titul.* Nam ipse Accursius fallitur mani- 121. feste, in eo, quod existimat, solutū per errorem iuris, licet naturaliter deberetur, si tamen Ciuiliter non debeatur posse repeti *ex d. leg.* 7. *de Iuris, & facti ignorantia*, cum tamē cōtrarium sit verissimum, nempe naturalem obligationem impedire repetitionem, ex quacunq; etiam facta

facta fuerit solutio, siue per errorē iuris, siue facti, vt communiter Doctores resoluunt *ad l. Error. C. ad l. Falcidiam*, ideo cum *Duareno d. cap. 3. Cuiac super d. §. Si quis ius, & optime lib. 19. quæstionum Papiniani super d. l. 7. col. 5. pag. 441. Donelo de iure Ciuili. lib. 14. cap. 14.* intelligenda est illa regula vulgo deducta *ex d. l.*

122. *Iuris ignorantia*, non decidere ignorantiam iuris in damnis prodesse, quasi sibi præiudicare non possit, ille qui errat in iure, prout male interpretatur Accursius, & cum eo communis dictis locis, cum potius contrarium sit dicendum, id est errantem in Iure sibi præiudicasse in rebus perfectis, & consummatis, prout in illo, qui soluit in debitum iuris errore: nam is vere soluit, & ideo cessat repetitio, quia soluens per errorem iuris non repetit *d. l. Error. d. leg. Cum quis*, sed prodest iuris ignorantia in non perfectis, prout si errans in Iure, existimans sibi non deberi, quod re vera debitum est, illud permittat in simul ab alio possideri, optimū exemplum proponit *Cuiac. d. pag. 442. in terminis, l quæ fideicommissa 79. D delegat. 2.* vbi mulier debebat libertis mariti prædia ex testamento Mariti, ipsa moriens reliquit eadem prædia non solum libertis mariti, sed in simul suis, qui omnes lōgo tempore possederunt, postea liberti Mariti, quanuis ignorarunt prædia illa ad se pertinere ex testamento Mariti, errando in iure, tamen possunt illa petere; quia adhuc præscripta non sunt, & ideo ignorantia iuris eis non nocuit indamno præscriptionis, ex eo, quia adhuc non erat completa. Si tamen ipsa completa esset, iuris ignorātia illam non elideret, nec retractaret, quia ea, quæ facta sunt, iuris error non reddit in facta, hæc est mens *d. l. Iuris ignorantia 7. D. de iuris & facti. ignorantia*. Aliud simile exemplum refert *Cuiacius d. l. 3. §. 1. D. ad Macedonianū*, de eo qui errore Iuris existimauit, filium militem nō esse in sacris paternis, & ei tredidit pecuniam, quam repetere non poterit, multis exornat *idem Cuiacius, semper eum videas, super d. leg. 7.* quæ clare indicat hunc sensum, dum ait (*suum vero petentibus non nocet*) vt intelligatur de suo, quōd adhuc est, prout in exemplo præscriptionis, & similibus, quia licet aliquando Tuum fuisset, si nunc suum non est, ignorantia iuris nocet, & non prodest, quia agitur de acquirendo de nouo, vt in prima parte illius legis.

Nec etiam obstabit modus generalis loquendi, quo vtitur *Papinianus in d. l. Error versic. Cæterum, quia ex mente Duareni d. cap. 3. & Donelli d. cap. 14. dico rectum illum in d. versicul. Cæterum* non docere ignorantiam iuris nemini nocere, quādo tractatur de damno vitādo, sed solum non nocere omnibus, quibus verbis docet accutissimus Iureconsultus, quod licet regulariter iuris ignorantia noceat, tā in lucro captan-

123.

captando, quam in damno vitando, tamen in damno vitando non nocet omnibus, quia mulieri si soluat, quando iuuatur Velleano, non nocet; *l. Quamuis §. Interdū D. ad Velleanum*; minori etiamsi soluat per errorem iuris, non denegatur repetitio, *l. 2. Cod. si aduersus solutionē*, & alijs personis, de quibus *in l. Interdum 29. D. Condictione indebiti*, sufficit enim his non nocere iuris ignorantiam, vt verum sit dicere cum Papiniano, errorem iuris non omnibus nocere, *qui textus, & d. leg. 7.* præcedens magis confirmat nostram resolutionem, secundum proprium sensum supra explicatum.

Ex supradictis venit reprobanda sententia *Pauli Castrensis, in l. 1. Cod. ad legem Falcidiam, Bart. num. 10. & aliorum scribentium in l. 1. D. de condictione indebiti, quam ibi communiter receptam dicit Iason à Citramontanis n. 20. & Paulus ind. l. 1. ait, contrarium esse calcitrare contra stimulum*, quæ ait legata deberi vltra dodrantem naturaliter, *per d. l. 1.* vbi
124. non soluit plus debito, qui soluit integra, ergo, inferunt, debita erāt legata illa saltem naturaliter, *Padilla in l. Cum quis C. iuris, & facti ignorantia, numer. 2. Menchac. succes. creat. §. 17. num. 117. Robertus 1. sententiarum cap. 2. Pichard. qui plures citat §. Sed quia de fideicommiss. hæred. num. 12.* quam opinionem legimus secutam *per insignem Petrum Barbosam, in manu scriptis ad Rubricam D. ad Trebellianum, & alterum insignem, Præceptorem Antonium Laurentium, in l. Iurisgentium D. de Pactis, & postea Typis mandauit Caldas ad l. Si curatorem, verbo læsis, num. 73.* adducunt etiam *l. Fideicommissū 62. D. de condict. indebiti. d. leg. Patronus §. De illo D. de donat. d. l. 5. §. Si quis rogatus D. de donationibus inter*, in quibus iuribus nulla competit repetitio quarte ex legatis persolutis, quæ omnino competeret, nisi legata naturaliter deberentur, vt prædicti Doctores communiter docent, *ex regul. l. Nam & si, leg. Naturaliter. 13. l. Iulianus D. codict. in debiti.* Sed cōtraria opinio vltramontanorum, *de quibus Iason. d. n. 20.* verior est, dum contendunt legata vltra dodrantem relicta, non deberi nec etiam naturaliter; *per textū in principio Inst. ad l. Falcidia*, qui textus absque cauillatione euitari non potest, dum prohibet ne hæres teneatur vltra dodrantem, 125.
quia cum sit lex resistens infringit omnem obligationem, tam naturalem, quam ciuilem, arguмento *l. Cum lex 47. D. de fideiussoribus*, iunctis his, quæ circa legem prohibitiuam ex alijs resoluit *Pater Suares de legibus, lib. 5. cap. 20. num. 7. Angian. de legibus lib. 3. controuers. 7. à n. 21. Barbos. il. 1. part. 5. D. soluto matrimonio, num. 21. Mareschotus var. lib. 2. cap. 65.* quidquid *Bart.* velit retorquere mentem *d. principij*, vt per *Fulgos. num. 4. in d. l. Cum quis, C. de Iuris, & facti ignorātia. Donel. 8. cap.*

22. Man-

22. *Mantica 9. de Coniecturis tit. 13. numer.* 11. & hæc est ratio, propter quam pæna adiecta pacto remittendi Falcidiam, non valet, *vt in leg. Quod de bonis* §. 1. *D. ad leg. Falcidiam*, & hanc opinionem multis confirmat iuris columnis *Couarr. in cap. Quamuis pactum*, §. 4. *part.* 2. *n.* 10. *& tribus sequentibus, secundum nouiorem impressionem, & eam insinuat Molina dicta disputat.* 213. *versicul. affirmandum penult. Cuiacius lib.* 8. *obseruationum cap.* 2. *Robertus sibi contrarius dict. lib.* 1. *cap.* 6. *Pichard.* §. 1. *quibusmodis re. num.* 31. qui affirmant ideo hęredem posse repetere solutum vltra dodrantem, quia licet obligatio detur naturalis, tamen est obligatio inefficax quia lex non assistit prædictæ obligationi, ac proinde non parere, exceptionem in hoc casu, *iuxta regulam leg. Iurisgentium*, §. *Sed cum nuda D. Pactis*; Nec obstabunt dif-
125. ficultates iuriums quibus innititur communis: nam *ad dict. l.* 1. *Cod. ad l. Falcidiam*, iam diximus, ideo ibi non solui plus debito per hæredem, quia scilicet fuit sequutus voluntatem testatoris, non autem ex eo, quod naturaliter teneretur vt male communis contendit, *ita Couarru. dict. numer.* 12. vbi affert exemplum *ad dict. l.* 1. omissa alia interpretatione *Fulgosij in dict. leg. Cum quis*, dum contendebat verba illa *dict. leg.* 1. ibi (*non videtur plus debito soluisse*) denotare fictionem, qua etiam neglecta, primam secutus est *Cuiacius in dict. leg.* 1. *in principio*. Nec etiam obstabunt cætera iura supra pro communi relata, quia *l. Si patronus*, §. *De illa D. de donationibus*, apertissimis verbis ait hæredem solum teneri ex eo, quia fidem testatoris sequutus est; *patet ex textu (ibi voluntatem testatoris secutus spopondit,) iuncto fine* ibi, (*contra fidem testatoris, quam agnouit*) in quo textus ille diuersificatur à principio ipsius legis, & hunc censeo proprium sensum illius §. *de illo*. Nec obstabit *dict l. Fideicommissum* 62. *D. de cond. indebiti*, quia 126.
si bene consideres verba illius textus, clare supponunt fideicommissum, de quo ibi, nullo iure deberi, patet ex verbis ibi (*tametsi, non debitum fuisset*) ac proinde constat male præsupponere communem sententiam in eo textu dari obligationem naturalem *de qua testatur Padilha in dict. leg. Cum quis numer.* 18. *& illam sequitur Gothofred. in dict. leg. fideicommissum litera. P.* cum potius respondere debuisset, ideo ibidem cessare repetionem, quia hæres sciens indebitum, voluit fidem testantis adimplere, & promittendo se obligare, constat ex illo textu, ibi (*quia tamen à sciente fidei explendæ causa, promissum esse debetur*) vbi ponit vim obligationis in voluntate hæredis, qui scienter fidem testatoris sequi eligit. Similiter satisfit obiectioni deductæ *ex leg.* 5. §. *Si quis rogatus D.* 127.
de donat. Inter, nam si bene euoluas

istius textus literam facile reperies, principaliter attendere ad obseruationem voluntatis testatoris, quam maritus grauatus sequi ex liberalitate propria non dedignatur, constat ex toto, §. *In principio, ibi* (*Magis pleniori officio fidei præstandæ, &cæt.*) & statim, subsequitur, ibi (*plærique magis fidem exoluunt,*) & in fine melius, ibi (*hic enim vere fidem ex soluit, voluntatem testatoris obsecutus*) ex quibus aperte demonstratur, inepte ex hoc textu colligere communem sententiam, hanc voluntatem testatoris a iure reprobatam, & inualidam producere obligationem naturalem, cum contrarium sit verius, vt supra demonstrauimus, & confunditur *ex versiculo hæc ita eiusdem textus*, vbi si detur error facti in hærede soluente, datur repetitio soluti, quæ minime concederetur, si obligatio naturalis præcessisset, *argumento textus in leg. Naturaliter.* 13. *leg. Si non sortem* 26. §. *Libertus, leg. Quod pupillus.* 41. *cum alijs ibidem, D. conditione indebiti.* Ex quibus probatur illud, quod naturaliter debetur, non repeti, quocunque modo soluatur, quia obligatio naturalis, licet attento iure Ciuili non producat actionem efficacem ad petendum, tamen licitam retentionem concedit, *leg. Iurisgentium.* 7. §. *Igitur nuda D. de Pactis Menoch. lib.* 3. *de præsumptionibus præsumpt.* 134. *numer.* 57. *Morla in empor. titul.* 3. *part.* 1. *quæstion.* 2. & 3. *Duaren. in leg.* 1. *D. de Pactis, vbi Faber. in Rationali, Forcatulus, dialogo* 69. *Donel. de iure Ciuili, lib.* 12. *cap.* 3. *Mendoça lib.* 1. *cap.* 4. *à numer.* 2. & *lib.* 3. *cap.* 2. & *cap.* 9. *à numer.* 8. *Mantica lib.* 1. *de contractibus titul.* 6. *Peregrin. var. de pact. cap.* 1. *numer.* 66. igitur dicendum est, *in dict.* §. *Si quis rogatus,* hæredem maritum nō retinere quartam, quia voluit sequi voluntatem testantis, non autem ex eo, quia tenebatur naturaliter, vt male *communis,* & *Lusitani Barbosa,* & *Caldas scripsere.* Nec admittenda est consideratio, *Roberti,* & *Pichardi vbi supra,* quia verius est, ex eo, posse hæredem repetere, quia nullo iure debentur legata, non autem, ex eo, quia licet naturaliter dabeantur, lex non assistit dictæ obligationi, nam manifestam continet diuinationem. Ne dicamus, absurdum.

Pro coronide huius casus, aduertendum duximus, antiquiori tempore Digestorum, & Codicis hæredem soluentem aliqua legata integra nihilominus posse per exceptionem doli Falcidiam retinere in alijs rebus eidem legatario relictis, tam pro rebus iam solutis, quam pro soluendis, quod solum intelligitur respectu eiusdem legatarij, non autem respectu diuersorum, vt notant Doctores *per textū* 128. *in l. Quod de bonis* §. *Non id circo, D. ad leg. Falcidiam, leg. Si pluribus* 16. *D. eodem*

129.

D. eodem leg. In imponenda, 6. versiculo final. Cod. eodem titulo, secundum lecturam Cuiacij, in Nouella 1. colũn. 3. quem sequitur Gothofredus in d. l. 6. litera. L. dum legit verbum vltra, pro vltro, quæ litera magis est consona principijs materiæ, & ita legere Florentinos *scribit Cuiacius, in lib. 13. responsorum Papiniani super d. leg. Quod de bonis* §. *Non id circo*, vbi excellenter prosequitur hanc materiam, *post Bart. Paulũ, & Alexand. in dictis iuribus*, maxime, *in dict. leg. Si ex pluribus, & iterum idem Cuiac. in l. 1. C. ad l. Falcidiam, Gothofred. in Nouella 1 cap. 3. alias* §. *Non autem litera. B. post Gouueanum in d.* §. *Non id circo, Surd. decis. 246. num. 6.* ita vt, si hæres tenebatur plura legata cuidam legatario soluere (tot enim sunt legata, quot sunt res. *l. 5. D. de legat. 2. facit, l. Scire debemus. 29. D. de verborum,*) & aliquas res ei tradiderit integras, non tamen animo amittendæ Falcidiæ, adhuc potest illam retinere, nõ solum pro rebus soluendis, sed etiam pro iam solutis, vt diximus, quod respectu eiusdẽ legatarij, indubitabile est; quoad alium vero secundum legatarium hoc non procedit, quia nec ideo, quod hæres integra legata soluit primo legatario, tenetur secundo
129. etiam integra soluere, sed poterit Falcidiam retinere, vt optime probat *dict. leg. In imponenda in fine, Cod. ad l. Falcidiam*, quia vnusquisque sui, & non alieni legati Falcidiam patitur, nec ex eo, quod hæres primo liberalitate vtens noluit defalcare, consequenter etiam tenetur secundo non defalcare, quia hoc tribuitur meræ liberalitati hęredis, quæ non est extendenda de casu ad casum, sine declaratione ipsius, sed ex tempore Iustiniani, *in Authentico de hæredibus, & Falcidia,* §. *Non autem, alias cap.* 3. alteratus est, hic secundus casus, *dict. leg. Scilicet, in imponenda,* §. *final.* quando quis tenebatur præstare legata pluribus: Nam licet antiquo tempore, *dict.* §. *final.* hæres posset retinere a secundo legatario, licet primo integrum præstasset, tamen *dict.* §. *Non autem*, dis- 130.
posuit, vt si primo integrum legatum fuisset solutum, non posset legatum secundi legatarij defalcare, sed similiter etiam integrum præstaretur *abrogando dict.* §. *fin.* quasi qui primo legatario integrum soluit legatum, censeatur in totum agnoscere voluntatem testatoris; vt omnibus velit integre satisfacere, & hæc est veritas huius puncti, vt optime post antiquiores, resoluit *Surdus dict. decis. 246. numer.* 1. & 10. & 18. Quicquid inuoluat *gloss. in leg. Non dubium Cod. de testament. & Mangilius cum alijs, quos refert, & sequitur, quæstion.* 135. *numer.* 10. & *sequentibus*, quod tunc est intelligendum procedere, quãdo hæres agnoscit substantiam hæreditatis, & non errat in facto: Nam si in illo errauerit, adhuc hodie habebit repetitionem, 131.

secundum decisionem *d. leg. Error. Cod. ad l. Falcidiam, ita cōmunis ex Succino iuniori consil.* 19. *numer.* 11. *volum.* 2. *Roland de Iuuent.* 3. *part.* §. *Stante igitur n.* 3. & 4. *Montic. de Inuent. cap.* 13. *num.* 185. *Phanuncius eodem tract. part.* 6. *num.* 120. *Surd. vbi supra num.* 7. *Bolognet. in Rubrica ad leg. Falcidiam, num.* 59. *Mangilius d. quæst.* 135. *nu.* 14. *declarat eleganter Cuiacius super dicto.* §. *Non id circo columna* 1. quit semper in hoc puncto videndus est. Aliam limitationem ad *d.* §. *non autem, adduxit Mangilius d. quæst.* 135. *num.* 11.

132. Ne procedat, quando hæres soluēs protestatus est, quod non intendit sibi in cæteris præiudicare, quod ante eum *dixit Corneus in d. Auth. sed cum testator, num.* 8. *Succin. dict. numer.* 11. *vbi testatur de communi, & iudicatum testatur Surd. decision.* 246. Ratio est, quia protestatio reseruat ius protestanti, *iuxta textum in leg. Ne sennius D. negotijs gestis l.* 4. §. 1. *vbi Bart. D. quibusmodis pignus, Mangilius vbi supra num.* 13. *Surdus num.* 11. faciunt resoluta *per Sanches lib.* 2. *de matrimonio disputat.* 45. *numer.* 19.

Limitatur etiam *dict.* §. *Non autem*, vt procedat in dubio, non autem procedat, quando hæres soluit integrum legatum vni legatario, non vt testatoris voluntate adim-
133. pleret, sed magis vt legatario complaceret, in hoc enim casu, non dicetur hæres Falcidiæ renunciasse quoad alios legatarios, vt *post Cy-*

num in dict. Authent. sed cum testator quæst. 6. *Iacob. de Arena, & Salycet ibi. num.* 5. *resoluit Corneus d. nu.* 8. *quos sequitur Mangilius vbi supra nu.* 17. & *de communi testatur Surd. dict. loco numer.* 11. Ratio est, quia constito de eo, quod hæres voluit rem magis gratam facere legatario, quam voluntatem defuncti adimplere, iam sumus extra dubiū, quod noluit sibi in alijs præiudicare, argumento *Vulgatæ regulæ leg. Continuus*, §. *Cum ita D. de verborum, alios refert, & sequitur Mangilius dict. num.* 17. *Surd dict. nu.* 11. Si autem non constet, quo animo, & intentione hæres persoluit legata, in dubio præsumendum erit soluisse ea mente, vt voluntatem testatoris adimpleret, *vt est communis resolutio ad dict. Authēticam, sed cum testator, vbi Salycet nu.* 5. *Bartol. & alij, quos sequitur Surd. supra. num.* 14.

Prætermittendū non est, quod bene aduertit *Cuiacius supra citato loco, reprobandam esse glossam Accursij in dict.* §. *Non idcirco, verbo, soluta*, 100.
& *in dict leg. Si ex pluribus, verbo, legatis, quas sequtūur Bart. Paulus vtrobique, & communiter scribentes*, dum constituunt heredem hodie soluē-
tem vnum legatum integrum, dum in facto non erret, non posse retinere Falcidiam in alijs, etiam respectu eiusdem legatarij, & per consequens iam esse abrogatas decisiones, *d. leg. Si ex pluribus, & dict.* §. *Non id circo.* Contrarium tamen

verum

verum est, quia *dictus §. Non autē, vnde sumitur Authent. sed cum testator in versic. item si hæres C. ad l. Falcidiam*, loquuntur solumomdo in casu, quo hæres tenetur pluribus legatarijs soluere, in quo respondet contrarium *dict. leg. In imponenda §. vltim. vt supra diximus*. Non autem loquitur quando hęres eidē legatario soluere tenetur plura legata, in hoc enim casu, licet eidem soluat vnum integrum, adhuc in alijs soluendis potest retinere Falcidiam, pro omnibus tam solutis, quam soluendis, *iuxta d l. Si ex pluribus, d. §. Non idcirco*. Nec in hoc faciēda est distinctio, vtrum soluat per errorem Iuris, vel facti, quia nisi appareat de contraria voluntate semper dicendum est, hæredem sic soluentem, cū adhuc possit in alijs legatis soluendis Falcidiam retinere, noluisse Falcidiam remittere, præsumptio enim remissionis solum versatur circa eum, qui non habet amplius quid præstet *d. l.* 1. *l. vltim. cum similibus C. ad l. Falcidiam*. Itaque concludendum est, 135. adhuc hodie esse in sua viridi obseruantia *d. l. Si ex pluribus, & d. §. Non idcirco*, ac per illa esse decidendum casum, si accidat, quia hic cāsus desoluendis pluribus legatis eidem legatario, æquiparatur alteri quando quis soluit dictam medietatem vnius legati, quia in alia medietate nondum soluta potest totius Falcidiam retinere, *dict. l. Si ex pluribus ad finem*, qui casus in dubitabilis est, quod sit in sua firmitate antiqua; igitur similiter de primo affirmandum erit, cum iurium correctio, quo ad fieri possit sit restringenda, iuxta vulgares regulas, *ita Cuiacius ilococitato*, & hæc de sexto casu dicta sufficiant.

Septimum casum ponit Accursius circa res prohibitas alienari, ibi *(res vetitæ vendi)* ita vt, si testator prohibeat aliquam rem vendi, de illa non possit detrahi Falcidia, ita deducitur *ex Authentico, vt sponsalitia largitas specialis sit contractus, §. Si quando collat. 9. alias Nouella. 119. cap. 11. vbi notat Gothofred. litera. T.* Vnde sumpta est *Authentica, sed & in ea Cod. ad l. Falcidiam*, & circa prohibitionē Falcidiæ, omnes scribentes vtrobique consentiunt, *vt per Molina de iustitia tom. 1. disput at. 213. versic. tertius, post Bald. in d. Authent. sed & in ea, alter Molina lib. 1. de primogen. cap. 17. num. 18. in principio. Mangilius. quæst. 115. nu. 32.* in quo non est difficultas; Dubiū tamen consistit vtrum, si testator oneret hæredē fideicommisso vniuersali tertio restituendo cum expressa alienationis prohibitione in persona ipsius tertij, censeatur etiā prohibita Trebellianica (aduertimus enim nos nō loqui secundum opinionem, quam supradiximus veriorem, nempe testatorem non posse prohibere Trebellianicam, sed potius secundum communem, quæ affirmatiua est?) In hac quæstione, cōmunis est scribentiū sen- 136.

tentia, vt eodemmodo, quo Falcidia, per alienationis prohibitionem cessat in legato particulari,
137. ita etiam Trebellianica de fideicõmisso vniuersali ex eadem prohibitione non detrahatur, *vt per Bald. in d. Authent. sed & in ea, nu. 1. communis per Gabrielem titul. ad Trebellianum concluſ. 9. num. 1. Molina lib. 1. cap. 17. num. 18. Hieronim. Gabriel. consſ. 184. numer. 7. Bellonus consſ. 30. num. 7. Alciat. lib. 9. consſil. 48. Mãtua consſ. 291. Pancirola consſ. 47. num. 12. & consſil. 137. numer. 5. Corneus, Paris, Succin. & alij per Corras. in repetitione l. Filium, quem habentem C. Famil. Erciſcund. num. 28. Mantica de Coniecturis lib. 7. tit. 12. à num. 19. & duobus ſequentibus, Peregrin. qui innumeros refert, & ſequitur de fideicõmiſſis artic. 3. nu. 91. Mangil. d. quaſt. 115. num. 33. ad finem, quæ per omnes ſupracitatos eſt cõmunis*, qui omnes mouentur per textum, quem dicunt notandum *in d. §. Si quando*, vbi ſic proſequitur Imperator, (*ſi quando autem teſtamentum faciat, & aliquam rem immobilem ſuæ familiæ, aut alteri cuiquam perſonæ, nomine legati reliquerit, & ſpecialiter dixerit nullo tempore hãc rem alienari, ſed aut apud hæredes, ſeu apud ſucceſſores illius, cui relictum eſt permanere, in hoc legato iubemus Falcidiam legẽ locum non habere penitus, quomiam alienationem eius teſtator ipſe prohibuit*) *& in d. Authent. ſed, & in ea*, refertur intentum principale huius §. per quem textum omnes faciunt ſequentem diſcurſum, ex natura, & vi prohibitionis de non alienando, cenſetur prohibita Falcidia, per quam quoad intentum iudicauit Imperator fieri alienationem: ergo eodemmodo debet cẽſeri prohibita Trebellianica, in qua æqualis, vel maior ratio datur, iuxta communem hanc ſententiam.

Non defuerunt tamen grauiſsimi Doctores, qui contrariam opinionem tueãtur, nempe quodlicet verum ſit Falcidiã ceſſare per alienationis prohibitionem; *d. §. Si quando*, in Trebellianica tamen non habere locum, *ita Auguſtinus* 138.
Berous conſil. 93. num. 15. lib. 2. Alciat. conſ. 113. lib. 9. Roland. conſil. 9. num. 17. & multi, de quibus Peregrin. d. num. 91. verſ. 4. ſequitur Menoch. conſ. 187. lib. 2. nu. 27. & de præſumptionibus lib. 4. præſumpt. 198. à num. 25. Fachineus controuerſ. lib. 5. cap. 6. Sforzia Oddo conſil. 65. numer. 76. qui omnes expendunt illud, quod ſupra repetitum fuit circa deciſionem, §. *Si vero expreſsim, in Authentico de hæredibus, & Falcidia, ſcilicet deciſionem dicti §. Si quando*, procedere ſpecialiter in re partitulari, de qua expreſſe loquitur correctorie ad iura antiqua, quæ prohibitionem Falcidiæ non admittebant, ac proinde trahi non poteſt ad Trebellianicam, quæ eſt quota hæreditatis, licet in ea detur æqualis, vel maior ratio, quia in propoſito non admittitur extentio, vt per

melius

melius sentientes, quicquid insudet *Pereg. d. num. 91. & Mangilius. num. 34. & sequentibus*, per suadere contrarium, quorum opinionem, quæ communis est, & receptior in praxi obseruandam prędico, vt nos admonet *Menoch. d. loco. num. 29.* licet in rigore contraria quam sequimur verior sit.

Ex quibus bene scripsit *Molin. primogen. lib. 1. cap. 17. nu. 26. Pellaes de Maioratibus. 4. part. quæst. 1. nu. 5. Menoch. cons. 800. & d. præsumpt. 198 num.* 36. dum constanter asserunt Falcidiam, seu Trebellianicam nō de sumi ex maioratibus Hispaniæ, licet institutor clausulam non alie-
139. nandi omitteret, nam certum est, attento rigore ciuili, de maioratu, seu fideicommisso vniuersali, in quo deficit clausula alienationis, posse detrahi Falcidiam, seu Trebellianicam, quia textus *in* §. *Si quando in Autent. Vt sponsalitia largitas*, solum attendit ad clausulam alienationis, illa autem omissa necesse est, vt cesset illius textus dispositio, ex regula cessante causa *l. 2. C. quomodo, & quando iudex, cap. Cum cessante de appellationibus, ornata per Tiraquel. eodem tractat. part. 1. nu. 130. Vincentius de Franc. decisione 536. numer. 6. Donel. lib. 1. Comment. cap. 13. §. Si generalem. Moneta de commut. vlt. vol. cap. 10. num. 562. & cap. 11. à num. 513. Robles de repræsentatione lib. 2. cap. 6. num. 9.* Et in terminis propositis ita docet communis Hispanorum sententia *post Greg. Lop. l. 6. tit. 11. partita. 6. glosquela no pudiesse vender, Peralta, in l. 3. §. Qui fideicommissam D. de hæredibus Inst. num. 38. Hondedus cons. 45. per totum, Peregrin. de fideicommiss. artic. 3. num. 106. Mangilius d. quæst. 115. num. 43.* nihilominus opinio *Molinæ, & Menoch. & aliorum, de qua supra proxime* vera est, quia supposita consuetudine generali Hispaniæ, secundū quā bona Maioratus non possunt diminui, nec defalcari, nisi certis casibus cum licētia principis, ex natura rei concluditur ipsum institutorem prohibuisse, ne res alienentur, suppositā prędicta consuetudine, argumento *l. Quod si nolit. §. Quia assidua. D. ædilit. edicto*, quam maxime *commendant Menoch. lib. 3. præsumpt. 43. Valasc. qui plures citat. cons. 146. à num. 2. Barbos. l. Venditor. D. de iud. à n. 4. late Castill. tom. 4. cap. 13. num. 4. & cap. 80. num. 3.* in terminis principalis intenti *Cabed. 1. part. decis. 96. num. 2. post Gregorium l. 2. tit. 15. part. 2. glos. 2. Couar. 3. Variarum. cap. 5. num. 2. Molin. lib. 1. cap. 5. num. 29.* & ita hodie in his regnis similiter practicandum censeo, quod similiter apud nos obseruabitur circa capellarum institutiones, has enim certum est in omnibus imitari pri- 140.
mogeniorum naturam, & ideo resolutio supradicta æquanimiter in illis verificatur, *Cabed. proxime n. 3.* Et confirmatur hæc sententia ex Ordinatione regia *lib. 1. titul. 62. §. 53.* vbi appellat maioratum, illud,

quod nos communi vſu capellam dicimus, quæ fit quando quis relinquit bona ſua vnita ſub certo onere Miſſarum, vel aliorum operum piorum, habebit etiam locum hæc reſolutio in alio genere capellarũ, de quibus loquitur *Ordinatio d. loco*, quia æqualis in illa ratio datur, *cap. Cum dilecta de confirmat. vtili* cum vulgaribus, quæ exornant. *Surdus deciſione 276. Riccius 1. parte deciſinem 154. num. 4. Donel. lib. 1. comment. cap 14. §. Ex ratione Tiraquel. leg. Si vnquam verbo, libertis num. 37. Valaſc. conſul. 186. num. 6. Robles de repræſ. lib. 2. cap. 18. n. 2. Suar. tom. 8. de legibus, cap. 8. num. 11.*

Proſequamur modo octauum caſum, quem ponit Accurſius in cauſis pijs, ibi (*Pietas*) ita vt de relictis ad pias cauſas nec Falcidia,
141. nec Trebellianica deduci poſsit, ita eſt communis ſententia, contra quam defendere temerarium affirmat *Peregrinus d. artic. 3. num. 63. Gabriel communium, titulo ad Trebellianum concluſ. 11. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſæ, priuilegio. 26. Couar. in noſtro cap. Raynaldus §. 3. à num. 12. excellenter Coſta cap. ſi pater, verbo Trebellianicæ, à nu. 22. poſt infinitos, quos ex antiquis, & recentioribus adducit Corraſ. in prælud. l. Filium, quem habẽtem Cod. Familiæ erciſcundæ, nu. 44. Donel. de iure Ciuili lib. 8. cap. 27. §. Alterum, Surdus. de alimentis titul. 8. priuilegio 18. nu. 3. Valaſc. conſ. 105. num. 39. Simon de Pretis, de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 4. interpretatione 1. dubio. 12. numer. 5. poſt Iaſon. in Authent. ſi qua mulier. num. 4. Curſius iunior conſil. 120. nu. 13. Mangilius quæſt. 119. à num. 10. Moneta de commutatione. Vltimarum vol. cap. 9. num. 306. & 334. Craſſus §. Falcidia quæſt. 3. num. 6. Menchac. de ſucceſſ. progreſs. lib. 3. §. 26. nu. 24.*

Pro quorũ opinione videntur duo iura expreſſa, *in l. Si quis ad declinandam ad finem C. epiſcopis, & clericis, ibi (ſin vero in perſonam certam, venerabilem vè certam domum reſpexerit, ei tãtummodo hæreditatem, vel legatum cõpetere ſancimus, nulla Falcidia, nec in hac parte intercedente)* qui textus loquitur à perte de hæreditate, vel legato relicto cauſis pijs, id eſt pauperibus, vel pio loco, & decidit nullam Falcidiam intercedere poſſe in tali legato, propter fauorem piæ cauſæ. Secundo expendunt textũ, qui irrefragabilis videtur, *in Authentica, ſimiliter C. ad l. Falcidiam, iuncto corpore vnde ſumitur in Authentico, de Eccleſiaſticis titul. §. Si autem hæres Collatione 9.* vbi Imperator ſic habet (*ſimiliter Falcidia ceſſat, in his, quæ ad pias cauſas relicta ſunt*) clarioribus ſane verbis, textus iſte loqui non poteſt, ad probandum intentum communis ſententiæ, vt ceſſet Falcidia in relictis ad pia, per hæc iura contendit ſupradicta cõmunis *poſt Cynum, & Bart. num. 2. in d. Authentica ſimiliter*, abrogatam eſſe deciſionem textus *in l. 1. §. Ad municipium D. ad l. Falcid.* dum attento tempore Digeſtorum permittebat,

mittebat, vt de relictis ad pia deducetur Falcidia, & hanc communem resolutionem non solum in Falcidia procedere, sed etiam in Trebellianica affirmant Doctores, *per d. l. Si quis ad declinandam C. de Episcopis, & clericis, ibi hæreditatem, vel legatum*) vbi textus loquitur tam de Trebellianica, quæ de hæreditate detrahitur, quam de Falcidia, quæ delegatis. Deinde, quia appellatione Falcidiæ continetur Trebellianica, vt probant multa iura. *l. Pater filiam. 14. leg. Filius familias. 18. l. Titia 86. D. ad l. Falcidiam. l. Cum filio. 11. D. delegat. 1. l. Iubemus, Cod. ad Trebellianum, textus melior de iure in l. 3. §. Quod autem D. ad Trebellianum:* ergò dispositio, quæ loquitur de Falcidia, procedit etiã in Trebellianica, *ita post glossam in d. §. Quod autem, tenet ibi Bartolus nu. 5. & 6. Iason. à num. 20.* vbi multos *antiquos refert. Castrensis, in leg. 2. D. eodem n. 6. Abbas in nostro cap. Raynaldus num. 18.* vbi antiquiores refert, & profiteor communem, & ab ista non recedendum, tam in Palatijs, quã in scholis scribit *Peregrin. d. loco, num. 64. Costa num. 24.* & hanc præsupponit *Donellus in d. Authentica similiter, in principio, Mynsingerius in d. §. Sed quia hæredes, de fideicommiss. hæred. infinitos refert, & sequitur Mangil. vbi dicit communẽ quæst. 119. num. 13. Hieronymus Gabriel. cons. 93. num. 14. volum. 1. Corneus consil. 168. num. 9. lib. 3. Crassus §. Trebellianica. quæst. 6. num. 2. Decius consil. 229. nuumer. 4. Mordedeus consil. 64. numer. 68. lib. 1. Eugenius Perusinus, consil. 6. nu. 21.*

Contrariam tamen sententiam tenuerunt quam plures Doctores antiqui, *Innocentius ad cap. Cum tibi de testamentis ad fin. Archidiacon. ad cap. Si pater de testamentis in 6. & ibi Ioannes Andreas in gloss. Trebellianica, Oldrad. consil. 248. dubio 6. Succin. consil. 80. lib. 1. Iacobus Butricarius in d. l. Si quis ad declinandam ad finem, Romanus in repetitione d. Authenticæ, similiter speciali 40. alios sequitur Iason. in d. §. Quod autem, nu. 30.* alios *etiam refert Costa, in d. verbo Trebellianicæ, num. 21. Coras. in d. l. Filium num. 34.* qui omnes defendunt quod licet de iure Codicis, & Authenticorum, Falcidia non detrahatur delegatis, & fideicommissis particularibus relictis ad pias causas, abrogato *dict. §. Admunicipium*, Quicquid *Cuiac. lib. 4. receptarum Pauli titul. 3. versic. hæc Falcidia*, illius literam emendet, nihilominus, de fideicommissis vniuersalibus quarta Trebellianica deducatur, etiamsi relinquantur ad causas pijssimas. Mouentur per textum capitalem in materia, *in dict. cap. Si pater de testam. lib. 6.* dum ex eo a contrario sensu colligitur, quod si substitutio non esset directa pupillaris, posset mater, seu hæredes pupillarẽ deducere partẽ iure Naturæ pupillo debitã, & in super quartam Trebellianicam cõtra paupe- 142.
res substitutos, quos cõstat causam

piam

piam efficere. *d.l. Si quis ad declinã-dam, l. Id, quod pauperibus Cod. Epiſcopis, & clericis, Tiraquel. de pia cauſa in præfatione verſicul. ſed hoc. Corduba l, Si quis à liberis, §. Sed verum, nu. 3. Surd, tit. 8. de alimentis primilegio primo num.* 3. Et hoc argumentum formarunt *gloſſa, & Doctores ad d. cap. ſi pater, vt per Coſta, vbi ſupra nu. 27. à principio.* Secundo expendit *Iaſon. vbi ſupra num.* 31. quod licet iura antiqua reperiantur correcta in Falcidia, *d. Authentica ſimiliter*, quoad Trebellianicam tamen, nulla correctio reperitur, ac proinde non poteſt fieri extentio in materia correctoria de caſu Falcidiæ, ad Trebellianicam, per tacitos, & ſubauditos intellectus, maxime, quia in correctorijs non fit extentio etiã ex maioritate rationis, *iuxta gloſſã communiter receptam, in Authentica quas actiones C. Sacroſanctis eccleſ. vbi Bartol. Iaſon. num.* 21. *Cadd. in §. Soror. Inſt. de in officioſo, num.* 12. *Menchac. de Succeſſ. creat. §. 1. numer.* 43. *communis in l. Si conſtante D. ſoluto matrimonio vbi inſignis Barboſ. num.* 101. *& iam ſupra diximus.*

His, & alijs, fundamentis diligenter cumulatis *à Iaſone ſupra citato loco*, hæc opinio (ſi præſuppoſitum communis verum ſit, vt infra diſcutiemus) facillime defendi poteſt, pugnat enim pro veritate, dũ contra magis communem contẽdit, quod licet verum eſſet Falcidiã ceſſare in relictis ad pia, nihilominus contrarium eſſe dicendum, in Trebellianica, iuxta proxime dicta. Nec fundamenta *Bartoli, & ſequacium* difficilem habent ſolutionem, imprimis enim *text. in d. leg. Si quis ad declinanda*, ſatisfacit *gloſſ. in d. cap. Si pater, verbo, Trebellianicæ*, dum ſcribit Falcidiam, ſeu Trebellianicam in terminis illius *verſicul. ſin autem*, non detrahi, quia hæ- 143.
reditas, non fuit relicta pauperibus oblique, id eſt per hæredem reſtituenda, quaſi ipſi pauperes fuiſſent fideicommiſſarij, ſed potius quia directe ipſis pauperibus relicta fuit id eſt, ipſi pauperes fuerunt hæredes, & principaliter inſtituti, prout optime etiam conſiderat *Iaſon. in d. l. 1. num. 26.* vbi ſatisfacit replicationi *Alexandri de d. verſicul. ſin autem.* Vnde nihil mirum ſi textus ille decidat nihil eſſe deducendum nomine Falcidię, vel Trebellianicæ, ſcilicet per epiſcopos, quibus interim á iure committitur cuſtodia illius relicti, vt textus ait, *& probat Fachineus controuerſ. lib. 5. cap. 17. in principio.* Ad ſecundam obiectionem magis cõmunis, ſcilicet ſub nomine Falcidiæ comprehendi Trebellianicam, iura ſupracitata, *reſpondet Iaſon. vbi proxime, n.* 23. *ex doctrina gloſſæ communiter ap-* 144.
probatæ, in Authentica vnde ſi parens C. in officioſo teſtamento, ſcilicet verũ eſſe appellatione Falcidiæ, Trebellianicam compræhendi, large, & improprie propter ſimilitudinem, quam Trebellianica habet cum Falcidia, *vt optime reſoluit inſignis Barb.*

Barb. in Rubrica ad Trebellianum, sequitur Pichardus in §. *Sed quia hæres Inst. de fideicommiss. hæredit. num.* 38. & fatentur Doctores citati pro communi, vt apparet per multos, quos citat, & sequitur Peregrinus *d. artic. 3. num. 16. Menchac. de succ. creat. §. 11. num. 6.* ergo non fit bona extentio, cum simus in materia correctoria iuris antiqui, & nouum ius stricte est accipiendum solum cum proprietate verborum argumento *l. Præcipimus C. de Appellationibus.*

Ex quibus opinionem *Iasonis*, veriorem dixit *Corneus in d. Authē. tica similiter Cod. ad l. Falcidiam*, sed nos adhuc contendimus vlterius progredi, asserendo non solū Trebellianicam prout contendunt Iason, & alij, qui illum sectantur esse deducendam de relictis vniuersalibus ad pia, sed etiam Falcidiam detrahendam esse de relictis particularibus contra vtrāque sentētiam,
145. & ita dicimus etiam hodie post nouiora Iura Codicis, & Authenticorum stare in tota sua viridi obseruantia decisionem *d. l. 1. §. Ad municipium D. Ad legem Falcidiam*, & hanc opinionē contra illas duas communes supra relatas defendit *Alanus, & Raynerius glossatores antiqui, quos refert, & sequitur Accursius in d. leg. Si quis ad declinandam verbo minui, & sentit Alexand. numer. 3. Soccin. nu. 6. in l. 3. §. Quod autem D. ad Trebillianum, & ex nouioribus Cuacius in Nouella. 131. Fornerius 2. Selectarum. cap. 25. Fachin. controuers. lib. 5. cap. 17. & nouissime Gothofred. in annotationibus ad textum in Authentico de Ecclesiasticis titulis, §. Sin autem hæres collat. 9. litera. F. in quam magis inclinat Mangilius. quæst. 118. num. 20. & 21.* qui omnes fatentur attēto tempore Digestorum quartam Falcidiam deduci d elegatis relictis ad pias causas: certum est enim quod quando Imperator reuocat iuris antiqui dispositiones, de illis solet mentionem facere, vt passim videmus: ergo cum nullibi reperiatur decisum ab Imperatore Falcidiam cessare in relictis ad pia, merito fit consequēs adhuc hodie habere locum dispositionem *dict. l. primæ, §. Ad municipum D. ad leg. Falcidiam*, cuius decisionis verba affirmatiue legenda sunt, prout omnes Codices fideliter habent, minimeque est admittenda adiectio particulæ, Non, quam supplēdam contendit *Cuiacius sibi contrarius. d. lib. 4. sententiar Pauli titul. 3.* contra quem insurgit *Forner. supra citato loco, Fachineus dict. cap. 17.* & melius comprobabitur hæc nostra sententia ex solutione argumentorum, quæ supra pro communi expendimus. Ad primum enim *de* 146.
text. in d. l. Si quis ad declinandā iam supra responsum est, ideo in terminis illius textus non deduci Falcidiam quia ipsi pauperes erant hæredes instituti directe: deinde quod non potest Episcopus, vel æconomus ciuitatis Falcidiam, vel Trebelli ani-

bellianicam deducere pro destributione, & custodia, quæ à iure eis committitur illius relicti pro pauperibus, & pro administratione illorum bonorum, quæ eis competit dum pauperibus, non traduntur, & in hoc sensu appellantur Episcopus, & æconomus hæredes, quasi hæreditatem acceptātes nomine pauperum, tanquam procuratores ipsorum, *patet ex verbis eiusdemmet textus ibi* (*nullo penitus hoc lucro, vel æconomo, vel Episcopo, vel Sacrosanctæ Ecclesiæ relinquendo*:) Ex quibus euidenter constat ex hoc textu non probari, id quod authores cōmunis sententiæ, ex eo colligerūt, scilicet de relictis ad pia nō deduci Falcidiam, cum loquatur in longe diuersis terminis, vt proxime demonstrauimus. Restat deuiare argumentum desumptum *ex Authētica similiter. Cod. ad leg. Falcidiam*, quod videtur carere responsione, verba autē sunt hæc (*similiter Falcidia cessat in his, quæ ad pias causas relicta sunt*) quæ verba originaliter fuerunt desumpta *ex Authentico de Ecclesiasticis titulis*, §. *Sin autem hæres*, vbi Imperator sic prosequitur (*sin autem hæres, quæ ad pias causas relicta sunt non adimpleuerit dicens relictam sibi substantiam non sufficere ad ista, præcipimus omni Falcidia vacante, quicquid inuenitur in tali substantia proficere proiussione Sanctissimi locorum Episcopi ad causas quibus relictum est*. Ex quibus verbis inepte communis sententia de qua supra

147.

infert mentē Iustiniani fuisse Falcidiam non detrahi de relictis ad pia, cum longe diuersam fuisse cōstet, nempe p..nire hæredem negligentem, in soluendis legatis ad pia, qui ad suam negligentiam excusandā allegat bona defuncti non sufficere ad præstationem, quo casu merito Imperator decidit, vt in pœnam huius fraudis, nihil Falcidiæ nomine detrahatur per hæredem, sed potius, vt bona omnia pauperibus, vel pijs causis applicentur per Episcopos: qui genuinus sensus confirmatur ex eo, *quia textus in d.* §. *Sin autem hæres*, sequitur cōtinuo ad thema propositum ab ipso imperatore *in* §. *Præcedenti*, vbi ipse priuat hæredes omni lucro, si moniti per annum nō adimpleuerint, quæ per testatorem eis fuerunt commendata. Vnde constat superflue deductam fuisse *Authenticam similiter*, & cum corruptione p..oprij sensus, de quo proxime, secundum quem omnino est interpretanda, non autem generaliter, & omni casu, vt malefecit cōmunis, *ita Cuiacius, Fachineus, Gothofredus, Mangil. suprra relatis locis*.

Ex quibus magis cōfirmata remanet opinio illorum Doctorum, *quos refert, & sequitur Iason. in d. l. 3. D. ad Trebellianum, num.* 37. *Costa verbo Trebellianicæ nu.* 13. *Dec. in cap. In præsentia de probat. num.* 51. *Molin. de Iustia disput.* 213. *versic. secundus casus. Tiraquel. de priuilegio pia causæ priuilegio.* 26. *Gabriel commun. titul. ad*

titulo ad Trebellianum conclusion. 11. *num.* 8. *Peregrin. d. artic.* 3. *num.* 69. *Mangilius quæst.* 118. *num.* 23. *Surd. de alimentis titul.* 8. *priuileg.* 18. *nu.* 8. qui constituunt piam causam posse deducere quartam Falcidiã, vel Trebellianicam contra aliam causam piam, quę proponitur instituta, vel fideicõmissaria, primo, quia de legatis, & fideicommissis relictis ad pia potest deduci quarta Falcidia, vel Trebellianica, vt proxime resoluimus, quod multo maiori ratione procedit, quando vna pia causa proponitur grauata, restituere alteri piæ causæ, vt hoc est solidum fundamentum supradictæ sententiæ, quicquid sapracitati existiment illã fundari in decisione *textus in* §. *Sed & hoc præsenti, in Authentico de sanctissimis Episcopis, collatione.* 9. *iuncta l. Sed & milites. D. de excusat. tut. l. Assiduis C. qui potiores in pignore, post Tiraquel. de pia caus. priuil.* 26. *Costa in cap. si pater gloss. si absque liberis nu.* 2. *Couar. in regula possessor* §. 2. *part.* 2. *num.* 4. *Cald. verbo læsis, num.* 165. *Trentacinq. variarum titul. de rescriptis resolutione* 1. *Barbosa l.* 1. *D. soluto matrimonio part.* 6. *n.* 15. *Surdus de aliment. tit.* 8. *priuil.* 18. *num.* 6. *Menoch. lib.* 4. *præsumptione.* 89. *nu.* 121. dum ex his colligitut priuilegiatum nõ vti priuilegio suo, contra pariter priuilegiatum: nam iam supra ostensum est, nullum esse quoad hoc priuilegium causæ piæ, quicquid dicant supracitati, quibus addo *Gom. ad* §. *Rursus Inst. de actionib. n.* 27. *Ceualh. communium contr. com. quæst.* 155.

148. Ex his cessat labor *Costæ d. glossa Trebellianicæ n.* 26. qui secutus *Baldi opinionem in l. Auia.* 76. §. *Si Titio D. de cond. & dem. quam idem Costa cõmunem ex multis testatur, & Surd. de alimentis tit.* 8. *priuilegio.* 18. *nu.* 3. *Simon de Pretis de interpretatione vltimarum voluntatum lib.* 4. *interpretatione* 1. *dubio.* 12. *nu.* 5. *Mangilius. quæst.* 119. *n.* 11. *&* 16. dũ habẽt pro constanti, non posse deduci Falcidiam, vel Trebellianicã delegato, vel hæreditate, quæ peruenire possit ad causam piã; etiamsi non perueniat immediate, sed aliquo primo legatario, seu fideicommissario inter medio; exẽplũ erit si aliquid mihi legetur, & postea ego fuero grauatus, illud piæ causæ restituere: Nã in hoc casu inquit *Costa*, non solũ me non posse diminuere legatum, sed nec hæredem à me illud posse diminuere pretextu Falcidię, supposito, quod debet ad piam causam deuenire, quia idẽ est aliquid piæ causæ immediate peruenire, ac per interpositã personam, *d.* §. *Titio l.* 3. §. *Sed et si proponas cum vulgaribus D. delegat. præstandis*: Nã vltra quã quod plures Doctores, quos citat, & sequitur *Peregr. artic.* 2. *num.* 85. *Castillo tom.* 1. *cap.* 22. *à num.* 10, qui resoluunt legatum, seu relictum nõ dici ad pia, quãdo mediante facto fideicõmissarij primo onerati peruenit ad piã causã, quia semper prima causa in spiciẽda est argumẽto, *l.* 1. *D.*

149.

l. 1. *D. Authoritate tutorum.* Aduertere namque debuisset *Costa* piam causam de rigore tale priuilegium nō obtinere, etiā si principaliter,& immediate sit legataria, vel fideicommissaria, iuxta supra resoluta, quæ inter disputandum maxime sunt notanda, prout in practica sequendæ sunt communes.

Ex supra dictis etiam conuincitur opinio, quam Doctores constituunt illatiue excommuni sententia, quam supra reiecimus, dū contendunt probare cum prædicta cōmuni Doctorum sententia, Falcidiam detrahi nō posse delegatis re
150. lictis confraternitatibus laicorum, nec etiā Trebellianicā, cum cōfraternitates dicantur causæ piæ, quādo authoritate ordinariorum sunt institutæ, *iuxta cap.* 3. *de religiosis domibus*, & de illis solū posse cognoscere iudices Ecclesiasticos testātur cōmuniter Doctores *per Gabrielem Communium titul. de causa pia concluſ.* 1. *nu.* 8. & 10. *Gutierres canonicarum quæſt.* 1. *part. c.* 35. *n.* 12. *Mena de flores variarum. quæſt. lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 19. & post multos nouiter, & bene resoluit *Cenalhos tractat. de Violentia quæſt.* 32. *Valasc. consult.* 105 *à nu.* 5. *Suares tom.* 1. *de religione lib.* 4. *de Simonia cap.* 27. *nu.* 11. *Garcia de benef. part.* 5. *cap.* 1. *nu.* 601. *Monet a de commutatione vlt. volunt. cap.* 10. *nu.* 479. & *sequentib. Egidius l. ex hoc iure tom.* 2. *cap.* 9. *à n.* 16. *infiniti per Castill. de vsufr. cap.* 54. *n.* 24. Sed mirandū nō est quod Doctores secure prædictā resolutionē sequātur, nec aduertisse ad contrarietatem, quæ cōmunem opugnat, dum priuilegium, in quo fundatur, omnimodo negat, ac proinde attento rigore, nec confraternitatibus, nec alijs pijs locis tale cōpetere priuilegium, certum esse ostendimus; & hæc de relictis ad pia sufficiant.

Progrediamur ad Nonū casum, qui breuis est, scilicet (*Carthula*,) hunc casū dicunt Doctores probari 151.
in *l. Si prædiorum.* 15. *C. ad l. Falcidiā.* vbi mulier legauit viro instrumēta dotis, & decidit Imperator hoc legatum Falcidia minime defalcari, cuius rei ratio *secundum Cuiacium, in d. l. Si prædiorum* est, quia in specie illius textus prædia, iure remanebant penes virum, ideoque vir capiendo instrumenta, id est titulos illorum, *secundum leg. Instrumenta Cod. de fideicommissis*, videbatur acquirere illud, quod quodammodo suum erat, in quo casu lex Falcidia cessat, argumento *leg. Sed vsusfructus.* 80. *D. ad l. Falcidiā.* Sed hæc ratio aliquantulum dubia reditur *ex d. l. Instrumenta*, vbi lega. tis prædijs, non tenetur hæres præstare instrumenta legatario, licet ad exhibendum compelli possit. Quare mihi magis arridet *Pauli Castrens. ratio in dict. l. Si prædiorum in fine*, quæ est demente glossæ ibidem, dum sentit ideò non habere locū Falcidiam in hoc legato, quia ipsa instrumenta de se non sunt defalcabilia, vel quia, si defalcarētur, noceret

nocerét defalcatio legatario, & nõ prodesset hæredi, *contra l.2.§. Item varus D. aqua pluuia arcẽda*, & quæ *Vinius lib.2. commun. opin.* 115. *Barbosa l. Diuortio* §. *Interdum D. soluto matrimon. nu.21. & 22. Castill: tom. 4. cap.10. num.55.* & hunc puto esse proprium intellectum *d.l. Si prædiorum*, negligendumque alterum, de quo *glossa vltima, & Castrens. ibidem*, dum instrumenta non referunt ad titulos emptionales; sed ad rustica instrumenta, quibus prædia colluntur, de quibus in toto *titulo de fundo instructo, instrumentoque legato*: nam hæc instrumenta per se sunt defalcabilia; & diuisa suo cuique domino proderunt; nec illis proprie adaptari potest litera *dict. l. Si prædiorum*. Et satis de hoc casu.

Sequitur decimus casus, secundũ ordinem *Accursij*, scilicet (*Crimen*) qui casus aliquos diuersos sub se cõtinet. Sit igitur primus, quãdo hæres intra annum fuit negligens formaliter circa adimplenda dispo-
152. sita per testatorẽ, in hoc enim casu priuabitur hæres omni commodo hæreditario, & per cõsequens Falcidia, & Trebellianica, *iuxta text. in Authent. hæredibus, & Falcidia* §. *Si quis autem non implens*, & §. *Illud Collat. 1. & in Authentico, de Ecclesiasticis tit.* §. *Si quis autẽ pro redemptione captiuorum Collat. 9. alias Nouel. 131. cap. 11. Authent. hoc amplius C. de fideicommissis*, notatur *in cap. Nos quidem. 3. cap. si hæredes de testamentis*, (loquimur autẽ de profanis, quia, circa pia aliud pro diuersitate casuũ obseruatur, *d. cap. Nos quidem iuncto d. Authentico de Ecclesiasticis tit.* §. *Si quis ædificationem, cum tribus* §.§. *sequentib.*) *Ordin. Regia lib.1. tit.62.* §.2. & §.12. *post antiquiores prosequitur Couar. qui cõmunem dicit. in d. c.3. nu.3. Peralta in l. Cum quidam D. de legatis.2. n.9. Padilla in d. Authent. hoc amplius n.9. Burgos in l.3. Tauri num.253. Menoch. de arbitrarijs casu 498. n.58. Molina de primogen. lib.2. cap.14. num.15. alter Molina de iust. disput.248. ad fin. & 251. Menchac. succes.creat.* §.8. *n.27. & 31. Peregr. de fideicommissis artic.3. nu.59. & 72. Mangilius quæst.127. à principio, & nu.4. & à nu.12.* qui multas in hoc facit distinctiones, quæ magis rem inuoluunt, quam declarãt, pro qua opinione citari potest *text. noster, in cap. Raynaldus ad finem, ibi* (*cum infra legitimum tempus voluntati paruerit testatoris*) vbi Gregorius Nonus supponit, vt hæres lucretur Falcidiam, fuisse necessariam ipsius diligentiam, in adimplẽda testatoris voluntate, intra tempus à iure præfinitum; *Dixi supra formaliter negligens*, vt intelligatur ille solus, qui 153.
fuit à iudice monitus. *dict.* §. *Illud. d.* §. *Si quis autem non implens, d. cap. si hæredes, d. Authentica hoc amplius*, vbi *Padilha num.16. Couar. & communis vbi supra, & melius in d. cap. si hæredes nu.6. post Guilh. Benedictum, in cap. Raynucius, verbo si atque liberis 2. à num.198. Molina dict. disput. 251. notat Gothofredus in d.* §. *Si quis*

autem non implens litera. D. Mangilius vbi proxime numer. 20. *& cum hac trāsiere insignes præceptores ad d. cap.* 3. *de testamentis*, & merito admonitio a lege in hoc casu fuit petita, quia cum agatur de pœna priuationis, nē ipse hæres possit prætendere ignorantiam, vel quod absque culpa putiebatur, de seruiret admonitio ad conuincendam ipsius negligentiam, & culpam, maioremq; iustificationem ipsius legis ita disponentis, nec oppositum euincit dicere, quod vbi certum tempus à lege taxatur, sufficit lapsus ipsius ad constituendum quemcumque in negligentia formali, argumento *l.* 1. *D. successorio edicto. l.* 1. *Cod. his à quibus, vt ab indignis, leg. Sciant. Cod. legitimis hæredibus*: Nam omissa responsione *Menoch. vbi proxime, n.* 62. dicendum est regulariter sufficere lapsum temporis præfiniti, nisi expresse a lege caueatur de admonitione præuia, prout fecit in nostro casu, constat ex locis supracitatis, quicquid ad hoc nō aduertat *Māgil. dict. n.* 20. Declarandum tamen est hanc pœnam esse restringēdam respectu illarum personarum, quibus legitima debetur: nam hæ, si fuerint conuictæ de formali negligentia, licet priuentur lucro hæreditario, quod supra legitimam eis
155. obuenit, ipsam tamen legitimam semper retinebunt, *d. Authent. hoc amplius, ibi (excluditur, eo quod præter debitum naturale perceperit) dict. §. Si quis autem non implens ibi (tantum accipiat solum quantum lex ei secundum quartam abintestato partem concedit)* notat glossa verbo naturale, *in d. Authentica, hoc amplius, vbi post alios Padilla num.* 17. *&* 19. *Menchac. d. §.* 8. *num.* 17. *Couar. & communis in d. cap. si hæredes num.* 13. *&* 14. *Crassus commun. §. Legitima. quæst.* 46. *Molin lib.* 1. *de primogen. cap.* 19. *num.* 6. *vbi etiam de Communi, alter Molina. d. disput.* 251. *col.* 2. *alios refert, & sequitur Mangilius, d. quæst.* 127. *nu.* 29. *Azeued. l.* 1. *titul.* 8. *lib.* 5. *num.* 42. *Ceualh. comm. quæst.* 81. quod intelligēdum est, siue negligentia sit commissa in non adimplenda voluntate ad pia, siue ad profana, vtroque enim casu illæsa conseruabitur legitima, vt contra communem, de qua *Peralta in dict. leg* 3. *§. Qui fideicommiss. num.* 86. *D. de hæredibus instituendis, bene defendit Couar. dict. num.* 14. *post Immolam, Cardinalem, & Abbatem, in d. cap. si hæredes, vbi glossa vltima, & hanc sequuti sunt insignes præceptores ibidem, plures refert, & sequitur Ceualh. proxime d. q.* 81. vbi de alia cōmuni testatur; priorē tamen semper dico amplectēdā, ne hac via admittamus onus in legitima, contra *l. Quoniā in prioribus, C. in officioso testament. & notat in terminis Menchac de succes. creat. §.* 10. *n.* 451. quicquid in aduertenter abhac verissima sententia leuiter ductus cōtra morē discedat *Fachin. cōmunem sequendo, contr. lib.* 6. *c.* 73. pro quo, & cōmuni parum facit *d. c.* 3. *de testam.* quia secundū meliores ibi, procedit 157.
in hære-

in hæredibus extraneis, quib° legitima à lege non debetur, in quibus terminis etiam loquitur *d. cap. si hæredes* 6. *illo titul.* Nec aliud probat *Authent. de Ecclesiasticis titulis*, §. *Si autem qui hoc facere*, *Collation.* 9. qui textus fefellit *Fachineum*, vt cõmunem sequeretur *d. cap.* 73. dum ait ibi (*iubemus omne lucrum ei relictum amittere*) quasi verbum omne lucrũ comprehenderet legitimam, sed
158. non aduertit *Fachineus textum in d.* §. *Si autem*, loqui de hærede extraneo, vt omnes melius sentientes agnoscunt ibidem, vt colligitur ex
56. mente *Cuiacij Nouel.* 131. *quem sequitur Gothofred. ibi litera. M.* Vel etiam si velis respondere textum illum agere de filijs quibus debetur legitima, necessario semper fatendum est, legitimam esse liberã á pæna amissionis, quia filijs non obuenit tanquam lucrum, sed tanquam debitum *leg. Cum Ratio D. de portionibus*, *quæ libert. damn. rel.* & dicitur prouenire à dispositione lẽgis, non autem ex iudicio defuncti, argumento *l. Si arrogator versic. Cæterum D. de adoptionibus*, quod similiter est resoluẽdum in alijs personis, quib° debetur legitima; Nec
159. deniq; aliud cuincit *decisio capitis, licet de voto*, vbi filius Regis Vngariæ à summo Pontifice, si fuerit conuictus de negligentia, priuatur successione Regni, & paternæ hæreditatis, qui textus habet varios intellectus, vt videre est *per Couar. d. cap. si hæredes, num.* 14. *Molina d. cap.*
57. *9. num.* 3. & 5. *Doctores ad cap.* 3. *illo titul. de testamentis Cened. ad decretales colect.* 90. *Molin. de iustit. disp.* 626. *num.* 9. *Castill. lib.* 3. *controuers. cap.* 19 *à n.* 117. *cum sequentibus. Auendanh. in l.* 40. *Tauri glossa* 1. *à nu.* 22. *vsque* 82. *Garcia de expensis cap.* 16. *à n.* 15. *cum plene sequentibus*, & alios, quos sciẽs omitto. Alij enim ex illo textu volunt probare regnum deferri iure sanguinis, seu primogenitu-
rx, *vt per Molinam d. disp.* 626. *Castillo citato loco*, *Molina lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 10. quibus addo *Laram in l. Si quis à liberis* §. *Idem rescripsit. nu.* 136 *D. de liberis agnoscendis Menchac. lib.* 3. *succes. creat.* §. 26. *num.* 86. & 90. *Pelaestæ maioribus.* 4. *part. quæst.* 1. *n.* 47. *Marinus lib.* 2. *fæudorum differẽtia.* 10. *infinitos refert*, & *sequitur Blasius Robles de repræsentat. lib.* 3. *cap.* 16. *à num.* 30. *vbi nu.* 31. *cum Cuiac. lib.* 2. *Fæudorum titul.* 11. *Hottomano illustrium quæst. q.* 3. *Costa de Regni succes. part.* 3. *num.* 30. *Maticnço l.* 6. *titul.* 7. *lib.* 5. *gloss.* 3. *nu.* 13. *Pichard. ad princip. de hær. quæ ab.* §. 2. *nu.* 28. *Ceualh. com. quæst.* 762. *à num.* 191. resoluũt in Regni successione, non esse locum repræsentationi, expẽdentes verba *textus ibi* (*& iure, quod tibi si dictus Rex sine prole decederet in Regno Vngariæ cõpetebat ordine genituræ priuandum, & regnum ipsum ad minorem fratrem tuum ratione postposita deuoluendum.* Alij autem communiter probant ex illo textu cõtrarium, nempe Regnum deferri de primogenito in primogeni-

tum iure hæreditario, quod veritati magis accedit, *vt post Oldrad. cons. 94. nu.8. scribit Costa de succes. regni. 3.part.num. 1. Tiraquel. de primogen.quæst.35. num. 3. Auendanh. d. glos. 1. num.77. & num.22. cōmunis ex Aguirr. de succes. huius Regni part. 1. num. 69. sentit Valasc. de iure Emphyteutico.quæst. 50. nu. 12. Gom. Humad. & alij, per Garciā, qui etiam communem dicit de expensis, cap. 16. n. 31. & sequenti, quibus accedit Gregor. Lopez l. 9. titul. 7. partita. 2. Cifuentes in l. 40. Tauri. quæst. 16. Suar. allegat. 10. num. 3. Capiscius decis. 121. num. 13. Simanq. de Catholicis Instit. cap. 9. num. 262. Perez l. 1. titul. 2. lib. 5. Ordinam. Conan. lib. 1. Commentar. cap. vltimo num.* 8. & ideo in eo dari representationem, *tradit Tiraquel. supra. quæst.* 40. *à num.* 11. *Costa num.* 29. *Auendanh. d. l.* 40, *glos.* 2. *à num.* 9. *Petrus Gregorius tractat. de repub. cap.* 10. *alios citat Robles cap.* 16. *num.* 15. *addo Martam semper videndum de succes. legali, part.* 1. *quæst.* 11. *artic.* 3. *num.* 2. *vbi sæpe sæpius testatur in Hispania, Roma, Francia, Anglia, Vngria, & per totam Europam semper pro hac parte iudicatu Graçianus tom.* 3. *forens. cap.* 456. *à principio*, & à fidedignis accepimus fuisse olim vnanimiter resolutum per omnes Doctores nostræ inclytæ Vniuersitatis Conimbricensis, merito omnium Europæ florentissimæ. *Et denique nouissime hāc partem sectatur, doctissimus, & insignis præceptor meus, cuius laudes altiorem requirunt præconem Didacus de Brito aliquando Decretorum professor, & sacræ Inquisitionis Deputatus Canonicus in Doctorali Conimbricensi, alumnus, & collega nostri sacri Collegij D. Petri, postea in alio etiam Doctorali* Metropolitanæ *Olisipponensis, ac Regius insimul grauaminum senator nunc vero Canonicus in Doctorali Eborensi, ac supremæ conscientiæ Tribunalis deputatus in simul, ac sanctæ Olysipponensis Inquisitionis deputatus* in suo opusculo causæ maioratus Regiæ Coronæ, *quæst.* 1. *nu.* 13. post alios antiquiores, quos citat, & nos sequuti sumus in tractatu de repræsentatione. Qua verissima opinione supposita, respōdeo ideo, Innocentium tertium autorem *d. cap. licet. lib.* 1. *Epistolarū Epistola* 10. *secundum Concium, & Antonium Augustinum*, iure optimo comminasse priuationem paternæ hæreditatis, & insimul iuris hæreditarij fraterni Regni Vnguariæ, si possessor sine liberis decederet, quod ipse facere poterat in ordinem ad bonū spirituale, *iuxta notata ad cap. Grandi de supplend. negl. lib. 6. cap. Per venerabile, qui filij sint leg. Et quæ Soto de iust. lib. 4. quæst. 4. artic. 1. col. 4. Nauar. in cap. nouit de iud. not. 3. num. 41, Victoria de potestate Ecclesiæ relect. 1. quæstion. 2. Couar. in regula peccatum 2. part. §. 9. num. 7. Molina de iust. disputat. 29. conclus. 3. Suares tom. 8. de legibus, lib. 3. cap 7. num. 5. Bellarminus de controuers. Christian. fid. sub. titul. de Romano Pontif. lib. 5. cap. 6. Suares*

160.

iterum defensione fidei lib. 3. cap. 22. Rebello de obligat. iust. 2. part. lib. 18. quæst. 23. num. 2. & sequent. Azor, moral. part. 2. lib. 10. c. 2. quæst. 2. infinitos refert, & sequitur illustrissimus dominus Sebastianus Cæsar de Hierarchia ecclesiastica, 1. part. quæst. 1. §. 5. num. 9. & sequenti, & in terminis d. cap licet demonstratur, quia Andreas dux filius secundus spote sua onus voti paterni suscepit, vt patet ex verbis ipsius textus ibi (*ne si onus tibi à patre in iunctum, & à sponte susceptum*) *iuncto ibi* (*te adimpleturũ promisisti*) patet itaque Andream ducem teneri ex promissione propria, ac proinde si non adimpleat votum, poterit priuari omni emolumento hæreditario, etiam vsque ad legitimam, *vt per Robles d. cap. 16. num. 39.* propter grauitatem culpæ in illo casu speciali voti mixti, de quo in illo textu agitur, quod quoad partẽ, qua reale est, semper ille dux, quatenus hæres tenetur adimplere, prout *post Innocent. notat Abb. ind. cap. licet, num. 12. Suares tom. 2. de Religione lib. 4. de Voto cap. 10. num. 13. per l. 2. D. de Policitat.* & est res indubitabilis *secundum doctissimum Thomas Sanches, in secundum præcepti Decalogi lib. 4. cap. 14. nu. 29. & 25. vbi numer. sequenti, & cap. 15. numer. 26.* magis inclinat filium de quo *ind. cap. licet*, etiam ligitima priuandum, dum ait esse consulendos *Lopes, & Couar. sequitur Robles, num. 32. & 39. d. cap. 16.* & quoad partem, qua personale est, fuit spõ-

te susceptum ab ipso Andrea, vnde cum maiori obligatione teneretur, quam hæres simpliciter hæres, merito potuit omni hæreditate priuari. Illa autem verba supra expensa, *ibi Ordine genituræ* interpretantur *Doctores*, id est, secundum modum succedendi: nam cũ semper de filio maiori ad filium maiorem deferatur ordine genituræ, nõ ex eo sequitur regnum deferri iure sanguinis, sed potius hæreditario: sed inde nõ potest redargui nostra resolutio supra posita ex casu speciali de *cap. licet*, que verissima est, & à Doctoribus cõmuniter secuta, nec fauor piæ causæ potest operari legitimæ priuationem, licet consideretur ad taxationem minoris temporis, vt hæres intra illud non implens conuincatur de negligentia, *d. §. Si tamen hæres in Authentico de Ecclesiasticis titulis alias Nouella. 133. cap. 12.*

Aliud crimen adducunt Doctores, quo hæres priuatur Falcidia, scilicet indignitatis; indignus enim Falcidia priuatur, prout reliqua hæreditate, quod Plautiano Senatus consulto cautum fuit, vt constat *ex l. Beneficio 59. D. ad legem Falcidiam, l. Hæres. 11. D. de his quibus vt indignis, facit locus Vlpiani titul. 25. de fideicommissis articul. 17.* vbi notant communiter scribentes, adducẽtes exemplum de eo, qui tacitam fidẽ accommodauit, restituendi incapaci, cum quo non est testamenti factio, *per textum in l. Non intelligi-*

160.

161.

tur.3.versiculo, & fere D.de iure fisci, l.Ita fidei.40. l.Cum tacitum.49. D. eodem titul. l. Lucius 126.§. Ex testamento D.de legat.1.& sunt textus optimi per locum ab speciali in l. Si tacitum.13.D. ad legem Falcidiam, & in l. In fraudem 10.§.final. D.de his, quibus, vt indignis. l.Filius.14.D. ad legem Cornel. de falsis, vbi seruus & filius, qui iniungente domino, vel patre, tacitam fidem præstiterunt, non priuantur hæreditario lucro, propter necessitatem parendi testatoris voluntati, prosequuntur hãc materiam *Peregrin.de iure fisci lib.3. titul.19. à num.5. Couar. de sponsalibus 2.part.cap.8.§.5.num.10. Paleot. de Nothis cap.44.à nu. 5. Molin.disp. 169.Cuiacius lib.37. quæstionum Papiniani super d.l.Si tacitum Gothofred. super l.3.C.eodem,litera.C.& sequẽti*, aduertendo semper Falcidiam perdi solum in parte rei,quæ alias erat restituenda incapaci, si legatũ, vel fideicommissum erat particulare,
162. *secundum decisionem d.l. hæres* 11. *D. de his,quibus vt indignis, d.l. Beneficio* 59.*D. ad legem Falcidiam in principio post glossam, vbi Bart. Alexand. & alios, Peregrin.de fideicommissis articul.3.nu.*59. si autem circa totam hereditatem, quæ forte per fideicommissum relicta fuit per hæredem incapaci restituenda, etiam Trebellianicam amittet Fisco applicandam, cui hæreditas accedit eodem modo,aç eisdem oneribus, quibus primus hæres indignus fuit grauatus, *vt est textus expressus in l.* 3. *C.ad legem Falcidiam, notat Cuiacius lib.7. observat.cap.*31. *in fine, cõtra Goueanum d.l. Si tacitum*, contra quem iratus scribit dum aliam diuersam sequebatur viam.

Tertius casus vbi cum maiori proprietate verificatur Accursius, in verbo (*Crimen*) est quãdo hæres subripuit aliquid ex hæreditate, 163.
prout iura ipsa ostendunt,aduertẽdo tamen cum *Molin. de iustitia disput.*213. *versic. Nonus casus, cum Menochio cons.*471. *à nu.* 18. *qui post Bartolum,Paulum,Alexand.& Angelum,quos refert, & sequitur Peregr. de fideicommissis artic.*3. *nu.* 80. Maximam faciendam esse differentiã iurium, de hoc casu loquentium, ad ipsius veritatem eruendam, aliter vero facile circa illam cogemur fluctuare: Nam iure Digestorum hæres pro re subtracta in eo puniebatur,vt tantum de illa re subtracta in præiudicium legatariorum non detrahebat Falcidiam, sed potius Fiscus illam auferebat ab illo, tanquam indigno. *leg. Rescriptum D.de his,quibus vt indignis legata,&c. d.l. Paulus.*24. *l.Beneficio* 59.*in principio D. ad l.Falcidiam*, *leg.Paulus* 48. *ad Trebellianum,notat Peregrin. articulo* 47.*nu.*11. *Farinacius de furtis quæst.* 175.*num.*291. ex inde tamen legatarij, nullum sentiebant commodum, nec etiam illo tempore creditores erant in cõsideratione,quia creditum suum positum erat in securo,ex eo,quia Degestorum tempore hæres tenebatur insolidum

164. creditoribus, siue hæreditas esset soluendo, siue non, eo ipso, quod hæreditatem adibat, *l. Quæ doris D. soluto matrim.* cum alijs, de quibus *Valasc. consult. 52. à principio, insignis præceptor Brito ad cap. potuit de Locato, §. 3. num. 10.* postea lege noua Codicis, Iustinianus introduxit solemnis inuentarij formam, & constituit, vt hæres, qui subtraxerit, vel celauerit aliquid dolose ex hæreditate, non priuaretur Falcidia, Fisco applicanda, prout antea, sed decætero puniretur in æstimatione dupli in fauorem creditorum, &
165. legatariorum cedentis, hoc enim tempore iām hęres per beneficiū inuentarij, non tenebatur creditoribus, nisi intra vires hæreditarias, constat hoc *ex l. vltima, §. Licentia. C. iure deliberandi, maxime in versiculo, illo,* quia lex illa in fauorem hæredum emanauit, ne per beneficiū inuentarij, tenerentur insolidum creditoribus, prout ante illam legē tenebantur, constat *ex §. Sin autem dubius, & ex §. Etsi præfatam eiusdē legis,* circa legatarios, lex illa illud de nouo introduxit, vt hæres subripiens aliquid ex hæreditate, non amitteret Falcidiam, nec in fauorē fisci, nec in fauorem legatariorū, prout antea amittebat (circa creditores autem hæres nō deducit Falcidiam. *d. l. vltima §. Etsi præfatam*) & hoc necessario conuincitur *ex d. §. De illo,* iuncto §. *Etsi præfatam,* vbi cum hæres priuetur duplici æstimatione, nō potest puniri priua-tione Falcidiæ simul, quia hoc nō patiuntur legitimæ sanctiones, *leg. Sanctio legum D. de pœnis, l. Senatus. 52. D. de Contrahenda emptione cap. Sacro vbi gloss. 2. de sententia excomunicat. de quibus optime* agit post antiquiores *Felin. in cap. 2. col. 1. de testibus. Suares de legibus lib. 5. cap. 25. n. 6. Farinac. tom. 3. tractat. crim. quæst. 111. num. 92. Pichardus, § in summa de iniurijs, num. 11. Cuiac lib. 2. definitionum Papin. cap. 16.* & ostenditur *ex Authentico de hæredibus, & Falcidia §. Hinc nobis, iuncto §. Si vero non fecerint,* vbi Iustinianus de nouo constituit, vt hæres subripiēs res hereditarias conuictus Falcidiā amitteret ex tota hæreditate, actū ageret Imperator, si iam tempore *dict. l. vltimæ,* hæres esset priuatus Falcidia, quod dicendū non est, ac proinde male *scripsit Peregr. d. artic. 3. nu. 81.* dum putat pœnam dupli, qua punitur hæres *in versicul. de illo d. §. Licentia,* non cedere in lucrum legatariorum, fallitur sane, quia textus æqualiter loquitur de creditoribus, ac legatarijs, quibus pœna applicatur, vt intuenti constabit, & tenuit bene *Menoch. cons. 471. num. 18.* Denique fuit tertium tempus. *d. §. Hinc nobis, ibi (hæredes si voluerint hac vtilitate potiri, puræ seruare legis potestatem, & non per ea, quæ forte subripiunt, &c.)* iuncto §. *Si vero non fecerint, ibi (secundum hanc figuram)* & ibi (*complebit legatarios*) ex quibus iuribus constat, hæredē conuictum de furto, & subreptione alicuius

cuius rei hæreditariæ, quia se non gessit pure in inuentarij confectione, amittere Falcidiam in fauorem
166. legatariorum, ita vt teneatur hęres implere legatarios, & fideicommissarios particulares, licet hæc præstatio superet vires hæreditarias, vbi (*complebit legatarios, & fideicommissarios, licet puræ substantiæ morientis transcendat mensuram legatorū datio*) *ita Peregrinus, vbi supra n. 82. Menoch. d. num.* 18. qui semper est videndus *post glossam, verbo Falcidiæ in dict.* §. *Hinc nobis, quam bene prosequitur Bart. in leg. Rescriptum, numer.* 2. *D. de his quibus vt indignis, & Angel. & Paul. in l. Paulus D. ad legem Falcidiam, Iason. post Bald. & Fulgos. in d.* §. *Licentia, num.* 3. vbi dicit omnes sic tenere, & ex infinitis communem sic fatetur *Ioan. Licentius, Honded. cons.* 3. fere per totum, vbi ampliat, vt etiam hæres cadat in totum a beneficio inuentarij, quam sententiam in consulendo, & iudicando semper amplectendam admonet *Phanunc. de Inuentario part.* 3. *num.* 53. de quo infra sequenti casu disputabimus, *Castillo lib.* 3. *controuers. cap.* 5. *nu.* 27. Aduerto *Cuiacium in expositione Nouellæ de hæredibus. & Falcidia col un.* 5669. tenuisse hæredem subtrahentem aliquas res hæreditarias, vel
167. minus bene se gerens in cōfectione inuentarij, nōn amittere Falcidiam, nisi tantum in re subtracta, *in terminis l. Scriptum, D. de his, quibus vt indignis*, quam opinionem eligere videtur *Gothofred. in notula ad illam Nouellam d.* §. *Hinc nobis litera. X.* quæ sententia iam antea fuit *Cynii in Authentica sed cum testator C. ad l. Falcidiam. quæst.* 9. *& plurimorum antiquorum, quos tacito nomine refert Paulus in d. l. Paulus* 24. *D. ad l. Falcidiā*, sed nō eligunt optimam partē, si enim respicerent ad supradicta, facile recederet ab opinione electa: nam certum est, vt iam supra diximus, *pœnam d. l. Rescriptum cessasse post Iustiniani constitutionem in d. l. vltim.* §. *Licēta versic. illo, C. de iure deliberandi.* ideoque iā hodie non in amittenda Falcidia, sed in duplicato pretio plectetur *secundum d. versicul. illo* hæres, qui circa hæreditatem malignatus est, Deinde, facile quis intelliget *textū in d. Nouella de hæred. & Falcidia ex d.* §. *Hinc nobis vsque ad* §. *Si vero non fecerint*, clare decidere hunc casum, quia *in d.* §. *Hinc nobis*, dicit incipies præscribere formam inuentarij faciendi, primo loco tanquam quid magis necessarium, hæredes teneri seruare legem puram inuentarij, & ne subripiant aliquid ex hæreditate, vel aliter malignentur, *& in d.* §. *Si vero non fecerint*, ait ibi (*secundum hanc figuram*) quod verbum etiam cōprehendit malitiā subreptionis, licet in aliqua re contingat, *quicquid Cuiacius, & alij sui sectatores non aduertant*, & ideo concludo hæredem hodie iam in totum amittere beneficium Falcidię, si aliquid occultasse de hæreditate probetur,

nec stant

nec stant hodie pœnæ, de quibus *in d. l. Rescriptum, & in d. §. Licetiã*, sed
168. potius pœna adimplẽdi legata, & fideicõmissa; quæ modo erit maior; modo minor pro casus contingentia, quæ pœna tãtum practicabitur, quãdo per subtractionem Falcidia inducatur, quia si remanens sufficiat ad soluẽda integra legata, pœna non habebit locum, vt bene aduertit *Cuiacius ibi*, quid autem circa Trebellianicam sit resoluendũ, infra sequenti casu dicemus.

Sequitur vltimus casus, secundũ Accursium, qui continetur in vltimo versu *ibi* (*ac hæres si non fecit inuentaria subsit*) quo hæres priuatur Falcidia, scilicet, quando inuentarium non fecit, cõstat hæc pœna ex
169. textu Iure Authenticorum *in Nouella de hæredibus, & Falcidia, §. Si vero non fecerit, & ex litera nostri capitis Raynaldus ad finem, ibi* (*cum inuẽtarium fecerit*) vbi expendit Pontifex confectionem inuentarij ad reseruandum ius deducendæ Falcidiæ patruo hæredi, fuisse præcise necessariam, alias illam perderet, nisi inuentarium perficeret, *notat glossa ibi, verbo, inuentarium, & ibi Abbas num. 13. & 14. vbi bene de more aduertit textum nostrum esse* singularem de iure Canonico, ad probandum eodemmodo requiri de iure Canonico inuentarium, ac requiritur de iure Ciuili, & per con-
170. sequens omnia, quæ de iure Ciuili sunt certa in materia inuẽtarij, sunt etiam obseruanda de iure Canonico, tum ex generali regula *cap. 1. de Noui operis nũciatione*, tum ex particulari approbatione, de qua in nostro textu, prout notat *Rolandus de Inuentar. §. Nunquid de iure Canonico*, & post *Couar. in cap. 1. num. 17. & sequentibus, de testamentis, prosequitur Fachin. controuers. lib. 6. cap. 20. per totum, & melius cap. 23. &* Melius *omnibus* Menoch. *lib. 1. cons. 89. à num. 156. vbi num. 153. testatur hanc esse communem Canonistarum sententiam, post Hostiensem, Ioannem Andream, & Romanum, & infinitos, quos allegat pro hac parte, & sequitur* Mangilius, *quæst. 129. num. 10. & 12.* Ægidius *l. 1. C. sacrosanctis 5. part. §. 1. num. 4.* quam nos certissimã dicimus, nec contradictorem habere quoad Falcidiam, & in Regno Castellæ, lege lata idem sancitum est *l. 10. tit. 6. part. 6. vbi Gregorius, nouiter* Moneta *de commutatione vltim. voluntat. cap. 9. num. 343. post Crassum §. Falcidia, quæst. 12.*

Est tamen inter scribentes grauissima controuersia, vtrum si hæres grauatus fideicõmisso vniuersali solemne inuentarium non conficiat, intra tempus definitum ab Imperatore *in l. vlt. Cod. de iure deliberandi*, amittat quartam Trebellianicam, *in terminis d. §. Si vero non fecerit*, de cuius vera interpretatione, nunc nobis agendũ est, sed quia de illa abunde egerunt *Fachineus lib. 4. controuers. cap. 28. Peregrin. dict. articul. 3. à num. 73. & sequentibus*, Mangilius *quæstione 130. per totam*, 171.

quorum

quorum dicta sectantes omni breuitate possibili, absoluemus, solidiora fundamenta vtriusque sententiæ contrariæ, quæ ad inuicem expendunt Doctores infra citandi. Parte affirmatiuā scilicet,per omissionem Inuētarij æqualiter amitti Trebellianicam, quemadmodum
172. Falcidiam, tenēt plures, ex quibus dicit communem *Iason. in l. Marcellus D. ad sen.cons. Trebellian. n. 61. decisio Pedamontana 147. vbi pro hac parte refert sexaginta Doctores, quibus postea accedunt Menchaca de success. creat. lib. 1. §. 8. numer. 14. Menoch. consil. 272. lib. 3. nu. 3. & sequentibus, vbi acerrime pugnat pro eadē, latissime disputando Couar. in cap. Raynucius. §. fin. numer. 18. videndus à num. 16. Alciat cons. 19. lib. 9. Gabriel communium titul. ad Trebellian. conclus. 10. Laderch. de Immola consil. 57. Molin. lib. 1. de primogen. cap. 17. num. 33. infinitos ex antiquioribus, & recentioribus refert Peregrinus d. artic. 3. nu. 73. & artic. 4. num. 8.* qui non solum hanc opinionem in extraneis procedere affirmant, sed etiam in filijs primi gradus *vt per Couar. Gabrielem, Menchaca, Peregrin. dictis locis, addo Ioannem Antonium, Mangilium vbi supra nu. 7.* qui pro hac *parte citat.*
84. *Doctores.* Mouentur prædicti Doctores sequentibus fundamentis, quæ mutuarunt *à Iasone dicto loco à numer. 57. vsque ad finem, refert Farinacius d. cap. 38. Peregrin. d. num. 73. Menoch. vbi supra.* Primum, & præcipuum fundamētum est, quia hæres falcidicus, qui non confecit inuentarium perdit Falcidiam, *d.* 173.
§. *Si vero non confecerit* igitur etiam Trebellianicus perdere debet, ex eo, quia in eisdem casibus in quibus cessat Falcidia, cessat Trebellianica *l. 3. D. ad Trebellian. in §. Quod autem, l. Filius familias. 18. D. ad leg. Falcidiam, leg. Iubemus Cod. ad Trebellianum, cum multis alijs similibus.* Secundum magis coloratum fundamentum, in quo *secundum Iasonē dicto loco,* consistit totū pondus dubitationis, quod solidum dicit *Menoch. vbi supra nu. 53.* illud est, quia ratio formalis, propter quam hæres falcidicus quartam amittit ob non confectum inuentarium, est, 174.
præsumptio iuris, quæ facit contra hæredem, quod subtraxerit bona de hæreditate, atque ideo, quoad legatarios punitur in amissione Falcidiæ, quoad creditores vero in solidum, vt pro integro debito cōueniatur *d. §. Hinc nobis, versiculo sanximus, in d. Authentico de hæredibus, & Falcidia, ibi (& non per ea, quæ forte subripiūt, aut malignantur pertentent Falcidiam introducere, cum vtique si nihil malignati essent, num forte competeret)* quæ ratio, & iuris præsumptio æqualiter militat in hærede Trebellianico: ergo idem in vtroque est resoluendum. Tertium fundamentum est, quia textus *in d. §. Si vero non fecerit* æqualiter videtur loqui de hærede Falcidico, ac de hærede Trebellianico, vt patet 175
ex verbis ibi, (*non retinebit Falcidia, sed com-*

sed complebit legatarios, & fideicommissarios) quæ verba si distributiue legantur, tam Falcidicum, quã Trebellianicum hæredem comprehẽdent, ita vt illa verba *cõplebit legatarios*, sint referẽda ad hæredẽ, qui est oneratus vltra substantiam legatis, alia vero ibi, *fideicommissarios*, solis fideicommissarijs vniuersalibus tribuantur.

Quartum est, quia hæres rogatus hæreditatem restituere, tenetur
176. reddere rationem fideicommissario, *iuxta textum vbi notat Paulus Castrensis in l. Cũ tale* §. 1. *D. de Conditionibus, & demonstrat*: ergo dicendum est ipsum teneri facere inuentarium, quod est caput & fundamentum rationum *leg.* 1. §. *officium D. de Tutell. & rationibus, distrahend.* ac per consequens si nõ conficiat inuentarium debet quarta priuari Trebellianica. ■

Quintum est, *quia textus in dict. Authentico de hæredibus, & Falcidia*, §. *Sancimus versiculo illo adiecto*, dicit
177. hæredem necessario teneri citare legatarios, & fideicommissarios, vt præsentes reperiantur ad cõfectionem inventarij, si velint, nõ solum non damnificari, sed etiam lucrari, *patet ex verbis textus ibi (& metuit nõ damnificari solum, sed etiam non lucrari)* ergo quemadmodum hæres, qui non fecit inuentarium, amittit Falcidiam in fauorem legatariorũ, ita etiam debet perdere Trebellianicam in fauorem fideicommissarij vniuersalis.

Sextum adducunt fundamentũ quod hæres non conficiens inuentarium, tenetur creditoribus etiam vltra vires hæreditarias, & amittit Falcidiam in fauorem legatariorum, *l. vltim.* §. *Sin autem Cod. de iure deliberandi, iuncto d.* §. *Si vero non fecerint*, ergo etiam debet Trebellianicam amittere in fauorem fi-
deicommissarij, quia legata & fi- 178.
deicommissa per omnia sunt æqui parata, *l.* 1. *D. leg.* 1.

Septimum ego addo fundamẽtum deductum ex litera nostri textus *in cap. Raynaldus*, vbi cum ageretur de fideicommisso vniuersali, vt aperte demonstant verba ipsius *ibi* (*quartam iure naturæ debitam, nec non quartam Trebellianicam*, &c.) & tamen textus in fine dicit, hæ- 179.
redem, vt hanc quartam lucretur, teneri facere inuentarium, patet ad finem textus *ibi* (*saluoei ex iure institutionis beneficio legis Falcidiæ*) & iterum ibi (*cum inuentarium fecerit:*) ergo bene consequitur ex omnibus supradictis quod si hęres omittat confectionem inuentarij, Trebellianica priuabitur.

Contrariam tamen sententiam, imo per omissionẽ inuentarij non amitti quartam Trebellianicam, licet Falcidiam perdit vnanimiter 180.
fateantur, tuentur magis communiter Doctores *vt ex Bartolo in variis locis, Baldo, Paulo, Angelo, Oldrado, Alexand. Ioan. Andrea, & alijs prosequitur Iason. in dict. leg.* 3. *D. ad Trebellianum, num.* 57. *Succin. Iunior.*

*Iunior.conſ.*137.*lib.* 1.*colun. pẽnult.* *alios refert, & ſequitur Fanuncius de Inuentar.* 7.*part.num.* 25. *Simon de Pretis de interpretatione vltim. vol.lib.* 3. *dub.* 5.*ſolut.*6.*num.*9. *vbi teſtatur ſic obſeruari in Ferraria, & nunquam vidiſſe pro contraria iudicari ſcribit Tiberius Decianus conſ. vltim. lib.*2. *Vincentius de Francis deciſ. Neapolit.* 11.*numer.*22.*&* 23. *Hieronimus Gabriel conſ.*93.*num.* 13. *infinitos alios adducit Peregrin. de fideicommiſſis artitul.*3.*num.* 74. *Molin. de iuſtitia diſputat.*219.*numer.* 5. *Fachin. controuerſ.lib.* 4.*cap.* 38. *verſiculo ſed contrariam*, & per totum. *Cevalh. commun.quæſt.* 26. *Sarmient.lib.* 2. *ſelect.cap.*7.*& poſt omnes Donel. in Authentica ſed cum teſtator Cod. ad leg. Falcidiam,num.*4. *ſequitur Ægidius Luſitanus leg.* 1. *Cod. Jacroſanct. Eccleſ.* 5.*part.* §.1.*numer.*35. *Graſſ.* §. *Trebellianica quæſt.* 7. *hanc partem receptiorem teſtatur Mangilius d. quæſt.*130. *num.*8. *pro qua num.* 1. *citat.*125. *Doctores. addo Gaſpar de Fab. lib.*3.*tractat.*7.*quæſt.*4. *&* 3. *& quæſt.* 12. *Moneta de commutatione cap.*9. *num.* 311. cui opinioni tanquam veriori aſſentior, pro qua faciunt ſequentia fundamenta.

Primum quia amiſsio Trebellianicæ in his terminis eſt pæna, hæc autem non poteſt abſque lege induci, vt inſimili ait Imperator *in Authentico de Non eligendo ſecundo nubentes*, §. *Cum igitur collatione prima textus in leg. At ſi quis* §. *Diuus D. Religioſis, & ſumptibus funnerum, gloſſa celebris in cap. penul. de iure Patronat. Valaſc de iure Emphyteutico.quæſt.*29.*numer.*23. *Menoch. lib.* 5.*præſumpt.*49. *à principio, Barboſa in l. Diuortio* §. *Si fundum,num.* 15. *D. ſoluto matrimonio, & in l.*2. 1. *part. num.* 72. *Farinac. prax. crim.* 1.*part.quæſt.*19.*numer.*45. *& quæſt.* 18.*num.*7. *Surdus de aliment.titul.*8. *priuileg.*63. *à numer.*6. *poſt Tiraquel. l. Si vnquam verbo revertatur.nu.*248. ſed nulla lex datur, in toto iure Ciuili, aut Canonico, quæ talem pœnam irroget: igitur Trebellianica non perditur ob non confectum inuentarium.

Secundum, quia leges Trebellianicam inducentes, ſtare neceſſe eſt vt fateamur, cum non reperiãtur correctę argumẽto *l. Præcipimus Cod. de Appellat. leg. Sancimus Cod. de teſtamentis Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſump.* 38. *à princ. Surdus deciſione* 21.*num.*19. *Barboſ. l.* 1. *D. ſoluto matrim.part.*1.*num.*7. *Robles de repræſentat. lib.*2.*cap.*29-*n.*12. maxi 182.
me, quia in correctorijs, & odioſis, non fit extentio de æqualitate, vel maioritate rationis, *iuxta notat. in Authent. quas actiones C. ſacroſanctis Eccleſijs, & ſupra diximus hac* 2.*part. num.*58. cũ ergo expreſſum non ſit in iure Trebellianicam amitti ob non confectum inuentarium, quãuis ſit expreſſum in Falcidia, ſequitur de vna ad alteram non fieri bonam inſtantiam. Quibus fundamẽtis, & alijs minus ſolidis adiunctis hanc parte non ſolum in extraneis 183.

181. tor *in Authentico de Non eligendo ſecundo nubentes*, §. *Cum igitur collatione prima textus in leg. At ſi quis* §. *Diuus D. Religioſis, & ſumptibus fu-*

184.

procede-

procedere, sed etiam in filijs primi gradus, *tenet Cagnolus in l. Papinianus §. Meminisse D. de in officioso testamento, num. 15. vbi dicit sic per totū orbem seruari, Gabriel consil. 121. num. 51. Menoch. consil. 178. num. 29. Gail. lib. 2. obseruat. cap. 138. num. 9. Mascard. conclus. 851. lib. 2. plures sequitur Peregrinus d. num. 74.* addo *Mangilium dict. quæst. 130. à num. 12.* vbi cum infinitis, quos refert, ait, non solum hanc partem esse veriorem, sed consuetudine iudiciorum confirmatam, quæ opinio firmior redditur ex responsione argumentorum, quæ supra pro contraria recitauimus, quibus post hæc scripta addo *Hottomanum lib. 4. obseruat. 23. Gaspar ad Fabrum lib. 3. tractat. 7. quæst. 6.*

Ad primum iam supradiximus, appellatione Falcidiæ venire Trebellianicam improprie, & largè sumpto vocabulo, non autem quãdo sumus in materia restricta, & correctoria, *vt bene probat Fab. lib. 6. de Coniecturis cap. 3. post principium.* Nec contrarium probat *d. §. Quod autem in dict. l. Marcellus*, quia eius vis sic facile euitari potest, vel secũdum *Peregrinum dict. articul. 3. num. 78, in fine*, vt textus ille loquatur in legatis particularibus, in quibus aliquando Falcidia cessat, & hoc modo mihi non videtur tuta responsio *Bartoli in d. §. Marcellus nu. 9.* dum intelligit, ideo ibidem appellatione Falcidiæ, venire Trebellianicam, cessaque Trebellianicam, in casibus, in quibus cessat Falcidia, quando Falcidiæ non est locus ex dispositione testamenti, *quam Bartoli responsionem sequitur Fachineus dict. cap. 38. versiculo ad secundum*, corruit enim hæc doctrina quoad me, *ex text. in dict. Authentica sed cum testator C. ad l. Falcidiam*, vbi cessat Falcidia virtute testamenti, & tamen non cessat Trebellianica, iuxta veriorem sententiã, quam sequimur supra hac parte, *num. 57. & labitur Fachineus, qui* circa illum textum nostram tenet sententiam *lib. 5 cap. 4.* sed ego aliquando cogitaui tentari posse, in terminis *dict. §. Quod autem* solum dari æquiparationem, quoad diuisionem hæreditatis, in septem partes, de qua in principio legis, ita vt dicendum sit, eandem diuisionem in septem partes esse admittendã, in hypothesi Illius textus, si testator non deducat Falcidiam, vel illã amittat propter repudiationem, quod dicitur per Vlpianum, quando hæres propter repudiationem, amittit Trebellianicam, sed non inde concluditur æquiparatio generalis vtriusque portionis, quam communis intendit probare ex illo textu, & hanc Interpretationem ad illum textum adducit *postea Mãgilius quæst. 114. numer. 17. versiculo* 182. *nec obstat, cum Saluetto in Authentica similiter Cod. ad l. Falcidiam num. 4.* Et post omnes *late prosequitur Gaspar ad Fab. lib. 3. tractat. 7. quæst. 6. ex medio.*

184.

Ad ſecundum argumentum ſupra factum reſpondemus *cum Iaſone in d.l. Marcellus. num. 64. quem ſequitur, licet non referat Fachineus dict. cap. 38. in reſponſione ad primum, Peregrin. d. num. 78. ad finem*, negando
185. inſtantiam de hærede, qui prætendit deducere Falcidiam, ad Trebellianicum, quia ratio, propter quam lex priuat hæredem Falcidia, eſt propter præſumptam rerum hæreditarium ſubtractionem, per quã diminuta hæreditate lex Falcidia introducitur, quæ forte locum nõ erat habitura, niſi ſubtractio interueniret, *d. §. Sancimus*, in Trebellianico vero hærede, non militat hæc ratio, quia ſemper, ſiue res hæreditariæ ſubtrahantur, ſiue non, debet deducere ſuã quartam; iuxta principia vulgaria, ex eo, quia ſupponimus hæredem grauatum fideicommiſſo vniuerſali: vnde magis facit contra, quam pro ſupradicta ſententia commmuni; quã improbamus prædicta ratio, cum minus ſit periculam ſubtractionis in Trebellianico, quam in Falcidico hærede, iuxta ſupra proxime dicta, plures alias differẽtias ſcribit *Gaſpar dict. tract. 7. q. 5.* Vel ſecundo dicimus, quod, cum Imperator tantum pœnam impoſuerit hæredi Falcidico, & non loquatur in Trebellianico, non eſt pœna extendenda.

Tertium argumentũ facile ſoluitur, ſi dicamus verba illa (*cõplebit*
186. *legatarios, & fideicommiſſarios*) in ſuo proprio ſenſu pertinere ſolum ad legem Falcidiã, quæ de fideicõmiſſis particularibus deducitur, vt patet ex eodem textu, in verbis ſequẽtibus, ex quorum diſcurſu aperte colligitur, Imperatorem ſolum delegatis, & fideicommiſsis particularibus fuiſſe loquutum. Nec de amiſsione Trebellianicæ, aliquod verbum fecit, vt late demonſtrat *Gaſpar d. tract. 7. quæſt. 4.* Nec etiam cogitationes, quibus vtitur *Loduuicus Romanus, in Authentica ſimiliter Cod. ad legem Falcidiam*, quem non relatum, ſi vidit, ſi nõ, eius ſenſum ſequitur *Menochius d. conſ. 272. nu. 73.* tanti ſunt faciendæ, vt nos cogant deuiare ab incæpta via: Nam prima erat, quod ſi verbum, fideicõmiſſarios, de quo in textu referatur ad fideicommiſſarios particulares ſtaret otioſum, quia ſufficiebat verbum legatarios antea ibi, poſitum, quod tam legatarios, quam fideicommiſſarios particulares cõprehendit, *ex leg. 1. D. delegatis 1.* Omiſſa enim reſpoſione *Alexandri in dict. l. Marcellus, §. Quod autem numer. 5.* Dico verbum illud non eſſe otioſum, ex eo, quia ibi additum fuit gratia maioris explicationis, argumento *leg. Quæ dubitationis 81. D. de regulis iuris*, vbi notat *Philippus Decius, numer. 1. &* 188.
3. *Abbas. in cap. Solitæ de Maioritate, & obedient. ad finem*, maxime, quia æquiparatio legatorum, & fideicommiſſorum particularium non ſemper, & in omnibus procedit, ſed tantum in 178
aliqui-

aliquibus æquiparãtur per omnia, scilicet, quoad titulum quorum legatorum iuxta tradita per Doctores *ad d.l.*1. vbi late *Duaren. & Aurel. lib.*2. *sententiarum cap.* 25. *Cuiac.* 8. *obseruat. cap.*4. *ad finem.* & præceptores insignes ibidem. Secunda replicatio Romani intendebat, quod si supradictum verbum non intelligeretur de fideicommissario vniuersali, illud repeteret Imperator in fine *d.*§. prout fecit de verbo legatorum ibi (*licet transcendat mensurã legatorum datio*) igitur dicẽdum est, Imperatorem non meminisse in fine huius verbi, qui a intellexit de fideicommisso vniuersali, quod nõ potest superare vires hæreditarias, iuxta notata ad textum *in l. hæres ab eo.* 61. *D. ad Trebellian.* sed replicationi satisfit, quia cum Imperator à principio tolleret dubitationem, & mentem suam iam patefaceret, tam delegatis particularibus, quã de fideicommissis, superfluum putauit iterũ de fideicommissis meminisse, videbatur sane sufficiens, delegatis mentionẽ feciisse, quibus particularia fideicommissa, quoad propositum erãt per omnia æquiparata.

Quartum argumentum enerua-
188. tur, negando sequellam factam à separatis, quia non sequitur, hæres tenetur fideicommissario reddere rationes: igitur si inuentarium non conficiat, quartam Trebellianicã amittit, cum nulla detur lex, quæ talem sequellam admittat.

178.

Quintum tollitur dicendo, verba illa, *non lucrari, & non damnificari*, 189. solum esse referenda, ad hæredem Falcidicum, vt patet ex serie ipsius textus, deinde, quia non cõficiens iuuentarium, non solũ non lucratur, quia amittit Falcidiã, sed etiam versatur in damno, quia tenetur in solidum creditoribus, & legatarijs, quod non ita conuenit Trebellianico, quia sẽper deducit suam quartã, iuxta supra resoluta.

Ad sextum negamus consequẽtiam, nec *lex.* 1. *D. delegatis* 1. facit æquiparationem de fideicommissis vniuersalibus, ad legata particularia, vt omnes fatentur.

Ad vltimum, vt respondeamus necesse est, vt ad longum expendamus literam *nostri textus in cap. Raynaldus*, quia in eo non requiritur 190. confectio inuentarij, vt Raynaldus lucretur quartam Trebellanicã ex bonis Peponis patris sui, imo Gregorius Nonus, vel potius Cardinalis delegatus in prolatione sententiæ, quam tulit circa deductionem legitimæ, & Trebellianicæ, vt constat ex *versiculo, dilectus*, quam Raynaldus erat deducturus, nec verbum tantum facit de confectione inuentarij, & per consequẽs clarissime probat, Raynaldum non amisisse Trebellianicam ob omissionẽ inuentarij, si enim esset necessarium Cardinalis recordaretur de illo, quia ea, quæ sunt necessaria, negligi, vel præteri non solent, *argumento textus in l. Item apud Labeonem,*

beonem, §. Ait prætor versicul. ea enim D. de Iniurijs, cap. Ad audientiam de decimis, cum alijs de quibus Pinel. l. 1. part. 3, de bon. mater. num. 66. Barb. l. 1. D. soluto matrimin. part. 1. num. 1. & hanc aduertentiam dico menti cõmendandam, quia est singularis ad intentũ, nec ab vllo, ex his, quos mihi licuit videre animaduersam. Addo etiam textum istum esse notabilem pro opinione Baldi *consil. 99. coluna 2. lib. 4. Ias. consil. 114. lib. 2. Ruini cons. 57. lib 2. Cagnol. in l. Papinianus §. meminisse D. in officioso testamento. Curt. Rub. Paris. Crauet. & aliorum, pro quibus iudicatum dicit Ozascus decis. Pedamont. 147. in fine, refert Menoch. d. cons. 272. num.* 100. qui existimauerũt, quod licet Trebellianica amitteretur ob non cõfectum inuentarium, nihilominus non procedere in filijs primi gradus, qui ob non confectum inuentarium, non amittunt Trebellianicam, expendit *Decian. lib. 3. consilio vltim. num. 61.* licet ab istorum opinione discedant plures, *quos refert, & sequitur Menoch. d. consilio. 272. num.* 101. sed adhuc ex sic prędictis non solum filios primi gradus, sed omnes hæredes extraneos, persistimus resoluendum nõ perdere Trebellianicam, ob non cõfectum inuentarium.

Nec textus noster in *versic. Verum*, dum requirit, inuentarium factum à patruo, qui erat in possessione bonorum, aliud probat diuersum, quia textus in hac parte secunda loquitur proprie de Falcidia, non autẽ de Trebellianica, de qua fuerat locutus *in d. versiculo, dilectus*, cum enim patruus fuisset hæres institutus, à Raynaldo, vt infra dicemus, & ab eo esset medietas bonorum, quæ Raynaldum tangebant auunculis relicta, & in super esset grauatus, si contra voluntatem ipsius Raynaldi testatoris venisset, pœnæ nomine, portionem suam auunculis restituere, in quo casu commissa pœna reseruatur patruo Falcidia iure institutionis, & ad hanc solam expendit textus confectionem inuentarij, ibi (*cum inuentarium fecerit, & voluntati paruerit testatoris.*

Sed adhuc contra hunc germanum sensum nostri textus obstant duæ grauissimæ difficultates, ad quas nemo, quem viderim aduertit. 192. Prima est, quatenus textus iubet, vt patruo reseruetur quarta iure institutionis, cum non constet de ipsius institutione à Raynaldo facta, sed potius videtur fuisse solummodo legatarius, cui beneficiũ legis Falcidiæ non cõpetit, in quo litera textus videtur continere repugnantiam, quod autem patruus fuisset legitarius, videntur probare verba *textus, in versiculo, Porro*, vbi Raynaldus videtur instituisse auũculos in mediẽtate bonorum suorum, & patruis legare insimul, & eius filijs cætera bona, patet ibi, (*aliam vero medietatem, & reliqua bona paterna vni ex patruis suis, & eius filijs* 193.

191.

filijs legauit.) Secunda dubitatio est, quia textus in fine reseruat Falcidiam patruo, cum ipsa non possit habere locum in præsentibus terminis, cum medietas bonorum hæreditatis Raynaldi remanere videatur penes prædictum patruum, & sufficiat, vt integer quadrans ad Falcidiam excludendam remaneat penes hæredem, vt constat *ex principio. Inst. deleg. Falcidia l. 1. D. eodē.* Ad harum dificultatum compositionem, quæ literam nostri textus radicitus redunt inuolutam, à principio nobis est ipsius hypothesis exquirenda, ne amplius de illa dubitari contingat, aduertimus namque textum *in versiculo Porro*, cum dispositionem Raynaldi enarret, inuolute sub verbo (*legauit*) cōprehendere tam dispositionem principalem, 192. 193. ideſt institutionem hæredis, quā Raynaldus fecerat in persona patruorum suorum, quā etiā legatum auunculis relictum, quod clare demonstratur ex verbis sequentibus, *d. versicali, ibi* (*adijciens, quod bona, in quibus ex testamēto, vel ab intestato dicti hæredis R. possent succere, &c.*) vbi textus statim appellat patruos hæredes, supponens ipsos fuisse recte institutos, agnoscit *Crotus in Rubrica delegatis 1. num. 6. & ibi Ruynus, col. 5. sequitur Couarr. hic §. 1. num. 5.* & ante eos notauit *Bernard. in gloſſa legauit*, vbi asserit verbum, lego, in præsenti stare proprie, & improprie, proprie, quoad auunculos, qui fuere legatarij medietatis, vt patet ex verbis sequentibus ibi (*si venirent contra legatum dictis auunculis debitum*) improprie, quoad patruum, & eius filium, qui fuerūt hæredes instituti: Neq; aliquod est incōueniēs, quod litera textus prius nominet legatarios, quam hæredes, ex eo, quia iam sumus intra decisionē §. *Ante hæredis Inst. delegat*, secundum quā non attenditur ordo legandi, si cōstet de hæredis institutione, *vt prosequitur Costa in cap. si pater, gloſſa adijciens. num. 4. & num. 12. Caldas forensium quæst. 26. num. 1.* & ita hāc nostram resolutionē, quod patrui fuere hæredes instituti bene scribit *Ioannes Andreas hic, quem sequitur Antonius num. 21. & postea Alciatus in l. Centurio. D. de vulgari num. 73. sequitur Niger. in Rubrica delegatis primo num. 61. resoluit Caldas ad legē si curatorem, verbo sine curatore, n. 26. Benedictus Ægidius ad l. 1. C. sacrosanctis Ecclesijs. 5. part. in principio, nu. 14.* & sic iam tollitur vtrumque dubium supra factum, sed melius ex sequentibus eliditur.

Dubium tamen quam maximū est inter scribentes, vtrum patrui censerētur hæredes instituti à Raynaldo, per verbum, lego, in nostro 194. textu appositū, ibi (*patruis legauit*) ex eo quod alius hæres in testamēto Raynaldi, nō fuit expresse scriptus, ita vt regula sit proponenda, quod verbum, lego, adiunctū vniuersitati bonorum inducat hæredis institutionem, & hanc regulā

affirmatiuam ſcribunt communiter Doctores *ad l. Cẽturio de vulgar. Baldus in l. fin. C. familiæ erciſcund. num.* 11. *Cardinalis hic in §. Porro nonabili* 3. *Alciat. in l. Verbis legis* 120. *D. de verborum ſignif. num.* 2. *communis per Guilhelmum in cap. Raynucius, ſupra proximo, verbo, reliquit. num.* 3. *Politus de compendioſa num.* 27. *Ludouicus Aluares Nogueira Luſitanus in Rubrica de legatis primo, num.* 76. *Couar. hic §.* 1. *numer.* 5. *poſt Abbatem hic notabili* 3. *num.* 5. *receptum teſtatur nouiſsime Mangilius quæſtion.* 126. *nu.* 14. *fatetur communem Hieronym. Torniel. in Rubrica eadem à num.* 5. *Ioannes Cæphalus in repetitione dict. l. Centurio numer.* 720. *& ſequentibus. Caldas d. num.* 16. qui omnes adducunt textum noſtrum in ſupra relato verbo, pro ſolido fundamento ſuæ reſolutionis. Secundo expendunt textum *in l. Filium* 5. §. *Sed ſi portio. D. de legatis præſtandis, ibi (in portione hæreditatis idem quod in legato probandum)* vbi fit æquiparatio legati, & hæreditatis; Deinde quia verbum lego habet ampliſsimam ſignificationẽ, ita vt omni vltimæ voluntati adaptetur, *iuxta d. l. Verbis legis, & ibi Alciatus numer.* 1. *& in leg. Centurio num.* 72. *D. de vulgari.* Tercio facit *leg. Quoniam indignum C. de teſtamentis*, ex qua aperte colligitur, ex quibuſcunque verbis induci hæredis inſtitutionem, late cũ pluribus, *Caſtillo tom.* 4. *cap.* 27. *n.* 3. & 4. ergo à fortiori per verbum, lego, inducitur, quod commune eſt, *iuxta doctrinam Bartoli, in l. Centurio de vulgari*, prout de verbo, relinquo, *Menoch lib.* 4. *præſumpt.* 97. *n.* 6. & cum hac ſententia, ſaltem in caſu, quo teſtamentum alias eſt nullum, poſt *Couar. vbi ſupra*, per tranſit antiquus Doctor *Morgouiejo in priuatis ſcholijs ad hunc textũ ſuper gloſſa legauit.* Vltimo *doctrina gloſ. in l. His verbis D. de hæredibus inſtituend. communiter ſequuta vt per Gomes tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 12 *Bartol. Bald. Immola per Thuſcum litera. B. concluſ.* 111. *num.* 26. *Barb. in manuſcriptis l.* 1. §. *Si ex fundo D. de hæredibus inſtit. Pinel in Rubrica de bonis maternis.* 1. *part. nu.* 15. *Guilh. in cap. Raynucius verbo reliquit num.* 1 ſecundum quod verbum relinquo adiunctum vniuerſitati bonorum inducit hæredis inſtitutionem.

Oppoſita tamen ſententia, imo quod verbum lego, quantuncunq; vniuerſitati bonorũ adijciatur, non inducat hæredis inſtitutionẽ, ſed tantum legatum, receptior, & communior, eſt quam defendit *Bartol. in d. l. Centurio num.* 19. *& omnes cũ Bartolo in diſtincte trãnſire ſcribit Iaſ. ad eandem leg. Centurio num.* 37. vbi valde miratur de Alexandro, *qui in l.* 1. *D. delegatis primo, Baldo adhæret*, addo *Menchac de ſucceſſ. creat.* §. 3. *num.* 14. *Galeaulam in d. l. Centurio, num.* 320. *Spino de teſtamentis gloſſ. principi.* 17. *num.* 39. *Menoch conſ.* 86. *nu.* 77. *Craſſus* §. *Inſtitutio quæſt.* 15. *Vaconius declar.* 55. *n.* 1. *Cald. d. verbo, ſine curatore num.* 16. *& iterum ad* §.

195

196.

Sed hæc

Sed hæc instit. de in officioso testamento nu. 47. Denique Benedictus Ægidius d. 5. part. l. 1. num. 14. Torniellus vbi supra d. num. 10. & sequentibus, qui omnes nituntur in l. Mulier. 22. §. fin. D. ad Trebellianum, & in d. l. Verbis legis versiculo, sed id, vbi Alciat. num. 2. D. de verborum signif. Deinde, quia verbum, lego, est verbum obliquū, quod ad directam hæredis institutionem trahi nō potest, *per textum in l. Cohæredi §. fin. D. de vulgari*, & factum hæredis requirit §. 1. *Instit. delegat. l. Legatū. 37. delegat. 2.* vt cōprobat *Menoch. cons. 483. n. 6. lib. 5. & iterum lib. 4. præsumpt. 20. nu. 4. & optime Zazius in d. l. Centurio nu. 47.* Conferunt, quæ *Costa cap. si pater glossa pupillares, n. 17.* ergo verbum lego, iunctum vniuersitati bonorū institutionem hæredis nō concludit necessario, sed tātum legatum; & huic sentētiæ libenter assentior, quam postea reperi scriptam *apud Ioannem Caphalum in repetitione d. l. Centurio D. de vulgari, à num. 758. videndus à num. 720.* prout etiam circa verbum, relinquo, cum multis scribit *Reynoso observatione 20.*

Nec textus in nostro *cap. Raynaldus* probat intentum contrariæ
196. sententiæ, quia omissis duobus intelligendi modis, quos tangit *Ias. d. num. 37. nempe Aretini in d. l. Centurio*, qui idem censet, quod *glossa instituat, in cap. si pater, de testamentis in 6. & Immola hic*, dum supponit textum solum narrare substantiam testamenti; non autē verba formalia, quibus fierat conscriptū, quod idem scripsere *Crottus, & Ruynus in Rubrica delegatis primo, vt per Cald. d. verbo sine curatore. num. 16. in principio, Caphal. d. l. Centurio. num. 737.* Melius ergo dicendum est, verisimum sensum nostri textus in supradicto verbo, pendere, ex mente Raynaldi testatoris, quam manifeste apparet fuisse, patruum per supradictum verbum hæredem facere, ex eō, quia statim dictum patruum hæredem nominauit, quasi declarando, quod impropriè antea immediate ictipserat, argumento *l. Qui filiabus. 17. D. delegatis primo. l. Si seruus plurium, §. fin. eodem titulo*, quem intellectum tangit *Immolabit, sequitur Iason. d. num. 37. Butr. & Alciat. supra citatis locis*, a quibus mutuauit *Caldas d. num. 16. & d. nu. 47.* cum *Ascanio de patria potestate effectu. 16. numer. 5. optime prosequitur Torniellus d. Rubrica, n. 15.* ex illoq; sic interpretato magis comprobatur opinio *Bartol. num. 3. per textum ibi in l. Quærebatur D. milit. testamēto*, dum scribit, quod licet regulare sit verbum obliquum non posse trahi 197.
ad directam institutionem, vel substitutionē, *per l. Si testamento C. impuber, & alys substitutionibus*, tamen, si constiterit voluntatem defuncti fuisse contrariā, tunc verbum obliquum trahetur ad directam institutionem, *Bart. refert, & sequitur Costa c. si pater, glossa pupillares n. 16.* quod verius reditur ex vulgari regula *leg. Cum quæstio. C. delegatis cū similibus.*

Non

Non vrget etiam *dict.* §. *Sed etsi portio*, quia edictũ prætoris, de quo *inl.* 1. *D. illo titulo delegatis præstadis*, dum reciso iudicio paterno, per bonorum possessionem, de quo infra latius dicemus, conseruat secũdum testatoris voluntatem, legata coniunctis relicta, extenditur ex identitate rationis etiam ad portiones per institutionem ipsis coniunctis relictas, non ex eo, quod verbum, lego, referatur ad hæredũ institutiones, sed tãtum ex eo, quia ratio, quæ mouit prætorem ad legata, & fideicommissa conseruanda, ipsum etiam cogere debebat ad
198. institutiones conseruandas, & tamen dubitatum erat ex supradicta ratione, quia portio hæreditatis maxime differt a legato, donec à Diuo Pio fuit cõstitutum idem in hæredis institutione esse probandum, quod in legatis obseruatur, ex ratione, quam idem textus assignat, videlicet, quia legata ideo coniunctis conseruantur, quia in eis aliquid honoris continetur *l.* 3. *D. delegatis præstandis*, *versiculo hoc legatum ibi*, (*cui habitus honos sit*) *l. Diuus.* 15. §. 1. *D. ad legem Corneliã de Falsis* ibi (*legato honoratur*) *textus optimus inl. Sed etsi.* 52. §. 2. *D. de iudicijs*, (*ibi*, *qui honorem habitum voluit his*, *quibus reliquit*) facit locus *Ciceronis pro Cæcinna*, (*usumfructum omniũ bonorum suorum Coponiæ legauit*, *magnus honos iucundus mulieri*) & *Valer. lib.* 7. *cap.* 7. *in principio*, ait, *considerauimus testamenta*, *quæ honorem hæreditatis transferunt*, quæ ratio maior, & fortior in portione hæreditatis relicta versatur, *vt idem* §. *Sed etsi portio*, declarat, ibi (*in portione quoque hæreditatis idem*, *quod in legato probãdum*) iuncto ibi (*cum hæreditates non modo honesto titulo*, *sed & pleniori honore tribuantur*) confirmat etiã locus Ciceronis pro Quintio, ibi (*hæredẽ reliquit hũc Quintium*, *vt ad quẽ summus maror morte veniebat*, *ad eundem quoque summus honos*, *perueniret*) *sensit bene demore suo Cuiacius in recitationibus ad titulum delegatis præstandis*, *superdicto* §. *Sed etsi portio*, qui honos æqualiter, imo altiori gradu in institutione reperitur, ideo etiã prætor ex Diui Pij rescripto, illas conseruauit, & ideo *Torniellus supra n.* 16. ait institutiones fuisse conseruatas ex illo edicto, non in vim institutionum, sed in vim relicti, quia de iure prætorio nõ possunt adire, quam rationem forte non agnouit *Caldas d. verbo*, *sine curatore*, *nu.* 17. cum adhunc textum responderet, & ideo illam omissam fecit.

Nec denique aliud probat pro- 199.
prietas verbi, lego, de qua, *in dict. l. Verbis legis*, nam omissa responsione illorum, qui volunt illam proprietatem, postea per leges Iurisconsultorum fuisse coangustatam, vt videntur sonare verba ipsius, *in versiculo*, *sed*, *ibi* (*interpretatione coangustatum est*, *vel legum authoritate*, *vel iura constituentium*) quam sequuntur grauissimi auctores, vt *Robert. 2. sentent. cap.* 28. *post principium*, & *Balduinus*

Balduinus in Rubrica Instit. delegat; cum alijs quos refert, & refutat Caldas d. verbo sine curatore, num. 13. quia illa coangustatio, & restrictio, de qua *ind. versiculo sed*, non est referēda ad proprietatē verbi, lego, sed ad certum modum legandi, assignatum per diuersas leges *de quibus in principio Instit. ad legem Falcidiam, vt post Alciatum ibidem. num.* 5. *prosequitur Cuiacius in recitationibus ad illum textum vbi etiam aduertit Gothofredus littera. B.* Ideo melius satisfacit *Caldas d. num.* 13. *in fine, cum Ripa in d. l. Centurio nu.* 98. quod licet verbum, lego, attento antiquissimo tempore legum duodecim Tabularum latissimam haberet significationem, quæ per sequentes leges restricta non fuit, tamen ex communi Iurisconsultorum vsu, nimis fuit coangustata, ita vt legatorum naturā, & proprietatem nō euadat, vt ex diuersitate titulorum conuincitur, iuncta, *l. Si idem Cod. de Codicillis*, & quæ circa illam *Parisius in cap. Quoniam contra de probat. nu.* 24. *Surdus consil.* 127. *num.* 32. *Moneta de commutat. vltim. vol. cap.* 12. *nu.* 12. *Robles de repræsentatione lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 1. *& num.* 15. & ita colligitur ex mente omnium, quos supra citauimus pro hac nostra sententia maxime *Tornelli num.* 14.

Nec aliquid facit *l. Quoniam indignum C. de testamētis*, quia ad summum concludit, quod iam hodie non obseruantur verba illa directa & formalia, per quæ antiquitus in ducebatur heredis institutio. imo si constiterit de voluntate testatoris, se velle aliquem hæredem scribere, etiam sufficit, quod per verbum, lego, illum instituat, vt prosequūtur Doctores ibi *Castillo d. cap.* 27. *num.* 5. vbi plures refert.

Redeamus ad secundā difficultatem, quæ nos excitat ad casum & decisionem nostri textus perscrutandam, tam circa Cardinalis delegati sententiam, quam circa diuisionem bonorum Raynaldi: & vt circa responsio præstari queat, præmittimus aliqua prælibanda circa determinationem arbitrij celebrati inter Raynaldū, & patruos, quibus ipse erat grauatus hæreditatem Peponis restituere, si sine liberis decessisset; & videbatur, quod Raynaldus non poterat non obseruare arbitramentum ab arbitris prolatum circa alienationem rerū suarum argumento *l. Diem proferre, §. Stari D. de receptis arbitris ornatæ per Robertum lib.* 3. *rerum iudic. cap.* 8. *Marques decis.* 151. *num.* 1. *Gail observatione* 149. *à nu.* 1. *Faber in Cod. lib.* 2. *tit.* 35. *definit.* 6. *Camillus Borrellus in summ. titul.* 63. *numer.* 253. maxime cum sit factum inter hæredem & fideicommissarium, nec vlli alteri præiudicet, ac ideo obseruandum argumento *l.* 1. *Cod. de Pactis, iunctis quæ Peregrin. artic.* 28. *n.* 7. *& artic.* 52. *num.* 14. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 169. *à num* 7. *Moneta de commutatione cap.* 9. *num.* 504. *Fab. decis.* 26. *error.* 6. *Donel. ibi, nume.* 7. 200.

Robles

Robles lib.2. cap. 16. *num.*75. cuius contrarium decidit Gregorius nonus in præsenti *in versiculo dilectus*, post medium ibi (*non obstante præmisso arbitrio,&c.*) vbi Pontifex docet nõ obstante prohibitione alienationis per arbitros decreta, adhuc potuisse Raynaldum legare,&
201. alienare res suas, *notat glossa verbo, Neutra hic, Innocentius numer.* 15. *Abbas num.* 9. *Couar. hic in principio numer.* 6. ad quam doctrinam conducit communis resolutio omniũ scribẽtium *ad l. Filius familias.* 117. §. *Dini D. de legatis primo*, vbi *Bartol. num.*14. *communiter receptus, vt per Ripam. ibi. nu.*94. *Iason.* 1. *lectura, nu.* 94. *& 2. lectura, n.*127. *ex multis, quos refert, & sequitur Molina de primogenijs lib.*1. *cap.* 12. *num.*31. *Peregrinus de fideicommissis artic.* 51. *à num.* 69. *cum sequentibus, maxime num.*72. *vbi meminit de nostro textu. Molin. iterum lib.*4. *cap.*9. *num.* 18. *latissime Caldas forensium quæst.* 9.23. *à principio, maxime num.*93. *& num.*113. *Gomes leg.* 40. *Taur. numer.*38. *&* 2. *tom. cap.* 2. *num.*20. *Gregorius l.*43. *tit.*5. *part.*5. *glossa no vale, Menchaca de succes. creat.* §.10. *num.* 82. *Cuiacius ad leg. Qui Romæ* §. *Cohæredes D. de verborũ, Faber decade* 7. *errore.*3. *& decade* 22. *error.*10. *Mantica de contractibus lib.* 4. *titul.*32. *à num.*78. qui omnes resoluunt, quamcunque prohibitionem de non alienãdo aliquam rem per contractum inter partes celebratum, appositam, non posse im-
202. pedire translationem dominij (de prohibitione enim per vltimam voluntatem infra verba facienus) si postea contrahens, mutata voluntate, rem illam alienauerit, *agnoscit insignis Barbos. in l. Diuortio* 2. *part. num.*10. *D. soluto matrimon. per textum optimum in l. Si ita quis* 134. §. *Ea lege. D. de verborum obligationibus. l. Ea lege C. condictione ob causam*, quibus iuribus probatur, quod si inter contrahentes, pactum de non alienãdo rem fuerit appositum, & ex postfacto dominus rei, illã alienet, poterit agi ad interesse, vel ad persecutionem pœnæ, dominium tamen transibit in tertium possessorem, in quem facta erit alienatio, quod supponit textus noster *in versiculo supra allegato*, ibi (*non obstãte præmisso arbitrio, quod ne legatũ teneret, non poterat impedire*) quibus verbis summus Pontifex insinuat arbitramentum inter Raynaldum, & patruos pronunciatum, efficere non potuisse, vt res, quæ apud Raynaldum permanebant, fierent inalienabiles, suppsito quod penes ipsum manebant, ita post omnes multis relatis concludit *Mantica de contractibus lib.*4. *tit.*30. *à principio, optime Donelus in l. vltima Cod. de reb. alien. num.* 4. *&* 5. Ratio prædictæ resolutionis est, quia ex promissione de non alienando, sicut de quouis alio contractu personali, nihil
204. aliud nascitur, quã obligatio per- 203
sonalis, ad complendam fidẽ promissam, §. *Omnium Instit. de actionibus*, quæ pactio, rem, super qua fit, non

fit, nõ afficit, nec in illa, ius aliquod reale constituit, imo eius dominiũ liberum permanet, sicut antea penes dominum, Ideoq; si dominus mutata voluntate, titulo habili rẽ alienet, licet iniq; faciat infringendo pactum, quod emisit, & fidem, datam frangendo *leg. 1. D. de Pactis iuncta l. 1. D. de constituta pec. & vtrob. Doctores* attamen dominium transfert, cum detur domini voluntas insimul cum traditione rei iuxta *text. in §. Per traditionem Inst. de rer. diuis. l. Traditionibus C. de Pact. Mẽchac. illustr. quæst. 69. à n. 9. Couar. 2. var. cap. 19. n. 1. Cald. verbo, læsis, n. 109. & verbo, sua facilitate à nu. 55. Faber dec. ad. 75. error. 5. Molina disputat. 338. Ægidius leg. Exhoc iure tom. 2. cap. 12. difer. 5. num. 2. Donel. commentar. lib. 4. cap. 17.* & hoc etiam colligitur *ex regula l. Quoties Cod. Reiuendicatione l. vlt. §. vltim. D. de contrahenda empt. l. Si sterilis. 22. §. Si tibi fundum D. de Actionibus empt*, vltra supra relatos, agnoscũt *Alciatus in d. l. Filius familias. 117. §. Diui, num. 35. Gutier. ad l. Nemo potest D. de legatis primo, num. 27. Gom. 2. tom. cap. 2. num. 20. versicul. 5. Faber decade 87. errore. 5. & sequentibus. Donel. d. l. Si ita quis, §. Ea lege nu. 5. de verbor.* Nec arbitramẽtũ aliud potuit operari, quia cũ omnis potestas
204. arbitrorũ de pendeat à volũtate partiũ, quæ illos elegerunt *per textũ in l. Nõ distinguemus 37. §. Nunc de officio D. de receptis arbitris l. 1. C. eodem tit. decisio Pedamontana 39. n. 5. Menoch. consil. 381. à principio, & nu. 11. & 16. Alciatus de præsumpt. regula 3. præsumpt. 12. num. 5. plures refert; & sequitur Borrellus in summa titul. 63. num. 9. & nu. 236.* nullamque aliã in partes possunt exercere iurisdictionem, quam ipsæ illis tribuere non valent, per *legem priuatorum C. de iurisdict. omnium iudicum. Menoch. quæst. 2. num. 2. Marques decis. 426. num. 2. & 610. nu. 1. Borrellus titul. 41. num. 74.* sequitur, quod eodem modo prout partes possunt rem alienare valide, nõ obstãte promissione de non alienando, *dict. §. Ea lege. dict. l. & à lege, cum communi supracita*, ita etiam similiter non obstãte arbitramento, possunt valide alienare iuxta modo dicta: & ideo Pontifex ait non posse arbitrium impediri, quominus legatum Raynaldi auunculis relictum valeret, *& ita Innocentius hic, quem refert, & sequitur Bart. nu. 15. in dict. §. Diui, Caldas dict. quæst. 33. num. 93.*

Et adeo vera est supra posita resolutio, vt licet partes iurassent pactũ de non alienando, adhuc valeret alienatio in cõtrariũ facta quia iuramentũ nihil addit obligationi principali, sed tantum illũ confirmat, *iuxta textũ in l. vlt. C. non numerata pecunia c. Quẽadmodũ de iureiur. cum multis*, quæ cumulat *post Couar. cap. Quanuis 2. part. §. 2. num. 8. Pichard. de Mora num. 76. Surdus decisione 289. numer. 11. Decianus lib. 1. consil. 54. num. 25. Borrellus in summ. tit. 60. num. 303. Faber in Cod. lib. 4.* 205.

titul. 14. definit. 4. num. 6. Sanches de matrimon. lib. 6. disputat. 11. num. 3. Barbosa part. 6. l. 1. D. soluto matrimonio, nu. 46. Gabriel. com. de iureiur. conclusion. 10. agnoscunt hanc nostram ampliationem *Ioãnes de Immola in cap. Cum contingat de iureiurando, Abb. in cap. Dilecto de præbendis, Iason. in leg. 3. §. Morte. 3. lectura. D. de noui operis nunciat. Menoch. cons. 63. numer. 20. Mantica de contractibus lib. 4. titul. 30. numer. 19. plures refert, & sequitur Caldas dict. quæst. 23. numer. 6.* vbi bene resoluit, quod licet pars iurans incurrat periurium ob non seruatum iuramentum, nihilominus valebit alienatio in contrarium facta, quod idem asserit *Peregrinus artic. 51. numer. 74. late Ioannes Baptista Asinius de exceptionibus, §. 9. cap. 225. à principio* quia cum vera potestas alienandi sit penes promittentem, eandem post iuramentum remanere dici debet, quia iuramẽtum illam non abstulit; & ideo insignis *Pater Suarius tom. 2. de Religione tract. de iuramento lib. 2. cap. 19. numer. 7. & doctissimus Thomas Sanches lib. 3. in secundum præceptum decalogi cap. 12. numer. 31. & sequenti,* resoluunt neminem à se posse abdicare potestatem faciendi actum, quem sine iuramenti promissione facere potest: Nec contrarium euincit *cap. dilecto versiculo nisi forte de præbendis*, vbi videtur probari, quod iuramentum facit actum alias irritabilem, ita validum, vt non possint partes prætextu iuramenti cõtra illum venire, quemadmodum si daretur statutum confirmatum authoritate superioris cum decreto irritanti, quia respondent, *Inocentius. Hostien. Immol. Anton. Speculator, Archidiaconus, Francus, Dominicus, Oldradus, & alij antiquiores, de quibus Gabriel. com. titul. de iureiurando conclusione 1. numer. 13. Thuscus tom. 4. verbo, iuramentum conclusione 512. numer. 6. & alij, quos refert Sanches dict. cap. 12. num. 33.* textum illum solum procedere in actibus spiritualibus, nec posse trahi ad profanos; sed merito reprobatur hæc responsio, nec aliqua differentia considerari potest inter actus temporales, & spirituales, vt conuincitur ex notissimo *capite ex literis de Sponsalibus*, vbi actus spiritualis, qualis est Matrimonium valet contra iuramentum antea præstitum, vt elegan.er sequitur *Sanches dict. cap. 12. numer. 35.* Nec etiam quadrat alia distinctio *Alciati in cap. Cum contingat de iureiurand. numer. 269. & Couarruuias cap. Quanuis 2. part. §. 2. numer. 11. & Decij in cap. Cum accessissent de constitut. num. 3.* dum distinguunt inter casum, quo quis abdicauit à se per iuramentum potestatem contraueniendi, & casum quo illam non abdicauit, ita vt primo casu procedat *dict. cap. dilecto versiculo, nisi forte*, quasi canonici se priuassent potestate contradicendi statuto a se condito, & iurato,

& iurato, in secundo vero casu procedat nostra resolutio suprafacta, sed supponit falsum prædicta distinctio, quia nemo sibi legem imponere potest, à qua non possit recedere *l. penultim. D. de receptis arbitr. leg. Si quis in principio, D. de legatis 3. vltra Petrak. in dict. l. Si quis in principio Petrus Gregor. in syntagm. lib. 47. cap. 39. numer. 131. Camil. Borrellus in summ. titul. 63. num. 191.* vbi plures, & clare demonstrat *dict. cap. Sicut ex literis.* Quare omissa alia via, quam tentat *Sanches dict. cap. 12. numer. 35.* nobis placet dicere quod *textus in d. versiculo nisi forte*, non decidit canonici receptionem de qua ibi fuisse nullam ex eo, quia fuerat facta contra statutum iuratum, certum est enim ipsos Canonicos statuentes posse derogare statuto, quantumcumque iurato, vt eleganter resoluit *Bartol. in leg. Omnes populi D. de iustitia, & iure numer. 33. & 34. sequitur dicens communem Orosius nu. 107. super eadem lege*, & ibi *etiam Bolognetus, numer. 123. & sequenti post Folinum numer. 11. in cap. Cum accessissent de constitut. Gom. l. 3. Tauri numer. 96. Auiles de capitibus prætor. cap. 17. glossa 2. numer. 21. Doctores communiter in dict. cap. Cum accessissent, & in cap. Cum omnes eodem titu. optime Roccius 1. tom. decis. 157.* sed potius non valuit receptio, quia Canonici capitulares per illã receptionem duorum simul ad vnã præbendam non intenderunt statutum iuratum reuocare, seu contra illud agere; cum in receptione nullam mentionem fecissent de tali statuto: vnde concluditur receptionem fuisse nullam ex defectu intentionis, & voluntatis Canonicorum recipientium, non autem ex defectu potestatis; hæc enim eadem penes illos erat, & quod solum ex defectu voluntatis corruat receptio clare insinuant verba *dict. versiculi nisi ibi (cum in Tricent. Ecclesia certus sit numerus præbendarum, quem capitulum, aut legatus augmentare minime intendebat) & hunc intellectum ad dictum versiculum nisi forte post omnes sentit Cuiatius in recitationibus ad Decretales super dicto cap. dilecto ante finem, his verbis (item quia in Ecclesia Tricent. erat certus numerus præbendarum à Canonicis iureiurando confirmatus, nec vnquam eorum numerum excederent, & admisso, l. Titio numquam fuit capitulo animus, vt is numerus augeretur)* vbi clarissime supponit, propter animi defectum fuisse receptionem nullam, & hæc est basis, & fundamentum illius decisionis, & per consequens non impugnat nostram illationem suprapositam, quam prosequendo dicimus adeo verum esse valere alienationem contra pactum de non alienando, vt etiam si apponatur clausula nullitatis, tamen rata erit alienatio in contrarium facta. Ratio est, quia licet lex possit alienationem prohibere 207.

prohibere, illam irritando, vel personas inhabilitando ad alienationem gerendam, argumento *leg. Non dubium Cod. de legibus*, nihilominus partes ipsæ sibi legem imponere simílem non valent in cō-tractibus, *leg. penultim. de Pactis*; *Mantica dict. titul.* 30. *numer.* 2. *Donel. in l. penultim. C. de pact. num.* 3. *Bellonus antonomiarum contrario* 15. *Gutier. de Iuramento*, 1. *part. cap.* 45. *Barbos. l. Filio*, §. *final. D. soluto matrimonio, num.* 33. *Gald. forensium quæst.* 23. *num.* 19. *Faber decad.* 87. *error.* 1. Nec contrarium innuit *l. vltima Cod. rebus alienis non alien.* vbi textus æquiparat prohibitionem legis, & testatoris, & contrahentium inter viuos, ad effectum, vt æqualiter per omnes prohibeatur quæcumque alienatio, constat enim per alienationem à lege, vel à testatore prohibitam inhabilitari partes ad transferendum dominium: igitur. Similiter per clausulam nullitatis in contractibus appositam debet impediri dominij
208. translatio, quia respondent bene sentientes *ad* §. *Diui*, *leg. Filiusfamilias*, 117. *D. de leg.* 1. *quos sequitur de more Caldas in dict. quæstion.* 23. *num.* 3. quod Imperator *in dict. leg. vltima* non dixit æqualiter impediri dominij trāslationem per prohibitionem de non alienando à contrahentibus impositam, ac per prohibitionem legis, sed solum sub tali prohibitione, quocumque modo expressa contineri omnes alienationis species, quæ autem prohibitio impediat dominij trāslationem ex alijs principijs perquirenda est, quod latius prosequitur *Donelus in dict. leg. vltima num.* 4. & 5.

Similiter etiam dicendum est alienationem valere, licet inter contrahentes fuerit conuentum de re non alienanda, nisi certæ personæ, prout res donetur, vel vendatur sub tali pacto, & conditione ne alienetur, nisi Petro, vel vendatur cum pacto de retro vendendo ipsi venditori, adhuc enim valebit alienatio in aliam personam diuersam facta, *vt probatur in leg. Si* 209.
sterilis. 22. §. *Si tibi, versiculo sed etsi D. de Actionibus empti, leg. Qui Romæ* §. *Cohæredes. D. de verborum oblig. & ex leg.* 2. *Cod. de Pactis inter emptorem*, vbi solum datur actio personalis venditori ad persequendum contractus implementum, supponens dominium permanens apud emptorem *dict.* §. *Ea lege. dict. leg. Si ea lege*, quibus solum datur actio ad interesse, sed dominium
210. rei non impeditur quominus ad tertium transire possit, *Ripa in dict. leg. Filiusfamilias.* §. *Diui numer.* 85. *communis per plures, quos refert Tiraquel. de retract. lib.* 2. §. 1. *glossa* 7. *numer.* 12. *Couarru.* 3. *variarum cap.* 8. *numer.* 3. *versiculo, Verum. Gomes.* 2. *tom. cap.* 2. *num.* 29. *Caldas leg. Si curatorem, verbo sua facilitate numer.* 64. & *forensium quæst.* 23. *numer.* 94. *Faber de erroribus.*

Pragmatic. decad. 22. errore. 4. ad finem. Mantica dict. lib. 4. de contractibus titul. 32. à num. 78. Morla in emporio titul. 9. quæstion. 16. Peregrin. de fideicommiss. articul. 51. num. 60. in fine. Fachineus lib. 2. controuers. cap. 15. versiculo altera, Cenalhos commun. quæst. 399. Barbos. leg. Diuortio 2. part. D. soluto matrimonio, num. 10. in principio. repetentes in l. 2. C. de Pactis inter emptorem Pinelus in l. 2. Cod. de rescindenda part. 2. cap. 3. à num. 22. Gozadin. & Zoanet. ind. l. 2. Ita vt licet detur actio ex vendito, vel præscriptis verbis ad interesse, *iuxta notata ad l. 2. Cod. de Pactis inter emptorem*, Nihilominus, alienatio firma, & valida fiet, nec contra tertium possessorem aliqua actio in rem primo venditori competet, *vt optime resoluit Com. d. nu. 29. post Decium, & Alciatum in l. Traditionibus Cod. de Pactis, Gail lib. 2. observationum cap. 16. Faber d. decad. 22. errore. 9. & decade. 24. errore. 2.* Stat tamen in contrariū *textus alias difficilis in l. Si cum venderet. 13. D.* 210. *de Pignoratia actione* vbi Vlpianus sic ait, (*si cum venderet creditor pignus, conuenerit inter ipsum, & emptore, vt si solueret debitor pecuniam pretij emptori, liceret ei recipere rem suam, scripsit Iulianus ob hanc conuentionem pignoratitijs actionibus teneri creditorem, vt debitori mandet ex vēdito actionem aduersus emptorem, sed & ipse debitor, aut vendicare rem poterit, aut in factum actione aduersus emptorē agere*) ex quo textu contendit *Paulus Castrensis ibi num. 6.* quod pactum de re alicui restituenda, vel retrouendenda oblato pretio dominium transfert in venditorem ipso iure, *Pauli sententiam sequuntur plures, quos refert, & sequitur Couarr. dicens magis communem cum Rogerio lib. 3. variarum cap. 8. numer. 3. Tiraquel. dict. §. 1. glossa 7. Pinel. leg. 2. de rescindenda 2. part. cap. 3. num. 20. Menoch. consilio 63. numer. 14. alios citat Caldas dict. numer. 64. Fachin. lib. 2. cap. 15. versiculo tres sunt, Solis de cens. lib. 1. cap. 5. n. 10.* Sed fallunsur quia nec pactum de retrouendendo, nec de vendendo certæ personæ, impedit dominij translationem, si res contra pactum alienetur in aliam personam diuersam; vt optime contra *Paulum prosequitur Mantica dict. titul. 30. à principio, & titul. 32. à numer. 78. Faber decade 22. error. 9. & 10. licet in sensu dict. leg. Si cum venderet*, audaciter iratscatur contra Tribunianum, quod corruperit Vlpiani responsum: Sed retenta litera ordinaria *dict. leg. Si cum venderet*, omissis varijs intellectibus, de quibus *Alciatus in leg. Traditionibus Cod. de Pactis numer. 69. Caldas vbi proxime num. 65.* Omissa etiam distinctione *Fachinei controuersiarum lib. 2. cap. 15. Morlæ in Emporio, titul. 9. quæst. 14. numer. 11.* dicendum est (*cum eodem Cald. num. 66.* quod licet inter venditorē, & emptorem pignoris (de quo in textu) non esset conuentū de re restituen-

da domino, nihilominus ipſe poterat rem ſuam pignoratam à quocumque poſſeſſore vendicare,cum creditor illam vendere non poſſet in terminis illius textus,niſi tātum quoad ius pignoris,quod habebat, non autem quoad dominium;idq; ex defectu conuentionis, *de qua in leg.4.D. illo titul.* Ideoque creditor dominium non trāſtulit in emptorem,quia ſemper remanſit penes dominum,id eſt debitorem,& hūc intellectū *præſtitit Cagnolus in d.l. 2.Cod.de Pactis inter emptorem, n.82. quem refert cumulys, licet nō ſequatur Couar.d.cap.8.num.3. verſiculo, verū;* Nec per pactum de retro cenſetur
211. conſtitutum aliquod ius reale, ſeu hipotheca in re vendita, *vt male opinatur Tiraquelus 2.retract.§.3. gloſ. 1.nnm.9 quia textus in l.3.§.fin.D. qui potiores in pignore, quem ipſe citat,* nihil ad rem facit, quia in illo textu præceſſerat obligatio deobligandi rem pignoratam, & pro ſecuritate conſtitutum fuit pignus de nouo; *proſequitur Cuiacius lib.11. reſponſorum Papiniani ſuper illo §.* Vnde concludendum eſt,quod per pactum de retro ſimpliciter appoſitum,nullum. ius parti conſtituitur,quod tamen cōſtituetur ſi pro obſeruatione prædicti pacti res vēdita ſit ſpecialiter hypothecata,
212. prout in ſpecie *d. §. fin.* Nec etiam contra ſupradictam reſolutionem *obſtabit textus in l. Si à te C. de Pactis inter emptorem,* dum agens de pacto de retro,ait oblato pretio,emptorē non poſſe amplius rem iure dominij poſsidere: qui textus difficilis eſt,& ei varie reſpondent Doctores: Nam omiſſo *Cagnolo in d. l. 2. num.* 83. reſpondent præceptores *textum in d.l. Si à te* per argumentū à contrario ſenſu ſolum probare, quod ſi venditor,qui vendidit rem cum pacto, de quo ibi, pretium deponat, efficit, vt emptor non poſsit amplius rem retinere iure dominij,ac ſi re vera pretium eſſet ſolutum,ſed textum nō dicere dominium rei ipſo iure reuerti ad vēditorem ſine traditione, quia hoc repugnat iuris principijs, cum ergo depoſito pretio titulus emptionis reſoluatur ex vi pacti,& conſequēter emptor rem habeat ſine titulo, poteſt cogi per actionē perſonalē ex vendito, vel præſcriptis verbis, rem venditori reſtituere,quam reſponſionem *ſequitur Barboſ.ad legem ſi mora num 71.D.ſoluto matrimonio,* contra quam interpretationem licet inſurgat *Faber decade 22. errore. 2.& dec. 25. error,2. aſſerendo in terminis d.l. Si à te* nō eſſe neceſſariam retrotraditionem, ſed ipſo iure reſolui venditionē ex poteſtate conuentionis, & dominium ad priorē venditorem ipſo iure reuerti, reſoluitur inquit venditio, ac ſi nunquam vlla fuiſſet,quod magis aſſimilatur pacto addictionis in diem, quam pacto de retro vendendo,a I quod facit *reſolutio.quam tenet Mātica lib.4.tit.32.à nu.44. Felicianus lib.1.de cenſibus cap.6.num.6. Gutier.* 213.
conſil.

consilio. 27. num. 2 Pinel. l. 1. part. 2. de bonis maternis, num. 20. Mongon decis. 80. numer. 2. cum pluribus, quos sequitur Marius Giurba decis. 93. nu. 1. Cenalh. quæst. 296. vbi ait sic in pluribus regnis practicari, scilicet per oblationem pretij in pacto de retro, dominium ipso iure re trãsferri in venditorem: sed merito in hoc puncto contrarium defendunt cõmuniter Doctores, firmiter tenentes, necessariam esse secundam venditionem, & retro traditionẽ dominij, vt iterum priori venditori acquiratur, *ut tenent relati per Mãticam d. tit. 32. nu. 45. Pancirola cons. 144. Osascus consil. 48. nu. 33. Trentacin. var. tit de empt. conclus. 10. num. 17. præceptores ad §. Diui, & Barbosa dict. l. Si mora num. 69. post Bart. l. 11. n. 10. D. donat. Iason. in l. ab. emptione 7. D. pact. nu. 8. Molad. tit. 9. quæst. 10. Menchac. 6. illustr. cap. 69. Cald. de emptione cap. 28. num. 22. Solis de censibus lib. 1. cap. 5. numer. 3. Ceudh. vbi supra,* quæ quidem doctrina resõsio bene admiti posset si ibi ageretur de pacto prædicto, sed agitur tantum de pacto de retro, ideo prima responsio præceptorum secutior est. Nec etiam obstabit *textus in l. Voluntate 10. §. final. D. quibus modis pignus, &c.* qui textus videtur probare ex pacto de retro verbis directis concepto, per quod ei tali resoluitur dominium ipso iure reuerti ad dominum antiquum alienãtis sine traditione, quia secus cum *Caldas d. verbo. satisfaciat num. 63.*

213. *Barbosa d. l. Si mora num. 71. Solis d. cap. 5. num. 10. & doctrina Præceptorum ind. §. Diui*, dicẽdo in eo textu solummodo probari, quod si creditor vendat pignus, & dominium illius transferat, *iuxta regulam l. Non est nouum D. de acquirendo rerum dominio*, & postea contingat venditionem resolui, dominiũ rei non reuertetur ad creditorem, qui illud transtulit, sed ad verum dominum rei, quæ reuersio non ipso iure sed per traditionem fiet. Quod probatur exemplo hominis reddibiti propter vitium, quo casu certum est reddihibitionem dominij non ipso iure, sed per restitutionẽ fieri, *iuxta l. Cum autem §. Iulianus ait D. de edilitio edicto, optime Cenalh. Morla Barbosa vbi proxime. Cuiac. 3. quæst. Pauli super d. §. vltimo.*

Ex quibus emendandus est *Molina de primogen. lib. 1. cap. 12. nu. 31.* dum asserit, quod licet verum sit prohibitionem de non alienando nõ impedire dominij translationẽ, tamen hanc resolutionem nõ posse applicari maioratibus hodiernis, ex eo, quia dominium ipsorũ possessoribus solum competit in vita, mortuo vero possessore, statim pertinet ad sequentem possessorẽ, cui defertur: Vnde facit illationẽ alienationem esse nullam vtra vitam alienatis, propter dominium quod habet collatum ei eius vitã *iuxta textum in l. Cum [illegible] de eo-* *Barrobus, [illegible]* per quem textum resoluit [illegible]

sitani nostri esse regulãdos maioratus institutos per contractũ, *vt testatur Costa de success. Regni 1. part. n. 6. Valasc. de iure Emphyteutico quæst. 50. num. 44. & consult. 194. fere per totam, optime Caldas forens. quæst. 1. nu. 17. cum Decio Suares, & alijs, quos citat Feb. decis. 83. Moneta de comutatione vltimarum volunt. cap. 9. nu. 380. Castillo tom. 3. controuers. cap. 19. à num. 259. & tom. 4. cap. 5. à num. 18.* & sic sentit *Molin. ex d. l. Quoties*, sequenti successori competere vtilem in rem actionem ad reuocãda male alienata per antecessorẽ, cui adhæret tenaciter *Benedictus Ægidius in leg. Ex hoc iure 2. tom. cap. 12. differentia 5. numer. 6. cum alijs, quos refert Peregrinus de fideicommissis artic. 51. num. 17.* Sed fallitur *Molina cum sequacibus*, quia actio, quæ *ex d. l. Quoties*, competit secundo donatario, non est actio realis, sed potius actio personalis, quæ datur in personam, nec rem afficit, *vt post Alciatum in l. Traditionibus ad finẽ, C. de Pactis, tradunt Gomes l. 40. Tauri num. 26. Contius lib. 1. disput. cap. 8. Caldas d. quæst. 1. num. 11. & n. 14. Communus, vt per Couar. var. lib. 1. cap. 14. num. 3. late Valasc. dict. consult. 194. à numer. 13. Menoch. cons. 185. num. 30. Barbos. leg. Diuortio. 2. part. n. 9.* & dicitur vtilis, quia ex æquitate Imperatoria magis, quam de rigore iuris prouenit, *per leg. Stipulatio ista §. Alteri D. de verbor. oblig.* vt post alios scribit *Duar. lib. 1 disp. cap. 11.* ac per consequens valebit alienatio à primo donatario facta, licet teneatur ad interesse secundo donatario, *d l. Ea lege*, & hoc per vtilem actionem: sustinebitur tamẽ opinio Molinæ ex alio capite; nempe quod generali Hispaniæ consuetudine receptũ est, res maioratus instituti etiam per contractũ effici inalienabiles, inillisquè constitui ius quoddam seu vinculum reale, ita vt à quocumq; possessore reuocari queant, *ita post Præceptores ad d. §. Diui, quos transcripsit Caldas d. quæst. 23. num. 8. in fine, Barb. insignis in d. l. Diuortio. 2. part, num. 11. D. soluto matrimon. vbi adducit leg. 7. titul. 2. part. 4.* quę transcribit decisionem *d. l. Quoties*, & adiecit in sequentem donatarium dominium transferri ipso iure, eique competere reiuendicationem aduersus quemcumque possessorem.

Constat ergo in omnibus casibus supra relatis prohibitionem de non alienando, non impedire dominij trãslationem si contra pactũ fiat tã alienatio, quã traditio. Hæc de iure comuni optime procedũt, sed de iure Regni, per prædictum pactum impeditur translatio dominij *Ord. lib. 4. titul. 2. §. 2.* in quo *Ordinatio* illa procedit, contra iuris communis dispositionem, vt infra latius. In duobus tamẽ casibus impedietur dominij translatio attento iure communi scilicet, per pactum legis commissoriæ, vel addictionis in diẽ, si verbis directis fiat, videlicet nisi pretium soluatur ad

215

216.

certam

certam diem res sit in empta, vel si alius meliorem conditionem attulerit ad certam diem, resoluatur venditio, vt notant Doctores *ad l. 1. & vltim. l. Si fundus 4. cum sequentibus, & per totum D. lege Comissoria; l. 1. l. Si ex duobus 6. §. 1. & per totum D. de in diem addictione, l. Commissoria vbi glossa C. de Pactis inter emptorē glossa celebris per Bartolum ibi nu. 10. in l. 1. D. de donationibus, l. Sub hac D. de Reiuendicatione, Communis ex Couar. lib. 3. variarum cap. 8. num. 1. cum glossa in l. traditionibus C. de Pactis, qui etiam allegat textum optimum in leg. Si hominem D. de Vsucapionibus, & in l. Si duobus §. 1. D. de diuersis, & temporalibus, Gom. 2. tom. cap. 2. num. 30. Cald. dict. verbo, sua facilitate num. 62. Mantica de Contractibus lib. 4. titul. 30. ā num. 31. Conan. Comentar. lib. 7. cap. 9. Barbos. ind. l. Si mora num. 67. Molina de iustitia disput. 377. Donel. in commētarys ad l. Traditionibus C. de Pactis num. 4. Fab. de error. decade 22. error. 2. & errore 10.* vbi optime notauit contra errorem communem illorum, qui dicunt, clausulas supradictas legis cōmissoriæ, & addictionis in diem, esse resolutiuas contractus, quasi vim illam habeant, vt transferant dominium ipso iure, in venditorē, cū veritas sit, per huiusmodi clausulas resolutiuas declaratum esse dominium nūquam emptori fuisse acquisitum ex con-
216. tractu resoluto, sed potius semper mansisse penes venditorem, prosequitur *Faber. decade 22. errore. 1. Ægid. l. Ex hoc iure 2. tom. cap. 12. dif. 5. num. 9.* Vnde bene agnoscūt omnes supra citati; specialiter esse cōstitutum in lege Commissoria, & in pacto addictionis in diem, vt emptor alienare non possit dominium in alium, quod bene conuincitur ex supraposita ratione: Vnde fit, quod resoluto contractu fructus medio tempore collecti pertinent ad vēditorē ratione dominij, quod tamen intelligendum est, quando venditio conditionaliter fuerit celebrata in terminis *l. 2. versic. sin autem D. de in diem addictione, Costa 1. select. cap. 23. in fine. l. Vbi autem 4. eodem titulo. Garcia de benef. part. 2. cap. 1. à nn. 164.* Si autem venditio fuerit pura, sed resoluenda sub cōditione, tunc fructus inedij temporis pertinebunt ademptorē. *d. l. 2. versic. vbi autem, l. Eum, qui. 7. versic. fundo eodem titul. Molin. de iust. disp. 377. Mantica lib. 4. de contractibus, titul. 28. à principio, & à numer. 11. Morla titul. 9. quæst. 14. numer. 4. Barbos. 3. part. Rubr. D. soluto matrimon. nu. 35. Surd. cons. 527. à n. 19.* & in hoc cāsu verum est dicere, quod lex introduxit retro translationem dominij ipso iure *Mantica d. num. 11.* Patitur tamen supra posita resolutio quam maximum scrupulum deductum ex regula *d. l. Traditionibus C. de pact.* vbi semper traditio est necessaria, vt dominiū acquiratur ex quocumque titulo, *iuxta l. Quoties Cod. rei vendicatione,*

Nec

Nec per conuentionem partium quantumcumq; directis verbis fiat, potest trāsferri dominium, de vna in aliam personam, sine prædicta traditione, & in eisdem terminis
217. probatur *ex l. penult. C. edelitijs actionibus*, vbi pactum inter contrahentes factum proponitur, quod si res vendita displiceat, sit inempta, & ait Imperator, resoluta venditione, competere venditori redhibitoriam actionem pro dominio rei consequendo, quæ actio personalis est, & necessario supponit dominium in emptore, quia scilicet, in venditorem non transfertur virtute prædicti pacti, facit communis resolutio Doctorum de quibus supra *numer.* 209. & 212. in fine quæ habet speciale esse in pactis legis cōmissoriæ, & addictionis in diē, vt dominium retrāsferant sine traditione in venditorem quod nos libenter admittimus, sed hoc idem quærimus cur prædicta pacta talē operentur effectum.

Propter quem scrupulum, quam plurimum torquentur Doctores in inuestiganda ratione specialitatis, quare prædicta pacta dominium sine traditione trāsferant; Et primo
218. loco *communis ex Bart. in l. 1. D. donat. nu. 10. & alys antiquioribus quos sequitur Iason. in l. Ab emptione D. de pact. num. 7. Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 1. glos. 7. num. 8.* existimat rationem specialitatis positam esse in eo, quod cum prędicta pacta essent frequentissima, ratio boni publici postulabat, vt per leges admitteretur predicta dominij translatio, quod confirmat *Tiraquel. ex text. quem optimum appellat, & à nemine ad propositum expensum in l. Iusto 44. D. vsucapionibus*, ibi (*propter assiduam, & quotidianam comparationē seruorū*) vbi propter frequentiam comparationum seruorum, cōstitutum est, vt seruus bona fide comparatus, & possessus acquirat domino putatiuo; sed hæc ratio communis, & *Tiraquelli*, non exhaurit difficultatem, quia licet verum sit frequentiam comparationum seruorum, in terminis *d. l. Iusto* operasse, vt ita cō
219 stitueretur per legem, seu vsu reciperetur, vt bene interpretatur *Cuiac. ibidem ad quæst. Papin.* tamen, si non daretur legis constitutio, minime frequentia comparationum, prædictum effectum operaretur, quæ legis constitutio non apparet in prædictis pactis, maxime quia de iure Codicis nulla est, de iure etiam Digestorū, videtur non posse dari, nam Iurecōsulti leges speciales vel rescripta contra iuris rigorē promulgare nequibant, §. *Responsa prudentum Instit. de iure naturali, l. Prospexit D. qui & à quibus*, ibi (*ita lex scripta est,*) Iunctis quæ circa illa verba tradunt Doctores. *Menoch. de arbitr. casu. 82. à num. 14. Suares de legibus lib. 6. cap. 5. Mendoça de Pact. lib. 1. cap. 3. num. 16. Morla de legibus quæst. 11. nu. 26. Fachin. lib. 1. controuers. cap. 3. Donel. de iure Ciuili lib. 26. cap. 2. Barbosa leg. 1. D. soluto*

soluto matrimon. part. 1. numer. 87. & sequenti. Insignis præceptor Brito ad cap. 1. de Locato 2. part. num. 26. Genoa de Concil. pag. 129. nu. 39. Nec etiã si euoluas iura tituli *D. in diẽ addictione*, & tituli *D. lege cõmissor.* videtur non reperiri textum ex quo colligatur dominium per prædicta pacta redire in venditorem virtute alicuius legis specialis.

Alij vero sunt interpretes in nostris scholis, qui cõstituunt in prædictis duobus pactis, ex sola mẽte partium dominium retransferri in venditorem ipso iure, sine noua traditione, ducuntur *per textum in l.* 219. *Si non mortis causa 29. versicul. si vero D. donat. causa mort.* vbi si quis alteri donet causa mortis, ita tamen, vt res sibi reddatur, si conualescat, eo ipso quod conualescit potest intẽtare reiuẽdicationem, quasi mens donantis sit, non aliter a se abdicare dominium, nisi si moreretur, si autem conualesceret minime; sed etiam hæc ratio non quadrat quia partes vt iam supra tetigimus, non possunt efficere vt dominiũ semel translatum in emptorem, ipso iure in venditorem regrediatur, contra regulam *d. leg. Traditionibus, iuncta regula l. Nemo potest, D. legat. 1. vbi repetentes*, requiritur ergo aliquid vlterius per quod vincatur regula *dict. l. Traditionibus in his pactis, Nec vers. si vero d. l. Si mortis causa*, aliud probat, ibi enim dominium non fuit translatum in donatariũ, quia donatio facta fuit sub cõditione, si donator decederit, ac ideo ipso cõualescente contractus resoluitur, vtpote defecta conditione, sub qua celebratus est, *l. vnica §. Sin autem sub conditione. C. caduc. toll. l. Cedere diem D. de verborum signific. de quibus Mantic. de coniect. lib. 11. titul. 16. à num. 14. Menoch. lib. 4. præsumption. 183. à num. 2. Peregrin. de fideicom. artic. 16. nu. 115. & artic. 3. à princip. Gabriel titul. de hæredibus inst. concluf. 2. Dozel. comment. lib. 8. cap. 30. à princip. Castilh. tom 4. cap. 25. à num. 69. & cap. 55. per totum, Accatius in Rubric. D. condit. & demonst. 4. part. num. 7.* Vnde cum donatarius nihil ex donatione acquisierit, semper dominium penes donatorem permansit, vt est de mente *Couar. 3. part. Rubric. de testament. num. 24. & 34. Clar. §. Donatio quæst. vltim. Molin. de iust. disp. 187. num. 7. Menoch. lib. 3. præsumpt. 37. nu. 4. Fab. de erroribus dec. 44. error. 10.* Quæ doctrina videtur magis conuenire priori parti *d. legis* vbi agitur de donatione facta sub conditione, sed uidetur incongrua respectu *d. versiculi si vero*, vbi statim translatum est dominium in donatarium, sed resoluendum sub conditione, si donator conualesceret, quia in hoc casu necessario recurrendum est ad legẽ sic declarantem, in casu donationis causa mortis, quæ ex conualescentia resoluitur, ac si numquam facta esset propter naturam vltimæ voluntatis, quam in hac parte sequitur, & ideo solum datur donatori reuen-

reiuendicatio vtilis non autem directa vt optime aduertit *Acursius ibi, & Gothofred.* Ex quibus consequenter confunditur aduertentia aliorum qui hoc totum tribuūt cohærentiæ contractus, quasi pacta illa quæ contractibus cohærent, operentur effectum resolutiuum cum translatione dominij: sed loquuntur contra *dict. leg. 2. Cod. pact. inter emptorem*, vbi pactum fuit cohærens contractui, & tamen non potest operari prædictam trāslationem, quia solum datur ibi actio personalis ex vendito, vel præscriptis verbis.

Recentiores vero qui altius volitare præsumunt, *Cald. ad l. Si curatorem, verbo sua facilitate num. 63. Menchac. illustr. cap. 69. n. 4. Mantica de Contract. lib. 4. titul. 32. nu. 54. Cuiacius in posthumis ad titul. C. pact. inter emptorem, in principio Faber dec. 22. error. 1. nu. 4. Donel. in d. l. traditionibus num. 4.* resoluunt ideo per pactum addictionis in diem, & legis commissoriæ dominiū retransferri ipso iure in venditorem; quia numquam fuit emptori acquisitū irreuocabiliter, sed tantum reuocabiliter, & dependenter á conditione vtriusque pacti; vnde adueniēte conditione, dominium semper censetur residere penes vēditorem, & ideo potest venditor rē directo vēdicare, *iuxta l. Commissoriæ 4. C. de pact. inter empt. l. fin. l. Si fundus D. l. commissor. l. Si quis hac 42. D. reiuendicatione*, quod ipsi tribuunt naturæ conditionalis contractus, qui nisi purificetur per adimplemētum conditionis, censetur a principio non factus, *argumento d. l. Cedere diem, leg. Potior cum similibus D. qui potiores inpign.* ex quibus constat contractus cōditionales vel à principio dici validos habito respectu ad complementum conditionis, vel statim dici nullos per respectū ad defectum conditionis: cum ergo per defectum conditionis traditio maneat nuda à principio, etiā dominium censetur non discessisse à venditore, *argument, textus in l. Nunquam nuda D. acquirend. rerū dominio, Faber dec. 23. err. 9. à num. 4. Barbos. Si ante D. soluto matrimon. à nu. 44. & sequenti. Insignis præceptor Brito in Rubr. de Locato 1. part. §. 1. num. 6. Cuiac. lib. 31. ad edict. Pauli super illo text.* Verum licet prædicta resolutio recentiorum nobis aliquando placuerit cum publice legerimus *cap. ad nostram de emptione, & vendit*, tamen re altius pensata, ad illa recedere non erubescimus, nam licet prędicta doctrina cum tota proprietate acommodetur pacto addictionis in diem cónditionaliter celebrato in terminis *l. 2 in vers. sin autem illo titulo*, tamē minime conuenit prædicto pacto seu contractui pure celebrato, & resoluendo sub conditione, quia statim transfert dominium absolute *iuxta d. l. 2. versiculo nam si quidē, Costa 1. select. cap. 23. in fine, Accacius in l. Cū auus de cond. & demōstr. n. 36.*

220.

221.

22

Surd.

Surd. consil. 527. *à num.* 19. licet ex postfacto veniat resoluendum, per adimplementum conditionis; & in pacto legis commissoriæ multo apertius constat, quia semper venditio dicitur pura, resoluenda tamen sub conditione *l.* 1. *D. lege cõmissor. ibi* (*Magis est vt sub conditione rescindi emptio, quam sub conditione contrahi videatur,*) & constat apertissimè *ex l. Si ex duobus* 6. §. 1. *D. in diẽ addictione*, vbi venditio à principio puro fuit, resoluenda tamen sub pacta, patet, ibi (*pure vendito, & in diem addicto fundo,*) iuncto fine ibi, (*quod emptor medio tempore dominus esset*) & tamen dominium ipso iure translatum est in venditorem, quia addicto fundo statim pignus euanescit tanquam de re aliena; Idem demonstratur *ex leg. Si quis hac lege.* 42. *D. rei vendicatione*, vbi adimpleta conditione sub qua vẽditio contracta est, iam emptor non valet intentare reiuendicationem, quia dominium abfugit ipsius personam, & reuersum est ad pristinum dominum, igitur.

Quapropter sequendam existimo opinionem præceptorum nostrorum *Veiga ad leg. Filiusfamil.* 222. §. *Diui de leg.* 1. *Correa, & aliorum ad cap. ad nostram de emptione & vend.* qui constanter defendunt ex eo transferri dominium ipso iure in venditorem virtute prædictorum pactorum, quia sic obtinuit inter iureconsultos saltem ex vsu aprobato, *argumento leg. Obtinuit, D. condit. & demonstrat. notat Cuiac. lib.* 5. *obseruat. cap.* 1. *& lib.* 21. *cap.* 39. *Donel. lib.* 6. *comment. cap.* 19. *Pinel. lib* 1. *select. cap.* 15. *& nouiter Accatius ibi*, & virtute prædicti vsus, & approbationis dominium sine traditione ad venditorem reuertitur, & ideo Iureconsultus, *in l. vltim. D. lege commissoria*, appellat pactum, legem venditionis, patet ex finalibus verbis, ibi (*non commississe in legem venditionis,*) quasi pactum illud legis operetur effectus, quoad trãslationem dominij: idem insinuat Imperator *in leg.* 4. *Cod. pact. inter emptorem ibi* (*commissoriæ venditionis legem*) & supponunt omnia iura tituli *D. in diem addict.* & tituli *D. lege commiss.* quæ loquendo de translatione dominij, semper de plano illam admittunt, quod minime facerent Iureconsulti, nisi inter ipsos esset res certa saltem ex vsu, & obseruantia antiquissima.

Contra quam resolutionem adhuc videtur obstare *textus dificilis in leg.* 3. *Cod. pactis inter emptorem*, vbi 223 textus agere videtur de pacto legis commissoriæ, & tamen ait Imperator, dominium non redire ipso iure ad venditorem defecta conditione; Nam respondet communis de qua *per Menchac. illustr. cap.* 69. *num.* 5. *Couar.* 3. *var[illegible]um cap.* 8. *n.* 1. quos sequitur præceptor *Veiga ad d.* §. *Diui*, ideo dominium non reuerti, ipso iure in venditorem in terminis *dict. leg.* 3. quia pactum

fuit conceptum verbis obliquis, non autem directis, patet ibi (*ad se reuerteretur*)& adijcit *Couar*.quod pactum legis commissoriæ non est iustum quia apponitur in pœnam. Sed hic intellectus communis, & præceptoris nec admitti, nec sustineri valet, nam certum est pactum legis commissorię siue verbis obliquis,siue directis apponatur, semper transferre dominium in venditorem ipso iure absque traditione, *l. Si quis hac.* 42. *D. reiuendicat*. Vnde *Couar.* vbi proxime distinguit inter pactum legis cõmissoriæ, & inter pactum addictionis in diem, ita vt licet per pactum addictionis in diẽ etiam verbis obliquis conceptum, dominium in venditorem transferatur, *d.l. Si quis hac*; tamen per pactum legis commissoriæ (si verbis obliquis fiat)dominium ab empto re non discedet, *d.l.* 3.quam sic intelligit: de qua distinctione memenit *Menchac. cum communi supra num.* 4. *& sequenti Mantic. lib.* 4. *de contract. titul.* 28. *num.* 13. sed etiam confunditur prædicta distinctio , tum quia tam in vno ,qua in altero pacto,si sub eadem forma celebretur,eadem dispositio procedit,tum etiam,quia nihil interest an verbis directis, an obliquis concipiantur, *d.l. Si quis hac, cum supra relatis.*

Vera igi[illegible] responsio ad illum *text. ea est*,ibi supponi venditionem pure factam,aliqua parte pretij so-
224. luta, habitaque fide de reliqua parte pretij, pactumq; insertum fuit, quod nisi reliqua pars intra certũ tempus, soluta sit, res seu dominium ad venditorem reuerteretur; ex qua forma cõstat pactum illud non esse legis cõmissoriæ,quod ex sui natura cõtrahitur sub conditione resolutiua contractus, *l.* 1. *D. lege commiss.* nullaq;venditio ibi supponitur facta sine illa cõditione resolutiua *l.* 2.ibi *sit fundus iremptus eodẽ tit.* At vero in terminis *d.l.* 3.pactũ factũ fuit post pretij partem solutã, & non est resolutiuum contractus, quo casu cũ nõ supponatur lex seu vsus approbatus,qui possit efficere vt dominiũ sine traditione vẽditori acquiratur, pactũ per se,seu conuentio partiũ talẽ acquisitionẽ operi nequit contra *d.l. traditionib.* quẽ intellectũ præsentit *Gothofred. in d.l.* 3. *lit.* Y. *cum Cuiac.* 16. *obseruat. c.* 29.

Neq; etiam contra supra resoluta obstat *text. in leg.* 2. *D. in diem addictione*, dum docet duobus modis posse venditionem celebrari cũ 225
pacto,vel pure, vel sub conditione,ita vt si celebretur pure,emptor medio tẽpore sit dominus, & possit præscribere, & fructus lucrari, quasi tunc venditio sub illo pacto contracta, non veniat resoluenda, nec dici possit conditionalis; Quia respondemus Iureconsultum *in d.* 226
l. 2. fecisse prædictam distinctionẽ inter venditionem à principio pure vel conditionaliter contractam, quia prima resoluitur postquam perfecta est, ex vi conditionis; secunda vero non perficitur nisi per

defectum conditionis, differentia tamen nō fit a Iureconsulto, quoad effectum resolutiuum, nam etiam venditio à principio pure celebrata adueniente conditione resoluitur, sed ad vsucapionem medio tempore currentem, & ad lucrandos fructus etiam illo tēpore perceptos, quos etiam resoluta venditione restituit, *iuxta l. Item quod 9. D. illo tit. Menchac. 4. controuers. 49. Molina lib. 2. cap. 12. numer. 19. Solis de censibus lib. 1. cap. 6. numer. 5. Cesse decisione 31. num. 16. Barbosa in Rubrica D. soluto matrimon. part. 3. numer. 35. Cabed. 1. part. decis. 69. num. 6. Cuiac. ad lib. 48. Digestorum Juliani cap. pen.* quidquid contradicat *Couarr. 3. variar. cap. 9. num. 1.* contra quem scripsere præceptores varijs in locis; Si autem venditio non resoluatur, tunc remanent penes emptorem *d. l. 2. & 3. D. illo tit. Doctores modo citati*, quibus accedunt *Molina disput. 378. Mantica d. lib. 4. tit. 28. à num. 11. Fab. dec. 22. error. 1.*

Denique non obstant contra suprapositam resolutionē *l. Si fundus 4. D lege commissor. & in l. Sed & Celsus 6. §. 1. D. contrahend. emptione,* quibus probatur, quod resoluta vē-
226. ditione prætextu pacti legis commissoriæ, datur venditori actio ex vendito, ad rem scilicet recuperandam per nouam traditionem, quia actio ex vendito personalis est, & datur ad adimplementum contractus *iuxta l. 2. C. pact. inter empt.* itaq;

supponunt prædicta iura, dominiū rei venditæ non transire ipso iure per pactum in venditorem, quia facil imo negocio satisfit prædictis iuribus dicendo quod ibi non erat quęstio circa recuperandum dominiū, quod iam ipso iure erat deuolutum ad venditorem, sed erat dubiū quanā actione deberet venditor recuperare ab emptore fructus, & cæteras accessiones, supposito quod non dabatur contractus, quia dissolutus erat, & deficiebat actio, qua venditor persequi posset suū interesse, cui dubio satisfacit Iureconsultus in dictis legibus dari actionem ex vendito, *Secundum rescriptum Diui Seueri, & Antonini*, de quo ibi, quod maxime fuit necessarium, nam cum ex non ente oriri non posset actio, iuxta philosophorum dicterium, quod iurisprudentiæ probant *ex leg. vltim. D. collat. bonorum*, dari non poterat actio ex vendito, cum venditio iam euanesceret, ideo succursum fuit per Imperatores in illo rescripto, vt etiam post resolutum contractum daretur actio ex ipso, ad recuperandas accessiones prouenientes ex eodem contractu. Neque replices de *textu in dict. leg. Si fundus ibi (tam de fundo, quam de his quæ ex fundo percepta sunt,)* vbi textus æqualiter agit de fundo recuperando, per actionem ex vendito, ac de fructibus, & accessionibus persequendis; denotatque dominiū fundi etiam post resolutam venditionem,

nem, esse penes emptorem, quia plene satisfacies, dicendo verba illa non esse intelligenda de persecutione dominij ipsius fundi, sed de damno, & deterioratione comissa ab emptore in ipso fundo, vt idemmet textus statim subiungit; Vel etiam vlterius tentari potest, vt illa actio ex vendito competat venditori pro astringendo emptore, vt non impediat venditorem vti dominio suo libere, sine aliqua molestia facti, quam forte timebat venditor in terminis illius textus quasi etiam hæc molestia sit pars interesse ipsius contractus.

Impeditur etiam dominij translatio, si in contractu adijciatur clausula, quod si pars tentauerit alienare, tunc dominium transferatur in alium contrahentem, & possidens se constituat alterius nomine possidere, quia in hoc casu, 227. per clausulam constituti transfertur dominium legis authoritate, *argumento leg. Quod meo D. de acquirend. possessione*, & fingitur traditio *post Tiraquel. de constituto Gom. l. 45. numer. 45. Molina lib. 1. cap. 12. num. 35. Caldas de emptione cap. 10. Ægid. leg. Ex hoc iure 2. tom. cap. final. clausul. 10. Faber decad. 4. error. 8. & decad. 75. error. 1. & decad. 96. error. 10. (uiacius in recit. ad illum textum Peregrinus lib. 4. variarum, numer. 66.* ita vt si alienare tentet impediatur translatio dominij, *Mantica dict. titul. 30. numer. 26. & 30.* Ratio huius rei est, quia in hoc casu datur voluntas partis tradentis, & insuper traditio saltem ficta, à lege inducta, ac proinde inducitur regula, §. *Per traditionem Instit. de Rerum diuisione*, vbi primum conditio apposita, si alienare tentes, adimpletur, *per textum optimum in leg. Cum quidam. 10. D. de fideicommissar. libertat.* & ideo caute ponenda est conditio, si alienare tentes, quia tunc adimpletur conditio ante consummatam alienationem solum per conatum alienandi, atque ideo dominium transire nequit: contrarium tamen erit, si apponatur conditio, si alienauerit, de præterito, hoc enim casu, cum conditio supponat actum alienationis consummatum, impedire non valet dominij translationem, *per textum in leg. Sthicus. 39. D. Manum. testamento, ita cum Odofredo, & Cyno in leg. final. Cod. de rebus alienis non alienandis resoluit Bartol. in dict. §. Diui, numer. 14. Molina dict. numer. 35.* vbi *ex Alexand. Aretin. Ruino, & alijs refert hanc cautelam communiter receptam, & post eum Peregrin. articul. 51. num. 79. Mantica vbi supra. numer. 27.* Vnde infert *Molina* ad casum, quo maioratus possessor aliquod crimen committat, per quod veniant bona confiscanda, ita vt maioratus ad fiscum deuenire non possit, si ipse maioratus sit constitutus sub ea clausula, quod 228.

vbi

vbi primũ maioratus possessor tentauerit crimen confiscatione dignum, eo ipso maioratus defferatur sequenti successori, de quo semper videndus *idem Molina lib. 2. cap. 12. numer. 56. & sequenti; Pelaes, Farinacius, Sanches, & plaríque alij, de quibus infra numero in hac 2. part.*

Impedietur etiam per pactum de non alienando translatio dominij, si insimul accedat vltra pactum
229. hypotheca ipsius rei, vt constat ex textu singulari in iure *in lege si creditor 7. §. final. D. de distractione pignorum, secundum literam Pisanam, & negatiuam Holoandri. quam sequitur Gothofred. ibi, notat Bartolus cõmuniter receptus in d. §. Diui num. 14. vbi Ripa num. 87. Antonius Augustin. lib. 4. emendationum cap. 57. Gomes 2. tom. cap. 2. numer. 20. Alfanus Collectaneo. 611. Gutier. ad leg. Nemo potest. numer. 28. & de Iuramento 1. part. cap. 30. num. 7. Gabriel commun. titul. de Pignoribus conclus. 3. Cottarru. 2. variar. cap. 19. numer. 7. Caldas, qui plures refert. dict. quæst. 23. numer. 9. Peregrin. articul. 51. num. 76. post omnes insignis Barbosa in leg. Si filio §. final. D. soluto matrimonio, à num. 33. & sequenti Mantica, qui latissime agit dict. titul. 30. à numer. 6. Surdus consil. 331. à numer. 26. Faber decade 24. errore. 2. & decade 6. error. 4. quicquid decade. 87, error. 2. & 4. literam peruertat Fachin. lib. 12. controuers. cap. 28. Anneus Nobertus lib. 3. sententiar. cap. 24. Menoch. consilio. 1153. numer. 66. Corrasius numer. 19. vbi Iason. 28. in leg. Quoties Cod. de reiuendicatione Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 3. glos. vnica numer. 4. Molin. disput. 369. numer. 14. Gamma decis. 130. numer. 2. Morla in emporio titulo 9. in prælud. numer. 49. Insignis præceptor Brito qui post hæc scripta ad me peruenit in Rubrica de Locato 2. part. §. 4. numer. 7. & 8.* Ratio secundum *Barbosa, & supra citatos*, propter quam in hoc casu speciali pactum de non alienando operatur, vt alienatio in contrarium facta sit ipso iure nulla, illa est, quia semper interpretari debemus pactum, vt aliquid operetur, argumento *leg. Si quando. 107. D. de legatis primo*, sed præter hypothecam semper creditor habet recursum contra debitorem, vt sibi soluat damnum, quod fuit passus propter talem alienationem quod interesse consistit in solutione debiti, *leg. Si inter 21. §. final. D. de Pignoribus*, igitur vt pactum aliquid operetur præter interesse, necesse fuit, vt alienatio irritaretur in contrarium facta, & ita explicanda sunt verba, *dict. leg. Si creditor §. final. ibi, vt pactioni stetur*. Est tamen maxima altercatio inter Doctores, *in specie d. §. vltimi*, Vtrum requiratur specialis hypotheca insimul cũ pacto de non alienando ad anullandam dominij translationẽ, an vero sufficiat generalis; & quod requiratur 230.
specialis, videtur suaderi ex eo,

quia *d.l. Si creditor* §. *fin.* est exorbitās à regula *l. Ea lege C. cond. ob causam*, ergo non est trahenda extra casum ibi expressum, *argumento l. Quod vero D. de legibus. & hac parte ex Couar. Gom. Negus. Rebuf. Gutier. & infinitis, communem testatur Caldas d. quæst. 23. num. 11. post medium, Mātica vbi supra num. 12. quos non citat, & sequitur insignis Brito supra nu. 9. Surd. d loco nu. 27.* Contrariam tamen opinionē nempe sufficere generalem hypothecam cūpacto de alienādo, vt alienatio irritetur post *Bartolum, Salycetum, Paulum, Angel, Corneum, Soccin. Loazes, Crott, & infinitos alios, quos refert, & sequitur Caldas vbi supra d. num. 11. à princip. Barb. d. §. fin. num. 34. post medium vbi vltra relatos à Caldas, citat Suar. Dueñas, & Gregor. Lopez*, & hæc pars videtur magis cōmuniter recepta, licet prima sententia sit magis consona literæ *d. §. vlt.* & videtur sentire *Gothofred. ibi litera E. quā etiam eligit Peregrin. artic. 51. nu. 77. Mantica d. titulo 30. nu. 13. & duobus sequētibus, Fachin. controuers. lib. 12. cap. 28.*

Alter modus, quo per pactum de non alienando impeditur translatio dominij est, si adijciatur aliud
231. pactum iniectionis manus *argumēto l. 3. D. de Pignoribus l. penult. Cod. Pignoratitia actione, l. Si quis sub hoc pacto D. de conthēda emptione. l. Si quis post C. bonis proscriptorū l. Causam 20. §. 1. D. de Manumiss. l. Titius D. de seruis exportandis, l. 1. & 2. C. si seruus exportand. ven.* quę iura licet specialiter procedere videantur in persona seruorum, qui vendi solent, sub ea conditione, vt extra certum locum ex portentur, non vero comprehendere cæteros contractus, qui super alijs rebus celebrantur, scripserint *Cynus, & Petrus in d. l. 1. & postea Salycetus, & Alex in l. Traditionibus n. 6. Cod. de Pactis, quos sequitur Caldas, l. Si curatorem verbo sua facilitate num.* 57. quorum opinio de facili defendi potest, ad quod facere videtur *versiculus Ouuidy lib. Amorum elegia* 5. *Iniciam dominas in mea iura manus*, & alter *Propertij* (*Atq meam dicam, injciamq; manus*) & videtur probari: Nam cum iura supra citata semper loquantur in casu prædicto de seruis exportandis, videntur respexisse ad specialē rationem in illo cōcurrentem, nec ad alios casus diuersos, vbi multum diuersa ratio militat, sunt trahēda, vt contendit *Caldas d. num.* 57. Nihilominus resolutio suprapositā communis est, & tenenda, vt per *Budæū in l. Si quis hac* §. 1. *D. de in ius vocando pag.* 91. *& citatos per Tiraq. 1. retract.* §. 26. *gloss. 3. num.* 24. *Negus. de pignoribus part. 3. memb. 1. num.* 4. *communis ad d l. 3. Cod. de pignoribus, vt per Peregrin. de fideicommissis artic.* 51. *num.* 81. *post Iaf. in leg. Si ita quis* §. *Ea lege n.* 38. *Alex. Crotus, & alios, quos refert, & hanc tenet Gothofred. in l. 2. C. si seruus export. ven. liter. A. & post omnes, Mantica dict. titul.* 30. *num.* 44. & 45. Ratio huius cōmu-
232. nis est,

nis est, quia in hoc casu cẽsetur ius reale constitui super re, in quam manus potest inijci, quo dato venditio in contrariũ facta nulla est, vt per omnes Doctores supra citatos; sicut etiam si in pacto apponatur, vt alter contrahens possit rem vẽdere, si non obseruetur, tunc etiam impeditur translatio dominij, quia quando alicui conceditur à domimino rei, vt possit rem ipsam vendere, si quid non fecerit, censetur inducta hypotheca in ea re per textum optimum *in leg. 3. §. fin. D. qui potiores in pignore habeantur*, sed per huiusmodi pactum iniectionis manus conceditur à domino rei, vt alter contrahens possit appehendere, & distrahere ipsam rem igitur eodem modo, quo supra resoluimus per pactum de non alienando accedente hypotheca irritari alienationem in contrarium factam, ita etiam in hoc casu pariter concludendum est, ius reale hypothecarium fuisse impositum super d. rc. *d. §. final. Neguzant. de Pignoribus part. 3. membro 1. num. 4. Valasc. de iure emphit. quæst. 32. numer. 22. Afflict. decis. 201. post. Bald. in l. 3. C. de pignoribus col. 1, Cremens. singular. 2. Balduinus de pignorbus, cap. 19. ad finem, Cuiac. lib. 11. respons. Papiniani sup. d. §. vlt. Faber. decad. 24. err. 1.*

Vnde patet quantum discrepet à
232. iure Communi *Ordinatio nostra Regia lib. 4. tit. 11. §. 2. in nouis, & antiquis tit. 25. §. 1.* vbi in pacto de non alienando, nisi in certam personam appositum decretum irritans, contra supra resoluta, intelligenda est enim cum duabus conditionibus in ea expressis vt bene declarat *Caldas d. quæst. foren. 23. num. 8. optime Barbos. 2. part. l. Diportio D. soluto matrimonio num. 11.* & aduerto quod Ordinatio sequitur opinionem *glossæ verbo licet iam in Authentico, vt de cætero commutationes rerum collat. 5. quã etiam fuit secutus Crottus in d. §. Diui num. 94. Cursius iunior in Authentica, res quæ Cod. communia de leg. num. 3. Igneus in l. Ludum num. 7. C. contrah. emptione*, quæ habet pactum de non alienando in cõtractibus impediri dominij trãslationem, citantur pro hac opinione *l. final. Cod. de Pactis inter emptore. l. fin. C. de rebus alienis. l. vlt. C. de legat.* Sed cõuincitur ex supra relata sententia, quam post *Gammã decis. 356. prosequitur Gutier ad l. Nemo potest n. 26. Duarenus, & Cuiacius ad l. Qui Romæ §. Cohæredes D. de verborum post Aurelium lib. 3. sentent. cap. 24. ad finem, Rebuf. de decimis. quæst. 14. nu. 49. Auendanh. de censib. cap. 57. n. 8.* Nec *l. vlt. C. de Pactis inter emptorem*,
aliud probat, quam valere pactio- 233.
nem de re nõ alienanda, in certum hominem, vel de illa non transferẽda in ecclesiam, vel locum religiosum, abrogata *l. penult. D. de Pactis*, dum reprobat pactum ne liceat suũ locũ dedicare, aut efficere religiosum, sepeliendo mortuũ, ac proinde prout simplex pactum de non alienando valet, si in continenti

contractui cohæreat, & si res alienetur tenet alienatio, ita in hoc pacto, licet committatur pœna, vel detur actio ex stipulatu, aut præscriptis verbis ad interesse, quod maius, vel minus esse potest, tamẽ alienatio subsistet, ita post *Cuiacium vbi proxime Caldas vbi supra num.* 4. *cum glossa permanere in dict. l. vltima, Rebuf. d. nu.* 49. *Donel. l. Si ita* 135. §. *Ea lege de verborum n.* 3. *& alijs ab eo relatis. quod idem rescripsit Cuiacius in posthum. super illo textu. Barb. infra Donel in l. penult. C. de Pactis num.* 3. *Bellonus aminomiarum controuersia.* 15. *Gutier. de Iuramento* 1. *part. cap.* 45. *& consilio* 1. *num.* 1. *Barbos. l. Si filiofamilias D. soluto matrimon. nu.* 33. *Peregrin. articul.* 51. *numer.* 78. *Surdus cons.* 363. *numer.* 31. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 83. *num.* 13. Nec *l. fin. Cod. de rebus alienis.* aliquid facit ad propositum vt iam supra tetigimus: *l. Autem vltima Cod. de legatis,* dum supponit legata ad tẽpus relicta, transacto tẽpore ipso iure transire in hæredem, vt optime post Ordinarios ibi, prosequitur *Menoch. de præsumptionibus lib.* 4. *præsumpt.* 201. *num.* 47. *ad finem, Peregrinus artic.* 11. *numer.* 65. *Mantica de contractibus lib.* 4. *titul.* 30. *numer.* 35. *Molina lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 14. *Peregrin. iterum lib.* 2. *consil.* 52. *à princip.* idq; ad exemplum contractuũ, per quos ad tempus dominium transire potest, vt constat ex toto titulo maxime *ex l. Quoties, C. de dotationibus, quæ sub modo,* sed inde ad quæstionẽ nostram inepte arguitur, sicut nec, quatenus dicit donationes ad tempus fieri posse, aliquid euincit, quia exinde nõ sequitur, quod si fiat alienatio contra pactum appositum non valeat, id enim à principijs supra scriptis petendum est.

Alium casum, in quo pactum de non alienando impedit dominij translationem, si fiat contra pactũ alienatio, *docet Peregrin. d. artic.* 51. *num.* 78. *cum Bartolo in d. §. Diui, n.* 14. *Iason. in d. l. Si ita quis §. Ea lege n.* 34. quãdo scilicet alienatio fuerit irreuocabilis prout in seruo manu- 234.
missо, cuius libertas irreuocabilis est, *secundum l. Imperatores D. de manumissis testamento,* & receptam resolutionẽ *testatur Gomez, l.* 40. *Tauri nu.* 17. *ad finem,* qui ita intelligunt procedere decisionem textus, *in l. Ea quidem C. si mancipium ita fuerit alienatum. l. Ancilla Cod. de seruis exportandis, l. Seruus* 9. *D. de manumissionibus. l. Ille seruus,* 9. §. *final. D qui & à quibus,* sed melius contrarium docuerunt *Salycetus in dict. l. Ea lege num.* 2. *Ripa in d. §. Diui numer.* 86. *Loazes num.* 123. *& num.* 38. *Caldas d. quæst.* 23. *num.* 17. *cum alijs ab eis citatis,* qui omnes admittunt etiam in contractibus, si qui dentur, irre- 235.
uocabilibus dominiũ transire contra pactum de non alienando appositum, *in dict. l. Ea lege C. de condict. ob causam.* Nec iura supra allegata aliquid probant in contrariũ: Nam facilime eis satisfit, dicendo textũ *in d. l. Ea quidem, & d. l. Seruus* 236.
& d. §.

& d. §. final. procedere specialiter in suo casu, quando testator vel dominus legat, vel vendit seruum ea lege, ne manumittatur, quam merito scribere potest ad puniendos male meritos seruos in terminis, *l. vltim. Cod. qui non possunt ad libertatem peruenire, l. Generaliter §. Si petitu D. de fideicommiss. libertatibus*, vt hoc modo dominis se magis præstent obsequentes, *l. 4. §. in illos D. de manumiss.* quam legem cohærentem personæ serui appellat *Cuiacius in posthum. ad l. fin. C. qui ad libertatē peruenire nō possunt*, ideo semper duraturam dū seruus vixerit. *l. Ancilla* procedit similiter in serua vendita sub alia lege scilicet, vt exportare tur, per quam legē emptor tenebatur exportare, quod si non fecerit, potest venditor illam apprehendere per iniectionem manus, si sibi cauit *l. 2. C. si seruus exportat. ven.* vel à Fisco vendicabitur, *l. 1. versic. quæ tamen eodem titulo*, explicat latius *Cuiacius in posthum. ad d. l. 1.* quod etiam resoluendum est in pacto ne prostituatur, vt per totum. *Cod. si mancipiū ita venierit ne prostituatur, castitatis causa, & similibus.*

Impedietur etiā dominij trāslatio per pactum de non alienando, si à iudicis præcepto confirmetur, tunc enim si cōtra præceptum
236. iudicis fiat alienatio non erit rata, vt resoluunt Doctores communiter *ad d. §. Diui, vbi Bart. nu. 15. & 16. Iason. in 2 lectura num. 127. Loasses num. 477. Couarru. in nostro cap. Raynaldus in principio num. 6.* vbi testatur *cōmunem, quam etiam sequitur Peregrinus de fideicommissis artic. 51. num. 80. Caldas d. quæst. 23. num. 83. à principio*, qui expēdunt, quod quēadmodum lex potest impedire dominij translationem, *vt in leg. Non dubium C. de legibus*, ita similiter prohibitio Iudicis, si ex causa emanauerit alienationem anullat, quia à lege habet potestatem, *l. More D. de iurisdictione omnium iudicum, &* probat, *l. Seruus hac lege 9. D. de manumissiomb. l. etsi sciens 27 D. de contrahenda emptione l. Iulianus 10. D. de curat. furiosi, l. Is, qui bonis 6. D. de verborum, l. Certi condictio 9. §. Sed etsi ei D. si certum petatur. ita glossa vltima in l. 1. C. curatore furiosi, communis ex supra relatis Doctoribus, quibus addo Iasonem in d. §. Diui 2. lectura num. 130.* quæ de prohibitione per contractum sint satis.

Quid autem sit dicendum, si prohibitio non ab arbitris, vel ex conuentione partium; sed à Pepone testatore filio Raynaldo fuisset iniuncta, quæ quidem quæstio amplam nobis viam prosequendi aperiebat, nisi cogeremur vela contrahere, & necessaria solum ad nostri textus elucidationem attingere: in hoc igitur puncto dicendum est, prohibitionem expressam testatoris validissimam esse, & omnem alienationem in contrarium factā, 237.
nullam reddere, cōstat *ex textu celebri in dict. l. Filiusfamilias §. Diui, o segundo D. de legatis 1. ibi (quod si*

liberis

liberis, aut posthumis consulentibus huiusmodi voluntatẽ significarent seruandam esse) l. Cum pater. 79. §. libertis vbi glos. verbo ne id alienarem, de legatis 2. l. Peto. 71. §. Fratre D. illo titulo Bart. in d. §. Diui nu. 6. & ibi Ias. 2. lectura, num. 116. & Doctores communiter per Caldas d. quæst. 23. numer. 2. Loazes d. §. Diui num. 160. Alciatus num. 35. Molina lib. 1. cap. 12. num. 30. Gabriel tirul. de fideicommissis conclus. 9. & 10. Peregrin. artic. 14. Surd. consil. 399. Gamma decis. 356. Faber decad. 87. error. 10. qui varias assignant rationes, sed verior est illa, cũ qua transit Caldas d. num. 2. & præceptores ad dict. §. Diui, quod scilicet testatoris voluntas circa bonorum suorum distributionẽ sortitur naturam legis. l. Verbis legis D. de verborum significat. Authentico de Nuptijs §. disponat collat. 4. quemadmodum ergo lex efficere potest, ne dominium transferatur contra ipsius prohibitionem, l. Non dubium C. de legib. l. Vbi D. de vsucapionibus, ita & præceptum testatoris si legitimum appareat.

Oportet tamen, vt hæc alienationis prohibitio plenum sortiatur effectum, quando a testatore exprimitur, vt legitima causa vestita appareat, ne dicatur esse tantum nu-
238. dum præceptum *per textum in d. §. Diui, ibi (qui testamento vetant quid alienari, nec causam exprimũt, propter quã id fieri velint, nisi inueniatur persona cuius respectu hoc à testatore dispositum sit, nullius esse momenti scripturam, quasi nudum præceptum reliquerint) l. Pater filium. 36. §. Iulius Aggripa iuncto §. penultimo D. de legat. 3. ibi (cum hoc nudum præceptũ esset, nihil proponi contra voluntatẽ defuncti factum) leg. Lucius 91. in fine principij D. eodem titul. ibi (respondi nihil contra voluntatem defuncti proponi factum quominus ad hæredem pertinerent, cum hoc nudum præceptũ esset)* agnoscunt Doctores omnes, scribentes dictis iuribus, *Bart. dict. §. Diui num. 6. & ibi Ripa num. 5. Alciat. cons. 120. & 129. lib. 9. communis secundum Molin. lib. 1. de primogenys cap. 6. num. 30. Caldas forens. d. quæst. 23. num. 18. optime Peregr. de fideicommiss. artic. 14. nu. 1. Menchac. succes. creat. §. 10. num. 180. Cuiac. in l. Qui Romæ §. Si coheredes D. de verborum post medium, & iterum in d. §. Diui à principio, optime Azened. consil. 18. à num. 5. Castilh. tom. 4. cap. 9. à num. 15. & sequenti. Faber de coniect. lib. 14. cap. 6. à principio, & cap. 14. & decade 87. error. 10.* Quærunt tamen Doctores huius rei rationem sed non inueniunt tutam, *glossa enim verbo non possunt in dict. §. Diui*, asserit, rationem esse, quia 239.
cum prohibitio non respiciat vtilitatẽ testatoris, vel alterius manet prohibitio nuda respiciens solum vtilitatem prohibiti, cui ipse renũciare potest, *argumento l. pen. Cod. de Pactis*, & sequuntur communiter scribentes, *Bart. Angelus, Cuman. Paulus secundum Alciatum ibidem. num. 6. & in responso. 605. num. 2.*

Gom.

Gom. l. 40. *Tauri num.* 37. *Menchac. d.* §. 10. *num.* 236. quæ ratio videtur comprobari *ex d.* §. *Iulius Agrippa*, ibi (*nihil proponi contra voluntatem*) quasi voluntas sit prospicere bono ipsius grauati, ita vt quanuis volũtas testatoris fuerit præceptiua, tamen cum non habeat aliam causam, nisi hæredis commodum, resoluitur in consilium, quod nõ est necessario sequendum *l.* 2. §. *fin. D. mandati, d. l. Cum pater* §. *Mando. D. legatis* 2. *cap. cum olim vbi gloss. vlt. de arbitris. Menoch. lib.* 6. *præsumpt.* 34. *num.* 23. *Campanil. Rubr.* 12. *cap.* 13. *nu.* 131. *Riccius* 1 *part. decis.* 192. *Morla in empor. titul.* 12. *quæst.* 10. *Gonzal. in regul.* 8. *glos.* 46. *à principio. Caldas verbo sine curatore, num.* 106. *Sanch. lib.* 1. *disputat.* 34. *num.* 24. in terminis *Peregrin. de fideicom. artic.* 1. *num.* 49. *vbi plures*, & hanc rationem contra *Alciatum d. nu.* 6. acerrime defendit *Caldas dict. quæst.* 23. *num.* 18. *per totum, Ripa dict.* §. *Diui nu.* 20. sed hæc ratio non est firma, quia supponit, si constaret de testatis voluntate, quod vellet, vt hæres obseruaret tale præceptum, teneretur hæres illud obseruare, quod est contra *d.* §. *Diui ibi* (*quia talem legem testamento non possunt dicere*) & ideo merito ab illa recedunt *Alciatus d. num.* 6. & 8. & alij, qui illam rationem assignant, quod cum per additionem hæres efficiatur dominus rerum hæreditariarum, *princip. Inst. de hæredum qualit. & differentia l. Stichum* §. *Aditio D. solutionibus, Barbosa* 4. *part. Rubr. D. soluto matrimonio, num.* 20. *Menoch. cons.* 50. *nu.* 16. *Crassus* §. *Hæreditas quæst.* 2. *à principio. Robles lib.* 3. *de repræsentat. cap. Item. num.* 40. idque cum libero arbitrio disponendi de ipsis rebus, tam per contractum, quã per vltimam voluntatem, ideoque nudum præceptum sine causa iusta auferre non potest hæredi illud liberum arbitrium contra *l.* 2. *D. si quis à parente fuerit manumissus l. Dudum Cod. contrahend. emptione Aurel. lib.* 4. *sent. cap.* 24. *Conan. lib.* 5. *commentar. cap.* 5. *num.* 5. *Pinel. l.* 1. *de bon. mat. part.* 3. *num.* 76. *Costa cap. si pater glos. priuare. à n.* 23. *Peregrin. de fideicommiss. articul.* 36. *num.* 37. *& artic.* 49. *num.* 44. *Mangilius de imputat. quæst.* 93. *à nu.* 12. Sed adhuc non plene satisfacit, ideo *cum Cuiacio in recitationibus solennibus ad d.* §. *Diui colum.* 3. *post medium, & melius Peregrinus de fideicommissis artic.* 14. *num.* 1. *&* 2. & ante eos *Paulus Castrensis in d.* §. *Diui n.* 2. *& ibi Iason. numer.* 8. resoluendum est, duobus modis posse à testatore inscribi 240.
præceptum nudum, vel enim est nudum respectu personarum, vel nudum respectu causæ, ponamus exemplum, prout si testator dicat, non alienetur fundus fauore familiæ, vel fiscus illum vendicet, si alienetur, in hoc casu, valet præceptũ sine causa, *l. pen.* §. *Instituto de legatis.* 2. *d. l. Pater* 36. §. *Si fundum, &* §. *Quindecim de legatis* 3. ex ea ratione, quia datur persona; cui com-

perat

petat fundum vendicare; si contra præceptum testatoris alienetur, & cuius respectu præceptum a testatore fuit inscriptum, vt constat ex iuribus supra relatis, *iuncto d.* §. *Libertis*, vnde colligitur genuinus sēsus *d.* §. *Diui versiculo, quod si liberis,*
241. vbi præceptum testatoris iubetur seruari, si appareat de personis, respectu quarum testator voluit, ne fundus alienaretur, quia nō adimpleta testatoris voluntate, & alienato fundo, potest alienatio reuocari, per sequentem fideicommissarium *d.* §. *Libertis*, & consequenter etiā apparet, cur in prima parte *d.* §. *Diui*, nō valeat præceptum nudum, quia cum detur incertitudo personæ cui fideicommissum acquiratur in casu contrauentionis, redditur fideicommissum nullum, & inane *per textum in l. Paulus, & in l. Si fuerit D. de Rebus dubijs, vbi Ioānes de Leon. Menoch. lib. 4. præsumpt. 107. à num. 6. Surd. de alimentis tit. 8. prin. 17. num. 3. & cons. 264. Peregrin. artic. 5. num. 12. Castilh. tom. 4. cap. 34. nu. 15.* & ideo textus ait talem scripturam nullius esse momenti, quia hanc legem testamento testatores scribere non possunt, datur enim implicatio quod præceptum sit nullum propter incertitudinem personæ, & quod valide possit scribi à testatore. Nec huic sensui aduersatur obiectio, quam præuidit *Ripa in d.* §. *Diui num.* 34.
242. Quare scilicet in hoc casu nudi præcepti, nō dicatur fideicommissum inductū in fauorē proximioris de familia, ita vt si contra fiat iste admittātur ad reuocationem fundi alienati, *argumento l. Peto. 71. D. de legatis secundo, Alciat. consil. 169. lib. 9. Menoch. cons. 434. num. 6. & lib. 4. præsumpt. 107. num. 8. Mantic. de coniect. lib. 8. titul. 1. num. 1. Peregrin. de fideicomm. artic. 5. à num. 11. cum sequentibus, Cald. for. quæst. 23. num. 32.* quia ad manus est responsio, si aduertas, quod inpræsenti sumus in dubio, vtrū testator, velit fideicommissum constituere nec ne? Ideo propter incertitudinem non valet, at in terminis, *d. l. Peto. & d. l. Fideicommissa 11.* §. *Si quis ita D. de legatis 3.* sumus certi de mente testatoris, qui vult hæredem esse cōtentum certis rebus, & insuper fideicommissum inducere in fauorē venientium abintestato. *Peregrinus d. articul. 5. de fideicommissis numer. 11. & reliqui proxime citati.* Ex quibus de facili intelligitur *textus in dict. l. Pater* §. *Iulius Agrippa de legatis 3.* vbi testator iussit hæredem, ne reliquias suas alienaret, id est monumentum, & prædium suburbanū, nec adiecit in fauorē familiæ, ideo 243
si hæres extraneus. nepti succedat præferendus est proximiori de familia, id est patruo maiori Iuliæ, quia cum præceptum sit nudum propter incertitudinem, nullius momenti est, & hæres illud negligere potest, sic etiam intelligitur, §. *penult. sub eadem l. Pater*, vbi pater filios hæredes scripsit, & rogauit ne

244

aliena-

ne alinarent prædia, sed vt ea conseruarent successioni suæ, & quod ita cauerent inter se, & cum quæreretur de fideicõmisso, *ait Scæuola de fideicommisso nihil ostendi*, ex eo scilicet, quia nudum præceptum est, cum nõ constet testatorem ad certam personam respexisse, sed potius ad incertam, idque apparet ex verbo *successioni*, quod clare insinuat incertitudinem succedendi, *argumento leg. Sciendum* 70. *de verbor. significat.* quem intellectum *post Molin. Cald. Peregrin. dictis locis sequitur Faber dict. lib.* 14. *de coniect. cap.* 7. *& cap.* 12.

Exemplum præcepti nudi respectu causæ ponunt scribentes in simplici alienationisprohibitione, in qua, causa sufficiens non exprimitur, & tunc erit præceptum testatoris nudum, & nullius momenti *dict.* §. *Diui in* 1. *part.* secundum sensum directum: si autem exprimatur causa sufficiens etiamsi non
244. exprimatur persona, cuius contemplatione prohibitio adscribatur, vestitum, & validum dicetur præceptum *dict.* §. *Diui à contrario ibi* (*nec causam exprimat,*) vbi sic notat *Paulus numer.* 2. *Iason. num.* 8. *prima lectura, Loazes numer.* 88. & 91. *Gom. leg.* 40. *numer.* 38. *Caldas, qui alios refert dicta quæstione* 23. *numer.* 28. *Peregrin. de fideicommissis articul.* 14. *numer.* 3. ex medio, & iam fuit de mente *Accursij in leg. Quoties.* 11. *Cod. de fideicommissis, & Iason. ibidem, quos refert, & sequitur Molina de primogeni. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 32. exemplificant *Paulus, & omnes proxime relati, & Ripa cum eis, numer.* 3. ex quibus dico communem hanc causam, veluti si testator prohibeat, ne turris, seu castrum alienetur, quia fuit maiorum suorum argumento *leg. Si in emptione.* 34. *D. de Minoribus Menochius lib.* 3. *præsumpt.* 32. *Caldas verbo sua facultate, numer.* 4. *Faber de error. decad.* 23. *numer.* 3. vel talem rem, quam ab Imperatore acceperat; & sic de cæteris, in quibus constet magnam versari testatoris affectionem, quod etiam rationi multum consentaneum probo, quam solutionem tenent communiter Doctores *in dict.* §. *Diui*, vbi per supracitatos, quibus addo *Rolandus lib.* 4. *cons.* 23. *numer.* 24. *Mantica de coniecturis lib.* 6. *titul.* 12. *numer.* 7. *Simon de Pretis de interpret. vlt. volunt. lib.* 3. *solutione* 10. *numer.* 3. *Pelaes de Maioratibus* 3. *part. quæstion.* 5. *num.* 9. *Petra de fideicommiss. quæstion.* 1. *à numer.* 85. *Sum[illegible]s consil.* 67. *num.* 11. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 68. *num.* 4. *& præsumpt.* 69. *num.* 18. *Flores de Mena lib.* 1. *variarum quæst.* 18. *num.* 41. *Castilho tom.* 4. *cap.* 9. *num.* 65. *vbi plures citat.*

Neque fundamenta, quibus contrarium intendit *glossa in dict.* §. *Diui* sequuta *per Cumanum in secũda lectura, num.* 2. *Alciat. numer.* 10. *Ferretus num.* 19. *Albericus Bald. & alios ibidem* sunt magnæ considera-

245. tionis, quia *textus in dict. §. Iulius Agrippa, in illis verbis (caue ne vllo modo reliquias eius, & prædium sub vrbanum aut domum maiorum hæres alienaret)* quasi testator expressisset causam ad quam habuit magnam affectionem, id est reliquias suas, & domum maiorum, & tamen tanquam præceptum nudum non obseruatur, vt supra tetigimus, quia verum est *in dict. §. Iulius*, testatorem non expressisse causam sui præcepti, quia solummodo iussit ne alienarentur reliquiæ, & cætera, sed non expressit causam, quam licet in mente haberet, præsumi non oportebat, contra libertatem, tam ipsius rei *leg. Altius Cod. de seruitutibus, & aqua, Molina lib. 2. cap. 6. numer. 8. Menoch. lib. 6. præsumption. 29. & lib. 3. præsumpt. 89. à principio*, quam etiam hæredis alienantis *d. leg. 2. D. Si quis à parente, cum supra citatis*, & clare colligitur, *ex dict. §. Diui, ibi nec causa exprimunt*, quibus verbis supponit esse necessariam expressam causam à testatore scriptam, & ita est de mente omnium, quos supra citauimus, *maxime Ripa numer. 34. Caldas dict. loco, numer. 29.* Vnde *si in terminis dict. §. Iulius Agrippa*, testator dixisset ne alienetur fundus suburbanus, quia sunt ibi reliquiæ mex, vel non alienetur domus, quia fuit
246. maiorum meorum, absque dubio responderet *Scæuola* præceptũ obseruandum, vtpote iusta causa expressa vestitum, vt vno ore resoluunt omnes Doctores sequuti cõmunem sentẽtiã supra. Nec etiã vrget pro supra relatis dicere, in hoc casu nõ dari personam, cui competat reuocatio alienationis, quia replicamus *cum Paulo d. nu. 2.* ipsum alienantem posse reuocare alienationem, vt pote contra leges factã, argumento *l. Quemadmodum Cod. de Agricolis, & censit lib. 11. iuxtis quæ Gama decisione 222. num. 4. Barb. l. 1. part. 5. D. soluto matrimonio, num. 14. & in l. Lucius 391 num. 21. Pinel. l. 1. de bon. materius. 3. part. num. 83. lim. 10. optime Cald. de emptione cap. 26. num. 17. vbi plures* vel cum *Cald. d. num. 28.* alienationem reuocari officio iudicis, quia pertineat ad testatoris authoritatem. *l. Quintus in fine D. de Annuis legatis, l. Mauia 44. D. Manumissis testamento*, vel aliter ex mente *Peregrini dict. articul. 14. numer. 3. ex medio* dici potest, quod cum testator causam exprimat, ex qua colligatur voluisse familiæ prouidere, proximioribus competere reuocationem alienationis argumento, *dict. leg. Filiusfamil. §. Cum pater, leg. Vnum ex familia §. Sed siquidem, leg. Peto §. Fratre, de legatis secundo, vbi Bartol. Iason. Alciat. quos ipse refert adde Valasc. consultatione 69. à numer. 19. Caldas de renouat. quæst. 16. à num. 24. & 33. Pinel. lib. 2. select. cap. 8.*

Perquirunt vlterius repetentes *in d. §. Diui.* Vtrum prohibitio testatoris

statoris ne seruus alienetur, vel manumittatur *in terminis legis secundæ, C. qui ad libertatem peruenire non possunt*, expressa causa propter familiare ministerium, & vsum filiorũ necessarium obliget tanquam præ-
247. ceptum vestitum? In hac quęstione Communis sententia de qua post *Loazes ibidem num.* 10. *Alciat. num.* 16. *Caldas d. quæst.* 23. *nu.* 20. sentit, quod cum hæc prohibitio respiciat commodum filiorum, possunt ipsi filij propriæ vtilitati renunciare, & ita manumittere, iuxta regulas vulgares. Sed contra communem *scribit Roinus in d. §. Diui num.* 102. *& est de mente Cuiacij in posthum. super dict. l.* 2. asserentis filios non posse renunciare prohibitioni paternæ, quorum opinio mihi arridet, si consideres *textum in dict. l.* 2. solum fecisse distinctionem inter prohibitionem perpetuam, & prohibitionem temporalem, ad effectum vt primo casu quantumcumq; viuat seruus, nunquam possit ad libertatem peruenire, nec etiam manumitti à dominis etiam volentibus, ex eo, quia præceptum testatoris validissimũ est, iuxta *l. Seruus hac lege D. manumissionibus*, & ita cohæret personæ serui, vt quoscunque ad dominos vadat, semper seruus permaneat, patet *ex d. l.* 2. ità etiam puto dicendum in prohibitione temporali, cuius exemplum ponitur *in d. l.* 2. v. g. si pater dicat; seruum meum alienari, vel manumitti nolo, dum vixerint filij mei, quia eorum vsui necessarium iudico, prout ergo in exemplo perpetuæ prohibitionis suprapositio, non potest seruus manumitti contra præceptum testatoris, ita similiter in hoc secundo casu viuentibus filijs, manumitti non poterit, quia illa prohibitio testatoris inhæret ossibus ipsius serui, durante filiorum vita; Nec in hoc filij renunciare suo cõmodo poterunt, scilicet manumittendo seruum, quia non est in potestate sua libertatem seruo imponere, supposita prohibitione testatoris, qui talem legem scribere potuit in perpetuum, & ad tempus, nec respectus filiorum in hoc casu consideratur, & hic est magis communis sensus *literæ dict. leg.* 2. Poterit tamen communis supra relata defendi, quando testator solum dixisset ne seruum alienetis, quia necessarius est vsui vestro in terminis *legis Generaliter, §. Si petitum D. de fideicommiss. libertat.* Nam cum hęc prohibitio per modũ consilij censeatur adiecta primo & principaliter fauore filiorum, nec persona serui incapax reddatur manumissionis, merito poterunt filij renunciare prohibitioni in sui fauorem à testatore scriptæ, *Caldas dict. num.* 20. & nos infrà dicemus.

Hinc etiam infertur, cur *in leg. Generaliter* §. *Si petitum D. de fideicommiss. libertat.* supponit Iureconsultus valere nudum præceptum
248. testatoris ibi (*ne eum alienes*) quia

licet communis cum *Ripa in dict. §. Viui, & Alciatus numer.* 14. dicant, quod textus ille loquitur in re animata, id est seruo, cuius interest non alienari, ne duriorem dominum experiatur, qui respectus dicitur vestire prohibitionem testatoris, ita vt valida reputetur, nec tanquam nuda reijciatur, & paucis mutatis, ita scribit *Caldas d. quæst. 23. n. 26.* tamen nos aduertendum duximus in specie *dict. §. Si petitum*, tribus modis posse verificari testatoris præceptum, vel accipitur primo in fauorem seruj, id est, quod fuerit testantis mens seruo libertatem relinquere, si contra ipsius prohibitionem alienaretur, quod in dubio præsumendum est, vt ille textus in fine probat, & prosequitur *Menoch lib. 6. de præsumpt. præsumpt. 26. numer.* 30. Ex colligitur *ex leg. Quidam testamento, illo titulo*, ideo nihil mirum, si testatoris præceptum validetur ex vtilitate serui, iuncto legis fundamento præsumentis in fauorem libertatis, & in hoc casu recte docet communis supra relata, *& Caldas cum ea dict. numer.* 26. Alio modo potest præceptum testatoris interpretari per modum consilij quod, cum nullam obligationē inducere certum sit, *argumento leg. §. final. D. mandati*, Doctores *supra* citati, ideo licet alienetur seruus, rata alienatio erit, constat *ex dict. §. Si petitum* ibi (*cæterum si alia mente id scripsit, &c. pura, quia consilium dabat heredi, &c.*) iuncto ibi (*dicendum est libertatis præstationem cessare*) scilicet si in contrarium alienetur.

Tertio tandem modo potest intelligi testantis præceptum in odium serui ne alienetur, ne forte benignum dominum inueniat, quod testator facere potest secundum regulam *leg. vltim. Cod. qui non possunt ad libertatem peruenire*, iuncta resolutione *Bartoli in dict. §. Diui num.* 7. *Caldas dict. quæst.* 23. *num.* 20. *Donel. lib.* 2. *coment. cap.* 14. *à principio Cuiacius in posthumis ad d. leg. vltim.* Similiter etiam circa *l.* 2. *Cod. vsucapione pro emptore* fatigantur Doctores, in quærenda ratione, cur valeat prohibitio testatoris de seruis non alienandis, ita vt si alienentur non valeat alienatio, nec etiam vsucapio, nam licet testator causam expresserit suæ prohibitionis, vt tangit *glossa prima ibidem*, tamen cum illa causa respiciat fauorem prohibiti, videtur, quod possit renunciare iuri suo, iuxta regulas vulgares; cui obiectioni occurrit communis, ideo in terminis *dict. leg.* 2. fieri non posse renunciationem, quia ibi agitur de minoribus, qui res suas etiam cum tutoribus alienare non possunt, *argumento leg. Lex, qua tutores Cod. administratione tutorum, ita ex Bartol. Paulo, &* alijs, *Menchaca successionum creatione, §.* 10. *numer.* 236. Sed reijcitur ex multis communis, quia 149.

quia supponit minorem cum tutore alienare non posse iure Codicis antiquo, quod est contra nouam Constantini legem, *d. leg. Lex, quæ tutores, expendit optime Cald. d. quæst. 23. num. 23.* Quare reiectis alijs solutionibus de quibus *Caldas d. nu. 23. & num. 25. in principio*, nobis placet dicere ideo *in terminis illius l.* non posse seruos alienari contra præceptum testatoris, quia prohibitio fuit facta ex causa affectionis erga seruos, quæ affectio orta est ex perfecta artis peritia, qua illi serui fruebantur, & ideo nihil mirum si per hæredes renunciari non possit talis prohibitio, tanquam respiciens eorum fauorē minus principaliter, & hanc explicationem clare demonstrant verba *illius l. 2. ibi* (*si contra defuncti voluntatem*) ex quibus textus præsupponit voluntatem fuisse iuridicam, etiam sine respectu hæredum, nam cum causa cooperiens nudum præceptum defuncti fuisset ipsius affectio erga seruos, nata ex peritia artis, vt textus insinuat, sit consequens, talem prohibitionem valere ex sola affectione, prout de turri, & domo maiorum supra retulimus cum cōmuni, *ita post alios optime Caldas d. num. 23. ad finem, cum Ripa in dict. §. Diui, num. 3. præceptores ad dict. §. Diui.*

Ex quibus venit examinanda quæstio, an si è contrario seruus distrahatur, sub ea conditione, vt intra certum tempus manumittatur, possint partes huic conditioni renunciare. Communis *ex Bart. in leg. Qui Romæ §. Flauius de verborum ad finem, vbi Iason. nu. 14. Couar. 1. variarum. cap. 14. à num. 17. plures per Fachin. 8. cap. 89. Molin. disput. 265. versiculo exceptis, Faber decad. 46. errore. 1.* tenet affirmatiuam sententiam *per textum in l. 3. D. de seruis exportandis, ibi* (*si in eadem perseueret voluntate leg. 3. D. qui sine manumissione, l. final. Cod. si mancipium ita fuerit alien. leg. Quæsitum versiculo sed si D. qui, & à quibus l. 4. versiculo sin autem D. manumiss. vindict. l. Si pecuniam §. 1. D. eodem*; Sed contraria sententia verior est, quia non possunt partes mutare voluntatem in præiudicium serui cui ex facto ius quæsitum est, *dict. l. Qui Romæ §. Flauius. D. de verbor. l. Id, quod nostrum D. regul. iuris*, tenent multi per *Molinam supra versic. cōtrariam, Fachineum d. cap. 89. Faber supra errore 2. Cald. 4. part. de extinct. emph. cap. 19. numer. 32. & for. quæst. 1. numer. 13. & consil. 39. num. 21.* Neque obstat *d. l. 3. cum alijs, supra citatis* quia iura illa cōsiderant perseuerantiam voluntatis vt competat libertas ipso iure, secundum cōstitutionem Diui Marci, sed non negant competere libertatem per officium iudicis quantumcumque partes expostfacto, velint contradicere, *dict. leg. 1. D. qui sine manumissione.*

Neq; obstat *l. 5. §. 1. D. de Conditione causa data*, quia ibi pœnitētia

nõ officit libertati,sed solũ consideratur respectũ intereſſe,quod peti poteſt, à tradente,ſed libertas ſẽper competit. Nec obſtat *leg. 4. de manumiſſis vindicta*,quia reſpõdetur textum non agere de manumiſsione facta virtute pacti, ſed ex nudo mandato,quod pendet à voluntate mandantis, *Caldas 4. part. cap. 15. num. 48. Sanches de matrimon. lib. 2. diſput. 11. n. 6.* & ideo neceſſe eſt vt duret voluntas mandantis ad effectum vt libertas præſtari queat.

Hinc etiam examinanda venit communis ſententia, *in d. §. Diui* de qua *poſt Alexand. Bald. Ruin. Iaſ. 2. lectura num. 6. Alciat. nu. 12. Ripa num. 37. & alij, quos refert Caldas d quæſt. 23. num. 22. in principio*, dum habet, quod licet verum ſit prohibitionem de non alienando per viam diſpoſitionis,nullius eſſe momenti, ſi non adijciatur cauſa prohibitionis, tamen ſi per viam conditionis fiat,valebit diſpoſitio,
250. quaſi conditio veſtiat nudum præceptum teſtatoris,quod ſupradicta communis ſententia exiſtimat probari *per l. 4. §. Idem Iulianus D. de cond. inſtitut.* ſed cum non exprimatur alia prohibitionis cauſa, præter ipſam conditionem,non video cur hæc conditio poſsit efficere cauſam legitimam præcepti, cum ſit certum conditionem nihil ponere in eſſe,*l. Si quis ſub hac conditione. D. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti vbi cõmuniter ſcribentes per Gom. tom. 1. cap. 3. num. 23. Peregrin. articul. 11. num. 45. & artic. 28. num. 8. Mantica de coniect. lib. 11. tit. 2. num. 4. Barboſ. in Rubr. D. ſoluto matrimon. 1. part. nu. 42. Caſtilho tom. 4. cap. 55. à nu. 14.* & effectus intrinſecus conditionis ſit ſuſpendere,non validare diſpoſitionem, *iuxta l. Cedere diem D. de verborum ſignificat. Surd. conſ. 439. nu. 24. Galganet de cond. 1. part. cap. 1. à n. 12. & cap. 2. n. 22. Spino de teſtam. gloſ. 14. n. 5. Accat. in Rubr. de condit. 1. p. n. . Cald. de nomin. q. 7. n. 6.*

Ideo alij dicunt in terminis *illius* §. eſſe ſupponendos terminos habiles, ſcilicet conditionem (*ſi non alienaueris*) de ſe non importare prohibitionem, ſed aliunde accipiat vim prohibendi, quod videtur ſuaderi ex eo, quia dubitatio principalis non fuit ibi de prohibitionis validitate, ſed de interpoſitione cautionis Mutianæ, vt patet ex litera. Alij volunt, quod ideo conditio valeat, quia datur reſpectus ad perſonam ſerui, *argumento l. Generaliter §. Si petitum D. de fideicom. lib. notat Bart. in d. §. Diui, nu.* 3. Alios intellectus *aſsignat Iaſon. Soccin. Crot. Ruinus, quos refert Cald. dicto nu. 22. ſequutus præceptores ad d. §. Diui*, exiſtimat enim conditionem, (*ſi non alienaueris*) *in d. §. 1.* eſſe ſeruandam, non ex eo, quod ipſa veſtiat præceptum teſtatoris, ſed ex eo, quia eſt conditio, & iux- 251.
ta regulas conditionum debet ſeruari,& reſpondet *ad textum in d. §. Diuus*, quod procedat,in caſu, quo teſtator vult prohibere, ne legatarius

tarius alienet rem, quæ iam est in suo dominio, secus tamen si adhuc ipsius rei non sit dominus, quia tũc obseruabitur conditio testatoris. Sed ego miror in re tam facili, ingeniosos viros hæsitasse, quia si attendamus ad mentem *Vlpiani in d. l. 4. § 1.* de facili fatebimur intentionem Consulti non esse prohibere serui alienationem, per conditionem illam, *si non alienaueris*, quia si fiat contra conditionẽ scriptam alienatio validissima erit, in quo mihi lapsa est communis sententia existimans esse nullam, cum Vlpianus solummodo nos doceat esse necessariũ, vt cohæres, qui sub illa cõditione institutus est, ei obediat, antequam hæreditatẽ adeat, iuxta ordinarias conditionum regulas, & quia conditio erat negatiua, quæ in toto vitæ grauati discursu deficere potest per contrauẽrionem, merito, ne voluntas esset frustratoria, succurritur remedio Mutianæ cautionis, per quam fuit adinuẽtum remedium, vt hæredes sub negatiua conditione instituti possent statim hæreditatem adire, cum illo moderamine, quod si cõtrauenerit cohæredibus restituet. *l. Mutianæ 7. D. de cond. & demonstrat, Authentica cui relictum Cod. in dicta viduitate tollenda, post Costa. select. lib. 2. cap. 6. Peregrin. artic. 11. n. 126. & artic. 43. num. 20. Ægidius l. Ex hoc iure 2. tom. cap. 11. conuenientia 6. Balduinus & Cujac. quos citat Bernal ibidem, & post eum Accatius,* & hæc est ratio, propter quam cohæres iubetur cauere *in illo textu* de seruo non alienando, non autẽ, quia præceptum conditione vestitum appareat. Vnde vt conditio suum operetur effectũ necesse est, vt detur cohæres, cui cautio Mutiana præstanda sit, & in cuius fauorem defectus cõditionis operari valeat; nam si hæres grauatus solus sit scriptus, cum nõ detur alter hæres, reputatur conditio impossibilis, vt patet ibi, *quia sibi solum, & non alteri impleri conditio potest, optime Pinel. 1. selectarum. cap. 15. numer. 11. Fab. lib. 2. de coniect. cap. 16.*

Subsequitur nunc discutere, vtrũ præceptum testatoris si fiat per viã modi vestitum dicatur, ita vt seruãdum sit, in quo puncto tot esse sen- 252.
tentias, quot capita testatur *Loazes in d. §. Diui nu. 43.* & ex aliquibus, quos refert consulse de more *Cald. quæst. 23. nu. 27.* communior tamen, & verior sentẽtia est, quod si modus importet causam finalẽ, vel in fauorem tertij, vel in ipsius testatoris commodum, sufficiat ad iustificãdum præceptum alias nudum, & ita validabit prohibitionẽ, in terminis *d. §. Diui*, comprobant Doctores *per textum in l. Titio centũ versiculo sed si fratris filio D. cond. & dem.* intelligendo quod non Titius de quo in principio textus, prout male dicunt *gloss. Alberius, & Bald. ibi Loazes in d. §. Diui num. 97. quos sequitur Ripa ibidem nu. 42.* dicendo se noue tenere, quod Titius erat

etiam legatarius in secunda parte illius legis,quasi esset grauatus fūdum emere, & cogitur cauere de non alienando aperte enim cōstat non Titium sed filium fratris fuisse legatariū *in d.verſic.* sed si filio,& ita prohibitio ibi ornatur, ex iusta
253. causa à testatore scripta, scilicet alumnum esse, minus sagacem, & industriū,*vt sonant verba textus*, quibus testator significauit sibi notam sagatiam alumni, cui prospectum esse voluit,quasi aliter ei non satis consulatur, *ita post Paul. Alex. Immol, Aretinus,consil.* 19.*colūna final. Costa select.lib.* 2.*cap.* 20. *Menchaca succeſſ.creat* §.10.*n.* 236. *Caldas, qui vt solet de verbo ad verbum* trāscripsit, præceptores ad §.*Diui d. quæst.* 23. *num.*27. postea *Accatius in d.l. Titio,num.*32. *cum quibus insignis præceptor Lourenço in lectura illius legis.* Nec aduersatur huic vero sensui dicere, prout tangunt proxime citati, quod modus, de quo *in d.verſicul. sed si filio* non videbatur obseruandus,ex eo, quia toties resoluitur in commodum, & vtilitatem alumni legatarij minus industrij, atque ita tanquam cōsilium posse renunciari,& omitti ab eodem argumento *d.l.*2.§.*fin. D. Mandati, iuncta leg.Potest.*71. *vbi optime Alex. D.ad l. Falcidiā*, nec prohibitio valere debet,cum causam nō habeat, quia respectus legatarij, non reputatur sufficiens, *vt notatur in dict.*§. *Diui*, & denique videtur nullum interesse hæredis dari, *contra verba d.*§. *verſiculi, sed si filio*,ibi, (*interesse hæredis credendum est*) quia respondent *Crotus in d.*§.*Diui num.* 30. & *Ripa num.*41. in prædicto versiculo *sed si filio* interesse positum hęredis esse,in eo,quod alumnus exempto fundo,& non alienato posset quærere, ex eius redditibus alimenta, quæ si non habeat,cogetur hæres præstare,quemadmodum enim testator,si viueret frarrem, & eius filium alere teneretur, *leg.Qui filium D. vbi pupillus educari debeat*, ita etiā hæres testatoris consobrinum alere tenebitur argumento *l.* 2.§. *Ex his D.de verbor.& in hanc partē videtur inclinare Surdus de alimentis tit.* 4.*quæst.*24.*num.* 11. vbi scribit fratrem teneri non solum alere fratrē, sed eius filios. Sed falluntur supradicti Doctores,quia obligatio ali- 254.
mentandi fratres, restringitur ad ipsorum personā,ita vt non extendatur ad eius filios,vt comprobat *Costa dict.cap.* 20. *num.* 2. & melius *Molin.lib.* 2.*cap.* 15. *num.* 67. *Lara in l.Si quis à liberis* §. *Idem rescripsit, nu.*108. pro quibus est textus vnicus *in l.Si instituta* §. *De in officioso D.in officioso testamento*, per locum ab speciali, dum ibi decernuntur alimenta consobrino, ex eo, quia tractabat de legitima consequēda, vt bene aduertit *Castilho* 3.*cōtrouers. cap.*27.*numer.*68. Quare nos cum *Costa,Caldas, Accatio, supra citatis, & præceptoribus varijs in locis*,dicimus quod ideo hæc causa renunciari non potest, quia maximū hæredis

inter-

intereſſe cõſideratur in obſeruãda teſtatoris voluntate, vt poſt *Coſtam ex alijs comprobat Galganetus, de cond. 2. part. cap. 3. quæſt. 7. num.* 20. maxime, cum hæc voluntas tendat ad
255. pia in eo quod teſtator voluit conſulere alumno de alimentis *vt per Laram d. loco num.* 113. & quæ expendit inſimili *Barboſ. in l. Si Cum dotem §. Si pater nu.* 25. *D. ſoluto matrimonio Accat. d. num.* 32. cum ergo ſobrinus ſit minus induſtrioſus, vt pote de illis perſonis, quæ ad alimenta vocantur ſaltem ex diſpoſitione teſtatoris in terminis *l. Cum hi. §. Sed & perſonarum D. de Tranſactionibus poſt Caldas dict. num.* 27. *Accat, num.* 33. *ind. l. Titio. Cuiacius lib.* 1. *obſeruat. cap.* 3. ideo merito omitti, vel renunciari nequit, propter authoritatem ipſius teſtatoris, ne ipſius dilectus, & coniunctus conſumpta pecunia legata, cogatur hoſtiatim victum quærere, in quo dicimus verti vtilitatem teſtatoris, & hæredis, qui ſaltem pudore, & reuerentia coactus alimenta ſubminiſtraret teſtatoris ſobrino egeno, *argumento leg. Pecuniæ* 8. *ad finem, de alimentis, & cibarijs legatis*, vbi ſic notat *Cuiacius lib.* 7. *reſponſorum Papiniani ſuper d. text.* merito igitur propter ſuprapoſitos reſpectus cogitur alumnus præſtare cautionem de fundo non alienando, ne alias ſequatur alter effectus contrarius menti teſtatoris.

Ex quibus colligitur quod ſi prohibitio fiat à teſtatore per viã modi, valebit talis prohibitio, non tanquam præceptum, ſed tãquam 256.
modus finalis, nam ad obſeruantiã modi tenetur legatarius ex vi præſtitæ cautionis, *iuxta l. Quibus diebus §. 4 Termilius D. de cond. & demonſtr. Sarmiento lib.* 2. *ſelectarum cap.* 3. *num.* 1. *Menoch. lib.* 4. *præſump.* 201. *n.* 36. *Molina lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 24. *Surd. de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 16. *n.* 41. *Pereg. artic.* 11. *n.* 115. *Accat in Rubr. de cond.* 4. *part. n.* 6. *&* 34. vnde infert *Coſta d. cap.* 20. *ad finem cum Bartolo ind. l. Titio centum num.* 5. *& cõmuni ſententia ind. §. Diui*, quã ex alijs refert *Loazes ibi n.* 95. quod ſi alienatio fiat, contra modum ſcriptum valebit, licet hæres agat cum legatario ex cautione: nam cum legatarius tantum teneatur hæredi obſtrictus ex cautione præſtita, & ſic ex contractu, ſuccedit *regul. l. ea lege C. de condict. ob cauſam cum alijs ſupra relatis Coſtam referũt præceptores in d. §. Diui aduertentes verbum*, non alie- 257.
netur, de quo, *ind. l. Titio centum in fine principij*, tantum adijci, vt cautio non amittatur, ſi fundus in dominio conſeruetur, non autem, vt dominij trãslationem impediat, ſi alienetur, maxime, cum prohibitio de qua *in d. l. Titio*, ſit tacita, nõ autẽ expreſſa, quæ attẽto iuriſconſultorum tẽpore, nõ impediebat dominij translationẽ, vt ſupponit Imperator *in l. vltima §. Sed quia C. cõmunia de legat. vbi Corneus n.* 2. Et tandẽ quia alienationis prohibitio, tunc demũ impedit dominij trãslationẽ, quando

quando fit ſuper re, quæ in ipſius teſtatoris dominio reſidet non vero quando apponitur in re aliena, *iuxta gloſſ. 2. inl. fin. C. de rebus alienis non alienandis, iuncta l. Seruo alieno* 116. §. *fin. D. de leg.* 1. *Peregrin. de artic.* 11. *num.* 82.

Ab hac tamē cōmuni ſententia merito recedit *Caldas d. quæſt.* 23. *num.* 27. *in fine cum præceptoribus in d.* §. *Diui*, vbi dixerunt æquius eſſe alienationem ab alumno factam contra modum à teſtatore expreſſum 258. nullius eſſe effectus, nec ex ea dominium transferri poſſe, tum *per l.* 2. *Cod. vſucapione pro emptore* de qua infra, tum propter nouam deciſionem *l.* 2. *Cod. de his, quæ ſub modo*, ex qua cōceditur actio illis, quorum intereſt, vt modus impleatur, notat *Galganet de condit.* 2. *part. cap.* 5. *quæſt.* 10. *num.* 6. *& verſiculo, & ſicut*, deinde ſequeretur effectus cōtrarius intentioni teſtatoris nempe alumnum amittere cautionem, & carere alimentis, ex quo in totum impugnatur teſtatoris volūtas ideo dicimus, cautionem interponi ad obſeruationem voluntatis, vt per illam hæres compellat legatarium, alienationem nulliter factam reuocare, *iuxta d. l. Quemadmodum C. de Agricolis, & cenſit lib.* 11. *Barboſ. l.* 1. *part.* 5. *num.* 14. *&* 15. *D. ſoluto matrimonio*, Neque rationes pro communi adductæ aliud probant; ad primam enim reſpondemus verius eſſe legatarium, & hæredem obligari ex teſtamento defuncti voluntatem obſeruare, mediante cautione. Nec alia ratio vrget, quia contendimus præceptum teſtatoris poſt fundū emptum, æqualiter eſſe ſeruandum in illo, acſi a principio fundus eſſet proprius, nec aliquam inter hos caſus eſſe faciendā differentiam, & ſumus extra terminos *gloſ. in d. l. vlt. ita Cald. d. n.* 27. *adfinem.*

Declarabis igitur omnia hucuſque dicta, in omnibus caſibus, in quibus reſoluimus præceptum teſtatoris eſſe iuſtum, & obſeruandū, alienationem in contrarium factā eſſe nullam, ita vt ſtatim ſit reuocanda ab ijs, quorum intereſt, *ſecun* 259. *dum deciſionem textus in l. Cum pater* §. *Libertis D. de legatis* 2. vbi notat *Paul. Caſtren. num.* 4. *per gloſſam* ibi, *verbo, ne id alienarent*, quæ maxime commendatur *à Molina de primogen. lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 32. *Caldas dict. quæſt.* 23. *num.* 103. *Peralta in Rubrica de hæredibus inſtituend. num.* 140. *Gom. l.* 40. *num.* 88. *Molina iterum lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 3. *Valaſc. conſultat.* 69. *nu.* 19. *Sigiſmundus Scaccia lib.* 2. *de iud. cap.* 9. *num.* 579. *vbi plures citat Caldas de renouatione quæſt.* 16. *n.* 40. *Menchac. ſucceſſ. creat.* §. 10. *nu.* 82. Qua ſcilicet facta alienatione admittuntur ad illam reuocādam, qui ei non conſenſerunt, *iuxta leg. Peto* §. *Fratre D. illo titulo, optime Peregrin. de fideicommiſſis artic.* 14. *nu.* 3. vbi bene declarat *iuncto num. ſequenti*, quod ſi alienatio indiffinite prohibeatur, omnis actus ceſſeatur 260.

incluſus,

inclusus, siue per contractus, siue per vltimam voluntatem *d.* §. *Fratre iuncto textu in leg Siquis prioris* §. *Certum Cod. de secund. Nupt.*, vide illum vbi supra multos qui Doctores sic notantes allegat, & iterum repetit *num.* 40. quod idem videntur agnoscere scribentes *ad dict.* §. *Diui*, vbi *Loazes num.* 134. *post Bart. in l. Petro* §. *Fratre de legat.* 2. *num.* 2. *Gabriel com. titul. de fideicommissis conclusione* 10. *nu.* 1. *versic. primus casus*, *Alciat. in l. Si quis ita* 155. §. *Ea lege D. de verborum num.* 10. *Padilha in l.* 4. *C de fideicommissis num.* 23. *sentit Molin. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 33. *& melius Couarru. in nostro cap. Raynaldus in principio num.* 8. Nec resolutio hæc offenditur ex §. *Fundum Titianum*, *l. Pater filium* 36. *D. legat. tertio* quia prohibitio, de qua ibi fuit restricta tantum ad vitam, vt patet ex principio textus ibi (*quoad viueret*) *notat Caldas de Nominat. quæst.* 1. *num.* 59. *& d. quæst.* 23. *numer.* 9. *Faber lib.* 14. *de coniect. cap.* 7. *in principio*, si autem non sit aliquis ad quem res peruentura sit, qui reuocet statim alienationem, idem qui alienauit, contra factum suum venire potest reuocando alienationem argumento *d. l. quemadmodum C. de Agricolis, & censitis lib.* 11. *Molin. d. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 18. *& sequentibus*, vbi multis comprobat *addo Caldas post præceptores in d.* §. *Diui d. quæst.* 23. *nu.* 36. *post medium & optime de emptione cap.* 26. *n.* 17. *insignis Barbos.* 5. *part. l.* 1. *D. soluto matrim. num.* 15. *Ordinatio lib.* 4. *tit.* 48. §. 3. & non solum ab alienante, sed ipsius hæredes, quando, vt diximus, non sunt alij ad quos tangat, sic limitata *regula l. Cum à matre C. rei vendicatione*, *tradit Molin. d. cap.* 1. *num.* 20. *Valasc. consult.* 69. *num.* 19. *Surd. consil.* 331. *num.* 6. & sic practicatur.

Neque etiam contra prædictam resolutionem obstat *leg. Cum pater* 79. §. *Cum inter de leg.* 2. vbi ad prædium relictum per fideicōmissum in fauorem familiæ, admittitur filius libertæ, qui de familia non est, quasi prohibitio testatoris non cōprehendat successionem ex testamento, vel abintestato, quia omisso communi intellectu, *de quo Bart. ibi à principio. Paul. Areuin. quos sequitur Tiraquel. de retractu lib.* 1. §. 26. *glos.* 1. *nu.* 4. *Molina lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 34. *Gabriel d. conclus.* 10. *num.* 1. qui limitat prædictam resolutionem, in casu, quo succeditur ab intestato; verius dicendum est prohibitionem, etiam successionē ab intestato cōprehendere: Nam receptum testatoris, æqualiter repellit hæredem veniētem ab intestato vt per *Bald. in l. Peto* §. *Fratre de legat.* 2. *nu.* 2. *Crottus in d.* §. *Diui num.* 110. *vbi Ripa num.* 97 *Succin. consil.* 43. *lib.* 3. *num.* 11. *Decius consilio* 23. *n.* 6. *Padilha l. Voluntas Cod. de fideicommissis num.* 13. *Peregrin. de fideicommissis artic.* 14. *num.* 33. *Molina dict. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 75. *sequitur insignis Primarius, Regius* 3. *Palatinus, & Collega meus Cunha in l. Cum ita* §. *In fidei-*

fideicommisso D. delegat. 2. Nec obstat *d.* §. *Cum inter* quia testator ibi prohibuit alienationem extra familiam libertorum, in qua Iureconsultus admittit filium libertæ, quia testator omnibus libertis masculis, & fœminis dedit, & quèadmodú masculi possunt filijs suis portionem fideicõmissi relinquere, ita etiam liberta filio relinquere poruit, ne deterioris sit conditionis, quam liberti supposita voluntate testatoris, qui omnes in fideicommisso exæquauit, vt bene scribit *Ripa supra num.* 98. *Peregrin. artic.* 14. *num.* 36. *ad finem Cunha citato loco.*

Omnia tamen supradicta limitanda sunt, quãdo alienatio traxerit initium a debitis contractis per testatorem prohibentẽ, tunc enim res quantumcumq; prohibita alienari potest, ita probat *d.* §. *Diui verficulo, sed hæc ibi (sed hæc neque creditoribus, neque fisco fraudi esse)* communis opinio, *cum Bartolo ibi num.* 8. *Coroto num.* 25. *ad finem, Caldas dict. quæst.* 23. *num.* 63. alias sequeretur absurdum maximum, nẽpe quod esset in manu debitoris fraudare creditores impediendo debitorum solutionem, impositio præcepto de bonis non alienandis, vel facto fideicommisso perpetuo, vel maioratu, vel capella, *contra regulam l.* 1. *C. debitorem venditionem pignor. impon. non posse*, quod bene comprobat *Molin. de primogenijs lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 3. *per d.* §. *Diui dum scribit* bona, Maioratus, quæ vt supra diximus secundum totius Hispaniæ consuetudinem sunt inalienabilia, posse vendi, & distrahi pro debitis instituroris, quod similiter in rebus fideicommisso perpetuo annexis tradit *Peregrin. artic.* 40. *num.* 18. *& articul.* 52. *n.* 107. cum infinitis, quos refert: & probatur etiam *ex text. optimo in l. Cum fidei* 9. *D. de fideicomiss. libertatibus* ibi (*sed necessitas alienandi ex causa testatoris pendet*) & apud nos est *Ordinatio Regia lib.* 3. *tit.* 93. *ibi (per causa algũa duuida, ou obrigaçaõ que procede sse da pessoa do instituidor)* prosequitur optime *Caldas vbi proxime, Molin. disput.* 640. *à principio, Rebello,* 2. *part. lib.* 7. *quæst.* 9. *num.* 18. *Monetа de commtat. vltimarum voluntatum cap.* 9. *num.* 118. *post alios Padilha in l. Vnum ex familia* §. 1. *num.* 2. *D. de legatis* 2. ampliantes etiam ad casum, quo debitum sit ipsius hæredis argumento *l. Ab omnibus* §. *fin. D. de legatis primo l. penul. D. ad Trebellianum, iuncta l. In imponenda C. ad legem Falcidiam*, nõ obstante *l. Stichũ* §. *Aditio D. solution. vt per glossam ibi verbo, retinet*, quia textus ille non procedit quando bona sunt prohibita alienari, quia vinculum illud impedit confusionem de qua *in dict.* §. *Aditio Barbosa l. Quæ doris D. soluto matrimonio à principio Faber decad.* 2. *error.* 4. *& de coniect. lib.* 20. *cap.* 20. *col.* 2. prout in terminis *l. In imponenda C. ad leg. Falcid.* & supponunt *Mantica de coniecturis lib.* 7. *titul.* 8. *num.* 15. *Peregrin. d. num.*

261.

262.

263.

d. num. 18. *Moneta supra nu.* 119. *& melius num.* 429. quod non solum procedet, si bona adhuc sint penes
262. testatorẽ, sed etiamsi sint iam penes hæredem, & successorem, vt constat *ex d. §. Diui, ibi (nam si hæredis bona venierint propter testatoris creditores, iuncta l.* 2. *§. ex his D. de verborum*, quod idem erit licet bona sint iam penes remotum successorem, is enim quicumque sit, non potest impedire deductionem æris alieni à testatore contracti, *iuxta l. Papinianus*, 8. §. *Quarta autem D. de inofficioso testamento*, resoluit in terminis *Peralta in l.* 3. *§. fin. num.* 61. *D. de hæredibus instituendis*, Quæ resolutio æqualiter habebit locum, siue bona alienari prohibita, sint hypothecata, siue non, cum hac tamen aduertẽtia, quod hypothecata pos-
263. sunt primo, & principaliter vendi tanquam reliqua bona libera, & non vinculata, etiamsi supersint alia bona libera, & non vinculata, quia ius illud reale hypothecæ postea per debitorẽ deterius fieri non potuit argumento *d. l.* 1. *C. debitore vend. pig. iuncta leg. Creditoris* 8. *D. de distract. pignorum. Rodrigues de priuil. cred.* 2. *part. artic.* 1. *num.* 3. *Peregrin. artic.* 40. *n.* 28. *Mudeus tract. de pign. tit. quibus modis pignus soluitur n.* 80. Alia uero non hypothecata, si per testatorẽ postea vendi prohibeantur, solum in subsidium, & defectũ aliorum bonorum non vinculatorum distrahi possunt *vt probat text. optimus de iure in l. Pater filium* 36. *in fine principij D. de leg.* 3. ibi (*si non erat aliud in hæreditate, vnde debitum ex soluisset*. Notant Doctores cõmuniter *ad d. §. Diui, vt per Ripa num.* 26. *Alciat.* 30. *Loazes.* 88. *Molin. d. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. *& lib.* 4. *cap.* 7. *nu.* 2. *Cald. d. n.* 63. *à princip. Gabriel consil.* 118. *col.* 3. *Peregr. d. artic.* 40. *n.* 22. *Garcia de expensis cap.* 26. *nu.* 7. *Pater Molin. disp.* 640. Quæ resolutio declaranda est, videlicet, quod licet pro debito ab hærede contracto, non possit fieri executio in bonis alienati prohibitis, nisi in vita ipsius hæredis, vt constat ex notatis *ad l. Peto §. Prædium D. de legat.* 2. & nos infra dicemus, tamen pro 264.
debitis testatoris, id est instituentis fideicõmissum, aut maioratu perpetuo fieri debet alienatio *Molina d. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 1. *Caldas vbi proxime*, & est de mente omnium, quos supra citauimus, *Ordinatio vbi supra ibi (poder sehão vender, & arrematar tãtos bens, que baslem, &c.)* Inferunt etiam ad praxim *Molin. d. lib.* 4. *cap.* 7. *nu.* 2. *& Caldas nu.* 64. *cum multis, ab eis relatis*, Moneta *de commut. vltimar. vol. cap.* 9. *nu.* 124. quod si res maioratus seu capellæ per Regium rescriptum iubeatur distrahi, ex aliqua iusta causa semper in eo rescripto subintelligitur clausula, nisi aliæ res liberæ superfuerint, argumento *d. l. Pater filium cum communi supra citata*, maxime cum rescripta accipiant interpretationem de iure communi, *iuxta cap. causam, quæ* 18. *de rescriptis*, vbi notant scribentes, vt

tes, vt per *Felinum, ibi, in principio, Molina de primog. lib. 2. cap. 1. num. 13. Riccius 2. tom. prax. resolutione 92. plures per Barbosam Vimarensem in remiss. ad eundem textum.*

Limitanda tamen sunt omnia supradicta, ne procedant, quando institutor debita contraxit post maioratum irreuocabiliter constitutum,& traditum tertio possessori, prout limitauit *Caldas vbi proxime num. 65. Ordinationem dict. titul. 93.* ne procederet in debitis contractis ab instituente post maioratum in-
265. stitutum,& traditum, administratori, tunc enim licet institutor postea debita contrahat, maioratus non erit obnoxius satisfactioni, nec fiet in eius bonis executio, nec per hanc viam reuocetur maioratus, quem ipse instituens reuocare non poterat, argumento *text. in leg. Perfecta donatio Cod. de donationibus, quæ sub modo; regula id quod nostrum D. de regulis iuris*, notat in terminis *Gomez l. 40. Tauri numer. 72. ad finem*, sicque voluere præceptores *ad dict. §. Diui*, à quibus adunguem transcripsit *Caldas dict. num. 64. cum Molina lib. 1. cap. 10. numer. 11. & iudicatum testatur Phebus decis. 84. num. 3. tom. 1. Molin. d. disputat. 640. num. 5. Rebello d. lib. 7. quæst. 9. nu. 21. Gutierres lib. 2. Practicarum. quæst. 53. Pelaes de maioratibus 4. p. quæst. 26. Matiençol. 6. titul. 7. lib. 5. gloss. 3. à num. 17. nouissime Castilho tom. 4. cap. 35. nu. 39. & 45. & cap. 5. n. 23. Ceualhos quæst. 636. à num. 14. Monet a de commutat. vltim. vol. cap. 9. nu. 412. & 418. post Peralta in l. 3. §. Qui fideicõmissum D. de hæredib. instituendis, num. 124. post Auendanh. de Velasques l. 21. Tauri glossa 1. à n. 15. & seqq. Castilho d. n. 45. & 58. Gutier. vbi supra quæst. 53. Pelaes 1. p. quæst. 24. n. 35. & seq. Faquin. lib. 8. controu. cap. 8. Flores in addition. ad Gammam dec. 8. Gutierres iterum quæst. 64. n. 4.* quod bene monet *Caldas* esse intelligendum post traditionem iam factam, quia licet maioratus etiam irreuocabiliter inter viuos fuerit factus, iuxta resoluta *ad l. Quoties C. de donationibus, quæ sub modo* tamen cum ante traditionem nullum administratori sit acquisitũ dominiũ *l. Traditionibus C. de Pactis*, sequitur administratore nullam habere prælationem in illis bonis, argumento *l. Procuratoris §. Plane D. de Tributoria actione, Parlador. quotid. lib. 1. cap. 8. Rodr. de priuileg. cred. 2. part. artic. 3. Barbosa leg. Si cum dotem §. fin. D. sol. matr. n. 32. Ægid. l. Ex hoc iure tom. 1. c. 6. n. 52. &* 53. maxime cũ institutor post bona sic in actu vinculata, illa possit hypothecare *l. vlt. §. Lucius D. de donation.* vbi post donationẽ celebratã recte cõtrahitur hypotheca *Fab. dec. 46. err. 6 à nu. 5.* si ergo concurrãt creditores hypothecarij cũ administratore, qui solũ chyrographarius ante traditionẽ cõsideratur, abq; dubio præferũtur hypothecarij *ex reg. textus in l. eos 9. Cod. qui potiores in pignore iunctis quæ Mantica de contract. lib. 11. tit. 22.*

à num.

à num. 21. *Barbos. l.* 1. *D. soluto matrimon. p.* 7. *num.* 16. *Rodrig. de priuil. credit.* 2. *part. artic.* 1. *num.* 1. *Pich. ad l. Priuilegia de priu. credit. nu.* 11. Sic notarunt ad nostrum intentū *præceptores ad d.* §. *Diui, P. Molina disp.* 640. *num.* 5.

Aduertendum tamen est in hoc puncto sufficere clausulam constituti, vt maioratus dicatur irreuocabilis, *iuxta Notata ad leg. Quod meo D. de Acquirēda possessione*, cum per illam clausulam nominatus censeatur verus possessor iuxta resoluta *per Tiraquelum de constituto, Gomes l.* 45. *à num.* 45. *& 78. Caldas de emptione cap.* 10. & in terminis cum *Molina lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 35. *Moneta d. cap.* 9. *nu.* 419. *optime Gutier. lib.* 3. *Pract. quæst.* 65. *à num.* 221. *Castilho d. tom.* 4. *cap.* 35. *num.* 42. *& 67.*

Declaranda est tamen prædicta resolutio, vt procedat quando maioratus factus, & creatus est ex certis, & limitatis bonis, quæ certis terminis astringuntur, secus tamen dicendum erit, si bona sint incerta, & regulanda à tempore mortis, prout si pater in nostro regno constituat etiam irreuocabiliter maioratum in vita sua de bonis, quæ in tertia sibi obuenerint, vel in regno Castellæ in persona filij de tertio, & quinto: nam in hoc casu si instituor debita contrahat post maioratum institutum, adhuc illa bona tenebuntur; Ratio ea est, quia cum bona illa regulanda sint secundum tempus mortis, *iuxta l. Cum quæritur iuncta authentica Nouissima Cod. inofficioso testamento Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 33. *à nu.* 6. *Cald.* §. *Sed hæc de inoffic. numer.* 11. *& 48. Mangilius de imput. quæst.* 9. Vnde si post constitutum Maioratum bona minuatur propter debita instituentis, erunt debita ex ipsis persoluenda, vt bene resoluit *Gomez l.* 17. *num.* 17. *Castilho ad l.* 23. *à principio. Molina lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 82 *Gutier de iuramento confirmatorio* 3. *part. cap.* 15. *numer.* 33. *Angel. & alij, quos sequitur alter Castilho tom.* 4. *cap.* 35. *à nu.* 47. vbi sic in Hispalensi Senatu fuisse iudicatū testatur, & defendit, quia bona non dicuntur, nisi prius deducto ære alieno, *l. Subsignatum* §. 1. *de verbor. significat l. Papinianus*, §. *quarta D. inofficioso testamento. Valasc. de part. cap.* 17. *num.* 6. *Menoch. consil.* 149. *nu.* 7. *Castilh. tom.* 4. *cap.* 35. *n.* 54. *Moneta de commut. vlt. vol. cap.* 9. *n.* 151. quicquid *Velasques de Mixt.* contrariū sibi persuadeat, *dict. l.* 1. *gl.* 1. *num.* 6. cuius fundamenta optime diluit *Castilh.* vbi proxime.

Supradictis adiungere curamus illud, quod scribentes in hac materia communiter resoluunt, scilicet inter alienationes necessarias cōputari illam, quæ fit per sententiam iudicis: Nam etiam quæcumq; res prohibita alienari per sententiam fit alienabilis, sic notant Doctores 266.
ad leg. 3. §. *Item quæri potest D. de rebus eorum ibi (nam, & hic valebit alienatio propter rei authoritatem iudicatæ)* maxime cum alienatio sit necessaria,

ceſſaria, & pluſquam neceſſaria in qua militat ratio, & *deciſio dict. leg.* Peto. §. *Prædium D. de legatis ſecundo, l. Alienationes D. Familiæ herciſcundæ. l.* 1. *D. de fundo dotali* cum ſimilibus, de quibus *Molina lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 1. *Caldas d. quæſt.* 23. *nu.* 77. & 38. & *in* §. *Sed hæc eſt Inſt. de inoffic. nu.* 36. *Surdus de alim. titul.* 9. *quæſt.* 32. *num.* 12. *Faber de errorib. decad.* 98. *error.* 9. *Ægidius in l. ex hoc iure tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 21. *Menoch. de arbitrarijs caſu.* 171. *numer.* 72. quæ reſolutio optime procedit, quando ſententia fuerit prolata ex cauſa, quæ habeat originem à primo inſtituente: nam quemadmodum reſoluimus ſupra pro debitis manifeſtis inſtitutoris poſſe res maioratus diſtrahi *d.* §. *Diui*, ita æqualiter dicendum eſt, ſi expoſtfacto appareat inſtituentē non habuiſſe ius in re prohibita argumēto *textus in l. Cætera.* 43. §. *final. in vltimis verbis D. de leg.* 1. *l. Is, qui fundum* 31. *D. de vſufructu legato ibi* (*non potuiſſe arbitrium inter alios iudicando alterius ius mutari*) & in hoc ſenſu accipiendā puto communiſsimam concluſiōnem ferè omnium ſcribentium de quibus poſt *Gomez, leg.* 40. *num.* 73. *Menchac. de creatione* §. 6. *num.* 28. *Couar.* 13. *Practicarum nu.* 6. *Pinel. l.* 1. *de bonis maternis part.* 3. *num.* 48. & *ſequenti, Padilha l. Vnum ex familia* §. 1. *num.* 14. *Molina d. cap.* 8. *nu.* 3. *Caldas d. num.* 77. *Molina diſput.* 647. *nu.* 2. *Monet a de cōmut. vltimarū volunt. cap.* 9. *num.* 445. *Gregorius Lopes leg.* 20. *titul.* 22. *part.* 3. *verbo, pero coſas, Simanquas de maioratibus Hiſpaniæ lib.* 4. *cap.* 23. *plures per Valaſc. de iure Emphiteutico quæſt.* 10. *num.* 3. dum infinitis relatis conſtituunt, ſententiā latam contra poſſeſſorem maioratus, ſeu bonorum vinculatorū nocere omnibus ſucceſſoribus etiam non citatis, *per l.* 1. §. *Denunciari D. de Ventre inſpiciendo, l. Ex contractu.* 44. *D. de re iudicata, leg. Si ſuperatus verſiculo atqui D. de pignoribus, l. Si patroni* 55. §. *fin. D. ad Trebellianum l. Papinianus* 8. §. *final. l. Qui repudiantis* 17. §. *fin. l. Si ſuſpecta* 29. *D. de inofficioſo teſtamēto*: Nam cum hæc ſententia ſit fundata in defectu iuris inſtituentiū, ſequitur, quod bona vinculata æqualiter à vinculo poſſunt ſeparari, ac alienari ex defectu iuris, prout ad ſatisfactionem creditorū *d.* §. *Diui*. Si autem cauſa incipiat à facto, vel debito poſſeſſoris, nunquam ſucceſſoribus nocere poteſt, quia dominium ab eo, quoad ſummum ad eius vitam durare poteſt alienatum *d.* §. *Prædium, l. Petro, de legat.* 2. & nos infra dicemus, & in hoc caſu defendi poteſt opinio multorū, quos refert *Caldas d. quæſt.* 23. *num.* 83. *in principio* dum contēdunt ſententiam latam contra poſſeſſorem non nocere ſucceſſoribus, ſed non ex fundamento, quo ipſi mouentur, ſcilicet res inter alios acta alijs non nocere ſed ex ratione *d.* §. *Prædium*.

Intelligenda eſt tamen ſupra poſita reſolutio, vt tunc demum ſenten-

sententia super causa maioratus noceat successoribus, quando possessor diligens fuerit in prosequenda lite nam si constiterit sententiam latam fuisse propter ignauiam, & negligẽtiam possessoris, vel propter collusionem factam cum aduersario, sequentibus non præiudicabit argumento *d.l. Ex contractu, ibi (nisi culpa tutoris) l. à sententia l. Si per lusorio. D. de appellationibus l. Si seruus plurium* §. 1. *& §. Si quis ante D. de legatis primo, l. qui repudiantis* §. *final. D. in officioso, l.* 1. *& 2. leg. Non iusto, & fere per totũ D. de collusione detegenda ita Pinelus d.l.* 1. *part.* 3. *num.* 50. *vers. limitatur quarto, Valascus de iure Emphyteutico quæst.* 10. *à n.* 3. *Padilha in l. Unum ex familia* §. 1. *num.* 15. *Molina dict. cap.* 8. *num.* 7. *Caldas dict. quæst.* 23. *num.* 84. *Pelaes de Maiorat.* 4. *part. quæstion.* 14. *sequitur præceptor Veiga in dict. leg. Si seruus plurium* §. 1. *de legatis* 1. quod confirmatur concludenti ratione, quia per hanc viam fraudarentur sequentes successores, à quibus possessor non accepit, *leg. Eum, qui D. de interdictis, & relegatis*, quod sane in humanum erit.

268.

Si vero sententia proferatur super successione ipsius maioratus inter possessorem, & aliũ oppositorem, admittendam puto generalẽ conclusionem suprapositam, & comprobatam *per Molinam d. cap.* 8. *num.* 3. *Gomez d. num.* 73. *Caldas, Pinelus, Padilha supra citatis locis,* quod sententia faciat ius quoad omnes descendentes ex illa linea licet non fuissent citati per omnia iura ibi citata, maxime *d.l. Ex contractu & d.l.* 1. §. *denunciari*. Nec in hoc casu potest habere locum *regula res inter alios acta*, quia hæc non procedit, quando successor petit ex eodem iure quo prædecessor victus est, tunc enim semper nocebit sententia, cum possessor habuerit plurimum ius de præsenti, & fuerit legitimus contradictor, *l.* 1. §. *fin. D. de liberis agnoscendis*, vt originaliter docuit *Oldrad. cons.* 94. vbi resoluit sententiam latam aduersus regem nocere successoribus, quem innumeris citatis sequitur *Molin. d. cap.* 8. *num.* 3. *Couarru. Practicarum cap.* 13. *num.* 5. *Cald. quæst.* 23. *numer.* 83. *excellenter Peregrinus artic. fin. de fideicommissis nu.* 48. *& sequenti* apud quos requiri possunt, quæ hic desiderantur, & infra dicemus.

269.

Quid autem dicendum, quãdo bona vinculata distrahuntur propter debita non instituentis, sed administratoris, in quo casu etiam posse distrahi, probat textus *in leg. Peto* §. *Prædium D. de legat. secundo*, quia hæc distractio dicitur necessaria, non voluntaria, ac ideo nunquam censetur prohibita in quacumque dispositione, *per d.* §. *Prædium. l. Alienationes* 13. *D. Familiæ herciscundæ. l.* 1. *D. de fundo dotali* cũ vulgaribus tradit *Glossa in d.* §. *Diui, Tiraquel. lib.* 2 *retract. ad finem, num.* 2. *Caldas d. quæst.* 23. *num.* 37. *&* 38.

270.

Peregrinus de fideicom. artic. 40. *nu.* 20. vbi ostatur de communi, Doctores *repetetes in d.* §. *Diui, addo Gabaget de condit.* 1. *part. cap.* 37. *num.* 2. *post Molinam lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 20. *Rebello, de obligation. iustitiæ.* 2. *part. lib.* 7. *quæst.* 9. *num.* 14. *ad finem Moneta de commutatione cap.* 9. *nu.* 124. *Crassus* §. *Fideicommissum quæst.* 58. *num.* 1. quæ alienatio sic facta non solum ad tempus, sed etiam in perpetuum, id est, quoad vixerit administrator, durabit, ita probat *d.* §. *Prædium, glos. verbo fideicommissariis, vbi Bartolus communiter receptus, nu.* 8. *vt per Ripam num.* 37. *in dict.* §. *Diui Peregrin. vbi proxime num.* 21. *Caldas numer.* 39. Ratio secundum *Paulum in d.* §. *Diui num.* 11. est, quia per hanc alienationem tantū alienatur ius illud, quod hæres obtinebat retinendi toto tempore vitæ: Vnde concluditur hanc alienationem, non solum fieri, quoad commoditates, sed etiam quoad ius, & dominium ipsius rei prohibitæ alienari, alias enim nulla daretur differentia inter alienationes necessarias, & voluntarias, quia voluntariæ, quoad commoditates recte fieri possunt, vt notat *Bart. communiter receptus in leg. Codicillis* §. *Instituto num.* 4. *D. de legatis* 2. *vt per Molina lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 24. *Caldas vbi supra num.* 40. qui infinitos citat, & nos infra latius dicemus. Quæ tamen resolutio non procedet in maioratibus, quia hi quantumcumq; immineat æs alienum possessoris, quòad ius, & dominium alienari non possunt, nec etiam quo ad vitam possessoris, vt vere resoluit *Molina lib.* 1. *cap.* 20. 271.
num. 15. licet non ex fundamento, quo ipse ducitur, scilicet in maioratibus duplicem concurrere prohibitionem, alteram legis; alteram hominis, quia hoc fundamentum non tollit alienationis necessariæ validitatem ad vitam debitoris, licet quoad alios effectus maxime deseruiat, in terminis *Authentici de alienatione, & emphyteusi,* §. *Sanctissimas collatione* 9. *cum multis quæ ad illum textum adducit Menochius lib.* 4. *de præsumptionibus præsumpt.* 189. *num.* 114. Tamen quoad præsens intentum, ideo alienatio quātumuis necessaria ad vitam possessoris in extraneum dari nequit, quia repugnat naturæ ipsorū maioratuum, qui secundum generalem consuetudinem fundatam in mēte instituētium extra generationē transire nequeūt, nec etiam quoad vitam possessorum. Nam cum memoria institutoris, nomen, & arma interim non conseruentur, quod fuit principale intentum instituētium, propter quod multoties regulæ iuris frāguntur in illis, vt considerat *Molina lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. ideo concludendum est, ne hoc inconueniens sequatur contra instituentium intentionem, alienationem etiam necessariam fieri non posse in extraneum, qui non sit legitimus successor, nec quoad vitā possesso-

possessoris, & hanc resolutionem videtur aperte cõprobare *Ordinatio Regia lib.3.tit.93.§.1.* dum in eisdẽ terminis disponit bona maioratus, 272. aut capellæ distrahi non posse, sed tantum locari, vt ex redditibus debita soluantur, patet ibi (*não se poderaõ os bens do morgado, ou capella arrematar, nem vender, mas arrendarse-ham somente em cada hum anno,*) expendit in specie *Caldas d.quæst.23. num.40.* in quo illam Ordinationẽ maxime iuridicã docuere præceptores ad *d.§. Diui* circa quam vidẽdus est, *Mendez de Castro lib.3. praxis Lusitaniæ cap.21. à num.18.*

Redeamus igitur ad alienationem necessariam in casu *d.§. Prædium*, & quæramus an sit necessarium alia bona libera non extare, 273. & esse necessarium fatentur omnes de hac materia scribẽtes, quod clare probatur *ex dict.§. Prædium. & in d.l. Pater filium in fine principij de legatis 3.* & sic tradidere maiores, *in d.§. Diui*, prout testatur *Peregrin. d.artic.40. num.22. post Gabriel consil. 118.* vbi scribit, alleganti alia bona non extitisse, & venditionem de plano fieri posse oportere probare, *iuxta vulgarem regul. leg.2. D. de probationibus agnoscit* Molina *Theologus 3.tomo disputat.640. Castilho tom.4. quotidianarum. cap.35. num.34. Monetа dict.cap.9. num.124. & 132. post Molinam lib.4 cap.7. à nu. 2. Velasques de Auendanho l.46. Tauri glossa 9. à nu.5. Azeued. consilio 38. à nu. 16. Castilho iterum d.tom.4. cap.26. à num.31. Faber de erroribus pragmat. decad.98. error.3. col.2.* inter quos maxima excitatur quæstio, an si bona libera extent, sed hypothecata, sufficiant ipsa ad effectum ne bona maioratus alienentur, de qua late *Molina, & Castilho vbi proxime.*

Secundo quæritur vtrum sit necessarium aliquod iudicis decretũ pro validitate prædictæ alienationis, prout in materia de rebus minoris requiri constat, *ex leg. Magis puto §. Ne passim D. de rebus eorum l. Ait Prætor ad finem, D. de iure deliberandi*, Menoch. *de arbitr. casu 171. à num.5. vsque 25. Roland. consil.33. num.9. lib.1. Cald. ad l. Si curatorem verbo contractum feciſti, num.1. Moneta de commut. cap.12. nu.2353. & seq.* in quo resoluendum est, stando in terminis iuris cõmunis, nullum de- 274. cretum requiri, quia iura loquẽtia de materia, nẽpe *d.§. Diui, d.§. Prædiũ d.l. Pater filium* nullã decreti mẽtionem faciunt, & solum requirũt ad iustificandam alienationem demonstrare nulla alia bona extitisse libera, & pretium rerum venditarũ fuisse versum in satisfactionẽ creditorum, quibus perspectis distractionem iure factam constabit *prout ex mente Baldi in leg. vltima, §. & si præfatam colũna final. C. de iure deliberandi*, resoluit Peregrinus *de fideicommiss. articulo 40. num.23.* Monetа *d.cap.9. num.125.* vbi assignat responsum ad textũ *in d.§. Ne passim*, quia ibi tutor non censetur persona adeo integra, quæ non adminis-

ſtrat iure dominij; de iure vero noſtri Regni non idem puto dicendũ *per Ordinationem lib.3.tit.93.in principio,ibi (poderſehaõ vender,& arrematar)* & ibi (*per virtude de algũas ſentenças*) vbi verbum (*vender*) non debet referri ad venditionem inter partes priuatim,ſed poſt ſententiã, ad differentiam verbi (*arrematar*) quod ſubhaſtationẽ ſupponit, iuxta doctrinam verbi,&, quod ponitur inter diuerſa,ſed hæc intelligentur per iudicis ſententiam.

Tertio poteſt quæri,an ſit neceſſarium, vt hæc bona diſtrahantur publica ſubhaſtatione, an vero ſufficiat,quod hæres ſponte ſua,& diligentia adhibita procedat ad bonorum alienationem, & eorum pretio creditoribus ſatisfacere; In
275. quo dicendum eſt ſufficere, quod poſſeſſor vrgentibus creditoribus bona diſtrahat, cum hæc non voluntaria,ſed neceſſaria dicatur alienatio,vt probat *d.l. Pater filium ad finem.* Nec aliud inſinuat *d.§.prædium ibi(ſi non voluntaria fiat alienatio,ſed bona hæredis veniant)* quaſi ſit neceſſaria iudicis coactio,quia reſpondeo ſufficere quod creditores vrgeãt,nec eſſe neceſſarium, quod imperante iudice, ad licitationem fiat venditio, & ita intelligendum dico *d.§.Prædium,prout ait Gabriel d.conſ.118.n.5. quem ſequitur Peregrinus d.artic.40.n.25. Moneta d.c.9. n.126.* ſecurius tamen conſtituit *Ordinatio d.tit.93.* vt bona ſubhaſtentur publicè, & fiat venditio ad licitationem, ne aliàs arguatur dolus in poſſeſſore, quod intelligendum eſt, quando pro debitis inſtituentis fit venditio,non autẽ quando pro debitis poſſeſſoris, quia tũc tantum permittitur locatio, vt modo diximus.

Quarto videamus, quid dicendum, quando hæres ſeu poſſeſſor vendidit rem maiori pretio ſupra ſummam æris alieni, in quo caſu ex mente *Gabriel d.loco,& Peregrini d.artic.40.num.26. Moneta d.cap.9. num.134.* diſtinguendum eſt,quod ſi poſſeſſor potuit alienando vnum prędium debitis ſatisfacere,& duo 276.
diſtraxit, reddetur venditio nulla in exceſſu, in quo non poteſt dici neceſſaria,ſed mere voluntaria, & ſumus extra terminos *d.§.Prædiũ, & d.l.Pater filium*,per quæ iura tantum permittitur alienatio aduerſus iuris regulas, & prohibitionem in hærentem ipſis rebus quatenus poſtulauerit neceſsitas alieni, & non vltra illud, *ita ex Bart.l.1.§.Nunciatio col.3.de Noui operis nunciatione; declarat Decius conſilio 403.n.18.exprimit Ordinat.d.tit.93.* ibi (*que rezoadamente poſſaõ baſtar pera pagamento da diuida*) Vel vnum tantum prædium, aut alia res fiat diſtracta cuius pretium excedit ſummam de 276.
biti', & in hoc caſu non retractabitur venditio, quia ſaltem pro ſumma æris alieni fuit legitime facta d.§.*Prædium*, quod *Peregrinus d.n. 26.ex medio* cum iudicio reſtringit, ad caſum quo ipſa res diſtracta non

fuiſſet

fuisset domus antiqua, turris, vel alia res, ad quam affectio testatoris, vel instituentis dirigeretur, tunc enim nulla erit alienatio de tali re facta, cum ex remanentibus posset debito satisfieri argumento *leg. Si in emptionem* 36. *D. de minoribus*; *leg. Quæ tutoris C. administrat. tut. Tiraq. in præfat. retract. n.* 34. *optime Gutier. 2. pract. quæst.* 159. *à num.* 3. *Fab. de cad.* 23. *error.* 3. *Menoch. lib.* 3. *præsump.* 183. *Cald. l. Si curatorem verbo sua facilitate nu.* 4. Vel etiam si pro modico ære alieno rem magni valoris distraxisset hæres, vel possessor, in hoc enim casu venditionem nullam esse crederem, argumento 278. *l. Magis puto*, §. *Item* Prætor *D. de rebus eorum*, ibi (*nec propter æs alienum modicum, magna possessio distrahatur*,) notat excellenter *Menoch. de arbitr. casu* 174. *num.* 21. ita vt hoc casu restituto emptori pretio in terminis *l. Si fundus* §. 1. *D. ille tit. de rebus eorum*, res iterum in suam naturam reuertatur, quæ omnia maxime notanda, admoneo, quia apud nostrates nō adinueni, & quotidiana sunt, & vtilia, & multum conducūt ad intelligentiam *prædictæ. Ordinationis d tit.* 93.

Illis autem, quæ supra notauimus fructus maioratus locari in vita possessoris, pro solutione debitorum ipsius possessoris, addere turamus hoc solūmodò procedere, durante vita ipsius, *Ordinatio lib.* 3. *tit.* 93. §. 1. nullo tamen modo procedere posse in debitis administra-

toris demortui certum enim est bona maioratus attento iure com- 279.
muni nullo modo teneri ad debita possessoris demortui, *vt vot. ad cap.* 1. *an agnatus, vel filius defuncti in vsibus feudorum*, *l Prouidendum.* 23. *C. de decurionibus lib.* 10. resoluunt *Bald. cons.* 271. *lib.* 1. *Costa de successione regn. part.* 3. *numer.* 11. *Lucas de Penha in l.* 2. *col.* 3. *C. de fundis rei priuat. lib.* 11. *Gomez leg.* 40. *num.* 72. *ad finem*, *Padilha in l. Unum ex familiæ* §. 1. *num.* 7. *D. de leg.* 2. *Molina lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 29. *Gregorius Lopez. leg.* 4. *tit.* 15. *partita* 2. *glossa*, *sus deudas*, *quos sequitur Garcia de expens. cap.* 16. *num.* 14. & 33. *Cald. d. quæst.* 23. *num.* 66. *Rebello de obligat. iustit.* 2. *part. lib.* 7. *quæst.* 9. *num.* 12. *post Molinam disput.* 641. *Valasc. de partit. cap.* 19. *num.* 44. *Cabedo in part. decis.* 110. *à principio late Monet. d. cap.* 9. *de commutatione vlt. volum. num.* 436. *Burgos in proœmio legum Tauri, nu.* 101. *Auendaño l.* 40. *glos.* 1. *num.* 7. Ratio huius resolutionis est, quia cum successor maioratus illum nō hæreditet ab vltimo possessore, sed à primo instituore capere dicatur, *iuxta l. Unum ex familia* §. *Si de Falcidia D. de legat.* 2. minime poterit successor teneri ad debita prædecessoris, cum maioratus successio non sit hæreditaria, argumento *l.* 33. *D. de Interdictis, & relegatis*, *Molina d. num.* 29. *Cald. d. numer.* 66. & *nos late diximus in vltima parte de repræsentat.* Nec vlla detur causa, ex qua talis obligatio possit transferri

in suc-

in ſucceſſorem argumento *l. Mulier bona. 73. D. de iure dotium Rebello d.num.12.*

Quæ reſolutio ſuas patitur fallentias; & primo nõ procedet in caſu, quo ſucceſſor ipſius maioratus
280. ſit inſimul hæres vltimi poſſeſſoris,tunc enim merito tenebitur ad debita prædeceſſoris,*iuxta regulam l.1. C. ſi certum petatur l.2.C.de hæreditarijs actionibus*, ita *Peralta l. 3. §. Qui fideicommiſſam num. 129. D. de hæredibus inſtit. Molina d.cap.10.n. 28.Caldas.nu. 67. Cabedo deciſ.110. part. 2.num.6.* quod intelligendum eſt, ſolum quatenus ad ſucceſſorẽ peruenit ex bonis patrimonialibus ipſius prædefuncti,*iuxta d.l.1.* & ſi dubitauerit vtrũ bona patrimonialia ſufficiant, vti poteſt ordinario remedio inuentarij,quo facto,cum tantum teneatur intra vires hæreditarias,*iuxta l.vltim.§. & ſi præfatã C.de iure deliberandi*, ſequitur quod ſi debita hæreditarias vires tranſcendant;tantum pro tata erit obligatus, ex bonis autem ; ſeu fructibus maioratus, ſoluere non compelletur reliquum, ſi fuerit; Si autem inuentarium non confecerit non tantum pro portione tenebitur, tanquam quilibet alius hæres ſed etiam vltra vires hæreditarias, vt per ſuprà citatos,maxime *Caldas d.num. 67.* ita vt ſi ſolus hæres ſit ſcriptus inſolidum conueniatur, *iuxta notata ad l. Quæ doris D. ſoluto matrimonio.*

Fallit ſecundo prędicta reſolutio in debitis contractis pro maioratus vtilitate,& conſeruatione, pro his enim tenebitur ſucceſſor,vt eſt 281.
communis reſolutio doctorum argumento *textus in cap. 1. de ſolutionibus*, dum ponit pro regula prælatum (in quo eadem datur ratio) teneri ad ſolutionem debitorum prædeceſſoris, quæ pro Eccleſiæ neceſsitate ſeu vtilitate fuere contracta,ita poſt ordinarios *Cuiac. ibi & multis relatis Cenedo 2. part. collectanco 86. Gomez l.40.num.72.Gomez Arias l.44.Tauri num. 28.Couar.2. part. de ſponſalibus cap.7. §.1.num.9. Peralta in l. 3. §. qui fideicommiſſam D.de hæred.inſtit.numer. 130. & ſeq. Padilha in d.l.Unum ex familia §.Si de Falcidia num.9.Molina d.cap.10. num.15. Moneta d. cap.9.num.436. quos ſequitur Garcia de expẽſis cap. 16. num. 14.* & fuit reſolutum per præceptores *ad dict. §. Diui*, & poſtea ſcripſere Molina *Theologus d. diſput. 641.num.4. Rebello d.quæſt.9. n.14. Cabedo dict.2. part.deciſ.110 num.4. Caldas d.quæſt.23.num.71. Pinel. l. 1.part.2.Cod.de bon.matern. num.71.* quicquid contrarium ſcribat *Robles lib. 3. de repræſentatione, cap. 16. numer. 51.* 283

Fallit tertio in Regni ſucceſſore, is namq; ſemper ad debita ſui prædeceſſoris tenebitur: ratio eſt, quia 282.
in Regno nõ iure ſanguinis, vt male tentauit Molina *d.cap. 10. nu. 30.* cũ multis alijs quos confutauimus *in d.tract. de repræſent. in vltim.parte*, ſed iure hæreditario ſucceditur, vt

notant

notant Doctores communiter *ad textum in cap. licet de voto*, & iam supra diximus, vt tenent in terminis *Baldus in cap. venerabilem, nu.* 14. *de electione Costa de succes. Regni* 3. *part. num.* 9 *Aguirre de succes. Portugaliæ part.* 1. *nu.* 70. *transcripsit Garcia d. cap.* 16. *num.* 16. *Castilho lib.* 3. *controuersiar. cap.* 19. *à numer.* 126. *Cabedo vbi proxime nu.* 7. *Reynoso obseruat.* 8. *num.* 33. *Caldas, qui sequitur præceptores ad d.* §. *Diui. d. quæst.* 23. *num.* 68. qui refert *ex Oldrado* dictū notandum, in hoc successore non esse locum inuentarij remedio, propter maximam, & supremam authoritatem Regis, cuius respectu dedecus esset ad tam tenue beneficium confugere, probant etiam fallentiā hanc *Molina d. num.* 30. *alter Molina Theologus d. disputat.* 641. *nu.* 7. *sequitur Rebello d. quæst.* 9. *num.* 13. *Robles de repræsentatione lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 47. Inter prædictos tamen est maxima altercatio super intelligē-
283. tia *leg. Castellæ* 4. *titul.* 15. *partita* 2. quæ expresse disponit, vt Regni possessor persoluat debita prædecessoris, vtrum procedat in debitis contractis contemplatione Regni, aut procedat de iure honestatis tātum, aut quia Rex successit in alijs bonis patrimonialibus vltra Regnum, vt videre est ex vtroque *Molina*, quos sequitur *Rebello dict. loco. Castilho lib.* 3. *controuers. cap.* 19. *num.* 127. *late Robles d. cap.* 16. *à n.* 45. *maxime nu.* 52. *vsque* 60. vel melius de iuris rigore esse intelligendam, & in simul equitati inhærentem dixit *Costa vbi supra, & Garcia d. cap.* 16. *à num.* 15. *& sequenti*, vbi late comprobat, & agnouisset de facili supra citati, nisi ducerentur falso errore scilicet quod Regnum deferebatur iure sanguinis contra mentem ipsius iuris communis, & verba clara ipsius *legis Castellæ, ibi* (*hereda sus bienes*) quæ successio necessario verificanda est etiam de ipso Regno, secundum recte fundatam nostram, & supra relatorum sententiam, vide semper *Garciam vbi proxime*.

Fallit quarto prædicta resolutio attento iure huius nostri Portugaliæ Regni, per quod decisum est, lege lata *lib.* 4. *Ordinationum tit.* 35. §. 1. *in antiquis, in nouis titul.* 101. *in principio*, vt decedente maioratus possessore, sine bonis sufficientibus patrimonialibus ad debitorum solutionem, tūc successor maioratus, quantumcumque defuncti hæres non sit, teneatur debita prædicta persoluere, vsque ad reddit⁹ duorum annorum, quos non simul, in 284.
singulis annis, sed in quatuor proximis præstare cogitur, in quo *prædicta Ordinatio* procedit contra regulas iuris cōmunis, de quibus supra, agnoscit *Cabed.* 1. *part. decis.* 115. *nu.* 4. *Phœbus decis.* 1. *n.* 4. *&* 12. *tam.* 1. Ideo necessarium dicimus quod aduertant iudices, si casus occurrat, ne cogant possessores ad solutionem, nisi prius certificentur, quod debita, quorū solutio prætenditur,

proce-

procedunt ex illis cauſis *ab ipſa Ordinatione* ſpecificè enumeratis, verba *Ordinationis* ſunt hæc (*quando falecer algũa peſſoa,&c.*) *e por ſua morte ficarem diuidas feitas, em ſeruiço do Reyno, ou del Rey, ou em criar,& manter ſeus filhos, ou taes diuidas forem de ſeruiços de criados, a que por noſſas Ordenaçõẽs he obrigado a pagar ſeus ſeruiços, ou cazamentos, aquelle, a quem as terras vierem,&c. fique obrigado atè a quantia, que as terras renderem dous annos primeiros*) enumerat *Ordinat.* quinque cauſas,ex quibus doclarat eſſe neceſſarium,vt debita deſcendãt ad effectum,vt ſucceſſor maioratus illa teneatur reſarcire. Primo loco ponit debita contracta pro ſeruitio,& vtilitate Regni, tãquam cauſam principaliorem , propter quam non ſolum debent, ſed tenẽtur ſubditi debita contrahere: nam
285. cauſam ob hanc poteſt Princeps tributum ſubditis imponere, vt bene ex alijs reſoluit *Læſsius de iuſtitia lib.2.cap.33.dub.6. num.41.communis Theologorum per Molinam diſput. 667.nu.2. Couar. in regula Peccatum 2.part.§.5. ad finem, optime Nata in conſil.380.Surd.conſilio 210. nu.33. Ægidius l. Ex hoc iure tom.1.cap.1. num.26. argumento leg.Sancimus ad finem C.de Sacroſanct. Eccleſijs cap, 1.de Pignoribus, ibi (niſi vrgentiſsima neceſsitate)* maxime,cum patriæ parendum ſit, quia patriæ naſcimur, *l.1.§. & generaliter D.* de ventre in poſſeſsionem mittendo, & anteponendam hanc obligationem patriæ,parentibus ipſis,probat *l.Poſtliminium 19.§. Filius D. de Captiuis*, vbi diſciplina militaris magis eſt, quam charitas parentum,vel filiorum,& *notat ibi Gothofred. litera, N. Conrad. Brunus tractat.de Seditioſis cap.14.num.9. Franciſcus Zoanetus de Romano Imp.num.195. Surdus de aliment.tit.1.quæſt.3.n.22.& tit.7. quæſt.4. à principio*: Vnde minime lugẽdum teſtatur Marcellus illum, qui contra patriam erectus occiditur *in l.Minime D de religioſis,& ſumptibus*, Ideo ait *Bald.in l. Militum C. de Procurator*, filium militem magis debere patriæ,quam parentibus, & merito ob hanc rationem, *Cuiatius in ſolennibus anotat. ad l.Veluti D.de iuſt. & iure. Fortinius Garcia ind.l. Veluti num.12. Corduba de Lara l.Si quis à liberis §. Sed vtrum numer.17.* aſſerunt collocationem literæ illius legis, continere inordinationem , quia legendum eſt (*vt patriæ,& parentibus pareamus*) ideo ait textus *in l.3.§.Quod pater D. de muneribus, & honoribus*, ciuem patriæ vtilitatibus debere inſeruire, & *D.Auguſtinus 18.de ciuitate Dei, ait ad virtutis officium & viuere patriæ,& propter patriã liberos pro creare*) & *ſecundum Ciceronem de Oratore*, (*patria eſt communis omnium noſtrum parens*) & iterum, *2. de legibus*, ait, *pro ea, ideſt, patria mori, quaſi totos nos cõſecrare debemus*, ſimilia citat *Zoanetus ſupra verbo Bellum num.210. Blaſius Robles de Salzedo tract.de repræſentat. lib.2.cap.* 287. *7.num.1.* Vnde intelligo *textum in cap.1.*

cap. 1. §. *Omnes in vsibus feudorum,*
286. *hic finitur lex, deinde incipit*, vbi vasallus tenetur dominum feudi etiam aduersus patrem adiuuare, si pro patria dominus pugnet, alias autem, irrationabilis esset consuetudo, si filius cogeretur propter cōmodum temporale obedientiā, & obsequium paterna negligere, cōtra ipsum ius naturale, qui autē patrias deserunt impij dicuntur, prout ait Imperator Archadius *in l. Sicuriales C. de his qui relicta ciuitate lib.* 10. vbi notat *Cuiatius*; omitto aliqua, quæ tangit *Zazius in leg.* 1. §. *final. num.* 6. & 7. *D. de iustitia, & iure, Grassia de nobilitate, gloss.* 2. *num.* 37. Vnde optime resoluit *Caldas in leg. Si curatorem, verbo, sine curatore, num.* 42. patrem impune posse occidere filium proditorem patriæ, ex quibus videbatur concludi subditos teneri ex necessitate hæc debita contrahere, & ideo merito *Ordinatio* iubet propter has rationes, vt successor ex talibus bonis vinculatis, siue patrimonialibus, vel regiæ coronæ, debita prædecessoris persoluat in forma ibi præscripta. Verum his tanquam veris suppositis, adhuc videtur dicendum hanc causam non esse sufficientem, vt successor ad debita defuncti teneatur, quia licet in casu periculi, omnes teneantur ad patriæ defensionem, argumento
287. *dict. leg. Minime D. de Religiosis, cap. igitur* 23. *quæst.* 8. *Abbas in cap. sicut, secundo de iureiurando numer.* 19. *Syluester verbo, Bellum* 1. *quæstion.* 3. *num.* 6. *Lucas de Peña in leg.* 1. *Cod. ne Rusticani ad illum obs. lib.* 11. *colun.* 5. & 6. *Cabedo.* 2. *part. decisione* 44. *num.* 3. & 9. *post Couarr. in Clement. si furiosus* 2. *part.* §. 3. *num.* 2. *versic. sed si quis in bello, Molina de iustitia disputat* 108. *num.* 4. attamen Rex, seu princeps tenetur præstare stipēdia de publico *iuxta l. fin. Cod. de Fabricens. lib.* 11. maxime, cum nemo teneatur proprijs stipendijs militare, *iuxta caput charitatem.* 12. *quæst.* 2. *cap. Cū ex officij, & ibi Baldus num.* 1. *de præscript.* notat post alios *Cabedo vbi proxime num.* 7. & deducitur ex sacra pagina *Regum* 3. *cap.* 2. *Robles d. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 50. vbi Dauid iubet similia seruitia persolui à Salomone filijs Berzellai, vt constat ex textu, notat *Abulensis ibi, q.* 13. fuisse tertium preceptū Salomoni a patre impositum, licet de antidorali obligatione intelligat *Ægidius leg. Ex hoc iure tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 65. nam de rigore iustitiæ procedere dicendum est: cum ergo princeps teneatur necessaria stipendia subministrare, videtur prædicta *Ordinatio* nimis dura, dū iubet successores persoluere huiusmodi debita.

Nec obiectionem euitabit, qui
288. dixerit *hanc Ordinationem* in hac parte esse explicandam per aliam *lib.* 5. *titul.* 96. vbi illi, quia tenentur regi inseruire, in certis officijs bellicis, si non fecerint, debent amittere omnia munera, & donationes à Rege prouenientia, quasi

teneantur regi in seruire suis expensis,quia replicatur *Ordinationem dict. titul.96.* solum disponere,personas,de quibus ibi debere esse paratas, & diligentes ad inseruiendum, sed hoc semper debet intelligi, si rex stipendia persoluat, vt bene explicat *Cabedo dict. decis.44. numer.* 7.

Nec secundo tollitur difficultas dicendo *præd. Ordinationem* loqui de illis, qui habent bona regiæ coronæ penes se, & illorum redditus percipiunt, quo casu videntur teneri proprijs sumptibus regem seu ipsius capitaneos comitari in publicis expeditionibus, quæ pro totius regni vtilitate suscipiuntur,
289. alias amitterēt terras coronæ.prout in materia fœudorum scriptum est *in cap.1. §. firmiter,de prohibita fœudi alienatione per Fedricum*, quod in casu simili probatur *per cap. 1. de allodijs, post Menchac. illust. quæstionum, cap. 6. numer.4.* exornat cum alijs *Garsia de expensis cap. 12. numer. 82.* & postea eleganter notauit *Cuiacius lib. 1. fœudorum tit. 20. super capit. 1. vt miles fœudum non amittat, nisi ex certa culpa*, quia de facili conuincitur, hanc rationem non militare apud nos, vbi donatarij regiæ coronæ, à communiter accidentibus possident terras, & illarum fructus percipiunt ex donatione sibi, vel maioribus suis facta in remunerationem seruitiorum regi factorum & vtpote talem
290. retractari non posse,quia transit in contractum, *vt comprobat Baldus, in leg. Qui se patris Cod. vnde liberi coluna 7. & Paulus in leg. Digna vox C. de legibus per leg. Si pater §. primo, D. de donationibus*, quos sequitur *Caldas consilio 8. numer. 54. ad finem, & sequenti, Cabedo 2. part. decisione 20. num. 3. & decisione 86. numer. 5. post Rolandum consilio 76. num. 14. & 19. & Palatium in Rubrica de donationib. §. 50. numer. 35. Garsia de nobilitate glossa 6. num. 37. versiculo 11. facit, Ægidius latissime leg. Ex hoc Iure, tom. 2. c. 1. à princip. Reynoso obseruat. 8. num. 6.* & fit consequens reuocari non posse, etiamsi ex post facto ad expeditiones non ierint, vel etiam secundo conuincitur, quia ius illud amittendi regia beneficia propter negligentiam non eundi ad prælia, procedit solummodo in regnis Italiæ, & Alemaniæ, vbi fœuda præstantur sub prædicta cōditione comitandi dominum ad bella secundum inueteratam illarum regionum consuetudinem,vt constat ex supracitatis locis,nec ex fœudali consuetudine ad donationes bonorum regiæ coronæ, vel maioratus ipsarum, vel aliorum bonorum, quæ apud nos sunt in vsu, validum deducitur argumentum,vt late comprobat *Valascus de iure Emphyteutico quæstion. 39. num. vltim. Molina de primogen. lib. 1. cap. 7. num. 4. 5. & 6. Caldas consilio 15. num. 2. Cabedo 1. part. decis. 138. n. 4. Peregrin. articul. 40. num. 115.* cum alijs quos citant.

Nec

Nec tertio euitatur difficultas, dicendo Regem, quando confirmat donationes bonorum regiæ coronæ, videri eas concessisse eo sub tacito tenore, ac conditione, vt teneatur successor debita prædecessoris persoluere, quasi sit onus reale ipsis rebus impositum, vt probat *Phœbus decis. prima, num. 9.* Quia dupliciter refutatur, primo ex eo, quia vt sæpius decisum refert *Cabedo. 1. part. decision. 115. hæc*
291. *Ordinatio* non procedit in illo, cui bona regiæ Coronæ per nouam donationem fuerunt concessa, post primam, & secundam finitam, scilicet, quia forma concessionis fuit, dono tibi, & filio pro seruitijs tuis, & finitis his duabus personis, de nouo nepoti concedun-tur eadem bona habito respectu ad eadem seruitia aui, & patris: nam is nepos, vel similis, cui de nouo fuere talia bona concessa, non tenetur ad solutionem debitorum quantumcumque pro seruitio regis contraherentur, vt per *Cabedo vbi supra*, ad quam proculdubio teneretur, si tale onus inhæreret ipsis bonis concessis, vt *Phœbus* cõtendit. Secundo, quia *Ordinatio dict. titul.* 101. §. *final.* iubet, vt omnia disposita in maioratibus bonorum regiæ coronæ, practicentur in maioratibus bonorum patrimonialium, quæ bona nullam à rege habent dependentiam, vt patet.

Ad quæ sufficiat mihi solummodo aduertere, vt posteriores veram rationem præstent, si ad inuenerint, ne alias cogantur legem prædictam de iniustitia arguere, cũ ergo legum latorum nostri regni, magna apud omnes nationes sit, & fuerit semper authoritas, in ipsorum gratiam puto dicẽdum, quam 292.
maximas, & assiduas huius regni occupationes in bellico exercitio, in Africa, India, & Brasilica regione, ac etiam defentione nostri maris, ac alijs quam plurimis locis, efficere causam iustissimam, vt lege lata cogi possint maioratuum successores debita prædecessorum pro Regni vtilitate contracta persoluere, *argumento textus in l. Item si verberatum* §. 1. *D. de rei vendicatione, l. Lucius D. de euictionibus, leg. Vendidor* §. *Si constat. D. communia prædiorum*, ex quibus vulgo deducunt scribentes, propter causam publicam posse regem subditum priuare dominio rei suæ, ita communis ex pluribus, quos refert; & sequitur *Cabedo 2. part. decision. 18. numer. 12. post Pinelum*, quem non citat *in Rubrica de rescindenda cap. 2. numer. 14. infiniti relati, & secuti per Peregrinum de fideicommiss. articulo 52. numer. 127. Menoch. de arbitrar. quæstion. 48. numer. 9. Phœbus decis. 84. numer. 3. tom. 1. Valasc. consultat. 22. num. 5. Couarru. 3. variar. cap. 14. numer. 8.* Intelligendum tamen est, quod hæc debita sic soluta per maioratuum successores, ipsis tenetur Rex 293.

persoluere, & satisfacere per bonum cambium, idest per iustam recompensationem, vt Doctores loquuntur, & hoc de rigore iustitiæ, *leg. 2. Cod. de seruis, qui pro præm. mer. liber. Fachin. 8. cap. 63. vt per Pinel. d. num. 14. Cabed. dict. decis. 18. numer. 13. & tom. 1. decis. 105. num. 6. Peregrin. melius dicto loco numer. 128. Monetа de commutatione vltimarum volunt. cap. 9. numer. 563. & sequent. Molin. disput. 174. conclusione 3. Falconius regula 403. numer. 4. Valasc. consul. 22. numer. 5. Ceualhos. quæst. 906. Ægidius l. Ex hoc iure 2. tom. cap. 8. num. 17. & tom. 1. cap. 11. numer. 23. & tribus sequentibus, Marta de iuris dictione 4. part. cas. 195. numer. 29.* quod ante eos eleganter scripsit *Iason. in l. vltima Cod. si contra ius numer. 2. Decian. consilio 25. Gabriel. titul. de iure quæsito non toll. conclusione 2. & 3. Menchac. illustrium lib. 2. cap. 20. Azeued. leg. 1. titul. 1. à num. 20. lib. 4. recupil. Mendoça disputat. iuris lib. 1. cap. 5. à num. 50. Pelaes 4. part. quæstion. 1. à numer. 14. Surd. Gutier. Menochius, Fortun. Lara. Sarmient. Faquin. & infiniti alij, quos cumulat. & sequitur Castillo tom. 3. controuers. cap. 6. à numer. 9. Ceuall. commun. quæstion. 576. cum sequenti.*

Nec obstant verba *d. legis Item si verberatum* §. 1. *ibi modico honoris gratia possessori dato*, quasi sufficiat, quæcumque satisfactio, quia respondet *Bald. ibi* modicum, pro cō-

gruō accipi, vel melius cum *Isernia*, quem refert *Afflict. cap. 1. §. Similiter, de capitaneo, qui curiam vendidit, numer. 19. sequitur Pinelus dict. num. 14.* ibi non decidere Iureconsultum iustam æstimationem, sed potius factum referre: Vnde non sumitur argumentum, vt princeps deobligetur a restitutione iustæ æstimationis. Nec *Ordinatio dict. loco*, hoc negat, quæ sic intell genda est de necessitate, licet de hac praxi, nihil apud nostros Regnicolas scriptum legamus. Similiter etiam notandum iudico, quod licet *Cabedo dicto 2. part. decis. 36. à numer. 12. & sequentibus, & 1. part. decis. 115. num. 5.* resoluat, regem de iustitia non teneri persoluere paterna seruitia filijs, quæ facta fuere in bellicis conflictibus, & similibus, tamen contrarium publicæ vtilitati conuenit dicere, prout in praxi quotidie iure optimo seruatum videmus, & forte de rigore iuris admissibile, quicquid dicat *Cabedo, supradictis locis*, cuius resolutio absque dubio male sonat auribus subditorum, & vtpote talis fugienda; nam hæc seruitia de iure Communi postulant remunerationem *leg. fin. Cod. de Præpositis agentium in rebus lib. 12. leg. 1. Cod. Priuilegijs eorum, qui in sacro palatio militant eodem lib. l. Cum nauarchorum Cod. Nauicularijs, seu Naucleris lib. 11. Pinel. 3. part. leg. 1. Cod. de bon. mat. num. 62. versic. 14.* & attenta consuetudine huius

294

Regni,

Regni obligatio hæc iam est legalis, & parit actionem ex tacito quasi contractu inito inter principem, & subditos, *iuxta glossam in leg. Sed & si §. Consuluit D. Petitione hæreditatis*, verbo, *obligauerint*, *glos. in l. Ex hoc iure D. de iustitia, & iure*, verbo, *obligationis*, *& ibi Bortol. nu.* 11. Elegãter resoluit posthæc scripta *Gabriel Pereira, alias doctissimus senator, ac curiæ præses criminalis decis.* 4. *à num.* 3. *&* 4. in quam etiam inclinat *Mantica lib.* 13. *de contractibus titul.* 15. *nu.* 23. *Benedictus Ægidius in d. l. Ex hoc iure tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 68.

Secunda causa à lege Regia assignata reducenda est ad terminos primæ, de qua modo non nihil tetigimus.

Tertia causa in nostra lege regia expressa, propter quam successor maioratus tenetur ad debita prædecessoris, est, quando æs alienum contractum fuerit ob liberorum
294 alimoniam, quæ causa ex mente iuris ciuilis procedere videtur: nam fauor alimentorum filiorum, & ipsius possessoris ex postulat, vt successor maioratus teneatur illa persoluere, quæ probatur ex his, quæ Doctores communiter notant *ad Authenticam res, quæ Cod. comunia delegat.* vbi bona prohibita alienari, distrahi possunt pro hac alimentorum causa, vt contra *glossam ibi, verbo, obligationem, tenent Bart. Cynus, Baldus, Castr. Fulgos. Corneus, Iason. & plures alij, quos sequitur Padilha ibidem num.* 78. *Molin. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 8. *Menochius lib.* 4. *præsumpt.* 191. *à principio, & post Surdũ de alimentis titul.* 8. *priuilegio.* 19. *à num.* 1. *Peregrin.* qui optime confirmat *articul.* 24. *num.* 86. *& sequentibus, vbi num.* 89. meminit *Padilhæ vbi proxime numer.* 79. prout fecit *Surdus dicto loco numer.* 3. qui tenuit res maioratus posse distrahi pro alimentis possessoris, cuius dictum licet quatenus supponit res maioratus posse distrahi securum non sit, iuxta cõsuetudinem totius Hispaniæ, & maxime nostri Regni *Ordinatio lib.* 3. *tit.* 93. §. 1. vbi bona maioratus non permittũtur distrahi, sed tantum ad tempus locari: nihilominus, quatenus supponit successorem teneri pro alimentis, non videtur iniquum, cum hæc causa alimentorum tam possessoris mortui, quam liberorum suorum sit causa necessaria concernes personam, & dignitatem ipsius prædecessoris, merito igitur lege lata confirmatũ est, & adimpletum votum *Padilhæ vbi supra, in dict. leg. Unum ex familia* §. 1. *numer.* 12. quem *videtur sequi Caldas dict. quæst.* 23. *numer.* 69. licet contra illum scripserint *Peralta, in dict. leg.* 3. §. *Qui fideicommissam numer.* 132. *Molin. dict. cap.* 10. *numer.* 42. *Lara in leg. Si quis à liberis* §. *Verum num.* 32. *delib. agnoscendis, Garsia de expensis cap.* 16. *num.* 34. quorum opinio de rigore iuris verior est, apud illos videto.

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

Quarta cauſa *à noſtra Ordinatione* aſsignata illa eſt, quando æs alienum fuerit conflatum ad ſatisfac-
295. tionem ſeruitiorum, hoc namque debitum conſecutiuum eſt ad debitum contractum pro alimentis prædefuncti: nam certum eſt inter neceſſaria alimēta computari etiā ſeruitia famulorum pro qualitate perſonæ; vt reſoluunt Doctores *ad l. Sedet ſi. §. Sufficienter. D. de vſufructu, Bonacoſa in tractatu de famulis, & ſeruit. quæſt. 120. Rebuf. in tract. de priuilegijs ſchol. priuileg. 163. Surd. de alimentis titulo 4. quæſt. 24. num. 8. Caualcaneus de vſufruct. mulier. relict. n. 27.* quod non ſolum procedit in famulis, & ſeruitoribus, ſed multo fortius in pediſequis vxorum, vt per *Caualcaneum d. loco*, Palatius *in Rubrica de donationibus §. 68. num. 6: Corduba in d. l. Si quis à liberis §. Si quis ex his, nu: 25. poſt gloſſam*, quam citant *in Authentico, de non eligendo ſecundo nubentes §. fin. collat. 1. verbo onera; Surdus dict. quæſt. 24. num. 7.* vbi alios refert, quod etiam comprobatur optimo ſimili prælatorū, qui debita prædeceſſorum pro ſeruitijs famulorum contracta perſoluunt, hæc namque debita neceſſaria reputantur ad dignitatem Epiſcopalem, & in illis verificatur *deciſio cap. 1. de ſolutionibus*, & ſic practicari quotidiè videmus: ex eo, quia ſeruiens prælato Eccleſiæ dicitur ſeruire, cu prælatus ſit in Eccleſia, & ē cōtra, *cap. ſcire 7. quæſt. 1. Iaſon. conſil. 222. Succinus conſ. 66. col. 3. Rebuf. de priuileg. ſcholaſticorū priuil. 26. num. 5. Rodoan. de rebus Eccleſiæ rub. 33. caſu 21. num. 11. & num. 30. & tract. de ſpol. quæſt. 7. num. 5. Abb. in cap. relatum, o 2. de teſtament. nu. 8. Tiraquel. de retra §. 15. gloſſ. 1. numer. 7. Bonacoſa de famulis quæſt. 9. & quæſt. 194.* Vnde Si quis in pluribus Epiſcopatibus Epiſcopo de ſeruiat, omnes Eccleſiæ pro tempore ſeruitij tenentur contribuere, vt per *Rodoan. d. caſu 21. num. vltim. & Conſului cum tota noſtra Vniuerſitate, in cauſa Illuſtriſsimi Epiſcopi Conimbricēſis Domini Ioannis Emanuel.* Vnde nihilminū, ſi lex regia ſeruitia famulorū à ſucceſſoribus maioratuum perſolui iubeat.

Vltima cauſa ab *Ordinatione* ſcripta eſt ſolutio dotium, ibi (*ou Caſamentos*) in quo *Ordinat.* dupliciter intelligi poteſt, primo, quod verbum illud (*Caſamentos*,) id eſt 296.
dotes, intilligatur reſpectu extraneorum, quibus maioratuum poſſeſſores dotes promiſerunt, ne alias ſponſi defraudentur, vxores ducendo ſub prætextu dotis, & poſtea cogantur ſine culpa vxorem inopem alere de bonis proprijs, iuxta notata *per Surd. de alimentis tit. 1. quæſt. 32. num 13.* de facili enim ſequeretur inconueniens, de quo *in l. fin. C. od. ad vellean. Couar. 2. part. de ſponſalibus cap 7 in principio num. 2. Barboſ. l. 1. part. 3. D. ſoluto matrimonio num. 55.* quod eſt abſurdum, & inhumanum, quem intellectuin, ſi admittamus, *Ordinat. prædicta* multum

turn offendit regulas iuris communis, secũdũ quas successor in maioratu non tenetur ad huiusmodi debita; Nec in hoc aliqua potest esse dubitatio, ideo ad secundum intellectum statim scriptum restringendam dico, qui magis consonus est alijs causis, suprà in eadẽ insertis.

Dico ergo *Ordinationem* in prædicto verbo, esse intelligendam de
297. debitis natis adsoluendas. dotes filiarum, nepotum, & aliarum personarum, quibus de iure possessor maioratus illas præstare cogitur; hæ enim, cum succedant loco alimentorum, quæ ipsa *Ordinatio*, etiã excipit, solui ibi iubentur, deducto argumẽto de alimentis. ad dotem, *vt notat. glossa in l. Ob æs C. de prædijs minor Eucrard. loco* 70. communis *ad l. Quoniam nouella Cod. inofficioso testamento, Surdus de aliment. titul. 1. quæst. 6. num.* 13. *Barbosa l. 1. part. 4. num.* 55. *D. soluto matrim.* quæ expositio confirmatur ex eo, quia etiam bona fideicommisso subiecta prò dote constituẽda alienari possunt, vt agnoscunt Doctores *per textum in l. Mulier §. Cum proponeretur D. ad Trebellian. Authent. res quæ C. cõmunia de legatis*, vbi videndus *Padilha num.* 71. *quem sequitur Barbos. leg. 1. part. 4. num.* 13. *D. soluto matrimonio, Peregrin de fideicommiss. artic.* 42. *à principio, Surdus decis.* 62. *per totam Menoch. de præsumptionibus lib. 4. præsumpt.* 189. *à principio, Moneta de commut. vlt. cap. 9. num.* 201. *vbi num.*
96.

222. *cum Peregrino, & Menoch. abeo citatis*, ampliat etiã ad casum, quo testator expresse prohibuisset, ne ex causa dotis alienetur *optime Surdus d. decis.* 62. vbi cum *Bursato cõsil.* 179. *à num.* 8. *Padilha supra n.* 116. *Simone de Pretis de interpretatione vlt. lib. 2. interpret. 2. solut. 2. nu.* 81. resoluit, & testatur iudicatum, quod, &si testator expresse prohibeat, ne ex causa dotali res alienari prohibita, distrahatur, adhuc debet alienari, quod similiter in bonis maiotus, deficientibus alijs possit filia de illis sibi dotem constituere, resoluit *Mol. lib. 4. cap. 6. num. 2. Cald. d. quæst. 23. num.* 70. *& melius nu.* 87. in quo illa *Ordinatio* videtur conformari cum dispositione iuris communis, de qua *in d. Authentica res*, quæ, iuncta communi omniũ sententia, qui quasi vno ore sic decidunt, quanquam merito dubitent de veritate illius, & contrariam sequãtur *Pelaes de maiorat. 4. p. quæst. 3. limitat. 2. à numer. 5. Faber de erroribus decade* 20. *errore 2. Fachin. lib. 4. cap.* 57. *& sequenti*, quos vide circa verum sensum *dict. Authenticæ, res, quæ*, sed adhuc resoluendum est *Ordinationẽ prædictam* in omnibus, & per omnia esse contrariam iuri 298.
communi, *dict. Authentic. res, quæ*, quod patet ex eo, quia *d. Authentic.* solum permittit alienationem rerum prohibitarum fieri ex causa dotis, vel alimentorum, ad quæ primus institutor fideicommissi tenebatur, vt supponunt omnes comuniter

niter ſcribentes *ad d. Authent. res quæ*, vbi *Bartolus quæſt.* 3. *Menoch. de præſumptionib. præſumpt.* 189. *numer.* 14. *Peregrinus dict. artic.* 42. *à nu.* 1. 2. & 3. melius omnibus *Molina* cum infinitis, quos refert. *dict. cap.* 6. *num.* 3. *optime Caldas d. nu.* 87. vbi de ratione, quia cum pater teneretur filiam de iure dotare, *iuxta l. Qui liberos de ritu nuptiarum, l. vlt. C. de dotis promiſsione*, & filia ſit creditrix reſpectu huius debiti, nõ poteſt pater efficere in præiudicium ipſius filiæ, vt bona pro dote non alienentur, *argumento l.* 9. *D. de fideicommiſſ. libertat. l. Filius familias* §. *Diui, verſic. ſed hæc D. legat.* 1. vel dic cum *Molina* ſupra, hoc procedere ex coniectura voluntatis paternæ, qui tacite videtur diſponere, vt nõ obſtante fideicõmiſsi vinculo, dotes deſcendentibus præſtẽtur, quod dubitationem nõ recipit, & in hoc caſu quando debita incumbebant primo inſtituenti; non eſt dubium ſoluenda eſſe, deficientibus alijs bonis, ex maioratui ſubiectis, vt late comprobat *Molina dict. cap.* 6. *n.* 19. & probat *Ordinatio noſtra lib.* 3. *tit.* 93. & nos ſupra diximus, hic namque caſus bene deducitur ex intrinſeca mente iuris communis, & de illo non loquitur *Ordinatio d. titul.* 101. ſed de dotibus, quas non primus fundator, ſed ſequentes ſucceſſores promiſerunt, in quo cõtra regulas iuris procedit, quia ſucceſſor maioratus non poteſt non obſeruare vinculum ipſius, nec ipſa bona pro dotibus obligare, maxime, quia communis ſententia habet deciſionem *d. Authenticæ res, quæ*, dum permiſit, vt detrahantur dotes ex fideicõmiſſo, non procedere, ſi teſtator expreſſe prohibitionem alienationis adijciat, *communis per Iaſ. in l. Filius familias* §. *Diuus de leg.* 1. *numer.* 105. *Aipa ibi num.* 70. *Couar.* 4. *variar. cap.* 6. *num.* 10. *verſic. Caterum, Gomez l.* 40. *n.* 87. *Molin. d. cap.* 6. *num.* 11. & tanquam exorbitans, quoad fieri poſsit reſtringenda, *argumento leg. Quod vero D. de legibus*, ita vt ſit ſolummodo practicanda in dotibus neceſſarijs, non autẽ in voluntarijs, prout ſunt arrhæ, & ſimilia, ita ex mente præceptorum *ad* §. *Diui, ſcripſit Caldas d. num.* 70. *Pelaes d. limitat.* 5. *num.* 8. quæ autem ſint dotes neceſſariæ, quære apud *Barboſ.* 4. *part. l.* 1. *D. ſoluto matrim. fere per totam. Paſchalium de patr. poteſt* 2. *part. cap.* 6.

Reuertamur ergo ad prohibitionem alienationis factam per vltimam voluntatem, & perquiramus, vtrum per illam prohibeatur hypotheca, & partem affirmatiuã, quod cenſeatur prohibita, probare videtur *textus, in l. vltim. C. rebus alienis non alien. & textus, in cap. nulli de rebus Eccleſiæ non al.* quibus probatur, quod prohibita alienatione etiam hypotheca prohibita cenſetur; In contrarium tamẽ ſtat, quod appellatione alienationis, ſolummodo cõtinetur modus, per quem dominium transfertur, *per textum in l. Alie-*

299.

l. Alienationis verbum 28. *l. Alienatum*, 67. *D. de verborum significat. l.* 1. *D. de fundo dotali*; qui modus nō intelligitur de hypotheca, quia per illam non transfertur dominium, vt constat *ex l. Pignus* 8. *vbi glossa iura* similia citat, *C. pignoratitia actione*; Deinde comprobatur *ex l. finali Cod. pactis*, vbi inter pacta, per quæ alienæ hæreditates transferri possunt, accedente domini viuentis consensu, non recensetur hypotheca, imo necessarium putauit imperator specialiter de illa meminisse, sic aperte inuens hypothecam non censeri prohibitam inter prohibitiones, de quibus *ind l. vlt.* alias non esset necesse de illa memenisse, quod etiam obseruauit Iustinianus *in l. vlt.* §. *Sed quia C. communia de legat.* vbi postquam prohibuit alienationes, per quas dominium transfertur, specifice adiecit, quod intendebat æqualiter hypothecam prohibere, quod nisi declarasset, sub prohibitione hypotheca non veniret; Sed in hac quæstione sequenda est communis omnium sententia, quos refert, & sequitur *Molina, lib.* 1. *de primogen. cap.* 20. *n.* 16. *Couar.* 2. *variarum, cap.* 16. *num.* 7. *Caldas* 4. *part de extinctione, cap.* 5. *n.* 62. *& num.* 31. *Gama vbi additio, decisione* 108. *num.* 3. *Pinel. l.* 1. *de bon. matern. part.* 3. *numer.* 19. & antea, *Neguzan. de pignoribus* 2. *part. memb.* 3. *num.* 71. *Insignis Barbosa l.* 1. *D. solut. matrim. part.* 3. *num.* 59. *Peregr. de fideicommiss. artic.* 40. *num.* 118. *insignis præceptor Brito ad cap. potuit de Locato* §. 2. *num.* 18. vbi optime explicat *Ordinationem lib.* 4 *titul.* 38. §. 1. *Castilh. de vsufrct. cap.* 54. *nu.* 59. qui omnes cum multis alijs, quos referunt, vnanimiter resoluunt, distinguēdo inter dispositiones tam hominis, quam legis, odiosas, & fauorabiles, ita vt in odiosis, appellatione alienationis non comprehendatur hypotheca; ex eo, quia tunc solum translatio dominij cēsetur prohibita, *d. l.* 1. *Cod. de fundo dotali, d. l. alienationis verbum* & verba accipiuntur in rigurosa significatione, *argumento cap. statutum, de electione, lib.* 6. & quæ ad illum notat *Gonzales ad regul.* 8. *glos.* 9. *à principio. Garsia de benef. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 10. *Campanil. diuers. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 30. *vers. aut penes.* Nec in hoc casu hypotheca censebitur prohibita, nisi expresse de illa caueatur, vt per *Neguzan. d. memb.* 3. *nu.* 76. *Cald. nu.* 61. & alios supra citatos, Vnde intelligitur *textus in l. In quorum* 24. *D. de pignoribus* vbi prohibita alienatione, nō censetur prohibita hypotheca, vt per *Gom. l.* 40. *Taur. num.* 83. *Neguzan. d.* 2. *part. membr.* 3. *numer.* 70. *Tinel. l.* 2. *de resc.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 14. *Cald. de empt. cap.* 8. *num.* 30. Contrarium autem sit dicendum in fauorabilibus dispositionibus, nam cu in illis verba extensiue intēi prætentur, *per regulam odia in* 2. *part. de regul. iur. lib.* 6. appellatione alienationis comprehēdetur hypotheca, & sic procedit *d. leg.*

signis præceptor Brito ad cap. potuit de Locato §. 2. *num.* 18. vbi optime explicat *Ordinationem lib.* 4 *titul.* 38. §. 1. *Castilh. de vsufrct. cap.* 54. *nu.* 59. qui omnes cum multis alijs, quos referunt, vnanimiter resoluunt, distinguēdo inter dispositiones tam hominis, quam legis, odiosas, & fauorabiles, ita vt in odiosis, appellatione alienationis non comprehendatur hypotheca; ex eo, quia tunc solum translatio dominij cēsetur prohibita, *d. l.* 1. *Cod. de fundo dotali, d. l. alienationis verbum* & verba accipiuntur in rigurosa significatione, *argumento cap. statutum, de electione, lib.* 6. & quæ ad illum notat *Gonzales ad regul.* 8. *glos.* 9. *à principio. Garsia de benef. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 10. *Campanil. diuers. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 30. *vers. aut penes.* Nec in hoc casu hypotheca censebitur prohibita, nisi expresse de illa caueatur, vt per *Neguzan. d. memb.* 3. *nu.* 76. *Cald. nu.* 61. & alios supra citatos, Vnde intelligitur *textus in l. In quorum* 24. *D. de pignoribus* vbi prohibita alienatione, nō censetur prohibita hypotheca, vt per *Gom. l.* 40. *Taur. num.* 83. *Neguzan. d.* 2. *part. membr.* 3. *numer.* 70. *Tinel. l.* 2. *de resc.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 14. *Cald. de empt. cap.* 8. *num.* 30. Contrarium autem sit dicendum in fauorabilibus dispositionibus, nam cu in illis verba extensiue intēi prætentur, *per regulam odia in* 2. *part. de regul. iur. lib.* 6. appellatione alienationis comprehēdetur hypotheca, & sic procedit *d. leg.*

300.

301

d.leg.vltim. Cod.rebus alien. non alien. vbi gloſſa verbo, hypothecam, Neguzan. d.num.71. Cald.62. Barboſa, & reliqui proximè citatis locis; ſed adhuc videtur ſupradictæ reſolutioni obſtare, quod per hypothecā peruenitur ad alienationem, vt cōſtat *ex leg. 1. & fere per totum D. diſtract. pign. l. Quanuis 6. l. Si conuenerit 4. D. pignoratit. actione, Faber de erroribus decad. 5. error. 3. à num. 4. & decade 9. error. 7.* igitur etiā in pœnalibus ſub alienationis prohibitione hypotheca venire debet, argumēto *l. Oratio D. deſponſalibus de qua Menoch. lib. 6. præſump. 93. à principio*: quia omiſſa reſponſione *Baldi in l. 1. Cod. ſi rector prouinciæ*, quam ſequitur *Neguzan. d. numer. 75. Cald. vbi proxime num. 63.* melius ſatisfacit *inſignis Barboſa dict. 3. part. num. 57.* dicendo regulam *d.l. Oratio* ſolummodo procedere, in antecedētibus, per quæ neceſſario peruenitur ad conſequens, prout ſponſalia reſpectu matrimonij, inter perſonas omnino prohibitas contrahere, his enim etiam ſpōſalia prohibita dicemus, ex vi prohibitionis, quæ in ſponſalibus etiam verificatur. Sed non procedit in his antecedētibus, per quæ non neceſſario, ſed poſſibiliter tantum ad conſequens aliquando perueniatur, prout in noſtro caſu hypothecæ, per quam, licet aliquoties ad rei hypothecatæ alienationem, non tamen neceſſario ad eandem alienationem peruenitur. Aliter reſpondet *Sanches* cum multis quos citat *lib. 1. de ſponſalibus diſput: 12. num. 1. &* 3. vt ſcilicet *d.l. Oratio* procedat ſolummodo in illis antecedentibus, in quibus datur eadē prohibitionis ratio, quę datur in conſequenti principaliter prohibito, prout in caſu ipſius legis, quod antea ſcripſerat *Oroſcius in l. 2. D. iuriſdictione omn. iud. nu. 24. Gutier. de iuram. confir. 1. part. cap. 51. num. 9. Nauarrus. lib. 4. Conſiliorum in 1. editione titul. de conſanguin. conſil. 3. nu. 6.* cum ergo in hypotheca nō concurrat eadem ratio, quæ in vera alienatione, non fit bona de vna, ad alteram illatio.

302. Ex quibus ſic præiactis, inferūt omnes ſupracitati ad ſtatuta, & maioratuum diſpoſitiones, ita vt ſi diſpoſitio fuerit fauorabilis, prout eſt maioratus, tunc appellatione alienationis continetur hypotheca, & procedit noſtra reſolutio affirmatiua, prout in ſimili notat *Molina dict. cap. 20. num. 16.* quem poſt præceptores, *ad d. §. Diui*, refert, & ſequitur *Cald. d. cap. 5. de extinct. nu. 62.* quod in bonis regiæ coronæ donatarijs conceſsis, a fortiori apud nos procedet, *per Ordinationem expreſſam lib. 4. tit. 55.* expendit *Cald. d. cap. 5. num. 55.* Iuncta alia ſingulari *Ordinatione, lib. 2. titul. 35. §. 19. & quæ Cabedo 2. part. deciſione 27. nu. 6.* Prout etiam in titulo de rebus eorum; ſub alienationis prohibitione, continetur hypotheca, *l. Si pupillorum §. Si prætor D. rebus eorum, l. Magis puto §. Si pupillus D. eodem.* 203. 304

cum

cum alijs de quibus *Menoch. de arbitr. casu* 171. *num.* 30. *& sequenti, Molin. de primogen. lib.* 4. *cap.* 5. *à nu.* 17. *Barbos. leg.* 1. *part.* 1. *num.* 19. *D. solut. matrim. Cald. de extinct. d. cap.* 5. *nu.* 14. *&* 53. *& de emptione cap.* 8. *num.* 31. *& cap.* 13. *à num.* 15. ex eo, quia prohibitio illius tituli facta est in fauorem pupillorum, *vt notat Neguzan. vbi supra num.* 77. asserens in nostro casu sic esse obseruãdum, *sequitur Menchac. de succes. creat.* §. 10. *num.* 72. *Couar. d. cap.* 16. *n.* 7. *ad finem, Cald. d. cap.* 5. *de extinct. num.* 53. *&* 64.

Consequenter etiam inferunt Doctores ad prohibitionem de rebus Ecclesiæ non alienandis, quæ cum in fauorem omnium ecclesiarum sit prolata, vt notant communiter scribentes *per text. in cap. fine exceptione* 12. *quæst.* 2. merito sub illa
304. continetur hypotheca, vt probat textus expressus *in cap. nulli de rebus eccle siæ, vbi Abbas numer.* 3. *Authentico de non alienand. aut permut. rebus ecclesiæ,* §. *Nos igitur, collatione* 2. *Couar. d. cap.* 16. *nu.* 7. *Neguzan.* 2. *part. membr.* 1. *num.* 3. *Rodoanus de rebus Eccles. quæst.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. *Cald. d. cap.* 5. *num.* 31.

Inferunt etiam *Pinel. d. nu.* 19. *Cald. vbi proxime num.* 54. *Barbos. d.* 3. *part. num.* 59. *Gama*, & ibi *Flores, in additionibus, decisione* 108. maritum nõ posse hypothecare res immobiles sine consensu vxoris, quèadmodum illas alienare nõ potest, *iuxta Ordinationem lib.* 4. *tit.* 48. *l. vnica* §. *& cum lex C. rei vxoriæ act* 305. cum dispositio *illius Ordinationis* respiciat fauorem vxorum, prout iudicatum refert *Gama, dict. decisione,* 108. *num.* 2. ne alias per hanc viam perueniat maritus ad alienationẽ, contra mentem *Prædictæ Ordinationis,* cum facilis de hypotheca ad alienationem detur transitus, *addo Rebellum de obligationibus iustit.* 2. *part. lib.* 6. *quæstione* 9. *num.* 15.

Hinc etiam infero ad clericum ordinatum ad titulum patrimonij, quod alienare nequit, dum aliunde congruam non habet sustentationem, *iuxta Tridentinum sessione* 21. *de reform. cap.* 2. ita similiter illud hypothecare non valebit, cum huiusmodi prohibitio tendat in publicum fauorem ordinis clericalis, ne alias in opobrium, & dedecus prædicti ordinis cogantur mendicare, sequitur igitur quod sub prædicta prohibitione, comprehenditur hypotheca, *iuxta regulam dict. l. vlt. Cod. rebus alien.* quam resolutionem post multos, quos refert tenet *Aloïzius Riccius* 2. *tom. Suarum decisionum decis.* 212. vbi sic iudicatum testatur.

Ex prædicta Doctrina infert etiã *Iason.* §. *Ité si quis in fraudem de act. num.* 23. Patrem non posse hypothecare bona aduentitia filiorum, 306.
quæ ipse alienare non valet, *per l. vlt.* §. *Ipsum autem, versiculo, non autem, C. bon. quæ liber.* quod ab eodem repetit *Pinel. in eadem lex.* 1. *part.* 3. *num.* 18. sequitur *Cald. d. num.* 54.

hos

hoc enim cuincit filiorum fauor, in quem promulgata est decisio *d. l.1.C.de bonis mater. & decisiol. Cum oportet, & l.vltim. Cod. bonis quæ lib.* quo etiam argumento optime resoluit *Arcletanus in l.Generaliter.C. de secund. nupt. nu.39. quem sequitur Cald.d.cap.5.num.54.in fine*, mulierem secundo nubentem, quæ tenetur filijs prioris matrimonij reseruare omnia lucra sibi obuenientia ex priori matrimonio, illa nō posse hypothecare, quemadmodum alienare non potest, *d.leg. Generaliter, versiculo, alienandi.*

Contrarium in omnibus dispositionibus odiosis resoluunt prædicti Doctores communiter, maxime, *Caldas d.num.62.* & primo, inferunt *ad Ordinationem lib.2.tit.* 18.

307. vbi imponitur ecclesijs prohibitio, ne immobilia iure dominij possidere possint, attamen si prædicta bona ex aliqua iusta causa hypothecata habeant, recte valebit hypotheca, ex prædicta resolutione, maxime ex eo, quia hypotheca non est modus per quem dominiū acquiratur, ac proinde non potest cōprehendi sub illa prohibitionis lege, quia exorbitans, & odiosa est, de cuius iustitia, & validitate, consulendi sunt *Cald. de emptione cap.8. à num.27. & à num.33. Benedictus Ægidius l.1.part.3.§.2.C.sacrosanct. à numer.3. & sequentibus, Caldas iterum latissime forens. dict.quæstion.23. numer.92.*

Hinc etiam venit resoluendum emphiteutam propter pignorationem, vel hypothecam emphiteusis, non incidere in commissum, tā attento iure communi *l.vltim. Cod. iure emphit. quam regio lib.4.titul.38.* ex eo, quia cum materia commissi sit odiosa, sub prohibitione alienationis non potest comprehēdi hypothecæ datio, per quam non trāsfertur dominium, maxime, cum prohibitus alienare possit pignorare, vt constat *ex textu in l.Tutor 16. §.vltim.D.pignor.actione Caldas dict. cap.5.num.61 Surdus decisione 160. à princip. Faber. decade 63. errore.8.* ideoque valide pignoratur res emphiteutica, nec propter tale pignorationem incurritur cōmissum, vt originaliter tradit *Salicetus in d. l. vltim.de iure emphit.num.6.communis per Iasonem ibi nu.78. Clarus §. Emphiteusis quæst.18. Surdus, d.decisione 160, Gratianus, forens.cap.43. à nu. 7. Molina de iust. disput.461. num. 12. Mantica de contractibus lib.22. titul.28.num.51. post Gamam decisione 214. num.4. Caldas latissime d. cap.5. nu.61. insignis præceptor Brito ad cap.potuit de Locato §.2. num.18.* Contrariū tamē in proposita quæstione intendit probare *Romanus in l.Si constante D.soluto matrim.n.32.* quem, alijs citatis, sequitur accutius *Sarmiento lib.3.select.cap.2.num.23.* moti ex regula *l.Oratio D.de sponsalibus*, cui iam supra sufficienter satisfactum est, Deinde, ex eo, quia validum est argumentum de feudo ad emphiteusim, *gloss. recepta, verbo.*

aut vtrunque in cap. 1. an agnatus vel filius defuncti, Euerardus loco 12. Tiraquel. lemort. part. 4. declarat. 6. numer. 2. sed vasallus non potest
309. feudum hypothecare sine licentia, & consensu domini directi, *vt probat cap. 1. de prohibita feudi alienatione per Federic.* in principio, ibi (*vendere aut pignorare,*) *cap.* 1. §. *Item si quis, quibus mod. feudum amittatur,* ibi (*vel pignori*) *notat Pinel. leg.* 1. *part.* 3. *de bon. mater. numer.* 52. *versicul.* 17. *Dueñas regula* 40. *ampl.* 3. *optime expendit Caldas dict. cap.* 5. *numer.* 55. ergo similiter idem in emphiteuta est resoluendum, sed prædictum argumentum de facili euitatur, si dicamus, argumentum de feudo ad emphiteusim non esse admitendum, quando feudalis constitutio deuiat à iure communi, vt post *Valascum de Emphiteusi quæstion.* 39. *num.* 19. *sequitur Cabed.* 1. *part. decision.* 138. *numer.* 4. *& melius Caldas dict. cap.* 5. *à num.* 66. *cum* 4. *sequentibus,* ad quem semper in hoc puncto recurrito.

Prosequendo igitur prædictam alienationis prohibitionem, sub illa contendimus cõprehendi census realis constitutionem, ratio manifesta apparet ex supradictis, nam per constitutionem census super aliqua re, afficitur res illa vinculo, seu obligatione reali, *vt probatur ex text. in leg. vltim.* §. 1. *D. contrahend. emptione, notant communiter Doctores, vt per Valasc. de emphit. quæstion.* 32. *num.* 17. *Felicianus de solis tractat. de censibus lib.* 2. *cap.* 5. *Peregrin. lib.* 1. *consil.* 97. *Auendañ o de censibus cap.* 65. *&* 66. sed sub expressa prohibitione alienationis, quæ in maioratibus datur, cõprehenditur omnis, & quicumque modus, per quem aliquod ius reale super re vinculata cõstituitur, *d. leg. vltim. Cod. rebus alien. leg.* 1. *D. officio procuratoris Cæsar.* igitur similiter census constitutio prohiberi debet; & hanc resolutionem tenet in terminis. *Felicianus de solis dict. tractat. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 17. *Gaspar Rodericus, tractat. de annuis redditibus lib.* 1. *quæst.* 3. *numer.* 7. *& quæst.* 14. *numer.* 9. *Auendañ o dict. cap.* 65. *&* 2. *sequentibus,* sequitur *Castillo tom.* 4. *cap.* 35. *à num.* 33. adijciens necessariam esse regiam facultatẽ, vt super re vinculata census constituatur, sequitur *Gratianus Forens. tomo* 2. *cap.* 420. *à num.* 11.

Descendere libet iam ad aliam quæstionem, vtrum, bona vinculata possint in emphiteusim concedi, in qua pro parte affirmatiua facit, quia concessio emphiteutica ad tres vitas, non dicitur propria, 310.
& omnimoda alienatio, *per textum vbi glossa* 2. *in leg.* 1. *Cod. iure emphiteutico,* deinde, quia tam Impera-tor *in Authentico, de non alienandis, aut permut. rebus Eccles. collat.* 2. §. *Nos igitur, versiculo, alienarionis,* Quam etiam Pontifex *in cap. nulli de rebus Ecclesiæ,* solummodo decidũt, sub prohibitio-

ne alienationis venire perpetuam emphiteusim, non autem illam, quæ ad vitas conceditur, per quæ fundamenta,*ita tenet Iosephus Ludouicus,decisione Lucenci 62.num.2.* & multoties apud nostra tribunalia iudicatum testatur *Gamà, decisione 16.num.3.* vbi non solum non dissentit, sed potius testatur de huius regni consuetudine vniuersali esse receptum, & iterum *decisione 222. num.4.* eidem consuetudini adhærere, quæ iam videtur recepta per *Accursium in d.l.fin.Cod.rebus alien. verbo,hypothecã,& per Corneum consil. 193.lib.1.Frecciam,& alios*,quos citat *Gratianus tom.3. forens.cap.460. numer.78.*

Contrarium tamen defendunt
311. communiter scribentes, vt *per Molinam,qui antiquos refert,lib.1. de primogen.cap.21.num.32. Pelaes de maioratibus,part.4.quæst.25.à principio. Caldas,de renouatione,quæst.16.à nu. 2.& sequentibus, Valascus,tom.1.consult.95.num.2. Crassus*, §.*Fideicommissum,quæst.59. Pater Molina tom. 3.disput.641.num.8. post. Pinel.l.1. Cod.de bon.mater.3.part.num.65.Gama sibi contrarius, d. decisione 192. Flores, in additionibus ad eundem Gamam, d. decisione 16. num.* 3. & est communis inter scribentes *ad d.* §. *Diui*, pro qua pluries iudicatum scribit *Phœbus decisione 6. num.3. tomo 1.Gutier. 2.pract. quæst.145.num.* 10.*Couarr.2. variarum cap.16.num.* 1. *in fine; Gratianus, d. cap.460.nu.* 82. *Ægidius, in l.Ex hoc iure, tom.2.* *cap.9.num.13. versic. vnde, nouissime Barbosa, in l.2.Cod. præscriptione triginta num.407.& sequenti*, qui omnes mouentur *per d.l.fin. Ced. rebus alienis*,dum inter modos alienationis enumerat emphiteuticam cõcessionem, (*ibi similique modo seruitutes minime imponi, nec emphiteusim contractus*) cui textui frustra insudat respondere *Gama.dict. decisione 16. num.* 4. ergo, cum res maioratus, seu aliter vinculatæ, alienari non possint, sunt nanquè huiusmodi bona relicta ea lege, vt in familia perpetuo integra conseruentur, vt *per Molinam lib.1.cap.1. numer.* 22. quæ licet de iure communi,pro sui conseruatione, solũmodo habeant tacitam prohibitionem, de qua *in l.vltim.* §. *vltim. Cod. communia delegat. leg. Seruo* 72. §. 1. *D. legatis* 1. quando, scilicet, conditionaliter fuerint relicta per fideicõmissum, etiam perpetuum, ita vt valeat alienatio facta per possessorem,pendẽte conditione,quia prædicta bona sunt duratura penes hæredem, vsque ad adimplementum conditionis, quia iubentur restitui per testatorem, post mortẽ hæredis grauati,vel sub alia conditione, ideoque interim non irritatur alienatio *glossa verbo, ne id, in dict. l.Cum pater* §. *Libertis D,legat.2.* communiter recepta *per Peraltam,in Rubrica de hæredibus instit. numer.* 140. *Gomez, leg.40. numer.88. Petra, de fideicommiss. quæstion.* 3. *alios citat Molina, lib.* 1. *cap.* 16. *numer.* 33.

Peregrin.

Peregrin. de fideicom. artic. 40. num. 7. à principio, Menoch. consil. 626. num. 35. insignis Barbosæ, leg. 1. D. soluto matrim. part. 5. num. 37. & num. 82. Cabedo, 1. part. decisione 146. Gail. lib. 2. Observat. 137. Faber, decad. 88. errore, 1. & 2. Gaspar, ad eundem, lib. 3. tract. 24. quæst. 7. Attamen si alienationis prohibitio expresse assignata sit, alienatio in contrarium facta erit nulla, & statim veniet revocãda per successorem iuxta notata per Doctores, *ad d. §. Diui d. l. Cum pater. §. Libertis, vbi glossa. Paulus, & alij, ex quibus* fatetur communem *Gomes, d. num. 88. Barbosa, d. l. 2. Cod. præscript. trigint. num. 42.* quæ expressio in omnibus maioratibus nostri regni, & totius Hispaniæ, ex natura rei adiecta censebitur, licet
312. non exprimatur, vt iam supradiximus, & scripsit *Barbosa in d. l. 2. nu. 425.* quidquid non aduertat *Molina d. lib. 1. cap. 16. num. 33.* quæ doctrina apud nos confirmatur ex *Ordinatione lib. 4. tit. 41.* ibi (*que tiuerem poder pera aforar os bens da coroa, ou Morgados, ou Capellas*) vbi *Ordinatio* requirit specialem licentiam, ad effectum, vt res maioratus, seu capellæ possint emphiteuticari; aperteq; insinuat sine facultate regia, vel saltem à primo instituente concessa, administratores minime posse emphiteuticare, expedit optime *Caldas d quæst. 16. nu. 14. Molina lib. 1 cap. 21. num. 34. ad finem*, & in hoc casu, quãdo datur expressa licentia instituentis, intelligitur *Ordinatio lib. 1. titulo 62. §. 46. secundum ingnth. Barbos. in dict. leg. 2. Cod. præscriptione trigintæ, numer. 416.* Deinde, neguí non potest, per concessionem emphiteuticam transire dominium vtile in emphiteutam, *notat glossa per textum ibi, in leg. 1. D. si ager Vectigalis Pinel. dict. leg. 1. ac bon. mater. 3. part. num. 66. Gom. 2. tom. cap. 10. num. 23. Vabasc. de iure emphiteut. quæst. 13. & 18. & n. 2. & quæst. 29. n. 28. Garsia de expensis cap. 14. à num. 3. Conan. lib. 7. comment. cap. 12. n. 2. Duarenus, lib. 1. disp. cap. 14. Gutier. lib. 2. Canonicarum, c. 8. à n. 22. Barbos. in l. Si filio 26. §. fin. D. solut. matr. n. 39. Sarmiẽto lib. 3. selectar. cap. 2. à nu. 31. Mantica de tacitis conuentionalib. 5. titul. 7. à princ. Castill. de vsufruct. cap. 12. à num. 21. Faber de cod. 65. error. 3. & 5. & decade 63. err. 9. & de coniectur. lib. 20. cap. 11. Gaspar, ad eundem, lib. 1. tract. 18. q. 3. Peregr. de fideicom. artic. 40. num. 94. insignis præceptor Brito, ad Rubricã de Locato, 1. p. §. 1. n. 2. 13. & 18.* ergo iã quoad prædictũ vtile dominiũ, fieret successoribus præiuditiũ, contra fundatoris intentionẽ, per quæ, ab hac sentẽtia tetedendũ non est.

Nec fundamenta, quæ *Gam.* expendit, aliud concludunt, quia *lex 1. iuncta glossa 2. Cod. de iure emphiteutic.* solummodo asserit, contractum emphiteuticum non esse locationem, nec vẽditionem, sed per se efficere certam speciem contractus, quia per locationẽ, non solet dominiũ transferri, per venditionẽ
413.

vtrumque, per emphiteusim vero, vtile tantum, vt bene explicat *glos.* & quoad summum, *glossa* asserit, alienationem, quæ fit per emphiteuticum contractum, non esse talem, quæ vtrumq; dominiū transferat, in quo sensu *text. in principio* ait, emphiteusim, non esse connumerandam titulis alienationis, scilicet latissimæ, per quam vtrumq; dominium transfertur, sed non inde sequitur per emphiteuticam cōcessionem non dari veram, & propriam alienationem, *d.l. vltim.* per quam contra naturam bonorum vinculatorum committitur; maximè, cum vinculum maioratuum, capellatum, & similium in fauorē familiarum, sit dispositio fauorabilis, in qua alienationis prohibitio latius patet, vt supra resolutum est, aduertit *Caldas numer.* 3. *ad finem, dict. loco,*

Ad secundum argumētum, quo *Gama* motus est, & cum eo grauissimi senatores, quos ipse recenset, *ded. §. Alienationis, & d. cap. nulli,* à contrario sensu, quod argumentū
314. multoties valere probant Doctores scribentes *ad textum, in Authē. ex testamento Cod. collationibus, leg. 1. D. officio eius, vbi glossa, verbo, fortissimum,* negamus tamen sensum contrarium in proposita quæstione, in qua non est dubium, si illud admitamus, sequi quam maximum absurdum, quo casu prædictum argumentum procedere nequit, iuxta notata per doctores, *ad l. 2. Cod. conditionibus insert. post alios Fachineus controuers. lib. 13. cap. 5. Cald. de nominat. quæst. 18. numer. 35.* certum enim est, quod licet tam *d. §. alienationis,* quam *d. cap. nulli,* loquatur de emphiteusi perpetua, in qua datur maior causa alienationis, tamen non possunt excludere concessionem, ad tres vitas, in qua veram dari alienationem probat *d. l. vltim. Cod. rebus alien.* ac proinde prohibitam esse nemo ignorat; ideoque non curo de responsione *Barbosæ in d. l. 2. Cod. præscript. trig. num. 412.* dum existimat, vt verbū, perpetua, de quo *in d. iuribus* intelligatur, quoad vitā accipientis, *iuxta l. 1. D. pro socio.* Nec etiam consuetudo, ad quam *Gama* recurrit, tam generaliter debebat vigere, prout ipse cū cæteris senatoribus suæ tēpestatis existimauit, cum sciamus a tempore illo, in posterum vsque adhuc, semper contrarium obseruatum esse, & in futurū obseruādum confidimus, cum hæc praxis conformis sit iuri, & rationi, magnāq; contineat æquitatem, ita vt, tam in scholis, quam in tribunalibus sit semper recipienda; *secundum Cald. d. quæst. 16. nu. 12.* Illud tamen meminerim, quod *Gama d. n. 3.* aduertit, quod si inter alia bona maioratus sint aliquæ terræ incultæ, & dūmosæ, & per emphiteutam fuerint siluis extirpatæ, & ad culturam redactæ, hoc in casu, poterit, & tenebitur possessor maioratus in emphiteusim cōcedere terras illas iam
315. arabiles

arabiles factas, ipsi emphiteutæ, cuius industria factæ sunt fructiferæ, *argumento cap. ad aures, de rebus Ecclesiæ*, vbi res Ecclesiæ iubentur concedi in emphiteusim illi colono, qui terras incultas arabiles redu xit, & necessitas imponitur prælato emphiteuticandi, *vt post Cardinalem, Ancharranum, & Abbatem, in d. cap. ad aures, notat Aflictes decisione 238. glos. per textum ibi, in authentica, si quas ruinas, Cod. sacrosanct. Ecclesijs, Bart. in l. Quicumque à 2. Cod. omni agro deserto lib. 11. Ripa cum cõmuni, in l. 1. D. priuileg. cred. num. 14. & tractat. de peste titul. de remed. num. 255. Couar. 2. variar. cap. 17. num. 5. insignis Barbosa, in l. 2. Cod. præscript. triginta, num. 371. & sequenti, post Beroum, quæstione familiari, 50. & in cap. in præsentia, de probation. nu. 379. Cæphalus, consil. 4. num. 11. lib. 1. insignis præceptor Brito, ad cap. potuit de Locato, in principio num. 3. post Gosadinum, consil. 68. num. 22. Caldas, de nominatione, quæst. 23. à num. 55. & de renouatione, quæst. 8. à num. 2. cũ aliis*; quę concessio non solum fieri potest ad tres vitas, sed etiam in perpetuum, vt cõstat *ex d. cap. ad aures*, ibi (*eis hæreditario iure poteris concedere*) *iuncta Authentica perpetua, Cod. sacrosanct. Ecclesijs, cap. Ea enim, §. perpetua, 10. quæst. 2. notat Immola consil. 64. num. 4. Decius, consil. 147. column. 3. Gama decisione 326. num. 1. insignis præceptor Brito, vbi proxime*, qui omnes recte aduertunt pensionem in hac emphiteusi imponendam esse pro statu, quo terræ erant steriles, non autem attenta meliorratione facta per colonũ, ne sequatur inconueniens, suam industriã & laborem sibi esse damnosa, contra æquitatem *l. final. Cod. de aluuionibus l. penult. Cod. omni agro deserto lib. 11.* sentit *glos. vltim. in d. cap. ad aures, Decius vbi supra, Ripa in d. l. 1. num. 15 & dict. titulo de remedijs præseruat. num. 259. Iason. Ruinus, & alij*, quos sequitur *insignis Barbosa d. l. 2. C. præscript. trig. num. 386. & num. 389. insignis præceptor d. num. 3.* Ex quibus mihi magis arridet opinio *Gamæ d. num. 3.* quia huiusmodi cõcessio nõ dicitur cedere in destructionem, sed potius in augmẽtum majoratus, seu capellæ, & puto sic esse interpretãdam mentem instituentium, qui hoc certe expressissent, si in memoriam occurreret, quidquid inter res Ecclesiarum, & profanas distingat *Finel l. 1. part. 3. num. 65. versiculo, nec obstat, C. bon. mat.* qui sane in hoc audiendus non est, vt optime in casu identico contra illum iudicatum, testatur *Gama dict. num. 3. quem sequitur Barbosa vbi proxime num. 436.*

Occasione præcedẽtis quæstionis occurrit è conuerso hæc præsens, an emphiteusis vel tota, vel pro parte, possit maioratui, vel capellæ vinculari, sine domini directi consensu, in qua resolutiue dicendum est, nunquam posse prædictas res vinculari, propter præiuditium domini directi, cui semper maxi-

mum infertur si bona in quibus dominus habet directum dominium,& ius commissorum, ac laudemiorum sine eius consensu possint fieri inalienabilia, perpetuo, quod sane fieret, si possent prædictæ res emphiteuticæ maioratui vinculàri, *l. vltim. C. iure emphit. Ordin. lib.* 4. *titul.* 38. considerat in terminis *Iason. in l.* 2. *C. iure emph. nu.* 95. *Baldus in cap.* 1, *de allodijs, & in cap. clerici, de iuditijs num.* 3. *Curtius senior, consilio* 30. *num.* 24. *Felinus, in cap. quæ in ecclesiarum de constit. n.* 70. *vbi Decius ad finem, Aufrerius ad capellam, decis.* 461. *Gama, decisione* 70. *& ibi Flores in additionibus, Gama iterum decis.* 219. *num.* 10. *Molina de Iustitia. disput.* 608. *num.* 3. quidquid in hoc puncto distingat alter *Molina de primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 71. quæ resolutio similiter procedit, in emphiteusi perpetua, si in ea comitatur comissum, datur enim idem præiuditium quod in alijs, vt optime considerat *Gama vbi proxime*, & in vtroq; casu tam emphiteusis nominationis, quã perpetuæ multoties iudicatum tradit *Phæbus tom.* 1. *decis.* 5. *contra Barbos.* quem refert, & sequitur *Cabedo* 1. *p. decisione* 130. *num.* 1. Vnde nec censum realem poterunt emphiteutæ imponere super predictis rebus sine consensu domini, *vt post Pinel. l.* 1 *de bon. mat.* 3. *part. num.* 79. *Rodoanus de rebus Eccles. rub. de constit. census num.* 24. *Cald.* 4. *part. de extinct. cap.* 5. *num.* 26. *Gaspar Rodr. de ann. reddi. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. *Auendaño de censibus cap.* 67. Limitabitur tamen in illa emphiteusi perpetua, vbi cessat comissum, qualia sunt in hoc regno, quæ de bonis regalibus processerunt, vulgo, reguégos, hæc enim recte vinculari potest sine domini cõsensu, cui in nihilo præiudicatur, vt est de mente omnium Doctorum quos modo citamus.

Ex hucusque resolutis sub infertur, vt discutiamus quæstionem arduam, & inter scribentes maxime controuersam, an scilicet, bona vinculata possint ad longam tempus locari, in qua quæstione parte affirmatiuam sequitur ante omnes *Cumanus in l. Codicillis* §. *Instituto*, 316. *D. legat.* 2. *num.* 3. *Conan. lib.* 7. *comment. cap.* 12. *Pinel. d.* 3. *part. l.* 1. *de bon mat. num.* 66. *&* 67. *quos extollit Valasc. de iure emph. quæst.* 29. *nu.* 28. *Garsia de expensis, cap.* 10. *num.* 31. *& cap.* 14. *num.* 3. & in illam inclinat *Benedictus Ægidius, leg. Ex hoc iure, tom.* 1. *cap.* 9. *nu.* 5. *ad finem*, & saltem cum pacto partium, illam admitit *Mantica de contractibus lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 2. *& accerrime insignis præceptor Brito ad rub. de Locato* §. 1. *à num.* 6. *& 7 & sequentibus*; quam etiam dicunt verisimam *præceptores Veiga, & Barbos. ad d.* §. *Diui in manuscriptis*, mouentur per *textum in leg. Qui fundum* 32. *D. Locati*, vbi agitur de locatione ad longũ tempus, patet ibi (*ad plures annos*,) & tamen simplex locatio appellatur. Secundo, expendũt, quia nec apud Iureconsultos,

sultos, nec apud Imperatores legitur aliqua differentia inter locationem ad longum tempus, & inter locationem ad modicum tempus, ac ideo videbatur dicendum, quod quēadmodū hęc dominiū trāsferre nequit *l. Non solet D. locati*, ita nec illa, & forte hac ratione locationē in centum annos factam non inducere alienationem *scripsit Accursius in l. Codicillis §. Instituto, in gloss. fin. D. legat. 2.* quam communem, & singularem appellat *Anania in cap. vlt. ne prælati vices suas num. 17. Alexander, & Angel. in l. Si filio §. Si vir, D. soluto matrim. column. fin. Couar. 2. variar. cap. 16. num. 1. versic. ex quo apparet, Tiraquel. de retract. titulo 1. §. 1. glos. 14. à num. 81. Rodoanus de rebus eccles. rub. 1. cap. 13. Carocius, 1. part. titulo de annuis reddit, in principio, Caldas de renouat. quæst. 16. num. 7. versic. nam huiusmodi, Ægidius l. Ex hoc iure 2. tom. cap. 9. nu. 6. ad finem*, nam si fuisset notāda differentia, meminissent Iureconsulti de illa, ex regula *l. Item apud Labeonem §. Ait prætor D. de iniurijs*, Vltimo, quia vt optime expēdit *insignis præceptor Brito, d. num. 6.* essentia, & substantia locationis cōsistit in eo, vt solum vsum rei transferat, constat ex definitione ab ipso doctissimè tradita, *d. §. 1. num. 2.* implicat igitur contradictionem, quod per locationem solum vsus rei tradatur, & quod dicatur alienatio, quia prorogatio, maioris temporis non potest inducere obligationē, *ex reg. l. Obligationum fere, §. Placet, D. act. & obligat. iunctis notatis per Bart. in l. Cū de in rē verso, D. de vsur. n. 2. Bald. in l. fin. num. 5. C. delegat. Gutier. in repetitione, l. Nemo potest, D. legat. 1. num. 194. Cuiac. in recitationibus ad l. 4. D. de seruitut. Pichard. in rubrica de perpetuis, & tempor. à nu. 3. & in §. Ait si ita, de verborum, num. 5. Faber, de erroribus, dec. ad. 3. errore 8. num. 14. insignis Barbosa in l. sicut Cod. præscriptione triginta anum 195. Couar. in reg. possessor 3. part. §. 1. nu. 6. versic. vndecimo, Menchac. illustr. cap. 56. num. 19. igitur.*

Negatiuam tamen sententiam, quod prohibitus alienare non possit locare ad longum tempus deffē dit vno ore, communissima Doctorum sententia, à qua non sine magno ostentandi ingenij studio, deuiandum est, pro qua expenduntur sequentia, quod per hanc locationem transfertur vtile dominiū, *l. 1. §. Quod autem ait prætor D. superficiebus l. 1. §. Qui in perpetuum, iūcta l. vlt. D. si ager vectigalis Clementina 1. versic. verum, à contrario sensu, vbi glos. verbo, locationes* & ibi *Cardinalis, & Immola, de reb. eccles.*; Facit deinde *cap. 2. de Locato, vbi gloßa vltim.* dum textus concedit locationem de rebus ecclesiæ, dummodo non perueniat ad alienationem, ex quo infert *glossa* non posse ibi locari ad vitam, quia inducitur per talem locationem alienatio, ex quibus ita resoluunt fere omnes scribentes, *Bart. in d. §. Quod autem n. 4. Paulus,* 317.

in repetitione l. Ex hoc iure D. iustitia, num. 21. *Iason. in l. Manumissiones, eodem titulo, n.* 6. *Tiraquel. de retract. tit ul.* 1. §. 1. *gloss.* 14. *nu.* 80. *Carocius, de locato, titulo de locatione ad longum tempus, quæst.* 1. *per totam, Gomes l.* 40. *num.* 84. *Couar.* 2 *variarum cap.* 16. *num.* 1. *Padilla in l. Voluntas Cod. de fideicommiss. nu.* 18. *& in l. Unum ex familia* §. 1. *D. legat.* 2. *num.* 11. *Molina, de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *à n.* 16. *Valasc. qui late disputat, de Emphit. quæst.* 29. *num.* 7. *&* 28. *Garsia de expensis sibi contrarius, cap.* 14. *numer.* 4. *& à principio, Caldas, de renouatione, quæst.* 16. *num.* 8. *& sequentibus, Ceualhos commun. quæst.* 199. *num.* 5. *Cald. iterum de extinctione, cap.* 1. *à num.* 9. *insignis Barbosa in l. Si filio,* §. *final, D. soluto matrimon. num.* 38. *& in l.* 2. *Cod. præscript. triginta num.* 410. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 40. *num.* 106. *& nu.* 94. *Mantica de contract. lib.* 5. *titul.* 7. *à principio, & num.* 6. *Pelaes de maiorat.* 4. *part. quæst.* 25. *à num.* 1. *Sarmiento lib.* 3. *select. cap.* 2. *num.* 38. *Gutier. lib.* 2. *Canon. cap.* 8. *à num.* 22. *Thuscus litera. L. conclus.* 403. *Castill. de vsufruct. cap.* 12. *à n.* 12. *Carotius iterum titul. de possessore maioratus, & titulo de prælato, Cabedo* qui testatur ita iudicatum 1 *part. decisione* 92. quibus accedit *Flores ad Gamam decisione* 16. *Faber, de coniectu ris lib.* 14. *cap.* 13. *in med. Ægidius, in l. Ex hoc iure.* 2. *tom. cap.* 9. *num.* 6. *Gabriel,* & plures alij, quos citat *insignis præceptor Brito, d.* §. 1. *num.* 3. qui omnes damnant *Accursium in dict. gloss. fin. d. l. Codicillis* 91. §. *Instituto de legat.* 2. Inde varias quæstiones resoluentes, & licet hæc communis sententia semper in praxi sit recipienda, nihilominus si rigorem iuris attendamus, forte probabi- 318.
liorem fateri cogemur affirmatiuã suprapositam, nam iura, quæ pro communi adducuntur bene perpẽsa, nõ redunt illam valde securam, quidquid *Valasc. d. num.* 28. *& Garsia vbi supra, & Molina dict. num.* 16. insudent pro defensione illius, *textus enim in dict.* §. *Qui in perpetuum,* apertissime communem deserit, nec etiam violenter aliquid pro ea facere potest, imprimis enim loquitur de cõductione in perpetuũ, nec quadrat conductioni ad longũ tempus, quæ temporalis est, quod si velis arguere *de lege finali, iuncta Accursij interpretatione communiter recepta,* dum Paulus ait (*idem est, & si ad tempus habuerint conductum, nec tempus cõductionis finitum sit*) *& Accursius,* interprætatur non modicũ, quasi sit intelligenda de locatione ad longum tempus, quæ interprætatio meram continet diuinationem, vt fatetur *Garsia vbi supra n.* 3. & textum impropriare scribit *Valascus d. nu.* 28. maxime, cum speciale sit in conducentibus publicos agros ciuitatum, siue reipublicæ, vt habeant in rem actionem, siue lo- 319.
catio sit ad breue tempus, siue ad longum, *d.* §. *Qui in perpetuum d. l.* 3. vt optime contendunt *Conan. & Pinel. vbi supra, Alciat. lib.* 3. *disput. cap.* 10.

cap. 10. *Corrasius, in l. Ei qui nui. 18. D. de seruitut. sequitur Garsia d. num. 9. post Valasc. d. num. 28. versicul. ad textum, Duarenus lib. 2 disput. cap. 14. Antonius Faber ad l. 65. errore 5. Gaspar ad eundem lib. 2 tract. 18. quæst. 3.* quidquid ab hac veritissima doctrina recedat *Barbosa in d. leg. Si fundi §. fin nu. 39.* ex quibus satis demonstratum textum illum in nihilo iuuare communem, vt ingenue fatentur supra citati, vnde patet ex eo non deduci firmum argumentum ad locationes rerum particularium, in quibus cessat constitutio specialis *d. l. 1. & d. l. vlt. D. si ager vectigalis*, imo verius potest retorqueri cõtra communem per locum ab speciali, & supradictum intellectum tandem sequitur *insignis præceptor Brito adhæres* specialitatis rationem *in d. §. 1. num. 18.*

Totus igitur labor consistit in cognoscenda energia, & proprietate *l. 1. §. Quod autem ait prætor D. su-*
320. *perficiebus*, cuius hæc sunt verba, (*& sane causa cognita, ei qui ad non modicum tempus conduxit superficiem, in rem actio competit*) iunctis præcedentibus, ibi (*vt si ad tempus quis superficiem conduxerit, negetur ei in rem actio*) qui textus est vnicum, & totale fundamentum communis sententiæ, dum in eo, Vlpianus facit notabilem differentiam, inter conductorem superficiarium ad breue tempus, & conductorem ad longũ, illi negat in rem actionem, huic autem illam concedit, contendit cõ-
319. muuis idem esse dicẽdum in quacumque locatione cuiuslibet rei, præter superficiem, vt si fiat ad longum tempus, trãsferat dominium, & per illam inducatur alienatio, contradicunt moderni doctissimi supra relati, considerant enim actionem in rem, nulli conductori competere præter superficiarium, cui a prætore causa cõgnita conceditur, vt aperte *docet Vlpianus in d. §. Quod autem*, quod etiam dixerat *in l. 3. §. Si ego D. noui operis nunciatione*, & apertissime Paulus *in l. Superficiario 74. D. rei vendicatione*, ibi (*prætor causa cognita in rem actionem pollicetur*) quibus in locis semper desideratur factum prætoris, adhibita causæ cognitione, in quo aliquid esse misterij dubitari nequit, nam vt Acũte tangit *Pinel.* si idem in cõductoribus superficiarijs, quod in alijs dicendum est, ad quid separatus est *titulus de superficiebus*, in quo solummodo agitur de illo, qui conduxit lege expressa, ad ædificã- 321.
dum, *secundum Cuiac. in paratitla super illo titulo, in D.* quod satis confirmat *Pineli, & sequacium opinione*, qui ponunt seu assignant pro specialitatis ratione *in d. §. Quod autẽ*, publicum fauorem ædificiorum, *argumento l. Præscriptio C. de oper. publicis, l. Si quis Cod. de ædificijs priuatis*, ibi (*publicum decus*) quod etiam confirmat *l. Quod si vir. 13. D. de donationibus inter*, dum contra regulas illius tituli, approbat donationem ad refectionem ædificij diruti, nec

effica-

efficaciam prædictæ rationis euitat *Garsia d. cap. 14. numer. 3.* dum ait, quod si ob publicum ædificiorum fauorem actio in rem à prætore daretur superficiario, æqualiter daretur, siue cōductio fuisset ad breue, siue ad longum tempus, sed non attendit *Garsia*, ad intentum prætoris, qui solum modo detulit conducenti ad longum tempus, quasi hoc ædificium sit tale, quia permanet, quæ ratio cessat in conducente ad modicum, qui licet ædificet, non tamen solidum consideratur eius ædificium, cum breui finiatur, ac ideo merito in hoc versari puto causæ cognitionem prætoris, ad concedendam vtilem actionem in rem conductori ad longum, quasi significet Vlpianus, quod si Prætor arbitrauerit ædificium conductoris non reputari firmum, & duraturum, ei denegabit actionem à cessante ratione; Nec etiam instantia *Garsiæ* contra inductionem *Pineli* de textu, *in d. l. Quod si vir* tanti momenti est, vt *Pineli*
322. opinionem impugnet, licet inductionem conuincat, quia bene considerat *Garsia*, si donatio inter coniuges sustineretur ex publico fauore, sustineretur etiam facta in erectionem nouam, seu constructionē noui ædificij, quæ reprobatur per *l. Sed si mors §. fin. eodem titul.* maxime, cum certum sit donationē sustineri *in d. l. Quod si vir*, ex alio capite, nempe, quod coniux ædificans non fit locupletior ex tali donatione, vt bene considerat *Garsia vbi proxime*, & postea *Sanches lib. 6. de matrimonio disput. 3. numer. 5.* vbi meminit *de gloss. vnica, d. l. Quod si vir*, quod prius idem aduertit quę sufficerent ad sustinendam *Pineli* responsionem, nisi de nouo cōtra illam insurgeret *insignis præceptor Brita d. §. 1. à n. 8.* vbi pro sua singulari iuris peritia, ac ingenij acumine, nouā considerat specialitatis ratione quam maxime cōmendare nunquam cessabo, apud illum videto, *vsque ad num. 17.* indignum enim semper putaui alieno sudore ditari; Nec *Clementina de rebus Ecclesiæ* communem probat, quia secundum *Vdasc. quæst. 29. in fine* 323.
textus procedit specialiter in rebus ecclesiæ, in quibus concurit ecclesiarum fauor, & prohibitio illa specialis, quæ videtur confirmare *Pineli* 324.
sententiam, dū textus ille prohibet conductionem ad longum tempus, quod non faceret, si appellatione alienationis contineretur *cap. sine exceptione 12. quæstion. 2. cap. nulli, & per totū de rebus Ecclesiæ*, ex quibus, amantissime lector, videre poteris, quam defensibilis sit noua, & vera *Pineli* sententia, iunctis nouioribus fundamentis *ab insigni præceptore* adinuentis; Similiter potest satisfieri *ad cap. 2. de Locato iuncta glossa vltima*, quod non procedit in locatione propria, quæ licet fiat ad tempus longissimū, nūquam tamen potest transferre dominium cōtra ipsius naturam *d. l.*

Non

Non solet cum supracitatis, sed referatur ad contractum emphiteuticum, per quem dominium transfertur, vt cõstat exterrore ipsiusmet *cap.* 2. *ibi*, *dum non perueniatur ad fœudum*, vbi fit mentio contractus fœudalis, & immediate subsequitur (*vel alienationem*) quæ verba optime referuntur ad cõtractum emphiteuticum, quod confirmatur ex verissimo intellectu *Clementinæ* 1. *de rebus Ecclesiæ*, vbi hoc de nouo in locatione constitutum est, quæ cõstitutio otiosa plane esset, si *in d. cap.* 2. iam de iure antiquo Decretalium prohiberetur locatio ad lõgum tempus, quã interprætationem sequitur *insignis præceptor Brito in d.* §. 1. *n.* 20. *& in d. cap.* 2. *part.* 3. *n.* 1. sed quia communis, de qua supra, lege lata obtinuit apud nos *Ordinatio lib.* 4. *tit.* 48. §. 8. vbi quemadmodũ 324. maritus alienare nequit immobilia, sine beneplacito expresso vxoris, eodemmodo non potest locare ad longum tempus, iterum *Ord. lib.* 4. *titul.* 38. *in principio*, vbi locatio ad decennium dicitur alienatio, in quo *Ordinatio* sequitur communẽ, de qua post infinitos *Valasc. dict. quæst.* 29. *num.* 5. *Molin de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 29. *Garsia d. cap.* 14. *num.* 2. *Caldas de extinctione cap.* 1. *num.* 23. *post Couar.* 2. *var. cap.* 16. *num.* 1. quod probatur *ex l. penult. & final. iuncta Rubrica Cod. præscriptione longi temporis, glossa in rubrica quæ sit longa consuetudo, & in leg. Si filius Cod. petitione hæreditatis, iuncta leg. Cum fideicommissa.* 16. §. *Aristo. D. qui. & à quibus*, & licet ante nouam Ordinationum compilationem non esset tam certa in nostro Regno, vt per Ordinationẽ antiquam *lib.* 3. *titul.* 32. *in principio*, iuncta alia *lib.* 4. *titul.* 64. *in princip.* vbi requirebatur locatio vltra decẽnium, ad effectum vt inter alienationes cõputaretur, quæ loca pugnare videbantur cum altero *lib.* 4. *titul.* 6. §. *penultimo*, vbi inter alienationes locatio decennalis numeratur, circa quæ laborauit *Valasc. dict. quæst.* 29. *num.* 6. & in sudauit *Calaas d. cap.* 1. *à num.* 25. *& sequentibus*, hodie tamen post nouã editionem, hæc contrarietas emendata est, & in omnibus locis probatur locationem ad decennium tãtum sufficere, vt alienatio dicatur, nec requiritur, vt trãseat decennium, patet *ex lib.* 3. *titul.* 47. quæ est illa, de qua *in d. titul.* 32. *& lib.* 4. *tit.* 38. quæ erat antiqua, *d. titul.* 64. *ornat cum infinitis insignis Brito d.* §. 1. *num.* 3. *& 16.*

Ex quibus Ordinationibus aperte colligitur maioratus possessorẽ, seu aliorum bonorum vinculatorum, locare non posse ad longum tempus, vt per omnes supracitatos, 325. maxime, *Molina d. cap.* 21. *num.* 23. *Menchac lib.* 1. *de succes. creat.* §. 10. *num.* 78. *Garsia d. cap.* 14. *num.* 4. *Caldas de renouatione quæst.* 16. *nu.* 7. *& 11. & de extinctione cap.* 4. *à num.* 41. *& cap.* 1. *à nu.* 9. *cum seqq. Valasc. d. q.* 29. *n.* 11. *Peregr. artic.* 40. *n.* 109.

cum

cum quibus ad varias illationes inferre poteris, ſcilicet ad emphiteutas, feudatarios, prælatos, maritos, parentes circa aduentitia filiorum, tutores, & omnes ſimiles, quibus alienatio eſt interdicta, quas illationes proſequi non patitur noſtri opuſculi mediocritas.

Sed quia communis ſupracitata apud noſtra tribunalia ſeruāda eſt, declaratur, vt non intelligatur, ſi
326. ſola commoditas maioratus, ſeu bonorum vinculatorum locetur, hæc enim locatio ſuſtinebitur, quoad vitam tantum locatoris, licet decennium excedat, ita defendunt Doctores moderni *Accurſij* doctrinam *in gloſſa fin. l. Codicillis* 91.§. *Inſtituto D. de legatis* 2. quāuis communis Doctorum ſententia, de qua *Valaſc. d. quæſt.* 29. *num.* 7. illum reprobet, & adijciat, quod *Accurſius* non habuit bonum ſenſum: ſi enim accipiatur de loçatione commoditatis, verum dicit *Accurſius*, prout multis antiquis relatis ſequitur *Molina d. cap.* 21. *num.* 24. *& caſ. numer.* 11. quem ſequitur *Garſia d. cap.* 14. *nu.* 4. & hanc cum *Feliciano de cenſibus lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 13. ſemper in praxi ſeruari vidiſſe teſtatur *Flores in additionibus ad Gammam, deciſ.* 16. *in fine, addo Barboſ. in l. Vſufructu.* 58. *D. ſoluto matr. n.* 16. *Peregrin. d. artic.* 40, *num.* 110. *Caldas de extinctione cap.* 5. *num.* 18. & attento rigore iuris comprobatur, ex eo, quia ſiue dicamus poſſeſſorem bonorum vinculatorum eſſe verum dominum, ſiue tātum vſufructuarium, ſemper poterit has commoditates locare, *argumento principij Inſt. de vſu, & habitatione*, notat *Garſia de expenſis cap.* 10. *n.* 30. *& ſequentibus, poſt Mynſing. in d. principio nu.* 4. *Pichardus in* §. *finitur de vſufr. nu.* 14. *Caſtillo de vſufr. cap.* 69. *n.* 10. *& cap.* 74. *Couar. 1. var. cap.* 8. *num.* 7. *Gom.* 2. *tom. cap.* 15. *num.* 15. *Barboſ. in vſufruct.* 58. *D. ſoluto matr. à num.* 2. *inſignis præceptor Brito, in Rubrica de Locato*, 1. *part.* §. 1. *n.* 31. *Pelaes de maior.* 4. *p. q.* 25. *Carocius de locato gradu* 3. *perſonar. quæſt.* 1. *Morla de ſeruitut. quæſt.* 1. *à num.* 14. *Ricard. d.* §. *finitur nu.* 32. Nec huius locationis validitatē impediet alienatio, quæ per illā inducitur, quia etiam ſupponendo, quod communis eſſet vera, non poteſt applicari commoditatis locationi, per quam nullum ius transfertur *d. princip. de vſu, & habitatione, l. Arboribus* 13. §. *Vſufructuarius D. de Vſufr. l. Si quis domum* §. 1. *D. locati.*

Nec contrarium probat fundamentum, quo moti ab hac veriſsima reſolutione recedunt *Couarr. 2. variar. cap.* 16. *numer.* 1. *Pinel. in d.* 3. *part. l.* 1. *nu.* 64. *ad finem, Valaſc. d. quæſt.* 29. *num.* 7. *Mantica de contractibus lib.* 5. *titul.* 7. *à num.* 6. *& 7. ad finem, Caldas d. cap.* 1. *de extinctione num.* 12. qui omnes expendunt per hāc alienationē fraudari leges, 327.
quæ diſponunt irritas eſſe alienationes bonorū vinculatorū, propter præiudicium, quod ſucceſſoribus

inde

inde sequitur, carebunt enim hac cõmoditate, dum locatio durauerit mirorsane doctissimos viros: non aduertisse ad supradicta, nam totum præiudicium cessat, quia locatio commoditatis fieri non potest per possessorem, nisi ad terminum eius vitę, finito illo, finitur locatio, *argumento l. lex vectigali D. de pignoribus Barbos. l. Si filio §. fin. num. 12. Peregrin. articul. 40. nu. 2. in fine, Surd. decis. 286. Cald. de extinctione. cap. 5. num. 74. Garsia de hypotheca post contractum à numer. 4. Faber dec. 23. err. 2. à num. 3. & dec. 63. error. 8. Cuiac. 1. responsorum Scæuolæ super illo text.* Nec locator plus iuris in conductorem transferre potuit quam ipse habet, ideo huic sententiæ adhærendum censeo cũ *Molin. vbi proxime num. 25. ad finem. & num. 26.*

Ex quibus etiam infertur prohibitum alienare non posse locare ad
328. vitam conductoris, quod probatur ex eo, quia locatio ad vitã alicuius dicitur ad longum tempus, & perpetua, vt probat *leg. 1. iuncta glossa Accursij ibi, D. prosocio, l. penultim. D. de vacat. muner. cap. si gratiose vbi glos. verbo, perpetua*, ab omnibus recepta *de rescriptis in 6: glossa verbo, perpetuum, in cap. fundamenta de electione lib. 6.* & in materia de rebus ecclesiæ probat textus *in cap. ad audientiam 9. in & Clem. 1. de rebus ecclesiæ*, vbi non valet donatio facta à prælato ad vitam conducentis, ita *Corneus, Decius, & plures, quos refert Valasc. dict. quæstion. 29. num. 31. Alciatus lib. 4. consilio septimo à num. 18. Boerius decision. 23. Couar. 2. variarum cap. 16. numer. 3. Molina lib. 1. cap. 20. numer. 29. Hieronimus Gabriel consilio 168. Moss. de contract. titulo de diuisione locat. num. 9.* communis ex *Alexand. leg. Si filio §. Si vir D. soluto matrimonio, numer. 25. Garsia de expensis cap. 14. numer. 2. Gabriel 3. communium titul. de Locato, conclusione 2. Menchac. de successionũ creatione, §. 10. numer. 78. Pinel. l. 1. de bonis maternis num. 63. Caldas de extinctione emphiteusis cap. 1. à num. 33. Caros. de Locato 1. part. titulo de possessore maioratus, & titul. de prælato, & 2. p. quæstion. 2. Barbos in leg. Quia tale D. soluto matrimonio numer. 11. insignis præceptor Brit. ad c. 1. de Locato 1. part. numer. 8. Cald. de emptione cap. 26. numer. 19. Fachin. 10. controuers. cap. 98. Peregrin. dict. articul. 40. num. 106. Mantica de contract. lib. 5. titul. 7. Faber de coniect. lib. 14. cap. 13.*

Contrariam sententiam tenuere plures, de quibus infrà *per text.* 329. mirabilem, *secundũ Abbatem in cap. 2. de his quæ fiunt à prælatis*, dum concessio, de qua ibi facta est ad vitam accipientis, & tamen de re prohibita alienari sine solemnitatibus requisitis, & nihilominus valida iudicatur. Deinde per textum *in leg. Iubemus. 14. §. Sane Cod. de sacrosanct. ecclesijs*, vbi vsusfructus rei ecclesiasticæ potest ad vitam contedi.

Tertio quia transactio prohibita est in rebus prohibitis alienari, *per textum in l. Non solum C. de transactionibus, infra*, & tamen transactio ad vitam fieri potest per prælatum de re ecclesiæ sine solemnitatibus, per textum *in cap. Veniens* 8. *de transactionibus, vbi glossa verbo inter alios.*

Quarto per textum *in dicta Clementina* 1. *de rebus ecclesiæ*, vbi solum respectu prælatorum regulariū datur prohibitio, ac per consequēs in alijs prælatis, qui regulares non sunt, contrarium resoluendum est. Denique, quia per locationem ad vitam non solet dominium transferri *d. l. Non solet D. locati*, per quæ precipua fundamenta hanc sententiam tenuere multi, ex antiquioribus, *glossa in dicto cap.* 2. *& in cap. Ea enim* §. *perpetua.* 10. *quæst:* 2. *Oldradus consil.* 226. *Federicus consil.* 52. *in fine, Hostiens, Ioann. Andreas, Monach. Anchar. & alij quibus accedit Franchus in cap.* 1. *de rebus ecclesiæ in* 6. *num.* 28. *Immol. in d. cap.* 2. *Cassad. decis.* 5. *de priuileg. Succin. cons.* 83. *volumine*, 3. *Iason. Platea, & alij, de quibus Gabriel lib.* 3. *communium conclusione* 2. *versiculo contrarium, sub titulo de locatione*, & expresse illam insinuant Moderni, *Conan. Pinel. Val. Garsia, & alij, quos supra*, pro opinione contra communem citamus, quæ opinio
330. de facili tueri potest satisfaciendo fundamentis communis, modo sequenti; Et ad primum fatemur cōcessionē ad vitam esse perpetuam in personam tantum recipientis, *vt probat dict. leg.* 1. & alia iura ibi citata, *glossæ, & Doctores vtrobique Tiraquel. de constituto titulo* 1. §. 1. *glossa* 6. *num.* 9. *Molin. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 33. *Rodoan. de rebus ecclesiæ quæstion.* 2. *cap.* 13, *num.* 7. *Barbos. leg. Quia tale D. soluto matrimonio, num.* 11. Ex quorum mente vnus ex modis, quo res in iure dicitur perpetua est, quando est duratura ad vitam accipientis, sed inde non sequitur, locatio est perpetua quoad accipientem, ergo prohibitus alienare non potest ad vitam locare, quia cum de intrinseca natura locationis sit dominiū non transferre, quantumcumque ad vitam alicuius concedatur, non censebitur prohibita. Deinde ad textum *in cap. Ad audientiam*, 9. *de rebus Ecclesiæ*, Respondemus 33 concessionem de qua ibi, non solum perpetuam dici quoad vitam accipientis, sed etiam, quoad hæredes, & successores in infinitum, quæ forma magis assimilatur alteri contractui, quia transit locatio illa in realem translationem dominij, argumento, *l. Sordidorum Cod. excusat. muner. lib.* 12. propter quam translationem merito prohibita est locatio illa *in d. cap. ad audientiam*, cuius hic est intimus, & genuinus sensus, *secundum præceptores nostros varijs in locis maxime Antunes ad c.* 2. *eod. sit. in* 6. *quidquid Abb. ibi n.* 2. *text.* restringat.

Ad dp Clementinam primam satisfactum est aduertendo, ibi agi stricte circa prælatos regulares, quibus specialiter prohibitum est ad vitã dicari, nec posse extendi ad non regulares, quia materia odiosa illud non patitur quæ responsio in nostris scholis receptissima est, addo *Garsia 2. part. de benef. cap. 1. num. 24.*

Sed quia communis est apud nos obseruanda necesse est deuiare fundamenta, quæ pro contraria supra facta sunt. Et ad primum *de cap. 2. de his, quæ fuint à prælatsi:* 333. omisso intellectu *Abbatis*, & aliorum, qui volũt restringere textum ad res modicas, argumento *cap. terullas. 12. quæst. 2.* dicendum est cum præceptoribus communiter illum textum non loqui de alienatione sed de concessione decimæ, & sic de præsentatione Ecclesiæ pertinentis ad monasterium, cuius iuris, & præsentationis ipsa Abbatissa capax erat, *vt per gloss. & Abbatem ibi num. 5.* & communem scribentium *ad caput cum dilecta, de Maioritate, & obedien. Siuerst. verbo Abbatissa quæst. 2.* qui intellectus confirmatur ex verbis, ibi *concessio decimæ*, quod verbum *decimæ* refertur ad beneficium, *per textum in cap. 2. de Locato*, ibi *decimarum vestrarum, vbi Abbas notabili quarto*, cum omnibus scribentibus, ibi trãsit *insignis præceptor Brito 2. part. numer. 1.*

Nec contra hunc intellectum replicari potest *de textu in cap. Quãto, cap. Ea noscitur de his, quæ fiunt à prælatis*, dum requirunt consensum expressum capituli in præsentationibus ecclesiarum, quæ pertinent ad ius Monasterijs, qui quidem consensus de fuit *in d. cap. 12.* vt patet ex litera; Nec tacitus, qui ibi colligitur ex præsentia, & taciturnitate capituli, sufficiens videbitur, quia in hac materia requiritur consensus expressus, vt patet, *ex cap. sine exceptione 12. quæst. 2. vbi Rebuffus iuncto textu in cap. statutum §. in nullo de rescriptis lib. 6. vbi glossa. Barbos. per textum ibi in leg. 2. §. Voluntate D. solut. matrimonio numer. 30. Gonçales ad regulam. 8. gloss. 47. num. 20. scribentes ad cap. non nè de præsumptionibus*, quia *textus in dict. cap. 2.* declarauit hoc dubium, quod quanuis in alienatione rerum ecclesiæ sit necessarius consensus expressus, tamen, in cõcessione ecclesiæ, quando prælatus aliquem præsentat sufficit consensus tacitus capituli vt deciditur *in dict. cap. 2.* qui deseruit ad declarationem *dicti cap. Quanto, & dict. cap. Ea noscitur*, & ad limitationem, *dict. capit. Sine exceptione*, cætera vide ibi per collectiones nostras.

Ad secundum argumentum *de textu in leg. Iubemus, §. final. Cod. de sacrosanctis Ecclesis:* Respondemus textum illum dum concedit prælatis Ecclesiæ, vt possint super rebus ecclesiarum sua- 334.

rum ſuarum vſumfructum conſtituere, procedere attento tempore Imperatorum, quo adhuc non extabant prohibitiones tam *Leonis*, quam aliorū Pontificum, per quas derogatum extitit omnibus quæ circa alienationem prædictarū rerum aliquid diſponebant, ac perconſequens non cogit prædictum fundamentum. Ad tertium concedimus appellatione alienationis tranſactionem contineri, quando per ipſam inducitur alienatio, vt infra late diximus; ſed cōtendimus prælatum non poſſe facere tranſactionem, per quam inducatur alienatio, *nec textus in d. cap. veniens* 8. *de tranſactionibus* contrarium probat, quia licet interminis *d. c. veniēs*, 335.
partes intendiſſent tranſactionem realem celebrare, *vt per. gloſſam ibi*, tamen cum per illam induceretur præiudicium eccleſiæ, Pontifex illam inualidam iudicat, in quo aperte demonſtrat prælatum non poſſe facere tranſactionē, per quā aliquod ius eccleſiæ minuatur, vel per quam aliqua alienatio inducatur, ſine Pontificis confirmatione, vel ſine requiſitis neceſſarijs in alienatione rerum eccleſiaſticarum, & cum hoc intellectu *tranſeunt præceptores varijs in locis, faciunt quæ Peregr. artic. 52. n. 81. Grat. for. cap. 674.* Facit *text. in cap. cum tempore de arbitr. de quo infra.* Nec replices, quod in eo, textu ſupponitur tranſactionem ſaltem ad vitam tranſigentis validam fuiſſe, ex qua reſolutione ſtatim ſequebatur inſtantia quod ſi ipſe poteſt facere tranſactionē præiudicialem ad vitam, etiā poteſt locare ad vitam, vt argumentum intendebat, quia occurritur, dicendo tranſactionem dum importat merum recceſſum a lite per prælatum ſolum fieri poſſe, quia poteſt ex circunſtantijs concurrentibus, cōtingere, vt ſit maxime vtile ipſi Eccleſiæ, vt à litè recedatur, forte propter maximas impenſas, argumento *l. Minoribus 6. ad finem ff. de minoribus*, quę vtilitas ſemper ceſſat in locationibus perſonalibus duraturis ad vitam accipientis, quia cū importet de ſui natura trāslationē dominij, vt communis contendit, nulla vtilitas ex tali alienatione eccleſiæ reſultare poteſt: Vnde manifeſte apparet Ratio, cur ſuſtineatur trāſactio duratura ad vitam, minime vero locatio. Ad textum *in* 337.
d. clementina 1. dicendum eſt cum 336.
gloſſa ibi Cardinal. qæſt. 8. *Immola. num.* 8. in principio, textum habere duas partes, in prima exprimit textus nullitatem locationis, quæ fit ad vitam; vel ad longum tempus, & in hoc nullam ſpecialitatem continet, quia iam de iure antiquo, *ex cap. nulli de rebus Eccleſiæ, cap. ſine exceptione cū materia* 12. *quæſt.* 2. erat hoc ipſum diſpoſitum, licet nō ita diſtincte, & quoad hanc partem nullum eſt dubiū comprehendere omnes prælatos regulares, & non regulares. In ſecunda vero parte, dum nouam ſuſpenſionis pœnam inducit,

inducit, ius nouum absque dubio importat, cum pœna illa solum in aliquibus casibus esset scripta, prout *in cap. 2. de solutionibus, & in cap. 2. de rebus Ecclesiæ in 6.* in quo semper restringenda erit ad prælatos regulares, nec ad non regulares extendi potest, cum sit materia pœnæ, *ita ex gloss. ibi, optime tangit Ancharranus, num. 1. sequuntur colendissimi præceptores.* Nec in hac locatione procedit *d.l. Non solet*, cum trãsferat dominium, vt late dictum est; Nec arguat aliquis de hac locatione, quod duret, quia extendi non potest, vt modo diximus, vltra vitam concedentis. Nec successor in dictis bonis tenetur obseruare
337. locationem à prædecessore factam *per l. Si quis domum 9. §. 1. D. locati, Gomes l. 40. num. 48. Pinel. d. 3. part. l. 1. n. 72. Padilha in l. Unum ex familia §. 1. de leg. 2. n. 12. qui scribit esse* communem, à qua nũquam nemo discrepauit, *Molin. d. cap. 21. num. 3. Barbos. d. l. Si filio §. final. num. 11. & 21. Peregrin. d. artic. 40. à num. 96. & 103. Fab. decad. 24. error. 6.* ex quibus apparet quam fragili moueantur fundamento supra dicti Doctores contrarium tenentes, cũ ex tali locatione nullum considerabile præiudicium successoribus oriri possit.

Sequitur etiam ex generali prohibitione alienationis, quæ in materia bonorum vinculatorũ reperitur, censeri prohibitam facultatem constituendi vsumfructum formalem in re vinculata, vt post alios optime resoluit *Molina d. lib. 1. cap. 20. num. 8. per d. l. fin. Cod. de rebus alienis non alienandis vbi Donel. nu. 6. Reinoso obseruatione 73. à principio, Fachineus lib. 7. contr. cap. 79. Caldas 4. part. cap. 5.* quod iam dixerat *cap. 19. nu. 29. & sequuntur præceptores ad §. Diui, Tiraquel. de retract. linagier. §. 1. glos. 7. num. 41. Gom. l. 40. nu. 83. Menoch: consil. 116. numer. 6. & 22. Quæsada diuersarum quæst. cap. vltim. num. 20. Caualcan. de vsufr. mul. rel. num. 66. Castillo de vsufr. cap. 54. nu. 2. & 3. vbi plures* citat, cuius resolutionis ratio illa est, quia cum per vsum fructum formalẽ constituatur seruitus realis in re prohibita alienari, per quam ipsa res deterior efficitur vt tangit *Gothofred. in d. leg. vltim. liter. M.* merito constitutum fuit *in d. l. vltim.* ne vsusfructus, cõstitui possit per possessorẽ rei prohibitæ alienari, & insuper quia vsusfructus dicitur pars dominij *l. 4. D. vsufr. Pichard. in princip. de vsufructu à num. 16. Morla titul. 7. de seruitutibus quæst. 1. num. 10. Hottomanus lib. 3. obseruat. 22. Donel. lib. 9. de iure Ciuili, cap. 9. Peralta de Nauar. in repetitione, leg. Qui vsumfructum D. de verbor. à num. 18. Genoa de concil. pag. 325. Cuiac. lib. 2. ad edictũ Pauli sup. d. l. 4. Castillo de vsufr. cap. 32. Faber de coniectur. lib. 15. c. 8. Garsia cap. 10.* Ideoque per constitutionẽ vsusfructus censetur inducta alienatio, Doctores supracitati, licet hanc *Molinæ, & aliorum* opinionẽ

immerito reprobet *Barb. in l. Vſufruct.* 58. *num.* 16. *D. ſoluto matrim.* ex eo, quia vt ipſe inquit *d. l. final.* non prohibet cōſtitutionem vſufructus duraturi vſque ad vitam cōcedentis tantū, ſed prohibet vſumfructum duraturum ex natura ſua vltra vitam conſtituentis,ad vitam accipientis *in terminis l.* 3. *C. de vſufructu*, ſed non aduertit, quod textus *in d. l. fin.* loquitur de prohibito alienare,& loquitur de conſtitutione vſusfructus, cum ergo conſtet prohibitum alienare ſolum ad vitā poſſe diſponere de re ſubiecta reſtitutioni, & hic prohibetur vſum fructum imponere *d. l. fin.* de vero vſufructu ad vitam tantùm, inſtituenti duraturo intelligēda eſt, ita vt, ſi conſtituatur per poſſeſſorem ſtatim reuocari valeat per ſequentem ſucceſſorem, *Molina d. cap.* 20. *n.* 16. Et ad *d. l.* 3. dic quod loquitur de conſtitotione vſusfructus per il-
339. lū, qui poterat rem vltra vitā alienare ad libitum ſuum, quæ nō poteſt applicari terminis *d. l. final.* vbi tota vſusfructus conſtitutio ſiue vno, ſiue altero modo cōſideretur, prohibita eſt; Et idem, quod de vſufructu dicimus,etiam de conſtitutione ſeruitutis identicè reſoluēdum eſſe,vt bene tangit *Molina d.*
340. *cap.* 2. *numer.* 10. & 16. cum *Gom. l.* 40. *num.* 85. *Peregrin. artic.* 40. *num.* 112. & *ſequentibus*, quos etiam in hoc male reprobat *Barboſ. d. num.* 16. Confunditur enim fundamētum *Barboſ. per d. l. fin. Cod. de rebus alienis* conſideretā, prout ſupra modo diximus; addo quod prohibio alienationis in bonis vinculatis eſt fauorabilis, & ita late interpretatur, vt poſt multos agnoſcit *idem Barboſ. l.* 1. *part.* 3. *num.* 59. *D. ſoluto matrim-* cum relatis ſupra in quæſtione de hypotheca. Nec obſtabit quod emphiteuta, & feudatarius prohibiti ſunt alienare abſque conſenſu domini, & tamē poſſunt vſum fructum conſtituere duraturum ad eorum vitā ſine metu alicuius,pęnæ propter alienationem, 343.
quaſi appellatione alienationis nō 341.
cōprehendatur cōſtitutio vſusfructus, Sicut in emphyteuta, reſoluit *Pinel. l.* 1. 3. *part. C. de bonis, maternis num.* 70. *quem ſequitur Molina d. cap.* 20. *num.* 6. *Barboſ. d. loco nu.* 14. *per textum in l.* 1. *vbi notat Baldus D. quibus modis vſusfructus amittatur Caldas* 4. *part. cap.* 5. *num.* 6. quicquid ipſe à *num.* 9. *cum ſequentibus, reminuoluat*, & late cōfirmat *Brito ad cap. potuit* §. 2. *num.* 19. Et in feudatario, *probat gloſſa per textum ibi in cap.* 1. §. *Quid ergo, de inueſtitura de re aliena facta. Molin. dict. cap.* 20. *num.* 3. *Barboſ. d. num.* 14. *in fine*, qui tamen vſusfructus in vita conſtitus erit verus, & formalis, *quicquid Barboſ. vbi prixime* minus bene exiſtimet contra morem ſuum,cu *Pinel. in dict. l.* 3 *part. num.* 70. quia melius docent, *Molin. d. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 21. *Caldas dict. num.* 6. *per textum in l.* 4. *D. de vſufructu ibi, vel ex die, Peregrin. dict. aaticul.* 40.
num.

numer. 112. *Brito vbi proxime. Cuiacius in leg.* 4. *D. de seruitutibus*, vbi adducit optimum locum *Pauli* 4. *sententiarum, titulo de vsufructu*, vbi *Paulus ait*, (*vsusfructus finitur tempore, si ad certum tempus constitutus sit*) deinde quia non est, qui dicat vlumfructum duraturum ad vitam cõstituentis non esse verum vsumfructum.

Quod idem pariformiter in cõstitutione seruitutis in vassallo probat *d.* §. *Quid ergo*, & in emphiteuta
343. resoluunt omnes comminniter scribentes *ad l.* 3. *Cod. de seruitutibus*, vbi eleganter Baldus, quem sequitur *Iason. in l. final. C. de iure Emphiteutico num.* 117. *Padilha in d. l.* 3. *nu.* 6. *Clarus* §. *Emphiteusis quæst.* 21. *Pinel. d. uum.* 70. *Molina d. cap.* 20. *num.* 2. *Peregrin. d. artic.* 40. *num.* 113. *Caldas d. cap.* 5. *num.* 8. *Faber de coniect. lib.* 19. *cap.* 13. *col.* 3. quæ seruitus tantum durabit ad vitam concedẽtis *per l.* 1. §. *fin. vbi glossa verbo, prætorio D. de superficiebus, l. lex vectigali D. de Pignoribus, leg. Is, cui* §. *final. D. quemadmodum seruitut amittãtur*, vbi notarunt communiter scribentes, *& in l. Si fundum.* 104. *D. de cõd. & demonstrationibus*, vbi est textus optimus *l. Si fundum.* 83. *in princip. D. delegatis primo, l. Generaliter* §. *fin. l. Apud Iulianum cum l. sequenti D. de fideicommiss. libertatib. Caldas dict. loco, num.* 9. *Peregrin. num.* 112. *post Molinam d. cap.* 20. *n.* 3. aduertendo cum Peregrino, quod licet seruitutes attento iuris Ciuilis rigore quoad tempus constitui non possint, ope tamen exceptionis vltra viam concedentis non progredietur *leg.* 4. *D. de seruitutibus*, quia, vt eleganter prosequitur *Cuiacius in recitationibus ad illam legem*, de iure Ciuili seruitus constituta perpetua est, nec permittitur ad diem, nisi per prætorẽ ex æquitate occurreretur remedio exceptionis; Nec contraria opinio *Barbosæ supra dicto loco*
344. attendenda est, ipse enim aduertere deberet quod scripserat *in leg.* 1. *part.* 3. *num.* 59. *D. illo titulo de soluto matrimonio*, scilicet, quod quando agitur de commisso, & amissione emphiteusis, vel de priuatione vassali, agitur de re maxime odiosa, & stricte interpretanda, in qua alienationis appellatione, non comprehenditur vsusfructus constitutio, nec seruitutis impositio; Contrarium vero sit dicendum in prohibitione fauorabili, prout in materia bonorum vinculatorũ de qua agimus, & in qua proprie accipitur *d. l. vltima C. de rebus alienis non alienã. dis* in illis enim tam constitutio, vsusfructus quam seruitutis impositio sub alienatione comprehenduntur, vt bene de more scribit *Peregrin. d. artic.* 40. *nu.* 114. *post Gomes d. l.* 40. *num.* 85. *Donel. in d. l. vltim.* & hac via facile reducuntur ad concordiam supradictæ sententiæ, Quidquid post longum discursum *scribat Caldas d. cap.* 5. *num.* 22. *per textum in leg.* 4. *D. de vsufructu*, quasi emphiteuta non possit vsum

345. fructum constituere sine commisso, quia inducitur alienatio, sed fallitur, quia *d.l.* 4. secundum nouiores, *ad principium Inst.de vsufructu*, intelligitur in illis tantummodo rebus, quæ vsu consumuntur in quibus vsusfructus à dominio separari nequit. *Genoa de conciliatione legũ pag.* 325. *Ricciardus in d.rubr. de vsufr. à num.* 87. *& in effectum Castill. d.cap.* 32. ac per consequens in materia odiosa prohibita alienatione, nō cēsetur prohibitus vsusfructus, vel seruitutis constitutio.

Sequitur videre vtrum prohibitus alienare possit compromittere super ipsis rebus vinculatis, vel etiã possit transigere, promiscuè enim de compromisso, ac de transactio-
346. ne agemus, cũ æquiparari soleant, *per textum in Authenteco, vt differentes iudices*, §. 1. *collatione*, 9. *Authentica si vero C. de iudicijs*, *Molina lib.* 4. *cap.* 9. *à principio*, *Peregrin.artic.* 52. *num.* 75. *Caldas quæst.* 23. *for. num.* 112. *Ioanes Petrus Moneta de cõmutatione vlt. vol.cap.* 9. *num.* 437. *& à num.* 507. quæstio ista necessario à nobis examinanda est pro viribus, cum sit de intrinseca litera nostri textus, dum vsq; ad versiculũ, *porro*, insinuat valuisse compromissum à Raynaldo factum cum fideicommissarijs, ac per consequens videtur probare, quod licet quis sit prohibitus alienare, prout est fiduciarius hæres *l. vltima* §. *Sed quia Cod. communia de legatis*, potest tamen compromittere super ipsis rebus fideicommisso subiectis, quia ibi non prohibetur compromissum, item quod valeat transactio inter 347.
hæredem, & fideicom'ssarium probat textus *in l.* 1. *C. de Pactis*, *l. Lucius* 78. §. *fin. D Ad Trebellianum*, *leg. De his D. de transactionibus*, facit etiam ratio textus *in l. Ante restitutam.* 104. *D. solutionibus*, per quam intẽdebat *Immol.* valere transactiones de rebus fideicommisso subiectis, si bona fide fiant, iuncta etiam decisione *textus in l. præses Cod. de transactionibus*, & quod valeat trãsactio de re fideicommisso subiecta inter fideicommissarios *est textus in l. De fideicommisso* 11. *C. de transactionibus*; facit *leg. Qui Romæ* 122. §. *duo fratres D. de verborum*, vbi sic notauit *Ripa numer.* 101. Et denique comprobatur *ex l. Cum hæreditas* 36 *D. Ad Trebellian.* vbi hæres non aliter cogitur, hæreditatem fideicommissario restituere, nisi cautio sibi præstetur, de obseruandis omnibus ab hærede gestis, inter quæ continetur transactio, seu compromissum ibi (*si ante compromissum est*) Doctores, vt per *Bartol. Paul. Imol. Alexand.* ibi, *Peregrin.artic.* 40. *nu.* 119. *Crassus* §. *fideicommiss. quæst.* 16. *Ioannes Petrus Moneta d.cap.* 9. *num.* 507. addo *l. Cum proponas.* 16. *Cod. de pactis*, per quem textum, & per allegatos supra resoluit indubitanter *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 115. *num.* 1. fideicommissarios, & emphiteutas posse ius suum remittere, quod à fortiori in compromisso

ab ipsis

ab ipsis facto, seu transactione resoluendum est, ac per consequens idem dicendum in quibuscunque bonis vinculatis; & confirmatur optimo simili de vassallo, qui super feudo litigare, transigere, & cõpromittere potest, ut probat *textus in cap.* 11. §. 1. *penul. incipit. vassallus, si de feudo defuncti fuerit contentio*, ibi (*transigere recte poterit*) textus etiam *in cap.* 11. *de controuersia inter Vassallum, & alium de beneficio*, & circà compromissum est textus *in cap.* 11. §. *Si autem de lege Conrad.* per quæ jura sic tradunt *Baldus, Roman. Iacobinus Cursius*, & alij antiquiores, quos sequitur *Afflictis in dict.* §. *Si Vassallus numer.* 44. *Dynenbas regula* 40. *limit.* 2. quod ante eos resoluit *Zazius de feudis* 6. *part. num.* 45. & 46. & *part.* 9. *nu.* 20. *Parizius consil.* 23. *n.* 221. *lib.* 1. *Thomas Marinus de generibus feud. titulo de feudo de pacto & prouidentia, nu.* 26. *Ioannes Ferrara Montanus lib.* 5. *ad vsus feudorum cap.* 1. *versicul. ad arbitros, Duaren. de feudis cap.* 20. *num.* 8. multos citat *Borrellus in summa titul.* 63. *nu.* 110. cum tamen certũ sit vassallum feudum alienare nõ posse, per *cap.* 1. §. *imperialem de prohibita feudi alienatione per Federicum*, cum simil. Vltimo probatur, hæc pars ex eo, quia ad summum ex prohibitione alienationis concluditur, prohibitos esse modos, per quos dominiũ transfertur, *leg. Alienationis verbum de verborum significatione*, sed per transactionem, vel compromissum non inducitur alienatio saltem necessaria, vt notat *addictio ad Bartol. and l. Si profundo Cod. de transactionibus: igitur, &c.*

Sed his non obstantibus, contrarium resoluunt cõmuniter Doctores, quod in rebus vinculatis, nec trãsactio, nec compromissum 348.
fieri possit, in tranfactione est textus capitalis *in l. non solum C. de prædijs minorum*, ibi (*sed neque transactionis ratione*): ex quo euidenter probatur, prohibitum alienare esse prohibitum transigere: quod etiam probat *leg.* 1. §. *At si transigit D. si quid in fraudem patroni, glossa final. in leg.* 1. *Cod. si aduersus transactionem*, quod etiam probat *textus in cap. contingit. vbi glossa penult. de transactionibus*, in quo textu prælatus non potest facere transactionem absque cõsensu capituli, quod clare demonstrat, dum requirit literas de rato capituli, vt trãsactio valeat, & ex illo textũ colligunt communiter Doctores hanc conclusionẽ, vt late *prosequitur Abbas* ibi *num.* 3. & 4. & probatur etiam *ex cap. Veniens illo titulo*, vbi Episcopus nocere non potuit per tranfactionẽ successoribus. In transactione est etiã textus optimus *in l.* 1. *versic. denique D. de officio procuratoris Cæsaris*, ibi (*denique, si venditionis, transactionis, vel donationis causa, quid agat, nihil agit, non enim alienare ei rem Cæsaris commissum est sed diligenter gerere*) In compromisso est etiam textus optimus *in cap. cum tempore de arbitris* ibi

(*cum*

(*cum & si sponte volueris, de iure tamen nequiveris*) aguoscunt communiter scribentes ibi *per Abbatem num.* 3. *& ind. cap. contingit num.* 4. *Bartol. receptus per textum ibi in leg. Nulli D. de transactionibus; Gom. leg.* 40. *num.* 86. *Gregorius l.* 10. *titul.* 26. *partita* 4. *in glossa magna coluna.* 5. *Pinel.* 3. *part. leg.* 1. *de bonis maternis num.* 44. *& seq. Molin. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 7. *cum latissime sequent. Peregr. de fideicommissis artic.* 40. *num.* 119. *cum sequentibus, & artic.* 52. *à nu.* 75. *& sequentibus. Caldas* 4. *part. de extinctione cap.* 5. *num.* 29. *& in l. Si curatorem verbo, contractum feceris, num.* 8. *vers. quarto infero, & forens. quæst.* 23. *à num.* 112. *Morla de emporio titul.* 3. *quæst.* 3. *Moneta d. cap.* 9. *n.* 438. *Rodoanus de rebus Eccles. quæst.* 2. *cap.* 36. *nu.* 15. *Molina disput.* 556. *à num.* 6. *Castillo tom.* 4. *cap.* 35. *nu.*

349. 38. Ratio propter quam, transactio vel compromissum non valet *secūdum Feder. consil.* 94. quem sequitur *Menoch. remedio* 9. *recuperand. num.* 109. est, quia potest quicunq; prohibitus alienare, fingere litem cum amico, & super ea transigere, & per hanc viam peruenire ad alienationem, quod est absurdum, quod etiā cōsiderauit *Abbas in d. cap. cōtingit n.* 3. *contra regulā cum quid de regulis iuris in* 6. deinde sequeretur, quod per transactionē, seu compromissum, quæ pertinet ad actus voluntarios; *l. Si dictum.* 56. §. *Si compromisero D. de euictionibus* (*ibi nulla enim necessitate id feci*) noceret transigens successoribus, *contra regulam l. Peto,* §. *Fratre D. de legatis* 2. expendit ita *Molina d. cap.* 9. *num.* 101. *Caldas d. num.* 112. alias rationes cumulat *Peregrinus d. artic.* 52. *num.* 81. quod transactio seu cōpromissum tantum sustineri possunt inter pacisce-

31

tes, nec per illa posse ius aliorum reddi deterius *per l. Imperatores D. de transactionibus*; ad quod conducunt 350.
resoluta *per Bartolum in l. In diē D. de aqua pluuia arcēda*, per receptum *per Peregrin. vbi proxime*, quod hæres per actus voluntarios præiudicare non potest fideicommissarijs, vel substitutis, ex quibus hanc sententiam retinendam constituo, tā in scholis, quam in iudicijs, in quibus receptam testatur *Molina dicto loco num.* 11. *Caldas d. num.* 112. *in fine*, addo post hæc scripta *Borrellū in summa decis. titul.* 63. *de compromissis num.* 109. *& sequentibus, Castill. tom.* 4. *quotidianarum. cap.* 35. *num.* 63.

Quæ sententia explicanda est, vt procedat in illa transactione seu compromisso, ex quibus sequatur 351.
alienatio rei vinculatæ, prout deducitur *ex mente dict. cap. contingit de transact. cap. Cum tempore de arbitr.* Nam si ex transactione, vel compromisso alienatio non sequatur, tunc valere negandū non est, prout est de mente omnium doctorum, quos supra citamus, *& Abbas. in d. cap. cum tempore Castillo d. num.* 63. *Molin. d. loco, num.* 27. *Moneta dict. cap.* 9. *num.* 439. qui omnes citant.

pro

353

354

pro hac resolutione textum *in l. Si profundo Cod. de transactionibus* vbi Imperator sic insinuat,

Vnde inferunt Doctores ad om
352. nes, qui prohibetur alienare prout ad mariti, vt non possit transigere sine, consensu vxoris ad prælatos, ad tutores, & curatores minorum, ad administratores ciuitatum, emphiteutas, feudatarios, in quibus omnibus resolutio huius quæstionis verificatur, *vt per Peregrinum d. d. artic.* 40. *numer.* 123. *Rodoan. de rebus ecclesiæ quæst.* 2. *cap.* 1. *& cap.* 36. *Caldas d. cap.* 5. *num.* 29. *& 44. & cap.* 9. *num.* 30. *& num.* 34. *Pinel. d. num.* 45.

Nec contrarium probant iura
353. supraciata, ad quæ sigillatim satisfaciemus, & ad ponderationē nostri textus in principio, vsque ad versiculum, *Porro*, respondet *Molin. d. cap.* 9. *num.* 18. quem ipsdem verbis retulit *Caldas d. quæst.* 23. *n.* 113. *in fine*, quod ideo fuit validum cōpromissum in ibi, quia solummodo agebatur de præiudicio ipsius hæredis, & fideicommissarij transigentium, & non alterius, quæ responsio meo iudicio sufficiens est ad tollendam difficultatem; sed vlterius adverto per cōpromissum, de quo in nostro textu, nullam fuisse introductā alienationem, sed potius prohibitam, ac ideo nihil mirum si validum esset, vt infra resoluemus; similiter respondēt supra-
354. citati ad *d. l.* 1. *C. de pactis*, ideo valere ibi pactum, quia solum ipsis pa-

ciscentibus præiudicabat, licet textus ille in alio sit difficilis, quate potuerit valere pactum, seu remissio iuris conditionalis contra *l. Si ita scriptum*, §. *Si sub conditione D. de legatis secundo*, de quo videas *Donellū in d. l.* 1. *nu.* 7. *Faber de error. decad.* 26. *error.* 6. *Moneta de cōmutat. cap.* 9. *num.* 504. *Mench. de creatione*, §. 18. *num.* 20. *& 257. Barbos.* 5. *part. l.* 1. *nu.* 41. Ex quorum mente obiter dici potest, & cum præceptoribus maxime, *insigni Lourenço in l. iurigentium* §. *Hoc maleficium D. de pactis. Robles de repræsentatione lib.* 2. *cap.* 16 *nu.* 75 ibidem, non remitti ius aliquod de futuro, sed tantum spem illam, quæ datur de præsenti super qua optime cadere potest pactum. Non me latet destingere cōmuniter alios inter renunciationē, & pactum, ita vt in renuntiatione procedat *d.* §. *Si sub conditione* in pacto, vero *d. l.* 1. *Valasc. cons.* 135. *num.* 11. *post Dec. Cagnol. in d. leg.* 1. *num.* 17. *Gutier. de iuramento* 1. *part. cap.* 25. *Farcatul. dialog.* 51. *num.* 1. *Peregrin. de fideicom. artic.* 52. *nu.* 14. *& sequutus fuit alter insignis Primarius Cunha in dict. l. Si sub conditione*, apud quos reperiès rationem differētiæ inter pactū, & renunciationē *Mench. d. numer.* 20. *Gam. decision.* 92. *num.* 2. *Molin. lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 18. Eligat amice lector, quia vterque intellectus defendi potest. Nec mihi licet electio propter authoritatē tutorum præceptorū. Nec etiam aliud probat *dict. leg. Lucius* §. *final.*

Constat

345. Constat enim ibidem bona non fuisse vinculata, sed simpliciter per fideicommissum relicta, & transactionem fuisse factam inter hæredem hæredis grauati, & fideicommissarium, in quibus terminis illā valide fieri posse supponit idem textus quia bona in persona fideicommissarij libera erant, & ita sumus extra terminos nostræ quæstionis licet in alio patiatur *text. ille* difficultatē, dum videtur insinuare transactionem non rescindi, quanuis in ea detur læsio plus vltra dimidium, de quo videas *Molin. d. c. 9. num. 34. post Pinel. in l. 2. part. 1. Cod. de rescindenda cap. 4. num. 12. cū duobus sequentibus, Padilha in d. l. 2. num. 23. Fachin. controuers. lib. 2. cap. 26. quod textus in d. §. vltimo*, non probat; nam ibi supponitur clarissime fideicommissarium posse petere omnia, quæ de nouo apparuere, non obstante facta transactione, quia transactio tantum potuit operari circa eā, quæ cognita fuerunt a transigente *l. Tres fratres D. de Pactis l. Imperatores*, §. 1. *D. de trā-sactionibus*: ergo merito decidit *d. §. vltimo*, fideicommissarium posse petere de nouo reperta, si non trāsactum est; scilicet de his, quæ de nouo inuenta sunt. Vel aliter resoluendum est cum *Morla de contractibus quæst. 2. num. 11. Celso de dolo lib. 3. cap. 4. num. 85. Gaspar ad Fabr. lib. 2. tract. 25. quæst. 5.* ibi (transactionem fuisse super fideicōmisso bonorum; quæ libera erant, vt supradiximus. Et solū ibi, de nouo dubitatio orta est quomodo valida fuit transactio, si ex postfacto apparet fuisse dolosam re ipsa, contra *l. Si superstite. Cod. de dolo l. 3. §. 1. D. de transact.* vbi in eisdem terminis trā sactio facta super bonis per fideicō missum relictis, fuit nulla, quia ex postfacto apparuit de læsione; sed dicendum est *in d.* §. *vltimo* hæredē hæredis grauati, qui fecit trāsactionē habuisse iustā causā ignorandi, quia successit hæredi grauato qui subtraxerat quatuor partes hæreditatis, & cum ex testamento non constaret de certa quantitate hæreditatis, hæres hæredis bona fide, quod inuenit restituit, & transegit bona fide ostenso testamento, vt *per Gothofred. ibi litera O*, & ideo trā sactio facta bona fide non retractatur; at vero in terminis *d. leg. 3. §. 1.* hæres grauatus subtraxit codicillū, & dolo cum fideicommissario trāsegit, quo casu trāsactio fuit nulla, quia transactio super fideicōmisso, non viso testamēto, vel codicillis, vbi relictum est, nulla est, iuxta *leg. De his D. eodem titulo ita Gothofred. vbi supra*. Vel melius tentari potest in terminis *d. §. vltim.* non fuisse transactionem dolosam propter bonā fidem transigentium vt supra tactū est nec ibi agi de remedio nullitatis quod tunc temporis non dabatur, constat enim remedium læsionis fuisse de nouo adinuentum per Imperatores *in l. 2. C. rescind. cum simil*, vnde nihil mirum si *in d. §. vltim.*

non

non agatur de tali rescissione prout late diximus in titulo de dolo, quē cito typis mandabimus diuino numine mediante; si autē replices quod in terminis *d.* §. *vlt.* non datur aliquod remediū fideicōmissario, & tamen immodicè læsus est, quia cum à principio transactio sit facta bona fide cessat doli exceptio, quæ datur in contractibus stricti iuris, qualis est transactio, *iuxta l. Si quis cum aliter D. de verbor. princip. Instit. de exceptionib.* Deinde non erat remedium *leg.* 2. *Cod. de rescind.* dicendum est ibi dari necessario fideicommissario remedium æquitatis, *leg. Si me & Titium D. si certum petatur*, per quod res reducitur ad æqualitatem, & fideicommissarius recuperabit illud, in quo læsus est attento illo tempore Digestorum, hodie vero, attenta noua constitutione. *l.* 2. *C. de rescind.* ipsa practicabitur quia etiam in transactione procedit vt *per Menezes ibi num.* 23. *post Pinel. ibi* 1. *part. capit.* 4. *numer.* 15. *Scaccia de iudicijs lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 444. *Fachin. controuers. lib.* 2. *cap.* 26. *Fab. decad.* 8. *error.* 10. Ad *leg. Si superstite*, respondetur ibi sustineri transactionem super rationibus ex causa tutellæ, quia à principio bona fide facta est; attamen si ex post facto appareat dolus re ipsa; quia immodice læsa est filia tunc reccurritur, ad actione in factum, vt per illam rescindatur, quia actio de dolo non datur in patrem, quia infamat, *leg. Non debet* 12. *D. de dolo Cost. leg. Si ex cautione, verbo, seu dol.* 1. *numer.* 10. *Bargal. de dolo lib.* 4. *cap.* 1. *numer.* 87. *Fab. decad.* 9. *error.* 3. *à principio. Cuiac. lib.* 71. *Edict. Pauli super leg.* 1. *D. de doli exceptione in med.*

Ex quibus etiam pate sensus, *l. de his D. de transactionibus*; vt scilicet possit fieri transactio super de- 356.
pendentibus ex testamento, inter personas habiles super rebus non prohibitis, quod nobis cum conuenit, sed super rebus vinculatis nihil decidit, & in bonis liberis aliter fieri trasactionem non permittit super controuersijs ortis ex testamento, nisi inspecto testamento vt *per Gutier. de iurament. part.* 3. *cap.* 2. *Mantic. de contractib. lib.* 26. *tit.* 2. *Ceualh. quæstin.* 706. *Moneta de commutatione vltim. volunt. cap.* 9. *numer.* 500. *Menoch. cons.* 323. *num.* 57. *Peregrin. de fideicommiss. articul.* 52. *numer.* 23. & 59. & 78. *Guid. Pancirola* 3. *variar. cap.* 28. *Fab. in ration. ad illum text.* quia cum agatur de transactione super in testamento relictis nisi testamentum inspeciatur nō potest dari aliqua certitudo voluntatis.

Nec *leg. ante restitutam.* 104. *D. solutionibus*, probat quod *Immola* ex eō notauit, quia solummodo ait hæredem grauatum posse recipe- 357.
re solutiones ante restitutam hæreditatem, ex eo, quia legitimam personam habet ad effectum, cum sit inter enim dominus hæreditā-

tis *Peregrinus articul. 2. numer.* 50. & nullum præiudicium exinde sequatur fideicommissario, cum ipsam pecuniam receptam restituere cogatur quod vtilius est, fideicommissario, quam vt iura, & actiones ei restituat. Vnde cessat responsio *Molinæ dict. cap. 9. num.* 17. *& Caldas dict. num.* 113. dum sequentes *Bart. ibi opposit.* 1. asserunt, textum illum, non procedere in alienationibus voluntarie factis, sed in necessarijs, ad quam restrictionem inepte recurrunt, cum vtroque casu in terminis illius textus fiant iuridicè solutiones, & producuntur liberationes. Textus autem *in leg. Præses Cod. de transactionibus*, non probat generaliter prohibitum alienare transigere
358. posse, imo aperte probat, prohibitum alienare, non posse transigere, si ex transactione sequatur remissio iuris certi, ex qua sequatur alienatio, probat enim valere transactionem ex qua ius ciuitatis melius, & nō deterius reddatur idque secundum cōmunem intellectum ibi, *vt per Curt. in repetitione, numer.* 8. *& 9.* quod cum resolutione infra scribenda conformatur. Ad iura, quæ sequuntur nempe, *leg. De fideicommisso* 11. *Cod. de transactionibus, leg. Qui Romæ* 11. *§. Duo fratres, D. de verborum, leg. Cum proponas* 16. *Cod. de Pactis*, dum probant valere remissionem fideicommissi, inter cohæredes, & confideicomissarios inuicem fac-

tam, nihil probant contra nostram resolutionem, cum in omnibus il- 359.
lis iuribus fiat transactio, & remissio ab illis personis, quibus solummodo commodum, & incōmodū transactionis, vel remissionis obuenit. Nec tertio in prædictis bonis successori præiudicatur, vt ex serie illorum iurium cernitur, & ideo de validitate transactionis, nec Iureconsultus, nec Imperatores, nec Doctores dubitant, *vt per Menoch. dict. lib. 2. præsumption.* 115. *à principio. & in terminis dict. leg. De fideicommisso, tenet Suar. leg. Quoniam in prioribus amtliat. 6. numer. 6. Caldas, §. Sed hæc, de inofficioso, num.* 8. *Gom. leg. 22. numer.* 15. & post ordinarios ibi, tenet *Curt. in repetitione, num.* 3. Sicut etiam in terminis *dict. l. Qui Romæ, §. Duo fratres post Alciat. ibi Hotoman. illustr. quæstion.* 10. *Cuiac. & Donel. ibidem Conan. lib. 6. cap.* 3. *numer.* 8. *Padilla in Authentica hoc amplius Cod. fideicommiss. num.* 24. *& Gothofred. ibidem.* Denique in terminis *dict. leg. Cum proponas*, ipsi filij ad inuicē grauati trāsactionē fecerūt, quæ valida fuit *vt per Alciat. ibidē Curt. n.* 1. *Duaren. ad Rubric. de pact. cap.* 4. *in principio. Donel. in dict. leg. Cum proponas, post Padilh. in dict. l. De fideicommisso C. transaction.*

Ad tertium *de text. in leg. Cum hæreditas* 36. *D. ad Trebellianum* respondent Doctores communiter ibi, *vt per Molinam dict. cap. 9.* 360. *numer.* 16. *Peregrinum dict. articulo.*

40. *num.*

40. *numer.* 120. quod ideo hæres potest compromittere, quia compromissum enumeratur leuis culpa, quæ hæredi non imputatur, *l. Mulier* §. *Sed enim D. ad Trebellianū*, ex eo, quia ille quasi cõtractus, qui per aditionem celebratur inter hæredem, & fideicommissarium solum fideicommissarij commodum respicit, & ideo in eo solum dolus, & lata culpa imputatur; at vero compromissum, ideo non nocet venditori, quia per illud contrahit emptor leuem culpam, quæ in contractu emptionis attenditur, *leg. Contractus D. de regul. iuris*, *leg. Si vt certo* §. *Nunc videndum D. commodati*, & licet efficatiam huius textus sic communiter intellecti optime euitet *Molina dicto loco*, Nos sequendum dicimus primum intellectum quem ipse *Molin. scribit numer.* 12. *& sequenti*, quem ipsdem verbis transcripsit *Caldas dicto loco*, *num.* 113. videlicet quod textus inibi, non decidit hæredem posse regulariter compromittere de rebus fideicommisso subiectis, cum textus illud non decidat principaliter, sed tantum probare fideicommissarium teneri cauere hæredi sub pignoribus de resarciendis expensis vtiliter factis circa compromissum, videlicet, quod sub pœna compromisit, sicut etiã de satisfaciendis expensis, quas in cæteris rebus administrandis consumpsit, patet ibi, (*cum hæreditas restituta est, si ante compromissum sit, puto fideicommissarium cauere debere hæredi, sicut, cum hæres multa, antequam restitueret, administrauit*) vbi textus æquiparat cautionem compromissi, cautioni reliquæ administrationis, & constat hoc esse principale intentum *Pauli*, & si meminit de compromisso, supponit casum, quo hæres illud celebrare possit, quod non decidit, & confirmatur ex simili bene adducto *per Molin. dict. numer.* 13. *in leg. Vbi pure.* 19. §. *final. D. eodem titul. ad Trebellian. ibi* (*qui in distrahendis, conseruandisvè rebus hæreditari, s sumptus factus est, imputari hæredi debet*) vbi textus videtur decidere hæredem posse distrahere res fideicommissarias, quod erroneum est, nisi intelligatur suppositis terminis habilibus, scilicet ex voluntate defuncti, vel pro satisfactione creditorum. Et quanuis *Peregrinus* incaute dicat hanc responsionem *Molinæ* esse meram diuinationem, nos certissimam dicimus, & enunciatam per ipsum *Paulum consultum*, dum in toto discursu illius textus supponit, hæredem necessario debere reddi secutum per fideicommissarium, ex eo, quia vtiliter gessit, vt necessario patet ibi. (*& tamen hæres iudicijs, quibus conuẽtus est, aut stipulationibus, necesse habuit promittere*) ex quibus verbis datur intelligi compromissum fuisse factum necessitate præcisa, de quo vide latius *Cuiacium super illo text. in principio lib.* 13. *ad edictum*

360.

Pauli, vbi compromissum factum testatur cum debitore hæreditario.

Nec exemplum de Vassallo obstare potest, quia *secundum Molinam dict. cap. 9. numer. 18. Clarum §. Feudum, quæstion. 39. & 38. Caldas dicto loco, numer. 144. Peregrinus dict. articulo 40. num. 125. & sequenti*, dupliciter, & cum communi sententia, *vt per Clarum dict. quæstion. 39.* responderi potest, & primo dicendo iura permitentia Vassallo, vt possit transigere super feudo, *dict. §. Si vassallus, dict. cap. 1. de controuers. inter Vassal. & alium, capit. 1. §. Si autem de lege* 361. *Conrad.* esse correcta per nouam decisionem *dict. cap. Imperialem, de prohibita feudi alienatione per Fedricum*, quod post omnes notauit *Aslict. in dict. §. Vassallus numer. 13. Molina, & Caldas proxime relatis locis.* Vel secundo dicendum est, prout asserit *Peregrin. dict. numer. 125.* quod si transactio fiat eo modo, vt data aliqua quantitate per feūdatarium retineatur, & apud possessorem maneat feudum tunc transactio sustineatur, ex eo, quia nullū domino inde oritur præiudicium, nec etiam agnatis, quiā semper feudum idem remanet, & cum eadem ordinatione succedendi, sicque dicit communis opinio, de qua *Clarus dicta quæstion. 39.* intelligenda esse iura supra relata, quæ de tranfactione super feudo loquuntur *Molinà dict. num. 18. Caldas de extinctione emphiteus. cap. 5. num. 44. post Cursium Iunior.* qui testatur hanc opinionem communem *de feud. 4. part. in vltim. casu. amiss. feudi, quæst. 7. Paris lib. 1. consil. 1. num. 134.*

Vnde consequitur similiter idē in emphiteuta esse resoluendum, vt citra domini directi consensum transigere, vel compromittere non possit, vt cum *Iasone in l.* 362. *final. Cod. de iure emphiteutic. numer. 119. & sequenti resoluit Caldas dict. quæstion. 23. num. 115.* & iam dixerat *dict. cap. 5. numer. 29.* ex eo, quia prohibitus alienare, est etiam prohibitus transigere, *leg. 1. §. Aesi transigit D. nequid infraudem patron, Tiraquellus de retractat. §. 1. glossa 14. numer. 65.* quod æquali ratione in compromisso resoluendum est, *per Authenticam si vero contigerit, Cod. de iud. iuncto corpore vnde sumitur*, sed quia pluribus modis potest fieri transactio, seu compromissum super his rebus alienari prohibitis, ideo ex mente Doctorum de hac materia loquentium sequentes conclusiones constituo.

Sit prima. Quoties per transactionem, vel compromissum facta super bonis vinculatis, vel fideicommisso subiectis, feudalibus, 363.
emphiteuticis, & similibus alienari prohibitis, inducitur aliqua alienationis species, talis transactio, vel compromissum non valet; Hæc conclusio est communissima per

ma per iura, & Doctores supra citatos.

Secunda Conclusio. Quoties transactio, vel compromissum super ipsis rebus prohibitis fit eo modo, vt aliqua pecunia data aduersario, possessor rem retineat, vt
364. cesset lis, hæc transactio, vel compromissum valet, ita resoluit *Glossa in leg. Nulli D. de transact. vbi Bart. Bald. Iason. & alij communiter scribentes, Bartol. iterum ad leg. Si profundo Cod. de transactionibus, per textum ibi, communiter etiam receptus per Pinel. leg. 1. part. 3. numer. 46. versiculo aduerto. Cod. bonor. mater. Molin. dict. cap. 9. num. 22. Cald. dict. quæstion. 23. numor. 115. & sequenti, & dict. cap. 5. numer. 29. Peregrin. dict. areicul. 40. num. 124. post Tiraquel. dict. gloss. 14. num. 66.* & inter scribentes est concors sententia, *Valasc. consultat. 116. numer.* 10. licet incaute ab illa recedat *Aflict. dict. cap. 1. §. Si vasallus numer.* 13. contra quem merito irrascitur *Molin. dict. loco numer.* 23. *& Caldas, d. num.* 116. Nam si *Aflict.* aduertisset, quod per hanc transactionem nō inducitur aliqua alienationis species, nec per illam peruenitur ad alienationem, scripta retractaret, deficit enim totalis, & fundamentalis ratio, propter quam transactio, & compromissum inhibentur super rebus vinculatis, & alienari prohibitis; idcoque absque dubio fieri possunt, vt testantur omnes supra relati.

Tertia cōclusio sit in casu, quo aliqua res de vinculatis, emphiteuticis, vel feudalibus existit penes alium possessorem, non autem penes legitimum dominum, scilicet
365. ipsum possessorem maioratus, emphiteutam, vassallum, & similes, in hoc casu, etiam data aliqua pecuniæ quantitate, nō potest dominus seu legitimus possessor maioratus, capellæ emphiteusis, & similium non cuincere rem male ab extraneo possessam, prætextu trāsactionis, seu compromissi, quia in hoc casu dimittendo rem penes iniustum possessorem, inducitur alienatio, contra naturam vinculi affixi in ipsis bonis, & per hanc viam præiudicaretur successoribus futuris, quod est absurdum; nam tunc certum est remitti per transactionem illud ius, quod datur ad recuperandam rem, in quo continetur donatio, *leg. Si sponsus quinta, §. 1. D. de donationibus inter, optime Sanches lib. 6. de matrimonio, disputat. 3. numer.* 10. ac proinde valere nequit, prout optime notauit *Accursius in leg. Cum hi §. Si vni D. de Transactionibus, verbo, transactione, & Bartol. in leg. Nulli illo titulo* asserit hanc resolutionem sempet cordi tenendam, quam eleganter prosequitur, *ibi Iason. sequitur Tiraquel. dict. numer. 66. Peregrinus dict. numer.* 124. *ad finem. Pinel. dict. 3. part. num.* 46. *versiculo sed dum Baldus. Molina, dict. cap. 9. numer.* 26. *& sequenti,*

*Caldas d.nu.*14. *in fine*, & addo his scriptis,quod notat *Peregrin.articul.* 52.*nu.*81. nempe voluntarias transactiones, & remissiones, per quas irrogatur aliquod præiudiciū succes-
366. soribus, nullius esse momenti, quoad successores, *per l. Imperatores D.de transactionibus*; *l.Si suspecta* §. *final.D. de inofficioso testamento l. à sententia* §.*Si hæres D.de appellationibus*, addo notata per *Menoch.lib.*3. *præsumpt.*116. *num.* 59. plures alios citat *Peregrinus d. numer.*81. *in fine. optime Castill. d.tom.*4.*cap.*35.*n.*63.

Limitant tamen Doctores has conclusiones negatiuas, dum prohibent in bonis vinculatis transactiones, & compromissa, ne procedant,quando transactio, vel arbitramentum fuerint necessaria, prout si fiāt ex dispositione statuti,
367. quod in certis casibus iubeat transigere, & compromittere, quæ limitatio probatur ex eo,quia quem admodum alienatio necessaria nūquam censetur prohibita *leg.* 1. *D. de fundo dotali*, *leg. Alienationes* 13. *D.familiæ erciscund. leg. Diuus D. de Petitione hæreditatis. Tiraquel. de retr.titul.* 1. §.1.*gloss.*14. *num.*11. *Molina lib.*4. *cap.*4.*Surd.de alimentis titul* 9. *quæst.* 32.*num.*12.*Caldas d. quæst.*23.*num.*38.*& ad* §.*Sed hæc Inst.de inofficioso. part.*2.*num.*36.*insignis præceptor Brito ad cap. potuit de Locato* §.3. *num.*18. ita etiam transactio vel compromissum si ex necessitate statuti fiāt, non censentur prohibita, ita resoluunt Doctores communiter,quos refert; & sequitur *Pinel. l.* 1. *p.*3.*n.* 45. *versiculo antequam cum sequenti.* Et confirmatur ex communiter scribentibus *in l.fin. C.de in integ. restit*, quos refert *Molin.d.cap.*9. *n.*28. vbi resoluunt minorem,qui alienare, non potest posse ex statuto compromittere, de hac communi testatur *Rolandus consil.*57.*num.*31.*volum.*2.& hanc partem multis citatis sequitur *Peregrin.d.num.*122.*artic.*40. vbi reprehendit *Molin.* qui *d. num.* 28. *cum Decio, Bart.* & alijs contrariam sequutus est sententiam, quasi statutum sit intelligendum solum de illis rebus super quibus de iure compromitti potest; deinde quia statutum, non potest inducere duo specialia, scilicet necessitatem compromittendi, & insimul, vt possit fieri super rebus alienari prohibitis,contra *l.*1.*Cod.de dotis promissione.* Sed vt optime tangit *Peregrinus d. num.*112. Statutum si aptum sit comprehendere bona vinculata, de potestate statuentis non est dubitandum,aliud vero de specialium cumulatione, si de statuto constet,nihil facit, quia vulgare illud dictum non probatur *in d. leg.* 1.*Cod. de dotis promissione*, vt elegater de more prosequitur *insignis* 368.
*Barbos.in.l.*1.*part.*3.*nu.*48. *D.soluto matrimonio*, imo certum est posse plura specialia circa idem concurrere, vt notat *Alciat.in cap.*1. *de præsumpt. Corras.in l. Qui liberos D. Ritu nuptiarum num.*184. *post. Barbos. vbi proxime*,

proxime num. 47. *Fachin.* 8. *contr. cap.* 75. *Richard. in* §. *Sed si scriptum Inst. de verborum à num.* 17. *prosequitur late Robles de repræsent. lib.* 1. *cap.* 12. *à num.* 36.

Limitant secundo Doctores suprapositam resolutionem, ne procedat in casu, quo iudex præcipiat, vt fiat transactio, vel compromissum, quasi in hoc casu etiam dicatur transactio necessaria, & ita non
369. prohibita, sed licita sit dicenda, ita resoluit *Molina* licet dubius *in d. c.* 9. *numer.* 29. quem secure sequitur *Caldas d. quæst.* 23. *nu.* 119. *Moneta d. cap.* 9. *num.* 438. & 440. quæ limitatio sustineri potest in casu ab ipsis considerato, nempe quando timeantur graues rixæ inter partes, ex eo, quia, lis est dubia inter magnates, & maius timeatur scandalu, quam sit præiudicium ex transactione futurum, argumeto, *l. Æquissimum in principio D. de Usufruct.* per quem textum tenet *Lancellotus de attentatis* 2. *part. cap.* 12. *limitat.* 12. *num.* 22. posse iudicem ex officio facere sequestrationem rei litigiosæ, quando inter partes timentur rixæ, licet hæc sequestratio sit contra regulam iuris, de qua *in l. vnica C. prohibita sequestratione pecuniæ*, & in materia de scādalo vitando alia tradit *Couar. regul. Peccatum in initio num.* 6. per textum *in cap.* 2. *in principio de præscriptionibus cum alijs Gutier.* 1. *Canonic. cap.* 38. *à num.* 20. Similiter ergo poterit iudex ex officio propter euitandas rixas, cogere partes ad transigendum, vel compromittendum, licet de rigore iuris illud efficere non possit, vt probatur *ex Authent. vt litigantes, §. fin. collatione* 9. secundum notata *per Bartol. in l. Furtib.* §. *Qui iuss. D. de his, qui notantur infamia*, qui textus si bene legatur, forte generaliter hoc non probat, cum possit intelligi de referendarijs, qui certum administrant officium, pro nunc transeo cum resolutione *Bart. vbi supra*, prout fecere *Caldas*, & *Molina supra citatis locis.*

Alium casum adducunt Doctores, in quo iudex cogere possit partes ad transactionem, quando scilicet in casu litis motæ datur maximus conflictus, & varietas opinionum, quasi tunc pro bono publico, & incertitudine victoriæ, potest iudex partes suas interponere. *Decius consil.* 445. *Iason. in leg. Quidam existimauerunt D. si certum petatur, num.* 4. *Boerius decis.* 155. *numer.* 28. *Petrus Binius consilio.* 18. *num. final. communis opinio tom.* 1. *siluæ Nuptialis num.* 8. quæ resolutio confirmatur ex traditis *per Tiraquel. de primogen. quæst.* 17. *opinione* 4. *num.* 9. *Menoch. remedio* 3. *retin. nu.* 755. & *lib.* 2. *præsumptione* 71. *nu.* 50. cum alijs ab eis relatis, dum tenēt posse iudicem litem diuidere dubiam inter partes *l. Si pater famil.* 40. *D. de hæred. instit.*

Tertio limitant Doctores supra dictam resolutionem, vt valeat trā-factio, seu compromissum factum de bonis

de bonis prohibitione affectis, si
370. adsit regia facultas, quæ ex iusta causa interuenire potest, & debet videlicet ad sopiẽdam intricatam, & fere immortalem litem, quales à communiter accidentibus solent esse in nostro Regno, probatur hec limitatio per textum, *in c.1. de trãsactionibus* ibi (*vires plenissimæ notionis ex hac nostra autharitate suscipiat*) ita ex alijs *Moneta d.cap.9.nu.*440. *Molin.d.cap.9.num.*21. *Caldas dict. quæst.*23. *n.*117. vbi vterque inepte allegat textum *in cap. examinata de confirmat. vtili. Pinel.leg.1.part.3. num.*50. *versiculo sed hæc detransactione*, vbi sic inter magnos viros factũ vidisse testatur, quod etiam practicasse affirmat *Peregrinus de fideicommissis articul.*52. *num.* 88. *ad finem*, idem etiam scribit *Padilha in d.§. Si de Falcidia num.* 20. qnæ resolutio de plano procedit, quando ad transigendum interueniat prouisio regia obtenta, antequam à partibus transigatur.

Quid autem si partes inter se transactionem, seu compromissum celebrauerint, & postea petant à Principe confirmari, in quo casu
371. resolutiue dico quod si princeps ex certa scientia, vel habita prius plena causæ cognitione, transactionẽ confirmauerit, valida reddetur trãsactio, *iuxta d.cap.1. de transact.* in supra expensis verbis, quorum hic est genuinus sensus, vt notat ibi *Abb.num.*5, *& Molin. lib.*2. *cap.*7. *num.*8. *&* 9. *Cabed.*2. *part decision.*2. *nu.*3. vbi multos refert, *addo Suares de legibus lib.*8. *cap.*18. *nu.*12. & fuit fideliter resolutum *ad caput ex parte* 13. *de priuilegijs*, *insignis præceptor Brito ad cap.*1. 1. *part. de Locato, num.* 21. *& à num.*18. *Moneta de commut. vlt. cap.*9. *nu.*505. *Peregrin. de fideic. art.*42. *num.*88. *Caldas d. quæst.*23. *num.* 117. Confirmationem vero in forma cõmuni etiam a Rege obtentam non sufficere dico, quia cũ hæc fiat sine causæ cognitione, & nihil adijciat validitatis actui, cui accedit *per cap.*1. *cap. examinata de comfirm. vtili, cap. quia diuersitatem de concessione præbend. cap. dudum.*31. *de decimis, Suar. dict. cap.*18. *num* 8. *Molina d.cap.*7. *num.*7. *Auend leg.* 42. *Taur. glossa* 3. *num.*1. *Cabed. dict. decis.*2. *num.* 2. *Brito d. loco num.* 26. *præceptores ad rubricam de confirmatione vtili, vel inutil.* Vnde cum transactio, vel compromissum à partibus factum sint nulla, *ex dicta l. Non solum C. de prædijs minorum d. cap. cum tempore, de arbitris* sequitur, quod licet in forma communi confirmetur, nihilominus erit inualidum tale compromissum, & cum hac declaratione accipiendam dico opinionem *Afflictis* per textum ibi *in cap.*1, *quæ sint regalia num.* 110. dum tenet in feudalibus valere transactionem, accedente regia authoritate, cuius opinio communiter recipitur *per Molin. & Caldas dictis locis.*

Requirunt tamen scribentes in illis duobus casibus, in quibus resolui-

soluimus valere transactione præcedente scilicet mandato regio, vel accedente confirmatione ex certa scientia, vt transactio, & compro-
372. missum fiant pure, & bona fide requisita in omnibus contractibus, si autem per dolum, & calumniam celebrentur, quanuis principis accedat authoritas, transactio, & cõpromissum non confirmabuntur, quia principis rescriptum non confirmat male gesta, nec tollit remedia re scisoria *l. Authoritate C. vnde vi, Molin. ad cap. 9. num. 33. Gramat. decis. 66. nu. 50.* cum alijs cum quibus ita concludit *Peregrin. d. nu. 88. in fine.*

Quæ omnia adeo obseruanda dicimus, vt licet successor bonorũ vinculatorum, maioratus, emphiteusis, feudi, & similium, sit hæres
373. transigentis, adhuc possi venire cõtra hanc transactionem, sicut cõtra quancunq; aliã alienationẽ, Ratio est, quia supposita prohibitione expressa, quæ ordinarie in talibus bonis adscribitur, potest statim sequens in gradu admitti ad reuocãdum *l. Cum pater §. Libertis vbi gloss. verbo, ne alienarent, de legat. 2. & ibi Paul. num. 4. postea Gom. l. 40. nu. 88. Molin. lib. 1. cap. 16. num. 32. Caldas d. quæst. 23. num. 103. Pinel. 2. select. cap. 8. num. 30. in fine. Peralt. in rubr. de hæredibus instit. num. 114. Barbos. leg. 2. Cod. præscript. 30. num. 419. & 421.* & ita hanc sententiam, quod potest filius, seu hæres reuocare male alienata a suo prædefuncto tenet bene disputans *Pinel. l. 1. num. 99. part. 3. C. bonis maternis, Peralta iterũ in d. Rubr. D. de hæredibus instituend. num. 64. Caldas de renouatione quæst. 16. à num. 26.* licet fluctuans cum late sequentibus, melius omnibus *Valasc. consult. 69. à num. 19. Pinel. Iunior*, qui accerrime, & accute vt solet, disputat visus posthęc scripta *Selectarum lib. 2. cap. 8. Spinus de testamentis glossa 17. num. 5. Matienço l. 7. titul. 11. gloss. 1. num. 27. insignis præceptor Brito ad cap. potuit de Locato §. 3 num. 6. Surd. consil. 196. num. 33. Fachineus controuers. lib. 7. cap. 13. versic. 3. Menoch. consil. 89. nu. 6. & nu. 83. & sequentibus*, addo resoluta per *Barbosa in l. Lucius 39. D. soluto matrimonio à num. 21.* qui expendũt maioratum fuisse conditum in honorem, & gloriam familiæ, ac in memoriam instituentis, *argumento l. regula §. penult. D. de iuris, & facti ibi (gloriam representet) leg. quintus §. Ad authoritatem D. annuis legat*, quę memoria ac intentio instituentis necessario conseruanda est, *argumento l. 1. Cod. sacros. ecclesijs*, maxime in his bonis vinculatis, in quibus maior ratio concurrit publicæ vtilitatis, vt tenet post alios *Tiraq. de primo en quæst. 4. num. 13. Molin. lib. 1. cap. 18. à principio.* Deinde facit, quia intentio vinculantis bona sua est, vt perpetuo ipsa bona vnita conseruentur, vt notant Doctores *ad l. Cum ita §. In fideicommisso de legatis 2. & ad l. Filius famil. §. Diui D. leg. 1.* quæ quidem testatoris intentio

tentio manifeſte fraudaretur, ſi nō admitteretur filius, etiam hæres ad reuocanda male alienata per patrē, & citius maioratus ad fere nihilum redigeretur, quod maximū abſurdum fateor, & nullam congruam reſponſionem admittens, vt in terminis conſiderat *Pinel.d.c.* 8. *n.* 1. *in fine*; quicquid inſudent contrariæ ſectæ doctores; Vltimo, quia alienatio facta à patre nulla eſt contra expreſſam teſtatoris voluntatē, §. *Diui d.l. Filius familias de leg.* 1. *l. Cum pater* 79. §. *Libertis de leg.* 2. *Caldas vbi ſupra cum multis nu.* 31. contra quam ipſe pater venire poterat
374. *argumento l. Quemadmodum Cod. de agricolis, & cenſit lib.* 11. *cap. Si quis præsbyterorum de rebus eccleſ.* & iam ſupra tetigimus, & nouiter conſiderat alter *Pinel.d.cap.* 8. *num.* 2. *poſt Tiraquel. de retract. tit.* 1. §. 26. *gloſſa* 2. *num.* 6. Molin. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 19. *& Barboſ. ſup. Caſtillo de vſufr. cap.* 54. *num.* 45. *vbi plures, Gutier.* 3. *pract. quæſt.* 41. *à nu.* 2. adduci poteſt etiā *d.l. Cum pater* §. *libertis verſiculo, qui non vendidit de leg.* 2. vbi ſolum admittitur ad reuocationem fideicōmiſſi prohibiti alienari, ille, qui nō alienauit, per quē textum in maioratibus admittūt ſupracitati, quod ſi adſit ſucceſſor debet admitti, ſi autem deficiat, tunc idemmet alienans, *iuxta d.l. Quemadmodum*: ergo a fortiori filius quatenus hæres ipſius patris admitteretur ad prædictam reuocationē faciendam, quia qualitas hæredis non mutat potentiam *l.* 2. §. *Ex his de verborum obligat* Menoch. *d. conſilio.* 89. *num.* 5. & 10. *Caldas. num.* 32. & a fortiori quatenus filius, quia iure ſuo admittitur, *l. Unum ex familia* §. *Si de Falcidia D. de legatis* 2. *l.* 3. *D. de interdictis, & relegatis*. Denique, quia hæres indiſtincte etiam non confecto inuentario poteſt reuocare alienata à defuncto, quando in fraudem fuere alienata, *l.* 2. *C. ſi quid in fraudē patroni. Tiraquel. retr.* §. 1. *gloſ.* 9. *nu.* 57. *infiniti per Pinelum d.l.* 1. 3. *part. num.* 83. *verſiculo limitatur* 12. *Valaſc. conſult.* 69. *num.* 5. *Caldas n.* 29. *Peregrin. articul.* 33. *num.* 1. Mangil. *de imput. quæſt.* 93. *à nu.* 20. *& quæſt.* 99. *fere per totam*, vbi quam plurimos citat, & probatur *ex cap. Conſtitutus de in integrum reſtitutione*, vbi filius hæres patris retractauit rem à patre alienatam, tanquam proximior, & confirmatur ex his, quæ *Pinel.d. nu.* 93. circa materiā feudorum tradit Menoch. *num.* 12. *Caldas.* 28. *Peregrin.* 12. ſupra, vbi filius ſi faciat inuentarium licet ſit hæres poteſt reuocare feudum à patre alienatum.

Contrariam ſententiam, quod filius hæres patris alienantis non poſsit huiuſmodi alienationē reuo 375.
care in materia maioratus, ſcripſere *Suares l. Quoniam in prioribus Cod. in officioſo teſtamento a, mpliatione* 7. *n.* 4. *& ſequentibus*, Gomes *l.* 40. *num.* 84. *poſt medium*, Gregorius *leg.* 24. *titul.* 5. *part.* 5. *gloſſa entonces*, Molin. *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 16. & 20. & quod in

simili resoluit *Padilha in leg. Unum ex familia* §. 1. *nu.* 12. ad finem, vbi ait filium hæredē patris non posse revocare seruitutem a patre in rebus maioratus impositam, & in fideicommisso familiæ relicto consuluit multa adducēs *Menoch. consil.* 89. *à numer.* 34. *Caldas de renouat. quæst.* 16. *num.* 40. *Peregrin. de fideic. articul.* 14. *num.* 50. *Tiraquel retract. lig.* 1. §. 26. *gloss.* 2. *num.* 8. *præceptor Cunha in l. Cum ita* §. *In fideicōmisso de legat.* 2. *nu.* 25. *cum multis sequentibus. Fachin. lib.* 7. *cap.* 13. *& cap.* 18. *communis ex Pinel. selectar. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 1. qui omnes citant pro sua, & magis communi sententia, *l. Cū à matre Cod. de Rei vendicatione, leg. Venditrici, leg. Si fundum Cod. rebus alienis non alienandis, l. Siue possessio Cod. de euictionibus, l. Ex qua persona D. regulis iuris, l. Successores Cod. de solutionibus, l. Ea quæ, Cod. de restit. mil. l. Si ab eo Cod. de liberali causa, l. Filium D. eodem titulo l. Si ab eo Cod. negotijs gestis, l. Si patri Cod. de donationibus, l. Si vxor C. de bonis authorit. iud, possidend.* quibus omnibus probatur hæredem teneri præstare factum defuncti, alias autem exceptione repelletur *per l. Seja* 73. *D. de euictionibus*, iuncta alia regula, quæ habet, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, *l. Vendicantem* 17. *D. de euictionibus, l.* 2. *D. de exceptione reiuend.* Deinde, ne hæres fiat melioris conditionis, quam defunctus, contra *leg. In omnibus* §. *Non debeo D. de reg. iuris. l. Polla Cod. de his, quibus, ut ab indignis leg. Postulante* 44. *D. Ad Trebellianum*, cum hæres, & defunctus sint eadem persona *Authentico de iureiurando à moriente præstito Collat.* 5. sed idem defunctus non poterat venire contra alienationē à se factam *ex regula l. Post. mortē D. adoptionibus, de qua vltra omnes insignis Barbosa l. Lucius* 39. *D. soluto matrim à nu.* 18. *& post eum Castillo de vsufruct. cap.* 54. *num.* 44. *Gutier.* 3. *pract. quæst.* 41. *à num.* 2. igitur nec hæres. Tertio, quia testator potest disponere de re hæredis, tanquam de sua, *l. Vnum ex familia* §. *Si rem. leg. Cum filium* §. *Dominus D. de legatis* 2. *leg. Hæredum Cod. de fideicommissis post Couar. in cap. Filius noster de testamentis post principium, Gabriel. consil.* 85. *num.* 9. *Peregrinus de fideicommiss. artic.* 33. *num.* 24. Quarto fundatur hæc communis in textu, quem pro solido fundamento ipsius adducit *Menoch. dict. num.* 34. *Molin. dict. numer.* 16. *in l. Filius familias* §. *Cum pater de legat.* 1. Vbi probatur, quod si pater prohibuit fundum alienari, extra familiam, filiusque illum alienauit, nepos, qui fuit hæres patris alienātis, non potest vindicare fundum, sed solū exhæredatus, in quo euidēter probat filium hæredem non posse agere de alienatione fundi, ex eo, quia hæres est, sed solus aget exhæredatus, qui hęres non est. Alium textum ponderat *Menoch. d. cons.* 89. *num.* 35. *Peregrin. artic.* 33. *num.* 10. *in*

375

10. *in l. Unum ex familia §. Sed si vno D. de legatis 2.* vbi Papinianus ait, quod si fundus, qui in familia conseruari debuit, à testatore extraneo fuerit legatus, vendicari poterit ille fundus ab illo ex familia, qui testatori hæres non fuerit, hæres autem repelletur doli exceptione. Iuuant resoluta *per Fuchineum lib. 7. cap.* 18. circa materiam feudalem, vbi concludit filium hæredem patris non posse reuocare alienationem à patre factam de feudo antiquo, quod idē multis Doctoribus relatis practicasse testatur *Peregrin. d. artic.* 33. *n.* 11. & verius affirmat *Menochius vbi supra num.* 106.

Sed prior opinio absque dubio
376. verior est, pro qua iam suo tempore iudicatum vidit *Valasc. d. consult. 69. num.* 20. & nos quotidie hodie videmus, ita vt sit iam translata in consuetudinem generalem huius regni, positque filius, seu proximior, quantumcumque sit hæres vltimi possessoris, rē maioratus, capellæ, & similiū reuocare, tenetur tamen quatenus hæres de euictione, nec in hoc casu repelletur exceptione *l. Vindicantē cū similibus, de euictionib.* quia nō venit cōtra alienationes tanquam hæres alienantis, sed iure proprio, in quibus terminis non habet locum exceptio illa, vt probat textus optimus *in l. vlt. Cod. de euictionibus*, vbi hæres illius, qui fideijussit pro venditione rei, potest rem illam, si sua est, iure proprio vindicare, licet tāquam hæres teneatur de euictione eiusdē rei, explicat, *post Pinel. d. l. 1. 3. part. nu.* 83. *versic. limitatur.* 13. *Valasc. d. num.* 20. *Barbos. cum multis, quos declarat in l. Lucius 39. D. soluto matrimonio num.* 24. *cum sequenti, insignis præceptor Brito dict. §. 3. numer.* 3. maximē stante illo publico fauore, quem iam supra considerauimus, vt maioratus integri conseruentur, qui absque dubio modico tempore dilaberentur, nisi filius hæres admittatur ad reuocanda male alienata, & in hoc Regno iam hodie non potest in dubium reuocari hęc opinio, tum propter iudiciorum obseruantiam tum propter *Ordinationem lib. 4. titul.* 100. §. 5. ibi (*do que resultam grandes proueitos a estes Reinos para que nelle haja muitas casas, & morgados para melhar defençaõ, & conseruaçaõ dos mesmos Reynos,*) & 377.
ibi (*o que serà causa de se extinguir à memoria dos que o fundaraõ, & instituiraõ*) & ibi (*de se deminuirem as casas, & morgados, o que serà em grande dano, & preiuizo do Reyno*) quibus verbis *Ordinatio* semper considerauit publicum fauorem Regni, qui in conseruandis maioratibus consistit, in quo nobis validum præstat argumentum, ad corroborandam prædictam sententiam, vt filius, seu successor, & in simul hæres defuncti possit reuocare alienata, saltem propter publicum fauorem, quem defunctus negligere nō potuit. *argumento leg. Ius publicum.* 38. *D. de pactis, vbi Cuiac.* licet quatenus

hæres

hæres teneatur de euictione; Ex quibus doctissimus *Molin.* qui in suo tractatu de primogenijs, sæpe sæpius nobis inculcat hanc familiarum conseruationem, aduertés ad contrarium effectum, qui sequitur ex contraria sententia, dicta retractauit *dict. lib.* 4. *cap.* 5. *numer.* 30. conuictus ex supradictis rationibus, in quam aduertentiam non incidit *Menochius dicto consilio* 89. vbi relatis multis fundamentis oblitus est huius principalis, & ita sequitur contrariam partem, & communem.

Contra nostram tamen sententiam non obstant argumenta adducta pro communi, nam ad regulam *dict. leg. Cum à matre Cod. de rei vindicatione* cum omnibus similibus supra cumulatis, dupliciter
377. respondet *Pinelus dict. numer.* 99. *versiculo melius cum sequenti, quem sequitur Caldas dict. quæst.* 26. *numer.* 29. & 30. primo vt non procedat, quando alienatio fuerit facta in fraudem successorum, argumento *dict. leg.* 2. *Cod. si quid in fraudem patroni*, quæ fraus manifeste constat ex facto alienationis rei vinculatæ, cum sit perpetuo in vnione conseruanda; secundo ne procedat quando filius aduersatur paternæ alienationi ex capite nullitatis, quæ tendit in fauorem publicum, nam quemadmodum ipsemet pater poterat venire contra illam; ita etiam, & à fortiori filius, argumento *leg. Quemadmodum Cod. de agricolis, & censitis lib.* xi. & hanc sequitur *Benedictus Pinel. d. cap.* 8. *num.* 3. *Pereg. cons.* 7. *nu.* 31. quæ responsio satis corroboratur ex restrictione, quam scribit *Barbos. insignis ad dict. leg. Quemadmodum in leg. Lucius* 39. *numer.* 21. *D. soluto matrimonio*, vt scilicet procedat, quando actus est nullus propter legis dispositionē, cui defuctus, & hæres renuntiare non possunt: quæ resolutio proprie cadit in hāc reuocationem, quam inductam contendimus in publicum fauorē ad conseruationem familiarum, & regni vtilitatem, quam apertissime insinuat *Ordinatio proxime citata, Barbosa dict. numer.* 21. licet aliam responsionem sequatur *Valascus dict. consultat.* 69. *numer.* 20. quod filius reuocans male alienata à patre, censetur alia persona repræsentans primum instituentem, *l. Unū ex familia* §. *Si de Falcidia D. de legatis secundo*, illum videto, quæ responsio comfirmatur ex multis, quos refert *Menochius dict. consilio.* 89. *num.* 11. vbi concludunt hæredem non teneri præstare factum defuncti, quando defunctus præcise tenebatur ei relinquere, quam doctrinam licet *Menoch. ibidem num.* 98. intelligat quando defunctus, nihil aliud reliquit successori, & hæredi præter fideicommissum, & maioratum, quem tenebatur relinquere, nihilominus, non procedere quando alia bona libera relinquit, illa

tamen mihi videtur vera ex supracitatis, quia quod *Menochius* expendit, ad plus operatur, vt teneatur de euictione quatenus hæres est, si inuentarium confecit alias in totum *iuxta §. Etsi præfatam, leg. vltim. Cod. de iure deliberandi.* Ad aliud, quem de euictione tenet actio, &c. *dict. leg. Vindicantem cum similibus* iam supradiximus
378. non procedere, quando hæres agit diuerso iure ab hæreditario. Nec exinde hæres efficietur melioris conditionis, quam defunctus, quia censetur alia persona in hoc casu diuersa à defuncto; Nec *dict. §. Si rem cum similibus* aliquid vrgent, quia bene procedunt in bonis allodialibus de quibus testator, vel hæres ad libitum potest disponere, sed non in rebus, vinculatis, in quibus eius potestas limitata est, iuxta supradicta. Totus labor versatur circa intelligentiam *dict. leg. Filius*
379. *familias §. Cum pater*, in quo fundantur diuersæ partis authores, dum solum Nepotes exhæredatos Mattianus ibi admittit ad reuocandum fundum à filio extra familiam alienatum, contra formam aui testatoris, qui fundum familiæ reliquit, vt post infinitos, quos refert, & sequitur *Peregrinus dict. articul. 33. numer. 10. Guiacius in annotationibus ad illum textum*, cuius textus mole oppressus *Pinel. dict. numer. 99. versiculo ob aquitatem* prorumpit dicendo, con-

niuentibus oculis, transeundum esse, negando argumentum de illo textu, ad materiam maioratuum, cum in hoc magis conseruetur memoria defuncti, quam in illo, & in hoc vni tantum deferatur successio, in illo possint plures elegi, *leg. Vnum ex familia, cum similibus de legatis secundo*, ac proinde, ideo in terminis *dict. §. Cum pater* excludi filium hæredem, quia alij extabant fratres, qui fundum petebant, & ita fundus remanebat in familia; sed merito hunc intelligendi modum reijcit *Caldas dict. quæstion. 16. numer. 33.* ex eo, quia supponit exhæredatos iniuste fuisse exhæredatos, & supponit etiam fratrem hæredem fundum petere non posse, quod vtrũque est contra mentem *Mart.* Quare existimo sequendum semper *Valasc. dict. cons. 69. num. 21.* qui excellenter mentem Iuris consulti percepit *in dict. §. Cum pater*, ipse enim non dicit illud, quod Doctores vulgo deducunt, filium hæredem non posse reuocare à patre alienatum fundum contra prohibitionem instituentis fideicommissum *Martianus enim ibidem*, egregiè quæstionem propositam decidit, de patre, qui filium instituit hæredem, ex quo tres nepotes habebat, & fideicommisit, ne fundum alienaret, sed in familia relinqueretur, mortuo testatore, filius duos nepotes hæredes instituit, tertium ex hæredauit, & fundum

dum personæ extraneæ reliquit, ex titulo legati, refert *Martianus Dinos Severum, & Antoninū* iudicasse, filium non paruisse voluntati patris, qui prohibuit, ne fundus familiam exiret: ex hoc primo responso constat, nec verbum dictum circa potestatem nepotum hæredum reuocandi prædictum fundum male alienatum, prosequitur vlterius *Martianus in versiculo, sed si cum duos*, alium casum diuersum à primo, scilicet quid dicendum quando filius, exhæredasset duos nepotes, & alium instituisset, & legaret illum fundum extraneo, & ait textus (*putat Marcellus exhæredatos posse petere fideicommissum*) ex quibus verbis decepti sunt iuris interpretes, de quibus *Peregrinus dict. num.* 10. filium hæredem non posse reuocare alienationem à patre factam, ex eo, quia hæres est, *ex principio dict. leg. Cum à matre*; sed falluntur, quia nec Iureconsultus hoc dixit, nec dicere voluit, nec valuit; sed satisfacit maiori dubitationi, quæ erat circa filios exhæredatos, an admitterentur ad reuocationem, quam quæstionem in primo casu in decisam reliquit; ex eo, quia exhæredati pro mortuis habentur, *leg.* 1. §. *Sed si patronus, D. de coniungend. cum emancipat liber.* §. *Quoniam in firmitas in Authentic. de Nuptijs collat.* 4. Quod idem in emancipatis resoluit *in versiculo idem euenit* (ibi, *idem euenit, & si vnus filius emancipasset,*) quia etiam emancipati mortuis æquiparantur. §. *Et quid si it autem leg. Gallus D. de liber. & posthum.* in qua dubitationem respondet *Martianus* eos exhæredatos, quam emancipatos admittendos esse, ad reuocandum fundum alienatum, non obstante exhæredatione, vel emancipatione; sed inde inepte colligitur textum excludere filios; institutos; cum textus hoc non dicat, imo clare supponit contrarium, dum admittit exhæredatos & emancipatos tanquam de familia, à fortiori admittit institutos, & clarissime hic sensus percipitur, *ex versiculo, sed si omnes filij*, vbi etiam hæredes instituti, non possunt petere fundum, quia eis obijci potest, quod sint hæredes, quia fundus in familia relinquitur; nam si extra familiam existeret, non est dubium omnes esse admittendos ad petitionem fundi: Nam alio iure diuerso ad hanc petitionem perueniunt, vt videre est, & considerat *Pinelus dict. cap.* 8. *numer.* 22. *& sequentibus*; Ex quo verissimo intellectu apparet, *textum in dict.* §. *Cum pater* magis confirmare, quam impugnare nostram sententiam, quæ vt iam diximus apud Tribunalia frequentissima est, nec de illius veritate dubitandum.

Nec etiam timendus est textus *in dict.* §. *Sed si vnol. Vnum ex familia delegatis secundo, de quo Pa-* 380.

dicta, *ibi*. Nam litera illius bene explicata nos magis iuuat, quam offendit, dicit enim in principio, quod si aliquis de familia fuerit hæres institutus à possessore, & fundus extraneo legetur, quod potest peti fundus ex primo testamēto per illos, qui sunt de familia, at si nemo de familia hæres fuisset institutus, vsque adhuc nobiscum conuenit, deinde pro sequitur *in versiculo verum* his verbis (*verum is, qui hæres scriptus est ratione doli exceptionis, cæteris fideicommissum petentibus facere partem intelligitur, nam quæ ratio cæteros admittit, eadem tacitā inducit compensationem.*) Ex quibus constat hæredem non posse petere fundum familiæ relictum, ex eo, quia fuit hæres alienantis, quasi compensauerit ius, quod habebat petendi fundum, cum lucro hæreditatis, quam adiuit, & si petat repellatur exceptione doli, vt patet ex verbis supra relatis, qui textus multo magis vrget pro communi, quam *dict.* §. *Cum pater*, ad quem miror non aduertisse viros doctissimos, & diligentissimos, *Pinel. & Valasc. supra relatis locis*, ad quem textu dici poterat, quod dixit *Pinel.* circa responsionem *d.* §. *Cum pater*, quod non est eadem ratio de fundo, de quo erat quæstio, *in dict.* §. *Sed si vno*, quæ de bonis vinculatis, de quibus est nostra altercatio, ex eo, quia fundus diuisionem patitur, vt constat de illo textu, *iuncto*, §. *sequenti*, & §. *Rogo. sub eadem lege*, quam non patiūtur bona vinculata, & compertum est, nec in illo fundo considerauit illa conseruatio viuæ memoriæ, nominis, armorum, ac familiæ testatoris, quæ in maioratibus consideratur, quæ differentia suffitiēs videtur ad terminos diuersificandos, sed vlterius contendo textum illū alio tendere: Nam textus non negat hæredem fundum petere posse, quia si ipse non posset petere, non repelleretur exceptione doli, quæ exceptio quale, qualem actionem ciuilem excludit, *leg.* 1. *D. de doli exceptione*, & idemmet textus *in dict.* §. *Sed si vno* dixerat ibi (*perinde fideicommissum petetur, ac si nemo de familia hæredis hæres extitisset*) vbi eodem modo admittendus est hæres, si est de familia, ac admituntur alij, qui non sunt hæredes, quod de rigore iuris est intelligendum, sed quia legatum de illo fundo validum fuit, quoad hæredem, vt saltem compensationem soluat legatario, ideo ait textus partem facere alijs petentibus ratione exceptionis doli, quia ipse, si peteret, repellitur à legatario possidente, vt explicat *glossa putetur*, & ideo quoad partem hæredis habet legatarius retentionem, donec compensationē soluat, & ita explicanda est ratio ibi adscripta (*nam quæ ratio cæteros admittit, eadem tacitam inducit compensationem*) quasi diceret Iure Consultus; Ratio illa,

illa; quia sunt de familia, quæ omnes tam hæredem, quam alios admittit ad petendum, eadem facit, vt hæres teneatur legatum legatario compensare, & sic verificatur proprie verbum; compensationem, de quo ibi, quam interpretationē post hæc scripta, vidi sequutam per *insignē primariū Antonium à Cunha quondam Collegam meum, posteaque Palatinum senatorem in manu scriptis ad dict. §. Sed si vno, sequitur Cuiac. lib. 19. quæstionū Papiniani*, & satis deducitur *ex §. Seduos statim sequenti*, vbi omnes etiam hæredes instituti de familia admittuntur ad petēdam rem fideicommissariam; qui textus cauillari non potest, ad propositum; sed video adhuc ingeniosos contra hanc explicationem arguere, de verbo, eadem, quasi vna, eademque ratio, quæ omnes admittit ad petendum, ipsa eadem inducat compēsationem tacitam, quod verbum non verificatur in compensatione respectu æstimationis præstandæ legatario, quia hæc fit non ex capite, quia hæres est de familia, sed ex capite quia hæres est, *l. Cum alienarum cum similibus Cod. de legatis*, ideo recurrendum ad interpretationem *glossæ. verbo, quæ ratio*, aperte docentis, tā hæredem, quam cæteros admitti ad petitionem fundi, & ideo cæteri minores partes fundi accipiūt, quia hæres etiam accipit partem, quæ compensationem, id est imputationem facit, tū partibus cæterorū, licet hæres teneatur ad æstimationem legatario, respectu cuius legatarius vti potest aduersus illum exceptione doli, vt textus insinuat; quidquid aliter conetur respondere *accutissimus Pinel. dict. cap. 8. numer. 26.* Ex qua verissima interpretatione colligitur sententiam nostram supra scriptam contra communem esse veriorem de iure communi, ad quam sustinendam, licet alijs fundamentis esset destituta, cogit fauor ille publicus à nobis consideratus, tam de iure Ciuili, quam regio, & considerant omnes Doctores supra relati, apud quos iam hodierno tempore magis communiter recipitur.

Neque obstat textus *in dict. l. Unum ex familia §. Sed si fundum in principio, ante versicul. quod si alia*, vbi idem *Papinianus* decidit fideicommissum relictum familiæ, posse extero relinqui; nec hæredem posse contrauenire: nam pro responsione aduertendum est, fideicommissum de quo *in dict. §. Sed si fundum*, non habere tractum successiuum, vt omnes scribentes ibi admittunt *Paul. num. 3. Immol. 17. Peralta num. 24. Segura in repetitione numer. 160. Pinel. dict. capit. 8. numer. 29.* quo casu, cum fideicommissum extinguatur, vbi primum satisfactum est primę successioni, nihilmirum, si ab extraneo peti possit, nec hæres, vel alij illi possint contradicere *Peregrin.* 381

articul. 19. *num.* 7. *præceptor à Cunha ibi, Cuiacius, & Gothofredus*, magis facesit negotium, *dictus versiculus quod si talia*, ibi (*hæredis hæredẽ propter sequens fideicommissum, quod in exterum collatum est, oneratum intelligi.*) quibus in verbis iam *Papinianus*, mutato themathe, & agendo de fideicommisso perpetuo familiari, ait hæredem esse oneratum, supponens validum esse legatum, nec hæredem posse contrauenire, Cõmunis *cum glossa ibi*, vt per *Molinã num.* 19. *Pinel. d. cap.* 8. *num.* 30. *Caldas de potestate eligend. cap.* 12. *nu.* 10, *& de extinctione cap.* 20. *num.* 34. ait, ibi hæredem esse oneratum circa æstimationem, quam testator censetur reliquisse, legando fundum fideicommisso subiectum, tãquam quid alienum, argumento *l. Rem. legatam Cod. de leg.* sed reprobatur *à Pinel. d. nu.* 30. *& à Fabro de coniect, lib.* 14. *cap.* 10. quia si testator non intendit fideicommissum, sed eius æstimationem extero relinquere, cur reliquis aperitur fideicommissum, vnde ipse *Pinel.* existimat verba illa (*hæredẽ oneratum intelligi*) solum ad illum effectum, vt statim, reliquis de familia aperiatur locus petendi fideicommissum, sed quid grauaminis potest in hoc considerari, *ideo Cuiac. lib.* 19. *quæst. Papiniã. super eode* §. Intelligit illũ oneratum respectu exigendi cautionem a sequẽtibus: Nam inquit ille, quando vnus de familia eligitur, non aliter fit restitutio fideicommissi, nisi præstita cautione de restituẽdo cæteris, patet ex fine textus; at vero quando grauatur extero restituere, intelligitur oneratus, quia nõ potest cautionẽm exigere. Sed etiam hæc interpretatio ridicula est, sicut etiam alia, quam adducit *Fab. dict. cap.* 10. vnde, vel retine, communem, quæ de facili defendi potest, vel dic onus hæredis consistere in eo, vt cum plures sint de familia vocati à primo instituente, ipse hæres oneratus intelligitur, ne cũ cæteris concurrat, supposito, quod testator vult ne ipse hæres admittatur, quasi institutus censeatur sub conditione si fideicommissum non petat, & ideo hæres tenetur prædictam conditionẽ acceptatam adimplere, aperto fideicõmisso, reliquis de familia, quia ipse remittere potest reliquis successionem, at vero reuocatio rerum maioratus remitti non potest propter fauorem publicum, & argui non potest contra supra positam resolutionem, in qua aliæ rationes considerantur, quæ omnino euincunt.

Nec obiectio facta de materia feudorum vigere potest, quia licet *Fachineus* referat communem opinionem negatiuã multorũ, quos sequitur, & quos etiã cumulat *Peregrinus d. articul.* 33. *num.* 10. *Matnoch. d. consilio* 89. *nu.* 67. *& sequentibus, & iterum, à num.* 104. tamen quia in contrarium sta authoritas *glossæ in cap.* 1. §. *Hoc quoque, de successione feudi*, quam ibi sequuntur com-

communiter scribentes, & saltem quando feudum est de pacto, & prouidentia, & filius fecit inuentarium, fatetur *Affict. decis. 112. n. 2.* quem alijs adductis sequitur idem *Menoch. vbi proxime numer. 107.* & hanc sequitur *Peregrinus d. loco n. 12. Gabriel. consil. 125. nu. 11. communis per Molin. d. cap. 1. num. 18. Peralta ibid. Rubr. de hæredibus instituend. nu. 25. & sequentibus*, pro qua opinione, quæ magis vera est, facit *textus in cap. 1. de alienatione feudi paterni*, vbi non valet alienatio feudi auiti qui in præiudicium agnatorum, de quo textu meminit *Peregrin. d. articulo 40. num. 68.* & notat *Cyiac. ibi lib. 4. titul. 45.* cum ergo certum sit filium feudum quantumcunque antiquum, vel de pacto, & prouidentia habere, no posse, nisi accepta prius hæreditate paterna, vt probat textus *in cap. 1. an agnatus*, vel filius defuncti notat *Valascus de iure emphyteutico quæstion. 44. num. 4.* vbi infinitos citat, qui communem testantur *Auendañ. lib. 4. Tauri. gl. 12. à num. 45. Menoch. lib. 4. de præsumptionibus præsumpt. 102. num. 51. Molin. disput. 472. col. 4. Scaccia de iudicijs cap. 2. à num. 159. Couarru. Peregrin. & alij quos sequitur Roblas lib. 3. de repræsentatione cap. 18. n. 123. Cald. de possessorio glossa cap. 17. nu. 28.* sequeretur, nullum casum cogitari posse, in quo filius feudum à patre alienatum reuocare posset, cum semper debeat esse hæres patris, quod negari non potest esse

nimis durum & inhumanum, ac per consequens hanc posteriorem, quam sequimur sententiam benigniorem, & æquitati magis consentaneã, quis inficiabitur. Nec aliquid quoad hoc operatur cõfectio inuentarij, quia solum deseruit ad reddendum ipsum filium indemnẽ, circa euictionis solutionem, ne teneatur vltra receptum, optime *Peregrin. artic. 33. num. 23. Molin. vbi supra num. 26.*

Aggrediamur quæstionem præscriptionis, quam omni breuitate possibili absoluemus, in primo loci dicimus, quod licet vsucapio prohiberi non possit à partibus, ex eo, 383
quia in publicum fauorem, & vtilitatẽ fuit introducta, *l. 1. D. de vsucap. iunctal. Nemo potest de leg. vl. Ius publicum* cum similibus. *D. de Pactis, Bart. in d. l. Nemo potest num. 20. vbi Rapa num. 100. Bernard. regula. 513. Menchac. success. creat. §. 10. à n. 16. Gutier. ad d. l. Nemo potest num. 468. Gonan. lib. 5. cap. 11. à principio Couar. regul. possessor. 3. part. in principio à nu. 1. late Barbos. in Rubrica C. præscript. 30. à num. 189.* præceptores varijs in locis, tamen si res sint prohibitæ alienari, præscribi non possunt, vt *probat l. 2. §. de vsucap. pro empt ore, vbi glossa. l. Alienationis verbum de verbor. significat.* communis ex pluribus, quos refert *Fachineus lib. 13. contr. cap. 80. post Surdũs consil. 276. Cald. fer. quæst. 23. num. 100. ad finem. & num. 108.* quod idem in re fideicõmisso subiecta, probat *l. fin. §. Sin*

autem C. communia de legatis, ibi (*ve neque vſucapio, nec longi temporis præſcriptio contra legatarium, vel fideicommiſſarium procedat.*) Deinde cōfirmatur ex eo, quia teſtatoris voluntas eſt *lex* §. *Diſponat, in Autentico de Nuptijs*, ſed vbi lex prohibet vſucapionem, ipſa, licet detur bona fides, currere non poteſt *leg. Vbi lex D. de Vſucapionibus, vbi Bartol.* communiter receptus *per Molin. lib. 4. cap.* 10. *num.* 2. *Caldas d. nu.* 100. igitur videtur, quod poſsit teſtator vſucapionem prohibere; ad quod omiſsis multis, quæ præcepres cumulant varijs in locis, occurrendum eſt ex mente pluriū quos ſequitur *Caldas proxime citatis locis, & cum inſigni Barboſa in manu ſcriptis ad l. Nemo poteſt, & in d. Rubrica C. de præſcriptione* 30. *num.* 193. quod teſtator, nec contrahens non poſſunt impedire præſcriptionem rerum ſuarum, quantumcunque eas vinculo perpetuo affectas relinquant, ſed poſſe prohibere illarum
384. alienationem, vt ſi res vinculata diſtrahatur, titulus ſit nullus, propter reſiſtentem voluntatem teſtatoris, per textum ſic neceſſario intelligendum *in d. t. 2. C. de Vſucapione pro emptore, l. Filius familias* §. *Diui, vbi Bartolus communiter receptus num.* 22. *per omnes referentes ibi de legatis* 1. *Hinel. in Authentica niſi C. bonis maternis num.* 22. & 23. & *Caldas d. nu.* 100. *in fine, & in l. ſi curatorem verbo, ſua facilitate, numer.* 46. *Menchac. de ſucceſſ. reſolut.* §. 26. *n.* 15. *Fachi. lib.* 12. *cap.* 8. *poſt Tiraq. 1. retrat.* §. 1. *gloſſa* 9. *num.* 250. ſit ergo conſequens præſcriptionem ordinariam currere non poſſe ſuper bonis alienari prohibitis, ex defectu tituli, qui requiritur de neceſsitate; *l. Celſus D. de vſucapionibus, l. Nullo C. de reiuendicat*, cum ſimilibus, *Barboſa vbi proxime*; non autem ex eo, quod teſtator poſsit impedire præſcriptionē, quod merito intelligendum eſt in prohibitione abſoluta, non vero in prohibitione quę ſit ſub aliqua circūſtantia vtex alijs optime explicat *inſignis præceptor Brito ad cap. poſuit de Locato* §. 2. *num.* 46. *Gabriel Pereira deciſ.* 52. *num.* 21.

Nec replicari poteſt *ex l. Alienationis verbum de verborum ſignificat.* vbi alienationis verbo continetur vſucapio, ſed ex dictis conſtat teſtatorem ex iuſta cauſa poſſe alienationem prohibere *d. l. Filius familias* §. *Diui D. de legat.* 1. *Faber. de cad.* 83. *error.* 3. *Peregrin. articulo* 14. *à principio, & num.* 3. *Surd. conſ.* 399. Nam reſpondetur *in d. l. Alienationis verbum*, ſolum intelligi per exāgerationem illius, qui patitur vſucapionem, quaſi videatur alienare, vt per *Pinel. in Authentica niſi n.* 29. *Cald.* 4. *part. cap.* 5. *num.* 28. & 62. vel poteſt intelligi de prohibitione legis, quæ vſucapionem prohibere poteſt ſimpliciter, & abſolute minime autem adduci poteſt ad prohibitionem teſtatoris, vt vſucapionem cōprehendat directe iuxta

ſupra-

supra dicta, sed tãtum oblique, habito respectu ad defectum tituli, vt post hec scripta optime considerat *insignis præceptor Brito d.* §. 2. *n.* 50.

Qua resolutione sic breuiter præcognita, iam ex illa deducitur illa tam certa cõclusio, quam scripsit *Molin. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 1. *cum Gabriel, conum. titul. de præscript. consil.* 13. *à principio, Suares Gomes, Greg. Lopez in locis ab eo relatis, Pinel. in dict. authentica nisi tricennale num.* 35. vbi multos antiquiores refert, per iura supra citata, *d.* §. *Sin autem d. l.* 2. *Cod. de vsucap. pro emptore, addo Barbos. in d. l. Nemo potest, Caldas d. nu.* 100. *Peregr. d. artic.* 41. *num.* 14. *Pereira de Castro decis.* 52. *num.* 4. & 8. in principio *insignis præceptor Brito dict. cap. potuit* §. 2. *num.* 49. scilicet res maioratus præscribi non posse
385. tempore ordinario, quæ conclusio fundatur in supraposita doctrina & adeo vera est, vt licet præscribens habeat titulũ à tertio, & bonam fidem, adhuc non ei proderit præscriptio ordinaria longi temporis, *per d. l. Vbi lex D. de vsucapionib.* licet enim verum sit, titulum alias invalidum, qui ex iusto errore reputatur validus, sufficere ad præscriptionem perficiendam, *l. Quod vulgo D. de vsucapionib.* pro emptore *Balbus in l. Celsus D. vsucap. notab.* 3. *Mascard. conclus.* 1219. *numer.* 23. *Conan. lib.* 3. *comm. cap.* 13. *numer.* 2. *Menchac. d. cap.* 77. *num.* 10. nihilominus, non erit sufficiens, si adsit prohibitio alienationis ex parte rei præscriptæ, *d. l. 2. d.* §. *Sin autem*, vbi *notat Corneus ad finem, Gom.* 40. *n.* 90. *Caldas dicto nu.* 100. *post medium*, & de hac verissima resolutione non est quis dubitet.

Contrarium tamen resoluendũ est in præscriptione longissima 30 vel 40. annorum, hæc enim contra possessorem bonorum vinculato- 386.
rum currit, vt colligunt Doctores ex *d.* §. *sin autem* à contrario sensu, dum solum præscriptionem ordinariam reijcit, ex ratione supra facta, quæ militat in præscriptione longissima, hæc enim sine titulo procedit, *l. Omnes, l. cum notissimi, l. Si quis emptionis Cod. de præscriptione* 30. *Balb. de præscript.* 2. *part.* 3. *princ. quæst.* 6. *à princ. Couar. in reg. possessor* 2. *part.* §. 5. *n.* 2. *Pinel. Auth. nisi C. bon. mater. num.* 10. *Molin. disp.* 754. *Mascard. conclus.* 1219. *nu.* 2. *Barbos. in l. Si quis emption. Cod præscript.* 30. *in principio n.* 36. & *seq.* Deinde per textum *in cap.* 1. §. *Præterea vbi glos. verbo, præscriptione de capitib. Conrad.* vbi text° excludit præscriptionẽ scilicet ordinariã nõ autẽ longissimã ex eo, quod prohibet præscriptionẽ feudi sequitur *Iaf. l.* 1. *Cod. seru. fug. n.* 48. plures citat, & sequitur *Barbos. l. Omnes num.* 6. *C. de præscriptione*, 30. & agnoscunt hanc resolutionem communiter scribentes *ad* §. *Diui.* de quibus *Pinel. in d. Authentica nisi num.* 23. *Molina d. cap.* 10. *num.* 2. *Peregrin. d. artic.* 41. *Cald. vbi proxime num.* 101. plures relati *per Cenalhos quæst.* 113. *Gabriel titulo de præs-*

de præscrip. conclusione 13. *numer.* 2. *Monet. de commut. vltim. vol. cap.* 9. *numer.* 529. *Crassus.* §. *Fideicommiss. quæst.* 56. *num.* 7. *Pereira d. num.* 4. & est verissima resolutio, quam vltra recentiores modo citatos, sequuntur præceptores ad *d. l. Nemo potest addo alium præceptorem insignem Brito ad d. cap potuit* §. 2 *num.* 50. *Gaina decisione* 244. *num.* 2. Nec obstant fundamenta, quibus contrarium tenuit *Gomez d l.* 401 *num.* 90. *versic. sed certe ego*, & alij, de quibus *Pinel. vbi proxime num.* 20. *Caldas, d. num.* 101. quia, vt bene explicat *Pinel. l. vbi lex*, non dicit quod prohibita alienatione censetur prohibita vsu capio, *contra, leg.* 1. *D. de vsucapionibus*, & quæ supra tetigimus, sed tantum probat bonam fidem non prodesse illi, cui lex resistit in præscribendo, quod longe diuersum est, quicquid dicat *Barbos. l.* 1. *part.* 5. *num.* 84. *D. soluto matrimon.*

Nec etiam *l. Alienationis verbū* 387. 108. *D. de verborum significat.* aliud probat, quia vltra supradicta, eius sensum genuinum aperuit *Pinel. vbi proxime num.* 29. *cum sequentibus*, quem sequūtur præceptores ad *d. l. Nemo potest* dicendo illam legem non probare supra positum intentum, cum solummodo probet illū, qui patitur rem suam præscribi, dici alienare proprie, quia per præscriptionem amittitur dominium, *l.* 3. *D. de vsucapionibus*, in quo stat substantia alienationis, & quasi per exagerationem dicit, quod videtur alienare, sed inde non potest inferri, quod res prohibita alienari, possit ordinatio tempore præscribi.

Deniq; opinioni *Gomezij* nō suffragantur iura feudorum, nempe *cap.* 1. §. *Quid ergo, de inuest. de re alie-* 388. *na facta, & in cap.* 1. §. *Præterea de capit. Conrad.* Nam si *Gomez* recte *aduertisset ad glos., in d.* §. *Præterea*, reperiret, quod ipsa tenet textum illum cum similibus intelligendos esse de præscriptione longi temporis, scilicet decē, aut viginti annorū nō autē de præscriptione lōgissima triginta aut, quadraginta, quæ non tollitur per illum textum, in quo *glossa illa* est cōmuniter approbata secundum *Balb. de præscript.* 4. *part.* 4. *princip. quæst.* 12. *a numer.* 8. vbi alios refert, *Cald. de renouatione quæst.* 15. *num.* 10. *Barbosa in l. Omnes C. præscript.* 30. *a nu.* 6. *Camillus Borrellus in sum. decis. titul.* 34. *nu.* 441. eleganter *Cuiacius lib.* 4. *feudorum titul.* 94. *super d.* §. *Præterea* vbi adducit duos versus *Gunzheri* Poetæ feudistæ, qui sic ait.

Nullaque, vel longi præscriptio temporis obstat,
Quominus ad dominū redeant translata priorem.

Addo *insignem præceptorem Brito d.* §. 2. *num.* 53. vbi aliam responsione forsan veram adducit, deinde certum est, quod si aduersus alterum vassalum præscribatur, etiam admittitur longissima 30. annorum præscriptio, vt probat *textus in c.* 1. §. *Si*

§. *Si quis per* 30. *si de feudo defuncti contentio sit inter dominum, & agnat.* prosequitur *Balb. d. quæst.* 12. *à principio, Caldas dict. num* 101. ex quibus magis confirmata remanet supradicta sententia.

Intelligenda est supraposita resolutio, quatenus super rebus maioratus, capellæ, vel similiter vinculatis, admitit præscriptionem, vt illa tantum præiudicet possessori,
389. qui habet ius de præsenti: minime vero nocere poterit sequentibus successoribus post eum, quorũ dies nõ dum cessit. Ratio formalis est, quia cum adhuc non habeãt ius de præsenti, quod ad iudicium deducere possint, eis imputari non debet, quia legitime impeditis non currit tempus, vt probat *textus in l.* 1. §. *fin. Cod. annali exceptione, l. vltim.* §. *Donec C. de iure deliberandi, l. In rebus* §. *Omnis C. de iure dotium. Authentica nisi Cod. de bonis maternis*, ita post multos *Gabriel communium d. conclus.* 13. *Pinel. dict. Authẽtica nisi num.* 49. *Molina* qui infinitos refert *d. cap.* 10. *num.* 3. *Peregrin. d. articulo* 41. *num.* 16. *Cald. num.* 102. *Pereira de Castro decis.* 52. *numer.* 10. & 22. *Menchac. succes. creat.* §. 26. *n* 129. *Pelaes* 4. *part. quæst.* 21. *à numer.* 1. *Mantiençol.* 8. *titul.* 7 *lib.* 5. *glossa* 5. *num.* 25. *Barbos. l Cum notissimi* §. *Illud. C præscriptione* 30. *num.* 33. & 87. *Moneta de commutatione cap.* 9. *num.* 443. & 532. & confirmatur ex communi resolutione, quam adducit *Balbus de præscriptionibus*, 1. *part.* 6. *principalis à num.* 17. vbi concludit per iura proxime citata præscriptionem non currere impedito agere, refert alia plura *Peregr. d. num.* 16. & deniq; *Decianus consil.* 60. *nnm.* 3. *lib.* 1. quod similiter in feudalibus admitunt Doctores cõmuniter, vt tot requirantur præscriptiones, quot sunt personæ, ita vt si primus non reuocet, possit reuocare secundus, si non secundus, tertius, sic scribentes *ad cap.* 1. §. *Si quis per triginta, si de feudo fuerit controuersia Roland. consil.* 3. *num.* 90. *lib.* 1. dicit communem ex *Curtio Seniori Caldas d. numer.* 102. *ad med. Decian. d. num.* 3. & *consil.* 117. *nu.* 30. *Peregrin. vbi proxime numer.* 17. *Gabriel. consil.* 163. *num.* 16.

Ab hac tamen receptissma in praxi resolutione recessit *Pinel. dict. loco num.* 55. quod nõ fecit sine magno ingenio de more, cuius fundamenta si in rigore attẽdãtur forsan vrgẽtia apparebunt, ex sequẽtibus, quia prę scriptio quadragenaria admititur in prædictis rebus vinculatis, vt apud omnes in cõfesso est, quo dato, necessario fateri debent quod debeat successoribus præiudicare, nam dominiũ virtute præscriptionis translatum est in præscribentem, cum tẽpore, quo præscriptio currebat, totum esset apud possessorem maioratus, *vt per Molinam lib.* 1. *cap.* 19. & ita præscriptio legitime completa est, nec dominium potest esse in pendenti; vnde etiam contra legitimos successores

admitti

admitti debet; ſicut admittūt Doctores in ſententia,quæ ſi lata ſit in cauſa tangente maioratum, omnibus ſucceſſoribus pręiudicat,ex eo, quia cum legitimo contradictore prolata eſt,ſcilicet poſſeſſore maioratus,argumento *l.ex contractu D. re iudicata*, *l.*1. §. *Denunciari D.venire inſpiciend. vt per Gom.d.lege* 40.*n.* 73. *verſic.ſed his non obſtantibus Cou. pract.cap.*13. *à nu.* 6. *Molina lib.*4. *cap.*8.*nu.*3.*alter Molina tom.*3.*diſp.* 647.*n.*2.*Ceualh.q.*636.*Cald.d.quæſt.* 23.*num.*77. *Gabriel Pereira d. deciſ.* 52. *nu.* 15. igitur ſimiliter præſcriptio nocere debet ſequentibus, & vltra *Pinel*, acerrime pro hac ſententia pugnat *inſignis præceptor Brito ad d.cap.potuit de Locato* §. 2.*num.* 50.*& num.*53.quam etiam in cauſa ardua ſequuti ſunt alij grauiſsimi Senatores de quibus *Pereira d. deciſione* 52. *in principio*, *Corneus conſil.*304. *num.*31. *lib.*3. Nec in hoc caſu datur prohibitio legis contra pręſcriptionem,ſolummodo enim reperitur prohibitio alienationis ex cōſuetudine maioratuum Hiſpaniæ introducta, quæ ſolum irritat præſcriptionem, quæ titulum deſiderat *iuxta d.l.*2. *Cod. vſucapione pro emptore*, minime vero irritat illam præſcriptionem, quæ ſolum cum bona fide, & poſſeſsione currit, argumento *leg.*1. §. *Si vix vxori D.acquir. poſſeſſ.* vnde cum Doctores communis ſententiæ fateantur preſcriptionē currere,&operari ſuū plenum effectū contra poſſeſſorē, etiam fateri oportet ipſam debere nocere ſequētibus ſucceſſoribus. Et ſi velis hanc partem contra cōmunem amplecti, non obſtabunt duo fundamēta,quibus nititur cōmunis,quia primum, ſcilicet legitime impedito nō currere tempus, tollitur dicendo, neceſſe eſſe, vt ille, qui ſe prætendit impeditum, ſit dominus tempore quo extat impedimentum,*vt inſpecie d.l.* 1.§. *final. Cod. annali exceptione*, vbi tēpore impedimenti filius dominus erat, & ſimiliter in terminis aliorū iurium ex quibus hæc regula deducitur: vnde ſi contra matrem completa eſſet præſcriptio, quis poteſt mouere dubium ipſam filio nō debere nocere *inſpecie d.*§.*final*, prout bene explicat *inſignis præceptor dict.* §.2.*num.* 52. Sic etiam facile euitatur aliud fundamentum *de text. in dict.*§. *Præterea cap.*1. *de capitibus Conradi*, quia textus ille non comprehendit præſcriptiones longiſsimi temporis, vt ſupra cum communi ſententia probauimus: vel aliter *cum inſigni præceptore Brito ad d.cap.potuit* §. 2.*num.* 53. tentari poteſt,textum illum agere de lege cōſuetudinaria,quę expreſſe irritat omnem præſcriptionem, quod lex efficere poteſt *iuxta l.vbi lex D. vſucapionibus*, *& quæ idemmet inſignis præceptor d.*§. 2. *num.* 50. *Pereira deciſ.* 52. *num.*8. vnde argui non poteſt ad prohibitionē alienationis poſitam in maioratibus, ſub qua ſolum indirecte comprehenditur

præscriptio ordinaria decem vel viginti annorũ, non autem longissimi, iuxta modo resoluta; sed reuertendo ad communem sententiam, quæ magis aplaudet, facile euitabimus fundamenta *Pinelli, & insignis præceptoris*; nam omissis quæ subtiliter pungit *Menchac. de succession. creation. lib.* 1. §. 26. *num.* 131. ad primum fundamentum, quod dominium non potest esse in pendenti fatemur, nec in casu communis, redditur dependens; quia mortuo possessore contra quem præscriptio tãtũ cucurrit, ipso iure transfertur in successorem, quia præscriptio non potest plus à possessore auferre, quam ipse habeat, cum ergo certum sit possessorem solum dominium retinere in vita sua, non potest præscriptio nocere sequentibus, qui adhuc dominium non obtinebant; Nec simile de sententia obstare potest, quia sententia non aufert dominium rei, quæ vere subiacet vinculo maioratus, sed tantum declarat rem non fuisse maioratus, in quo stat vis sententiæ, *iuxta leg. Sicuti* 8. §. *Sed si quæratur D. si seruitus vendicetur*, at vero præscriptio rem, quæ sub vinculo iacet liberam constituit, transferendo dominium ipsius in præscribentem, ex quibus communis satis defenditur, quã in casu magni momenti practicasse testatur *Menchac. d. num.* 131. & apud nos stat nouissima decisio *Pereira* 52.

Quæ resolutio amplianda est etiam ad casum, quo ipsa præscriptio quadraginaria currat cum titulo, adhuc enim nocere non potest successoribus, vt optime ex prædictis fundamentis resoluit *Pereira d. decis.* 52. *à num.* 4. vbi late tuetur cum communi sententia de qua ibi.

Hæc proxima resolutio nõ procedet in maioratibus Hispaniæ, hi enim (quocunq; modo creentur) de sui natura habẽt expressam alienationis prohibitionem, secũdum vniuersalem consuetudinem, quod 390.
iam supra commendauimus, ac proinde, si res alienata præscribatur, non solum contra possessorem, sed contra sequentem, qui sperat succedere, complebitur, Ratio est ad manus, quia ideo de proximo resoluimus præscriptionem contra possessorem; non nocere sperantibus succedere, quia hi sunt impediti agere in vita possessoris, sed hæc ratio non applicatur maioratibus Hispaniæ, in quibus si primus possessor alienet, vel patiatur præscribi rem maioratus, potest sequens rem abdicare per textum optimum *in l. Cum pater* §. *Libertis, vbi glossa verbo, ne id alienarent. D. de legatis* 2. sequitur ergo, quod si sequens patiatur rem præscribi, cum sciat de facili posse remouere impedimentum, & rem recuperare, nisi fecerit sibi nocebit, argumento *leg. qui potest D. de regul. iuris, iuncta l. Peto* §. *Fratre D. de legat. secundo*,

per hæc fundamenta resoluunt cōmuniter recentiores post *Loazes in* §. *Diui num.* 191. *Molin. dict. cap.* 10. *numer.* 7. & 8. *Caldas vbi proxime, numer.* 103. & 104. *Sanches lib.* 2. *in Decalogum cap.* 18. *numer.* 5. *Roland. lib.* 1 *consilio* 3. *numer.* 91. *Valascus consultatione* 184. *numer.* 10. & *insignis præceptor Brito dict.* §. 1. *numer.* 53. quæ resolutio proportionabiliter applicanda est omnibus prætendentibus, qui successiue ingredi possunt successionem.

Sed ab hac limitatione post hęc scripta recidit nouissime *insignis Barbos. leg. Cum notissimi Cod. præscriptione* 30. *in* §. *Illud à num.* 33. *cum decision. Pedamontana Cattauiani.* 177. *nu.* 4. & *decis.* 69. *num.* 24. *post Bald. Iason & alios.* Et probant, quia regula, quæ habet, legitime impedito non currere tempus æqualiter militat tam in filio successore, quam in alijs sequentibus, quibus de iure competit, vt succedant; nam omnibus non facile, sed valde difficile erit remouere impedimētum, vt interrumpere possint præscriptionem; nam, vt illud efficere valeant, prius debent declarari successores quod fieri nequit, nisi citatis possessoribus, iuxta resoluta *per Gabrielem Pereira decis.* 1. Vnde cum laudabile sit lites exacrare, *l.* 4. §. *final. D. de alienat. iud. l. Minoribus, D. de minoribus*, videtur dicendum nullomodo posse illis imputari, ac proinde quocunq; tempore semper potest reuocare, & ita procedat communis, etiam dato impedimento, vt cum *Hypolito, Aymon. Riminald. & alijs, quos refert defendit Mantiença leg.* 8. *tit. ul.* 7. §. *ioss.* 5. *numer.* 25. *sequitur Barbos. supra num.* 38. Sed quicquid proxime citati contendant, ego distinguendum existimo, inter filios successo- 392.
res, & alios, ita vt filijs non curret tempus, propter verecundiam, & obedientiam paternam, argumēto *l. Si extraneus D. de iure actium*, vbi negligentia non imputatur illi, qui cum patre dissimulauerit, *notant Barbos. supra numer.* 25. circa alios vero mihi magis arridet supraposita limitatio, quia cum possint sine obsequio, & verecundia paterna facile remouere impedimentum, sibi imputent si non faciant. *dict. l. Qui potest*, & ideo eis curret tempus, & nocebit præscriptio iuxta supradicta.

Secundo fallit prædicta sententia, quando præscriptio habuerit initium non a possidente, sed a pri- 393.
mo instituente, hæc enim omnibus successoribus præiudicabit, & tempore ordinario complebitur, intercueniente titulo, & bona fide resolunt Doctores *ad l. Si fundum D. de fundo dotali*, vbi fundus dotalis, qui alias alienari non potest, nec per consequens præscribi, ordinaria præscriptione, attamen potest præscriptione ordinaria vsucapi, si titulus dotalis incipiat post præscriptionem currentem, *ita post*

Molinā

Molinam d. cap. 10. *numer.* 5. *Caldas qui multos refert dicto loco num.* 105. *Peregrin. dict. articul.* 41. *num.* 18. & *articul.* 52. *numer.* 18. qui allegat, *l. Si hæres* 70. §. *fin. D. ad Trebellian.* addo eius filium doctissimum Senatorem *Pereira de Castro decis.* 52. *num.* 18. *Monet a de commutatione, cap.* 9. *num.* 532. *Molin. de iustitia disputat.* 79. *ad finem post Gabriel. tit. de præscript. conclus.* 13. *num.* 8. *Cald. iterum ad legem si curatorem verbo, sua facilitate num.* 48.

Solet etiam controuerti vtrum si præscribens habeat titulum non à possessore maioratus, sed à tertio, possit præscribere tempore ordinario, in qua quæstione negatiuam
394. partem tuetur *Gomez l.* 40. *num.* 90. *in medio, sequitur Molina dict. cap.* 10. *num.* 1. Contrariam tenent plures antiqui, de quibus *Gomes vbi proxime, Caldas vbi supra, num.* 107. *Pinel. dict. Authentica nisi numer.* 35. *Peregrin. dict. articul.* 41. *numer.* 15. *Moneta de commutatione cap.* 9. *num.* 531. qui allegant textum irrefragabilem *in leg. Sticho,* 36. *D. de vsufructu legato,* vbi res prohibita alienari per tempus ordinarium, fuit præscripta propter titulum habitū à tertio, & hæc pars probabilior videtur, dummodo declaretur ne procedat, cum præiudicio sequentium successorum, vt supra scripsimus.

Quid dicendum de præscriptione immemoriali? nam hæc si probetur semper nocebit omnibus successoribus, quod probatur ex eo, quia per illam absque dubio satis probatur titulus præsumptus sufficiens ad inducendam alienationem de rebus quocunque modo vinculatis, ita comprobant Doctores *per textum in cap.* 1. *de præscriptionibus lib.* 6. *ad finem, vbi notant omnes,* Deinde, probatur *ex regula, l.* 3. §. *Ductus aquæ. D. de aquæ quotid. iuncta leg.* 2. §. *Labeo D. de aquæ pluuiæ cap. super quibusdam* §. *Praterea de verborum significatione,* iuuat *decretum Concilij Tridentini sess.* 25. *de reformation. cap.* 9. post Ordinarios dictis locis, *videndus* Minsinger. *obseruation.* 30. *centuria* 1. *Gabriel communium titul. de præscriptionibus, conclusione* 1. *à num.* 3. *Couar. regula Possessor* 2. *part.* §. 5. *num.* 2. *versiculo* 5. *Mascard. conclusione* 1377. *à num.* 16. vnus instar omnium, *Menochius semper videndus lib.* 3. *præsumpt.* 131. *à num.* 38. *vbi num.* 43. *Moneta dict. cap* 9. *num.* 535. cum pluribus resoluit præscriptionem immemorialem habere vim priuilegij principis ex certa scientia concessi, *Pereira de Castro decis.* 52. *numer.* 6. *optime Valasc. consultat.* 141. *à num.* 4. *& à nu.* 10. *cum sequentibus, Suares tom.* 1. *de Religione tract.* 1. *lib.* 1. *de diuino cultu. cap.* 27. *numer.* 3. *Ioannes Petrus Moneta iterum dict. tract. de commutatione cap.* 12. *num.* 27. *& in terminis Barbos. in Rubrica Cod. de præscriptione* 30. *numer.* 398. *& in l. Omnes Cod. eodem titulo num.* 40. *idem Barbosa iterum in leg. Cum*

notiſſimi §. Illud Cod. Præſcriptione 30. *cum Matienço l.* 8. *titul.* 7. *gloſſa* 5. *num.* 36. quidquid *ipſe Barboſa* ibi inubluat, quod maxime de ſeruit noſtro propoſito, quod in noſtris terminis reſoluit *Molin. dict. cap.* 10. *num.* 11. *& poſtea Cald. dict. loco num.* 109. qui bene aduertit neceſſarium eſſe, vt non exiſtat notitia talis præſcriptionis, propter iura ſupra citata: Nam ſi notitia exiſtit, licet maior centennaria ſit; iam non poteſt dici immemorialis, ac proinde nullo modo poteſt nocere ſequentibus, vt ſupra probauimus, & in hoc ſenſu, recte cõtendit *Barboſa* hanc præſcriptionem licet de eius non conſtet initio, ſi tamen appareat incipiſſe poſt conditum maioratum nõ poſſeſſor ſucceſſoribus nocere, quia iã conſtat de initio, deinde quia non poteſt currere contra impeditos; *idem Barboſ. leg. Cum notiſſimi §. Illud Cod. Præſcriptione* 30. *num.* 83. *& ſequentibus.* Et merito contra *Molin. dict. num.* 10. *& Decianum conſil.* 24. *num.* 108. *in principio*, dum ille in maioratibus, & hic in feudis centennariam præſcriptionem admittebant, & fuit deciſum in Rota Romana, de qua meminit *Peregrin. dict. articul.* 41. *numer.* 17. de requiſitis in præſcriptione immemoriali neceſſarijs conſule *Gabriel, & Maſcard. Caldas proxime relatis locis, Barboſ. in dict. Rubrica numer.* 322.

In præſcriptione tamen rei emphiteuticæ contrarium dicitur: nãſi adſit titulus cum bona fide præſcribi poteſt tempore. ordinario, 396.
alias autem præſcribentur ſi tantum adſit bona fides tempore longiſſimo triginta vel 40. annorum, *iuxta leg. Sicut, leg. Cum notiſſimi Cod. de Præſcriptione* 30. *Baldus de præſcript.* 4. *part.* 4. *principalis quæſt.* 8. *num.* 4. *Caldas conſilio* 39. *num.* 27. *Menoch. de arbitrar. caſu* 180. *num.* 14. *Vaſcus de iure emphiteut. quæſtion.* 17. *num.* 13. *Molina de iuſt. diſputat.* 70. *num.* 3. quod ampliatur per ſupra citatos vt procedat etiam in emphiteuſi eccleſiæ, quia vtile dominũ ſeculare eſt, *vt per Cald. de nominatione quæſtion.* 7. *num.* 24. *Gam. deciſ.* 2. *nu.* 6. *Valaſc. conſultat.* 134. *num.* 13. *Brito ad cap. potuit de Locato §.* 2. *numer.* 45. *& ſequentibus.*

Imponamus vltimam manum huic materiæ alienationis, cum quæſtione, quæ ſolum ſupereſt neceſſario tractanda; an bona vinculata propter poſſeſſoris delictum ad fiſcum poſſint peruenire, in qua latiſſime poſſemus ſpatiari niſi ſtudium breuitatis nos teneret, ſed vide latius *per Molin. lib.* 4. *cap. vltim. alterum Molin. diſputat.* 656. *tom.* 3. *Farinacium in praxi quæſtion.* 25. *Peregrin. de iure fiſci lib.* 5. *titul.* 1. *n.* 100. *Sanhes vltra omnes in decalocum lib.* 2. *cap.* 18. *& ſequenti:* quoad intentum vero duo reducemus ad capita quæſtionẽ, primum erit, circa delictum primi inſtituentis,

tuentis, in quo casu certũ est maioratum, capellam, seu bona quocumque modo vinculata, ad fiscum posse deuenire, qui casus
397. bene procedit ex mente omnium Doctorum repetentium, *ad dict.* §. *Diui*, dum textus ille sic intelligitur à pluribus, in illis verbis, ibi (*nec fisco fraudi esse*, quia vltra responsionem *glossæ ibi*, verbo, *fisco*, receptæ per *Paulum nũm.* 11. *Iason. 2. lect. 2. num.* 19. *Sanches. d. cap.* 18. *numer.* 33. quasi fiscus ibi sit etiam creditor, quæ doctrina in se vera est, sed nõ quadrat literæ illius textus, quia si fiscus acciperetur pro creditore, otiose poneretur verbũ fisco, cum iam inter creditores cõprehenderetur, vt tangit *Caldas d. quæstion.* 23. *num.* 74. *Sanches supra num.* 8. qui textus secundum veriũ sensum, hoc non probat, vt infra videbimus, quia gẽnuinus illius vesiculi sensus, est, quem affert *Cuiacius* 9. *obseruat. cap.* 24. & iterũ *in recitationibus solemnibus ad illum textum* quem sequitur *Fachineus controuers. lib.* 4. *cap.* 50. *Sanches supra numer.* 33. qui asserit textum illum in prædicto verbo, esse intel-
398. ligendum respectu vigesimæ, quæ fisco antiquitus deferebatur ex omnibus legatis, aut hæreditatibus, in quibus liberi non erant instituti, vt constat *ex Paulo quarto sententiarum titulo de Vigesima, leg. final. Cod. de edicto diui Adriani* cum alij locis congestis *à Cuiacio vbi supra*. quanuis non me lateat alios alia scripsisse, sed nostra resolutio cõfirmatur ex eo, quia si institutor crimen committat, propter quod eius bona veniant confiscanda, nõ solum libera, sed etiam vinculata confiscari debent, fit enim per crimen intestabilis, ita vt nec ex post facto testamentum facere possit, & si quod antea fecerat irritum redditur, *leg.* 8. §. 1. *D. de testamentis leg.* 6. §. *Irritum D. de iniusto rupto, leg.* 15 *titul.* 18. *part.* 6. *resoluit Telles ad leg.* 17. *Tauri numer.* 129. *Molina lib.* 4. *cap. vltim. à num.* 20. *alter Molina disputat.* 659. *à numer.* 2. *Farinac. tom.* 1. *quæstion.* 25. *num.* 7. *post Peralta in l.* 3. §. *final. numer.* 128. *D. de hæredibus instituendis, Caldas d. numer.* 74. *post omnes Sanches dict. cap.* 18. *num.* 63. *Auendaño in l.* 4. *Tauri à glossa* 2. *vsque ad gloss.* 5 *post Clar.* §. *Testamentum quæst.* 19. & 20. *Castill. de vsufruct. cap.* 66. *num.* 4. *vbi plures Barbosa l. Si constante,* §. *final. num.* 3. Aduertendum tamen est quod in hoc Regno, si crimen non fuerit de tribus exceptis nempe, hæresis, læsæ Maiestatis, aut Sodomiæ, valebit testamentum in tertia quoad pia, ita vt si condemnatus capellam instituat valebit, quoad prædictam tertiam, vt expresse dispontit *Ordinatio antiqua lib.* 5. *titul.* 94. & *Noua lib.* 4. *titul.* 81. §. 6. de qua meminit *Cald. post præceptores, in* §. *Diui, numer.* 74. *supra citato.*

Limitabitur tamen supraposita, resolutio principalis ne maioratus

adfiscum deueniat, quando per cō-
399. tractum irreuocabilem fuerit insti-
tutus, & traditus possessori, hoc
enim casu, quantumcunque insti-
tutor crimen committat confisca-
tione dignum, talis maioratus re-
uocari nō potest, nec adfiscum de-
uenire, iuxta notata per Doctores
ad l. Post contractum 15. *D. de dona-
tionibus, vbi latissime Alciatus, sic in
terminis post Gomes. l.* 40. *Tauri num.*
91. *colūn.* 3. *Sarmient.* 3. *selectarum
cap.* 4. *num.* 5. *Molina d. cap. vltim.
num.* 18. *alios refert Sanches d. cap.* 18.
nu. 64. *post Molin. Theologum dicta
disput.* 659. *num.* 1. Cetera de hoc
casu vide per supracitatos maxime
Sanches vbi proxime.

Tota controuersia est circa se-
cundum caput quando bona ve-
niunt confiscanda, propter delictū
possessoris, in quo, duplex senten-
tia reperitur, prima ait bona hæc
vinculata durante vita possessoris
delinquentis adfiscum pertinere,
400. quoad fructus, & commoditates,
quia quoad dominium omnes fa-
tentur nunquam adfiscum perue-
nire posse, propter expressam pro-
hibitionē, vel ab instituente scrip-
tam, vel à communi Hispaniæ cō-
suetudine sub intellectam. Ducitur
hæc sententia ex eo, nam licet pos-
sessor dominium illorum bonorū
alienare non posset, nihilominus
fructus, & commoditates in alios
trāsferre potest, *Princip. Inst. de vsu,
& habitat*, igitur etiam adfiscū per-
tinebunt sine præiudicio sequen-
tium, durante vita ipsius delinquē-
tis; Deinde, comprobatur *ex l. Pe-
to. §. prædium D. de legat.* 2. vbi con-
stat propter causas necessarias posse
fieri alienationem bonorum vin-
culatorum; ergo etiam adfiscum
deuenire poterunt propter delictū
possessoris. Tertio *per leg. Statius
Florus §. Cornelio felici D. de iure fisci,
l. Cum pater §. Hæreditatem D. de leg.*
2. vbi bona restitutioni subiecta
post mortē grauati, adfiscum perti-
nent, durante vita ipsius hæredis
grauati, per quæ, & alia fundamen-
ta, quæ omittimus, hanc partem
post *Bartolum* tenent plures, cum
quibus *Gomes, l.* 40. *num.* 91. *versicul.
confirmatur, Molin. lib.* 4. *cap. vltim.
num.* 9. *Gamma. decis.* 352. *in fine,
Molin. Theologus tom.* 3. *disput.* 656.
nu. 6. *Bajard. ad Clarum lib.* 5. *quæst.*
78. *n.* 29. *omnino Peregr. de iure fisci,*
qui constanter defendit *lib.* 5. *tit.* 1.
nu. 101. affirmans sic practicasse in
casu occurrenti, plures alios refert
Sanches, cū quibus est cōmunis sen-
tentia *lib.* 2. *ad decalog. cap.* 18. *nu.* 12.
& hæc pars absque dubio seruanda
est in nostra Lusitania, propter *Or-
dinationem expressam lib.* 5. *titul.* 6. §.
15. iunctis his, quæ *Cabedo* 1. *part.
decis.* 183. *num.* 7. *Caldas forens. quæst.*
24. *num.* 34. quam sententiam etiā
in materia feudi tenent plures, de
quibus *Fachin. lib.* 7. *cap.* 20. *versic.
secundo à principio*, qui mouentur
præcipue *per d.* §. *Cornelio* vide apud
illos.

Ex quibus licet hæc sententia in

praxi

praxi seruari debeat propter *Ordinationem citato loco*; tamen si rigorem attendamus, contraria est verior, ita vt nec etiam quoad commoditates bona vinculata adfiscum deue-
401 nire possint, quę opinio bene deducitur *ex decisione textus in l. Imperator D. de fideicommiss. libertat. iuncta l. Rogo 21. D. eodem titulo*; vbi serui, qui vetiti erant alienari, publicatis bonis hæredis, statim fiunt liberi, nec adfiscum potuerunt deuenire ex vi prohibitionis, ne alij præter hæredem seruiant; Ex quibus iuribus communiter Doctores faciunt illationem, bona prohibita alienari, non posse adfiscum transferri, ex vi prohibitionis, prout in terminis argumentatur ibi *Bartol.* ante omnes, quę postea sequitur *Alex. consil. 23. à num. 3. volum. 1. Decius consil. 442. Roland. consil. 30. num. 11. lib. 2. Fachin. lib. 4. cap. 50. Menochius consil. 104. num. 42. & consil. 91. nu. 98. Petra de fideicommiss. quæst. 8. à num. 110. Antonius Gabriel cõmun. titul. de criminalibus conclusione 24. num.* 3. & ex eo, quia dominium maioratus non potest esse inpendenti, argumento *l. vlt. D. Cõmunia prædiorum*, non potest ire adfiscum cõtra prohibitionem instituentis, nec resi det penes possessorem, qui per crimen factus est incapax, deuenit ergo ad legitimum successorem, secundum mentem instituentium, quæ etiam inperceptione commoditatum verificatur, maxime cum ex separatione dominij, & commoditatum sequatur effectus contrarius intentioni fundatoris, qui propriam memoriam conseruare, ac æternam facere intendit, ex quibus vltra proxime citatos, ita defendunt infiniti, quos refert, *Farinaceus praxis criminalis 1. part. quæst. 25. num. 35. & à nu. 22. Acciat. consil. 630. Rolandus consil. 98. num. 14. lib. 2. Clar. §. fin. quæst. 78. versicul. item quæro Crass. de succes. §. fin. num. 10. post Loazes num. 114. Crotum num. 32. Ripam 47. & communiter etiam præceptorum, ind. §. Liui leg. Filius famil. D. leg. Hieronymus Gabriel*, qui asserit in toto orbe practicari *consil 284. num. 2. & 30. Sarmiento lib. 6. selectarum cap. 4. num. 9. Molina d. cap. vltim. num. 115. Pater Molina dicta disputat. 569. num. 6. post omnes Sanches d. cap. 18. num. 15. Caldas omnium latissime d. quæst. 23. à num. 47. vsque. 55.* vnde colligitur *Ordinationem d. §. 15.* magis contrariam, quam conformem esse iuri communi. Vnde colligebam responsum ad casum de quo aliquãdo interrogatus respondebam an commoditates maioratus, quas vxor secundum regni consuetudinem communicauit ex maioratu mariti debeant pertinere ad fiscum post sententiam confiscationis, & diuortij, propter crimẽ hæresis, vel è conuerso propter crimen mariti quãdo maioratus est vxoris, in quo casu. Negatiue respondebam ex eo, quod cum de rigore iuris tales commoditates ad fiscum non de-

beant pertinere etiam propter delictum proprietarij iuxta modo dicta,& *Ordinatio* disponat contrariũ quoad fieri potest restringenda est, nec debet extendi vltra suũ casum, constat autem ipsam loqui solum de confiscatione proprietarij ipsius maioratus vt patet ex ea,ergo non potest extendi ad casum in quo nõ proprietarius, sed alter coniux qui per consuetudinem regni communicauit commoditates, fuit condemnatus, quia communicatio ex consuetudine Regni, non facit illum dominum cõmoditatum, nisi stante matrimonio non autem absolute quoad tempus vitæ, propter naturam bonorum vinculatorum; nec obstat quod etiam in vsufructu pertinente ad condemnatum succedit fiscus, vt late prosequitur *Sanches lib. 2. ad Decalog. cap. 16. per text. in leg. Si postulauerit §. Iubet D. ad leg. Iul. de adulter. post multos Gom. tom. 2. cap. 15. numer. 18. Peregrin. de iure fisci lib. 5. titul. 1. num. 73. Garsia de expensis cap. 10. num. 47. Surd. de aliment. titul. 9. quæst. 59. num. 22. Molin. tom. 1. disp. 9 col. 6. Farinac. d. quæst. 25. num. 150.* ergo similiter commoditates maioratus ad fiscum debent pertinere, quia duplex datur differentiæ ratio, prima est, quia in vsufructu nulla consideratur prohibitio ex parte rei, quæ consideratur in maioratibus, vnde nil mirũ, si vsusfructus, qui quoad commoditates potest ad quemcũque deuenire, possit etiam ad fiscũ pertinere, in vita tam vsusfructuarij, quam etiam vxoris, quæ illum pro tempore durationis communicauit; quæ ratio defecit in commoditate maioratus propter mentem repugnãtem instituentium, quam supra cum magis communi considerauimus; Deinde efficaciter ostenditur ex eo, quia cõmunicatio bonorum, à nostra lege Regia introducta *lib. 4. tit. 46.* semper censetur facta sub tacita contrahentiũ voluntate, vt colligitur ex eademmet lege ibi *(Saluo quando entre as partes outra cousa for acordado)* quasi dispositio legis subordinata sit ad voluntatem partium, vt in simili prosequitur *Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumption. 86. à num. 20. Caldas de nominatione quæst. 7. à nu.* 34.& fere ad propositum considerat *Valascus de partition. cap.* 24. Cum ergo mens partium quoad summũ sit, vt duret societas, & comunitatio in prædictis fructibus sub illa tacita conditione si matrimonium durauerit, nam si separetur, vel morte vel per Iudicium ecclesiæ, amplius nõ habebit locum communicatio cõmoditatum maioratus; Et deniq; confirmatur *ex Ordinatione lib. 4. tit. 95. §. 1.* vbi nullum ius conseruat lex vxori in bonis maioratus, post diuortium per mortem, ergo similiter quando matrimonium fuerit separatum per sententiam ecclesiæ, amplius nec vxor, nec eius successor prætẽdere potest aliquid circa fructus, vel commoditates maiora-

maioratus; quasi hæc communicatio inducta sit solum dum matrimonium durat integrum inter cõiuges; nec obstat quod hæc communicatio sufficit vt à principio habuisset effectũ in prædictis fructibus, vt semper duret, *ex regula l. 2. Detinere actuq; priuato*, quia respondeo prædictam comunicationem semper censeri factam in fructibus maioratus, dum durat matrimonium, illo vero separato extinguitur ex natura tacitæ, & intrinsecæ conditionis iuxta supra dicta.

Nec *d.* §. *Cornelio* potest aliquid
402. euincere, quia procedit tantũmodo in rebus tacite alienari prohibitis, in quibus alienatio durante vita possessoris tenet; *leg. vltim.* §. *Sin autem C. communia delegatis Caldas. vbi supra num.* 43. *& dict.* §. *Cornelio*, nõ procedere in maioratibus propter repugnantiam testatorum, dixerunt præceptores ad sæpe citatũ §. *Diui*, caute igitur in nostro regno, si maioratus constituatur apponitur clausula, quod si possessor
403. crimen confiscatione dignum tentauerit, bona statim ad sequentẽ possessorem perueniant, per hanc enim claasulam ante consummatũ delictum, iam dominium, transit ad sequentem possessorem, *per textum in l. Interdum*, 15. *D. quemadmodũ vsusfructus amittatur*, *l. Stichus* 39. *D. manumiss. testament.* Prout consuluit bene *Molina d. cap. vltim. num.* 16. *& lib.* 1. *cap.* 12. *numer.* 35. *Bart. d.* §. *Diui num.* 6. *vbi Alciat. nu.* 22. *Decius cons.* 182. *columna* 2. *Cald. num.* 45. *Peregrin. num.* 103. *Molin. Theolog. d. disp.* 656. *num. vltim. Farin. d. quæst.* 25. *a num.* 23. *Sanches d. cap.* 18. *num.* 24. quæ clausula maxime vtilis erit, nec per illa fit aliqua fraus fisco, nec ipsa censetur apposita in fauorem ipsius possessoris delinquentis, sed potius attenditur in ea fauor familiæ institutoris, qui semper in maioratibus præcipuus est.

Nec obstat *d.* §. *Diui ibi* (*neque fisco fraudi esse*) quia textus loquitur 404.
in alio sensu longe diuerso, vt supradiximus; Neque etiam obstat *l. fin. cum notatis per Bartol. ibi, D. de stipulat seruorum* quasi sit in potestate delinquentis pænam criminis euadere; quia satisfit dicendo, in hoc casu non delinquentem, sed instituentem maioratum prædictã clausulam apponere, quod licite facere valet, & cognatum suum fisco anteponere, vt bene post multos resoluunt *Telles l.* 27. *Tauri nu.* 18. *Gomes, l.* 40. *numer.* 91. *Peregrin. dict. lib.* 5. *titul.* 1. *num.* 102. *Peralta leg.* 3. §. *Qui fideicommissum D. de hæred. instituend. num.* 127. *Molina d. cap. vlt. num.* 16. *Pelaes* 4. *part. quæst.* 23. *num.* 1. *Menoch. consilio* 91. *numer.* 6. *Molin. disputat.* 656. *num. vltimo Farinac. d. quæst.* 25. *num.* 23. communis per infinitos, quos citat, & sequitur *Sanches dict. cap.* 18. *num.* 24.

Cætera, quæ circa hanc materiam desiderantur, quære apud proxime

xime citatos, qui latissime per tractant.

Quibus omnibus sic per digressum præhabitis, quæramus iterum difficultatem supra positam contra nostrum *cap. Raynaldus num.* 192. quæ petit. Vtrum bona sit diuisio, quam iudex Cardinalis sententia sua promulgauit faciendam de bonis Raynaldi in præsenti, prout insimili tractat *Costa in c. si pater, glossa, absque deductione, à num.* 28. pro
405. cuius faciliori resolutione supponēdum est, quod in nostro textu, duæ numerantur diuisiones, circa duas diuersas hæreditates, quæ in illo reperiuntur; prima diuisio est circa hæreditatem Peponis patris Raynaldi, qui Raynaldum grauauit patruis hæreditatem restituere per fideicommissum, ex qua hæreditate reducta ad asis computationem, primo deduxit Raynaldus quatuor vncias pro legitima, quæ est tertia pars ipsius asis, secundum nouam decisionem, quæ habetur *in Authent. de Triente, & semisse, in principio versiculo hæc nos*, antiquata iā quarta, quæ attento iure Digestorū assignata erat pro legitima filiorum, prout habetur, *in l. Papinianus* §. *Si quis non mortis, & §. quarta D. inofficioso testamento, & in l. Cum quaritur C. eodem titul. docet glossa magistra per textum ibi verbo pro virili, in §. vlt. Inst. de inofficioso, Costa d. glos. absque deductione, num.* 6. *Valasc. de Partitionibus cap.* 17. *nu.* 1. *& nos in* 4. *part. infra nu.* 1. Deinde supposita decisione nostri textus affirmatiua, de duabus quartis abstrahēdis, potuit deducere ex octo vncijs remanentibus, quartā Trebellianicam, quę diminuebat duas vncias ex octo; vnde aperte constat, quod patruis fideicōmissarijs tantum erant restituendæ sex vnciæ, seu medietas hæreditatis Peponis, supposito, quod alia medietas detracta fuit per Raynaldum pro legitima iurē naturæ debita, & Trebellianica: quā cōputationem agnouit *Butrius hic num.* 30. *post Innocentium, Cuiac. in posthum. ad l. In imponenda Cod. ad l. Falcidiam in medio,* & de his bonis restitutis patruis virtute fideicommissi, non est nostra dubitatio suprapositа: illa autem solum versatur circa alias sex vncias, quæ remanserunt penes Raynaldum, quæ efficiunt assem hæreditatis suæ, in quibus iure optimo valida fuit institutio patrui, & filiorum, & validum fuit etiam legatum auunculis relictum, vt clare insinuat textus noster *in versiculo verum.* Consistit ergo tota difficultas in perquirendo, quomodo verificetur sententia diffinitiua Cardinalis à Pontifice confirmata, quatenus iubet reseruari saluum hæredibus Raynaldi, idest patruo, & eius filijs, ius deducendæ Falcidiæ, ex capite institutionis, cum certum sit medietatem hæreditatis bonorum Raynaldi ipsis saluam conseruari, virtute institutionis prædictæ, propter hanc difficultatem Doctores pugnantes

tenent

tenent sententias, vt videre est, ex citandis, cum ergo consistat pondus huius difficultatis in præscrutanda
406. ratione decidendi *ad versiculum, cæterum nostri cap. Raynaldus vsque ad finem*, ad cuius clariorem enucleationem, supponenda est forma testamenti Raynaldi, qui post institutionem, quam fecit, in qua medietatem suorū bonorum reliquit titulo institutionis patruis suis, & eius filijs, vt iam supra diximus, reliquam medietatem reliquit auunculis, titulo legati, & adiecit pœnā hæredibus, idest patruis, & filijs, si venirent contra legatum auinculis relictum, alias autem veniendo, iust sit, vt ipsi hæredes priuarentur suis bonis hæreditarijs, quæ auunculis iussit dari, patet *ex versiculo, porro, ibi (adijciens, vt bona, in quibus dicti hæredes Raynaldi possunt succedere, si venirent contra legatum dictis auunculis suis debitum, ad ipsos pro determinatis portionibus deuenirent)* contigit de facto, quod vnus ex patruis, qui ingressus est possessionem omnium bonorum, que Raynaldus reliquit, legatum auunculis relictum impugnabat, propter quod auunculi petebant coram primo iudice Cōmunitatis Vibenatensis, non solū legatum, in quo continebatur medietas hæreditatis Raynaldi, sed etiam totam hæreditatem, ex clausula priuationis, quam Raynaldus adiecit contrauenientibus prædictum legatum, Iudex denique condemnauit possessorem ad restitutionem omnium bonorum, a qua condemnatione, ipse patruus appellauit, quam condemnationem Cardinalis declarauit *in versic. Cæterum*, dicendo filios patrui nō esse priuandos parte sibi contingente, cum non possiderent, nec contra volutatē Raynaldi venirent, ideoq; sine culpa non esse puniendos. Patruum autem fuisse priuandum portione sibi obuenientē de prædictis bonis Raynaldi testatoris, non autem de bonis fideicommissi Peponis, quia de his nihil potuit Raynaldus, vt satis supradictū est, ideoque confirmauit sententiam quatenus priuabat patruum contrauenientem voluntati testatoris, id est Raynaldi in præfato legato, saluauit tamen quartam Falcidiam iure institutionis de bonis, quibus priuatur, & in hoc consistit cardo dubitationis.

Supponit ergo textus noster valere legatum pœnæ nomine, vt patet ex illis verbis *ibi*, *(in quibus eius institutio, & legatio, & adiectio pœnæ tenebat)* quod de nouo non constituit *Gregorius Nonus* in nostro textu, cum iam antea *per Iustinianum* 407.
idem reperiatur statutum, *l. 1. Cod. de his, quæ pœnæ nomine relinquuntur §. vltim. Instit. de legatis*, antiquato illo rigore a tempore Iurecōsultorum, quo talia legata erant inutilia, *Baldus vltra omnes in dict. l. 1. vbi Cuiac. in posthum. Mynsing. à num. 3. & 5. in d. §. final. Hotom. ibi enuc. 6. Donel. lib. 8. cap. 16. versiculo pœnæ, Valasc.*

Valasc. consult. 174. *per totam maxime à num.* 16. *communis opinio lib.* 6. *titul.* 40. *Paris. consil.* 19. *num.* 63 *lib.* 2. *Molina lib.* 2. *cap.* 12. *nu.* 31. *Marques decis.* 745. *Costa* 1. *select. cap.* 12. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 11. *nu.* 90. *Galganet. de cond. secund. parte cap.* 5. *quæst.* 1. *&* 10. qui omnes aduertunt pœnam debere imponi pro præcepto licito, si autem illicitum fuerit, aut prohosum non valebit, vt constat ex dictis iuribus, maxime ex *text. ind.* §. *fin. Instit. de legat. versiculo exceptis. Pichard. in* §. *impossibilis Inst. de hæredibus instit. num.* 16. *Valasc. d. loco nu.* 17. quam resolutionem, etiam procedere in maioratibus Hispaniæ late prosequitur *Molin. d. lib.* 2. *cap.* 12. *à num.* 32. vt in pœnam priuari possint successores, videlicet, quãdo institutor certa onera imponit sub illo modo, seu conditione, quod si nõ impleatur, successio statim, seu ipso facto transeat ad proximiorem, nam talis conditio valet, & obseruanda est, si non contineat aliquod impossibile, & probrosum iuxta supra dicta *Molin. d. num.* 32. *alter Molina de iust. disp.* 611. *num.* 2.

Quo supposito, in difficultate proposita communis est sententia, & vera, quod hæres, qui propter non obseruatum præceptum testatoris hæreditate priuatur, potest retinere quartum Trebellianicam, vel Falcidiam, pro casus contingentia, prout tenet *Innoc. & Butrius hic ad finem. Abb. num.* 15. *super glossa, beneficio, sequitur Couar.* §. 1. *num.* 10. *&* 11. *Alciat. consil.* 97. *lib.* 9. qui omnes fundantur in doctrina *Bartoli in l. Pater familias* 44. *D. de hæred. instituendis num.* 6. vbi docet hæredem grauatum vxore defuncti no molestare, si contra faciat, teneri restituere hæreditatem per fideicommissum illi personæ, ad quam ex dispositione testatoris deuenire debet, ac proinde, quemadmodum si a principio fuisset rogatus hæreditatem restituere, quartam perciperet, ita etiam ex post facto priuatus illam detrahere potest, *Bartolũ sequitur Immol. ibidem n.* 17. *Cumanus in leg.* 1. *D. de his, quæ pœnæ nomine, Aretin. Riminald. & alij antiquiores, quos refert, & sequitur Cæphalus cons.* 153. *num.* 44. *vers. sic.* 6. *lib.* 2. *Clar.* §. *testamentum quæst.* 69. *num.* 2. *Pereg. de iure fisci lib.* 2. *titul. fin. num.* 22. *& iterum de fideicom. artic.* 11. *num.* 128. *& articul.* 3. *num.* 92. *Gabriel. consilio* 90. *à num.* 11. *volum.* 2. *Galganet. de cond.* 2. *part. cap.* 5. *quæst.* 10. *num.* 13. *Mangilius, qui communem dicit de imputationibus quæst.* 128. *num.* 7. *Menoch. consil.* 58. *num.* 17. *Surd. qui in vtranque partem late disput. cons.* 342. *à num.* 2. *& sequentibus.* qui omnes expendunt, quod ille, qui semel hęres est, amplius non potest desinere esse hæres, iuxta textum, *in l. Et si sine,* §. *Sed & Papinianus D. de minoribus, l. Ei, qui soluendo D. de hæredibus instituendis post Bart. in l. In substitutione D. de vulg. Paris. cons.* 33. *n.* 85. *lib.* 3. *Cæphalus cons.* 52. *n.* 22.

Surd.

Surd. dict. consil. 342. *num.* 1. Deinde, quia de his, quæ pænæ nomine relinquuntur deducitur Falcidia, ac de alijs, probat *l.* 1. §. *Item si ita D. ad legem Falcidiam*, *l. Cum pater* §. 1. *eodem titulo*, facit etiam, quia post aditam hæreditatẽ, priuatio locum habere non potest, argumento *l.* 3. §. *Filius D. delib. & posthum.* & in hanc partem etiam facere videtur *text. in leg. Mutiana D. de cond. & demonst.* vbi quando aliquid relinquitur sub cõditione negatiua, priꝰ cautio de conditione implenda præstatur, quam relictum accipiatur, quasi denotans pænam priuationis post aditam hæreditatẽ imponi non posse, denique sic cõtendunt supra dicti Doctores verificari literam nostri textus, dum ipse Raynaldus in suo testameto adiectionem pænæ imposuit patruis, si venirent contra legatum auunculis relictum, ita vt hæreditas ipsis applicaretur pro determinatis portionibus, vnde cum per contrauentionem patrui hæreditas ab ipso in obediente præcepto testatoris auferatur, poterit ipse patruus quartam Falcidiam iure institutionis deducere; iuxta modo dicta, & hæc est interna ratio decidendi, quæ mouit Cardinalem ad saluandum ius Falcidiæ in sententia patruo, & eius filijs hæredibus institutis.

Contra doctrinam tamen *Bart.*
409. *& contra communem*, supra relatã tenuerunt plures, & grauissimi Doctores, vt constat ex multis, quos sequitur *Succin. dict. leg. Mutianæ, num.* 17. *Angelus consilio* 198. *& consilio* 163. *n.* 8. *Fachin. lib.* 13. *controuers. cap.* 66. *Bened. Capra Roman. Paulus, & alij, de quibus Peregrinus dict. articul.* 11. *numer.* 128. *Cæphalus consilio* 153. *Durant. de arte testand. titulo de hæred. Instit. cautel.* 4. *Petra de fideicommiss. quæstion.* 15. *numer.* 179. & consulendo acriter defendit *Surdus dict. consilio.* 342. *à num.* 10. vsq; ad finem, *post Riminaldum consilio* 54. *à num.* 4. *Parisius consilio* 92. *col. penult. volum.* 2. *Bursatus consilio* 167. *à numer.* 15. *Scotus consilio* 17. *num.* 9. *lib.* 2. *Mangilius d. quæst.* 128. *à num.* 8. *& quæst.* 1. *num.* 37. & hanc sententiam de facili defendi posse asserit *Peregrin. vbi proxime n.* 127. *& articul.* 3. *num.* 102. *sequitur Fachin. d. lib.* 13. *controu. cap.* 66. quæ forte validioribus nititur fundamẽtis, & primo proilla facit *Authentica, cui relictum Cod. indicta viduit. tollenda*, iuncto corpore, vnde sumitur *in Authentico de Nuptijs* §. *Quæ vero nunc, versic. final.* ibi (*Mox autem, vt ad secundas nuptias venerit, hoc ab eo, qui dederit vendicetur, tanquam si ab initio, neque datum fuisse videretur*) ex quo textu aperte colligitur legem infirmare à principio titulum illius, qui aliquid accepit sub conditione negatiua, contra quam postea fecit, ac proinde ipso iure desinit hæres esse, ita vt nec in foro conscientiæ retineri possit, cum teneatur restituere

tuere etiam ante ſententiam,vt ele ganter probat *Sanches de matrimon. lib.7. diſput. 91. à num. 2. Molin. d. lib.2.cap.12. num. 21. poſt Coſtam lib. 2.ſelectar.cap. 6. num. 7. Menochius de præſumptionibus lib.4. præſumptione 148.num. 15. Pichardus in §. Si quid vxori Inſtitutis de legat. num.44. Cenedus. quæſtione Canonica 29.Peregr. lib.5.conſil.155.à nu.2.Ioanes Gutier. de matrim.cap.21.nu. 32.* Nec eſt in conueniens,vt lex, quæ iubet, vt
410. qui ſemel eſt hæres amplius non deſinat eſſe,efficiat vt aliquibus caſibus ab ipſa expreſsis deſinat hæres eſſe, *iuxta textum vbi gloſſa, verbo, forte,in leg. In ſubſtitutione 31.D. de vulgari, & pupillari, vbi Iaſon. numer. 7. Alexand. 8. & Gouean. 2. Immol. in cap. ſi hæredes teſtamentis num.7. Tiraquel. leg. Si vnquam verbo, reuertatur, num..327. Padilla in Authentica hoc amplius Cod.de fideicommiſſ. num.2. Cuiacius ad lib. ſing. Saluj Iuliani ſuper dicta leg. In ſubſtitutione, facit, leg.Eum, qui 21. §. final. D. in officioſo teſtamento, textus optimus in §. Interdum in fine, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. deferuntur, vbi Minſingerius numer.vltimo, Coſta in cap. ſi pater, gloſſa, ac deinde filio num.27. Faber de erroribus decade 27. error.2.* Secundo pro hac parte cōtra cōmunem ſupracitatam facit, quod hæres, qui coactus adiuit, vt reſtitueret hæreditatem fideicom-
411. miſſario non detrahit quartam Trebellianicam,ex eo ſcilicet,quia preces defuncti non adimpleuit, vt probatur *ex leg. Si patroni 55. §. Qui fideicommiſſariam D. ad Trebellianum, leg. Ita tamen 27. §. Qui ſuſpectam eodem titulo Peregrin. artic. 2.num.* 87. & tamen ipſo iure hæres eſt, ſed lex illum priuat omni cōmodo hæreditario propter ſupra ſcriptam rationem: igitur etiam in caſu, quo hæres ob inobedientiam priuatur hæreditate, nullum commodum apud illum remanere debet, quia plus delinquit ille, qui expreſſe facit contra præceptum teſtatoris, poſt aditam hæreditatem, quam ille, qui a principio recuſat adire, cum is ſolummodo peccet in omittendo, ille vero in committendo, quod grauius eſt peccatum, *iuxta leg. Argentarius §. Cum autem D.de edendo, principium Inſtitut. de obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur. Surd. vbi ſupra numer. 17. Farinac. tom. 3. quæſtion. 111. num.* 403. cum ergo ille, qui omittit hæreditatem adire priuetur Trebellianica, a fortiori ille, qui facit contra expreſſam voluntatem teſtoris. Aliud fundamentum adducit *Succinus* quem refert *Peregrinus dict. articulo.* 11. *numer.* 127. *ad finem, de textu in §.* 411. *Si vero verſiculo, præfactæ in Authentico de Nuptijs*, vbi cautio præſtatur ſubſtitutis, non ſalua ſcilicet quarta; ſed textus recte ponderatus nihil facit ad propoſitum, quia ſolum dicit cautionem de reſtituendo relicto ſub conditione, non nubendi, præſtari ab illis, à quibus

relictum

relictum est, sed de facultate retinendi Falcidiam, vel non, nec verbũ facit. Vlterius expendunt textum in Autentico de hæredibus, & Falcidia, §. *Si quis vero non implens*, vbi hæres formaliter negligens priuatur omni commodo præter debitum naturale, quod etiam cõstat *ex Authentica hoc amplius Cod. de fideicommissis.* Vltimo considerant quod quando hæreditas adimitur sub conditione, dispositio præcedens redditur conditionalis, *iuxta regulã textus in leg. Si legatum pure* 10. *D. de adimendis legatis, leg. aliquando.* 106. *D. de condit. & demonstrationibus Galganet. de conditionibus*, 2. *part. quæstion.* 14. *Tiraquelus* 2. *retract.* §. 2. *glossa vnica à numer.* 74. *Menochius lib.* 4. *præsumptione*, 174. *num.* 13. *Peregrin. articulo* 11. *numer.* 88. *Peralta leg.* 1. *D. legat.* 2. *numer.* 90. *Costa* 1. *selectarum, cap.* 14. *num.* 4. *& cap.* 24. *numer.* 5. *post Sarmient.* 2. *selectarum. capit.* 6. *num.* 19. *Cuiacius dict. l. Si legatum.* Ex quibus sic potest confici syllogismus, Raynaldus ademit hæreditatem patruo sub conditione, si auunculos molestasset: ergo data fuit hæreditas sub contraria conditione, si auunculos nõ molestaret, quæ conditione deficiente, sequitur patruũ non posse aliquã quartam retinere, ex eo, quia non intelligitur fuisse hæres, argumento *textus in leg. Vnica §. Sin autem sibi conditione aliquid Cod. de caducis tollendis.* Vltimo potest arguj ab absurdo, contra decisionem *nostri capitis Raynaldus*, dum prædictam Falcidiam patruo reseruat: ponderando sic, si hæres ob inobedientiam priuatus hæreditate per viam fideicommissi, illam teneretur restituere, non posset retinere quartam Falcidiam, quæ de legatis particularibus deducitur, *iuxta textum in §. Sed quia hæredes Instit. de fideicommissarys hæreditat.* sed potius diceret textus, quod patruus retineret Trebellianicam, ex eo, quia fideicommissum pœnale, quo ipse priuabatur, erat vniuersale totius hæreditatis Raynaldi, in quã idem patruus fuerat institutus, Nec respondeat aliquis textum nostrum loqui improprie accipiendo Falcidiam pro Trebellianica, *vt per Couarru. hic*, §. 3. *numer.* 6. *Cæsar ad leg. In quartam, D. ad legem Falcidiam numer.* 251. quia impropria erit hæc responsio, contra regulam *leg. Non aliter D. de legatis*, certior, maxime, cum summus Pontifex *in versiculo dilectus*, vbi agit de fideicommisso vniuersali a Pepone relicto, meminisset de Trebellianica, quæ de fideicommisso vniuersali desumitur. Deinde, quid ad effectum vt Falcidia reseruetur, *in hoc periculo, Cæsetum*, expendit Pontifex hæredem paruisse voluntati testatoris faciendo inuentarium, quod in Trebellianica necessarium non esse iam supra resolutimus: Vnde concludendum est, textum nostrum, *in* 414.

413.

hoc versiculo finali, loqui de propria quarta Falcidia, quæ desumitur de legatis certæ quotæ hæreditatis, *vt bene probat Fachineus lib* 5. *cōtrouers. cap.* 11. propter quæ fundamenta præter supracitatos hanc sententiam tenent *Alciatus consilio* 556. *num.* 2. *Paulus, consil.* 292. *numer.* 7. *lib.* 2. *Petra de fideicommiss. quæst.* 15. *num.* 179. *vbi testatur de magis communi.*

Ex quibus videre poteris amice lector quam difficilis sit *decisio nostri textus, in hoc versiculo, cæterum*, super prædicta reseruatione quartæ Falcidiæ, propter maximas discordantes sentētias in hoc puncto, pro quarum concordia, aliqui considerant, vtrum institutio sit pura à principio, & postea veniat resoluēda subconditione, in terminis *l.* 2. *D. de in diem addict.* an vero sit conditionalis, quæ postea reddatur pura ex implemento conditionis; ita vt in primo casu procedat *noster textus, & opinio Bartuli, & communis supracitata*, in secundo vero procedat contraria sententia, quæ resolutio merito reprobatur *per Peregrinum d. artic.* 11. *nu.* 139. *in principio*, quia licet distinctio *dict. leg.* 2. bene procedat in contractibus, vltimis tamen voluntatibus applicari non potest. Quare omissis distinctionibus; altera *Peregrini articulo* 3. *num.* 92. quando scilicet testator expressit, vel non expressit priuationem a principio, Altera *Mangilij dict. quæst.* 128. *num* 16. *& sequent.* ex mente *eiusdem Peregrini d. num.* 129. *ad finem*, dicēdum puto quod vel testator aliquem instituit hæredem sub conditione non inferendi molestiam vxori, verbi gratia, vel legatarijs, & similibus, vel pure hæredem instituit, & postea illum grauat, ne molestiam alicui inferat, alias priuetur hæreditate, ita vt sit dicendum, quod primo casu hæres priuatus hæreditate, nullam quartam retinebit. Ratio est, quia, in hoc casu institutio facta est sub conditione, qua deficiente idem est, ac si hæres institutus non esset, *dict. leg. Unica §. Si autem aliquid sub conditione Cod. caducis tollend. leg. Cedere diem D. de Verborum significatione.* In secundo vero casu, si postea non adimpleatur præceptum testatoris, hæres, qui venit priuandus, quartam retinebit *in terminis nostri textus*, cuius hic est prior casus, & sensus: nam in eo Raynaldus pure instituit patruos hæredes, & postea adiecit, quod si venirent contra legatum auunculis relictum, hæreditate priuarentur, vt constat ex litera, in qua patrui fuerunt instituti pure hęredes, & postea fuerūt grauati auunculos non molestare super legato, in quo casu, & similibus, certum est pœnā priuationis incurri iure fideicōmissi, ac proinde priuatus quartā retinebit, ex eo, quia semel fuit hæres. Ratio vtriusque decisionis illa est, quia quando conditio adijcitur à principio, semper hæres veniendo

415.

416

417

contra

contra præceptum, & conditione fingitur ab ipsa lege hæreditatem non adire, & ideo merito quartam non retinet; at vero, quando conditio ponitur hæredi post aditam hæreditatem, illa conditio resoluitur in modum, *l. Mauia. D. manumiss. testam. l. 2. ad finem, D. de donationibus:* Vnde cum hic modus finalis inducat priuationem propter sui non obseruantiam, poterit hæres quartam retinere, tanquam iure fideicommissi grauatus, & in his terminis procedit resolutio *Bartoli, & communis supra citata*, & hic est genuinus sensus *nostri capiris Raynaldus, in versiculo cæterum*, nec aliter sine cauillatione intelligi potest.

Qua distinctione præcognita, non obstabunt fundamenta contra communem supra facta; Omnia enim si interne respicias coincidunt in primum membrum proximæ distinctionis, vt constat primo loco *de dicta Authentica, cui relictum, iuncto corpore, vnde sumitur*, quia vel potest intelligi, quando relictum fuit à principio sub conditione, si non nubat, in quibus terminis dispositio à principio remanet conditionalis, & ideo conditione defecta ad nihilum redigitur, iuxta naturam cõditionis, vel aliter potest intelligi, quando relictum non fuit vniuersale prout legatum, quod magis videtur esse de litera vtriusque textus, vt patet *ex dict. §. Quæ vero, versiculo vnde sanci-*

417.

mus, ibi (*& pro hoc aliquid reliquerit*) *& ind. Authentica*, cui relictum, *in principio ibi, quid, & ibi, rei cum fructibus*, in quo casu non solum si dispositio fuerit conditionalis, sed etiam si fuerit modalis, & postea modus non adimpleatur relictum legatario aufertur, ac si à principio datum non esset, *iuxta textum in l. Quibus diebus, §. Termilius D. de cond. & demonstr. vbi notat Bartol. & post eum Menoch. lib. 4. præsumption. 175. à nu. 10.* Vnde cum relictum esset particulare, nec in eo legataria haberet titulum hæreditarium, non poterat aliquid retinere nomine quartæ, quam non habet. Vel aliter distinguendum est, cum communi sentẽtia, inter priuationem, quæ fit virtute legis, & inter illam, quæ fit ex testatoris dispositione, ita vt, si priuetur quis virtute legis hæreditate, tunc nulla quarta sit detrahenda; *dict. Authentica cui relictum cum similibus*, at vero si à testatore poterit retineri. Ratio differentiæ inter vtrunque casum est, quia lex potest annullare titulum hæreditarium, ita vt ille, qui aliquando fuit hæres ipso iure desinat esse in terminis, *leg. Circa D. de in officioso, & infra dicemus*, at vero testator non potest ad tempus facere hæredem, *leg. Ad diem D. de hæredib. Instit.* nec potest efficere, vt qui semel fuit hæres, desinat esse, nisi per viam fideicommissi, quo casu detrahitur quarta, vt patet.

Ad illud de poteſtate legis fatemur, ipſam poſſe titulum hæreditarium ſupprimere, prout in exemplis iurium, quæ ibi citantur, ſed inde non poteſt fieri inſtantia ad deciſionem noſtri textus, vbi priuatio non à lege principaliter, ſed à teſtatore in pœnam fit, quo caſu directe fieri non poteſt, ſed tantum oblique, & per fideicommiſſum, vt optime ſupradicta communis ſententia contendit, nec in his terminis procedit priuatio illa, *de qua in d. Authentica, hoc amplius, iuncto corpore, vnde ſumitur*; hæc enim priuatio non ex diſpoſitione teſtatoris, ſed virtute legis fit, & titulum hæreditarium irritum facit, ideoque quartam retinere non permittit. Ad illud, quod ademptum ſub cōditione, datum cenſetur ſub contraria, fatemur, niſi ademptio fiat in pœnam, poſt acquiſitionem puram, tunc enim hæc diſpoſitio pœnalis non poteſt tollere effectum purum præcedentis inſtitutionis, prout declarat *Bartol. in l.* 1. §. *Item ſi ita D. ad l. Falcidiam, receptus per Iaſ. & Alex. ibi Ruinum conſil.* 190. *num.* 8. *lib.* 2. *Menoch. conſilio* 494. *n.* 30. qui ſic declarat, *d. l. Aliquando, & ſimiles.* Ad ponderationem noſtri textus, quod debebat loqui de Trebellianica, non de Falcidia, iā ſupra ſatis factum eſt, proprijſsime loqui de Falcidia.

Declaranda eſt tamen ſuprapoſita reſolutio, niſi ex voluntate teſtatoris colligatur, quod voluerit

418.

hæredem priuare, ac ſi inſtitutus non eſſet; nā in hoc caſu nullo modo Trebellianicam, aut Falcidiā retinebit; quod probatur ex eo, quia quemadmodū lex illud efficere poteſt, ita etiam teſtator, vt cōprobat *Mantica de coniecturis lib.* 7. *tit.* 12. *n.* 28. *Gabriel cōmunium tit. de Trebellian. concl.* 4. *Peregr. d. n.* 92. *& n.* 102 *Pretis de interpretatione vlt. voluntat. lib.* 4. *dub.* 9. *n.* 62. *Gabriel d. conſ.* 90. *n.* 11. infinitos refert, & ſequitur *Māgilius d. q.* 128. *n.* 17. *& ſequentibus, ex vulgari regula Auth. de nuptys* §. *Diſponat collat.* 4.

419.

Oportet autem quod ad effectum, vt hæc priuationis pœna poſſit habere locum, quod hæres contraueniat præcepto teſtatoris, moleſtando perſonam prohibitam; licet moleſtia procedat tamen modo defacto, de qua in dubio præſumēdum eſt teſtatorem cenſiſſe, prout textus noſter clariſsime probat, dū Cardinalis priuauit patruum portione hæreditaria, propter moleſtiam, quam defacto intulit auunculis legatarijs, *Notatur in l. Lucius* §. *tres hæredes, vbi gloſſa, verbo mouerit, D. ad Trebellianum, & in l.* 1. *Cod. de nundinis, poſt Abbatem, & Barbat. in præſenti notat Couar.* §. 1. *hic. nu.* 12. *Galganet. de conditionibus.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 9. *Menoch. de præſumptionibus lib.* 4. *præſumpt.* 98. *per totam ſemper videndus, Surdus de alimentis titul.* 9. *queſtion.* 26. *à principio*, Ex quibus colliges, quod licet in dubio procedat prædicta reſolutio, ita vt

420.

hæres

hęres cõtraueniendo de iure, vel iuste molestando pænam non incurrat, ex eo, quia ille nõ meretur pænã, qui iure agit, argumento *text. in l. Nullus videtur D. de regulis iuris, l. Nepos proculo D. de verbor. signific. excellenter Menoch. cons.* 230. *num.* 16. *Surd. d. loco à num.* 9. *Galgan. d. nu.* 9. Nihilominus, si ex mente testatoris constiterit voluisse etiam molestiam de iure remouere, absq; dubio hæres incurret pænam, etiam iuste molestando, ex eo, quia etiam molestia infertur agendo in iudicio, *Authentico de fideiussoribus post princip. d. l.* 1. *C. de nundinis, notat in terminis Menoch. de recuperanda remedio* 1. *num.* 255. *Galganetus cũ multis vbi supra num.* 10. *Peregrin. de fideicommissis artic.* 35. *num.* 5. *& sequentibus, optime Surdus d. quæst.* 26. *n.* 27. apud quos maxime *Surdum* videre poteris omnia pertinentia ad hanc materiã molestiæ inferendæ, adde *Menoch. de retinend. remed.* 3. *à num.* 468. vbi 28. modos molestãdi percurrit, *& dict. præsumpt.* 98. quando autem à pæna molestiæ hæres liberetur, licet contraueniat præcepto testatoris, vide semper *Galgan. dict. quæst.* 10. *num.* 14. *vsque ad finem*, vbi decem modos enumerat, per quos pæna euitatur, de quibus aliquos tangit *Surdus supra citato loco à n.* 80. *vsque ad finem.*

421.

Quæramus igitur omissam viã aqua digressi sumus circa materiã inuentarij, constito ergo quod hæres non amittit Trebellianicam, ob non confectum inuentarium, licet Falcidiam amittat, vt supra probauimus, sequitur reijcere distinctionem, quam præstitit *Hypolitus Reminaldus consil.* 156. *num.* 58. *volum.* 2. dum asserit hæredem diligentem in restituenda hæreditate, licet non conficiat inuentarium, non amittere Trebellianicam, quia vt ipse existimat, cessat in hoc casu præsumptio subtractionis, si vero restitutionem non faciat statim, sed post tempus, cum iam in hoc casu militet præsumptio subtractionis, dicit ipse, hæredem Trebellianica priuari, sed hęc distinctos satis conuincitur ex eo, quia siue hæres sit diligens, siue sit negligens in restituendo, licet non conficiat inuẽtarium, semper deducit quartam Trebellianicam, quam nõ amittit per non confectionem inuentarij vt supra probauimus.

422.

Secundo etiam reijcitur distinctio multorum, *vt per Bursatũ cons.* 44. *num.* 19. *Decian. consil.* 49. *n.* 61. *lib.* 2. qui distinguebant inter suos hæredes, & extraneos, ita vt sui, licet inuentarium non conficiant, nihilominus Trebellianica nõ defraudentur, extranei vero sic, *iuxta d.* §. *Si vero non fecerint*, quia etiam in extraneis late supradiximus nõ procedere in quarta Trebellianica, quia hæc tam in suis, quam in extraneis, ob non confectum inuentarium, non perditur, vt latissime comprobat *Mangilius quæst.* 130. *à principio vsque ad num.* 10. vbi citat

423.

pro hac parte plus centum, & 20. Doctores illum videto.

Quæstioni suprapositæ aliam nõ leuis considerationis adiungere curamus,quæ ordine successiuo ex præcedenti pendet, qua pæna puniatur hæres, qui inuẽtarium fecit, sed in eo supprimit, & occultat aliquas res hæreditatis, in qua quæstione, *glossa verbo, Falcidiæ,in Authentico de hæredibus, & Falcidia* §. *Hinc nobis Bart. in l. Rescriptum D. de his,quibus,vt indignis Bald.in leg.vlt.* §. *Cum igitur num.* 8. *Cod.de iure deliberandi Abbas consilio* 73. *Alban. consilio* 2.*n.* 16. *Menoch. lib.* 1. *consil.* 89.*num.*146.dicit communem *Fanunt de Inuentario* 3.*part.numer.*13. infinitos refert,& sequitur *Ioannes Vincentius Hondedus consil.*34.*n.* 35. plures refert *Peregrinus d.articul.*3. *num.* 82. *Surd. decis.* 122. *numer.*5. sed magis allegit, & sequitur *Fachineus controuers. lib.*4.*cap.* 37. *versiculo,& hanc sententiam*, qui omnes
424. indistincte resoluunt hæredem in terminis propositis in totum cadere beneficio inuentarij, ita vt talis confectio inuentarij ad nihil prosit hæredi subripienti aliquid de hæreditate,quo minus teneatur in solidum legatarijs , & creditoribus; motiua lutius sententiæ sunt sequẽtia. Primum deducitur *ex l. vltima in fine*, principij *versiculo sin autem dubius,iuncto* §. *Etsi præfatam C. de iure deliberandi*, dum *versiculus sin autem* ita decantat (*subscripsionem supponere hæredem necesse est significantem quantitatem rerum, & quod nulla malignitate circa eas ab eo facta,vel faciendа, apud eum remaneant*)ecce ergo textum, qui iubet quantitatem rerum fideliter scribi abhęrede,postea *in* §. *Etsi præfatam*, sic prosequitur (*& si præfatam obseruationem hæredes solidauerint hæreditatem sine periculo adeant, & legis Falcidiæ aduersus legatarios vtantur beneficio, & in tantum hæreditarijs creditoribus teneantur,in quantum res substantiæ ad eos deuolutæ valeant*) ex quo aperte colligitur,quod tunc demum possunt hæredes potiri beneficio inuẽtarij, quando obseruauerint dispositа *in d. versic. subscriptionem:* igitur si hæredes formam ibi prescriptam non obseruauerint, tali beneficio gaudere nõ possunt, deducto argumento â contrario sensu, quod in iure efficax est, *iuxta notata in l.* 1. *D.de officio eius,cui mandata est* plura citat *Richardus de Mora numer.*132. Deinde,quia lex præscribit pro forma inuentarij, quantitatem patrimonij: ergo si talis forma formaliter non seruetur,actus in totũ corruit, *iuxta textum in l.Iulianus* §. *Si quis rem D.ad exibẽdum infinita adducit Farinac. in additione ad consil.* 65. *verbo, forma. Castill.de vsufr.cap.* 54.*à num.* 3.*& sequentibus, vbi plures citat addo Ioãnem Baptista Aziniũ de executionibus*, §. 5. *à cap.* 2. *cum sequentibus.* Secundum principale motiuum, supradictæ communis sententiæ,desumitur *ex dicto Authentico de hæredibus, & Falcidia*, §. *Sancimus*

Sancimus, versiculo, fiat igitur, ibi (*fiat igitur secundum modum, & tempus, per quæ dudū sancimus, &c.*) Ex quibus verbis patet ad oculum Imperatorē æquiparasse formam, & modū
425. præscriptum tempori confectionis inuentarij, quem textum transcripsit *Ordinatio Regia lib. 1. titul. 86. §. 8.* ibi (*& não o fazendo assim dentro no dito tempo, & pello modo que dito he seja priuado, &c.*) Sed constat, quod si inuentarium fiat extra tempus à lege taxatum, non iuuare hæredē, igitur eodemmodo illud non valebit, si aliqua res subripiatur in illo, vel occultetur, quia nō seruatur modus, de quo *in d. versic. subreptionem.* Tertium motiuum est, *de text. in d. Authentico §. Si vero non fecerit* ibi, (*si vero nō fecerint inuentarium secundum hanc figuram, quam prædiximus, non retinebit Falcidiam, sed complebit legatarios, & fideicommissarios, licet pura substantia transcendat mensuram legatorum datio*) vbi non solum punitur hæres in amissione beneficij inuentarij, si illud in totū non fecerit, sed etiam si illud cōtra formam legis fecerit, *vt contra Bartol. consilio. 154. Vitalis de clausulis*
426. *clausula 41. num.* 38. qui illum textum solum ad casum non confecti inuentarij restringūt *docet Fachineus d. lit. cap. 37. versiculo respondent*, proterea dicit *Baldus in Authentica sed cum testator Cod. ad legem Falcidiā* inuentarium esse rē scrupulosam, & in ipsius confectione cadere à toto, qui cadit à syllaba, sequitur *Nata consil. 574. Rota noua decis. 72. num. 10.*

Contrariam tamen sententiam tenuerunt Doctores magis cōmuniter, *vt per Odofred. Oldrad. & alios antiquiores, quos refert Bart. d. consilio 154. num. 8. lib. 1. Salycet. Bald. Castrens. Immola, Alexand. quos sectatur Corneus in l. vlt. §. Licentia (. iure deliberandi num. 9. vbi Iason. num. 4.* 427.
Decianus consilio. 49. numer. 56. lib. 1. Monticul. de inuentario numer. 154. Menoch. lib. 5. consil. 741. per totum infinitos refert *Fachineus d. cap. 37. versiculo denique*, vbi magis communem fatetur, alios adducit *Peregr. artit. 3. num. 83.* vbi etiam dicit hāc opinionem communem ex *Hondedo d. consilio 34. nu. 2.* & ipse, illam sequitur vtpote benigniorem, & hanc obseruari testatur *Surdus decis. 222. à num. 10. Cuiacius, in nouell. 1. column. 1669. in medio*, quæ opinio constituit hæredem eatenus aliquas res in inuentario non cadere in totum a beneficio ipsius, sed solum hodie amittere quartam Falcidiam, in fauorem legatariorum, inuentarium tamē valere, pro qua facit, quod resoluit *Donellus in Authentica sed cum testator Cod. ad legem Falcidiam num. 5.* Præcipuum fundamentum ipsius est, quia attento iure Digestorum, hæres, qui subripiebat rem aliquam hæreditariam, amittebat Falcidiam solum in illa 428.
re subtracta, & fisco illa portio applicabatur, ita docent duo iura expressa, *in l. Rescriptū D. de his, quibus vt indig-*

vt *indignis*, l. *Paulus* 24. alias incipit *Falcidiæ legis D. ad legem Falcid. leg. Paulus* 48. *D. ad Trebellianum*, optime docet *Menochius lib.* 5. *consilio* 471. *numer.* 18. Postea attento iure Codicis fecit Iustinianus constitutionem, l. *vltimæ* §. *Licentiā Cod. iure deliberandi*, vbi decidit de nouo in fauorem creditorum, & legatariorum, vt ipsi possint probare furtū, & subtractionem hæredis, qui ipsis induplicato pretio rerum occultarum condemnatur, & sic clare insinuat textus inuentarium diminutum valere, ne alias sequatur absurdum, quod hæres duplici pœna puniatur, id est in irratione actus, scilicet inuentarij, & in cōdemnatione dupli, quod iura non patiuntur *iuxta text. in l. Senatus* 52. *D. de cōtrahenda empione, prosequitur Lancellot. de attentatis, cap.* 31. *num.* 9. facit, l. *Sanctio legum D. de Pœnis cum vulgaribus*. Deinde, idem Iustinianus *in Authentico, de hæredibus, & Falcidia* §. *Hinc nobis, per totum*, præstitit formam, quam hæredes tenebantur obseruare in confectione inuentarij, quam si non fecissent, ita decidit, *in* §. *Si vero non fecerit* (*si vero non fecerit inuentarium secundum hanc formam, sicut prædiximus non retinebit Falcidiam, sed complebit legatarios, & fideicommissarios, licet prædicta minuerit transcendat mensuram legitimam*) quibus verbis secundū propriam sensum, Imperator duo in fauorem legatariorum de nouo addidit. primum est, vt hæres siue in totum non faciat, siue illud conficiat deminute, siue non citet legatarios, aut alio modo non obseruet formam ab Imperatore præscriptam, *ind.* §. *Hinc nobis*, iam nō condemnetur in duplum, sed in totum amittat Falcidiam. Secundū est, quod si nec accrescēte Falcidia, legata, & fideicōmissa fuerint plenarie completa, hæres de propria substantia teneatur illa resarcire.

Qua opinione retenta iam non obstant fundamenta supra posita pro prima opinione: nam primum argumentum supra factum à contrario sensu, parui est momenti regulariter in iure, nec in hoc casu potest procedere, quia obstat *d.* §. *Licentiā*, & absurdum supra consideratum, ad æquiparationem temporis; & modi pari formiter procedere negamus, cum in vtroque casu diuersas à lege habeamus pœnas scriptas.

Ex quibus omnibus plura colliguntur notabilia, & mente semper tenenda, quæ Doctores vnius, & alterius sententiæ, quas supra citauimus, non declarant, & primum est inuentarium, si fiat contra formam à Iustiniano præscriptam, vel quia non fuit factum cum integritate, quia hæres cælauit aliquas res, nihilominus validum sit, nec aliquomodo irritari; Ratio est, quia, vt secunda sententia suprapositā asserebat, Iustinianus solum addidit decisioni; *dict.* §. *Licentiā* pœnam amissionis Falcidiæ, so vt teneatur

hæres

hæres insolidum legatarijs, nec aliquo modo meminit de irritatione inuentarij, ac proinde sequitur hodie valere inuentarium prout validum est in terminis *d.* §. *Licentiã*, quod bene insinuat ipse Imperator *in d.* §. *Hinc nobis*, *versiculo si vero absunt*, vbi legatarij possunt conqueri de inuentario malitiosè facto, & probare subtractionem rerum per seruos hæreditarios, & per iuramẽtum ipsius hæredis, ad effectum, vt ipse priuetur Falcidia in ipsorum commodum cedente. ac proinde cum non imponat decretum irritans factioni inuentarij, sed pœnã adijciat contra facienti, sequitur necessario ipsum inuentariũm valere, argumento *d.l. Senatus*, maxime cum multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta teneant, *cap. ad Apostolicam de regularibus*, *cum vulgaribus*, ita procedit secunda sentẽtia *cum Molina disput.* 218. *num.* 18. *alias verticulo*, *quod si hæredes*, *Menoch. d. consil.* 471. *num.* 9. *quam sequimur*. Nec obstat argumentum *d.* §. *Si quis rem*, *l. Iulianus D. ad exhibend.* quia respondetur procedere in forua substantiali, non in accidentali, de qua loquimur, prout in simili resoluit *Valascus consult.* 52. *num.* 28.

Secundum notabile, quod ex supradictis deducitur, illud est, quod solum legatarij possunt prætendere pœnã amissionis Falcidiæ propter formam inuentarij non seruatam, seu ipsius diminutionem, non autem creditores; Ratio est, quia cum simus in materia pœnali, & 431.
lege priuatiua, bene consequitur, ipsam solum habere locum circa illas personas, de quibus in ipsa fit specialis mentio, vt iam supradixi mus *de textu in l. Aisi* §. *Diuus D. de religiosis*, *& sumpt. fun. Authent. de non eligendo 2. nubentes*, §. *cum igitur*, expendit in proposito *Peregr. articul.* 3. *num.* 83. *in principio*. Cum ergo in casu *Authentici de hæredibus & Falcid.* §. *Si vero non fecerint*, solũ de legatarijs, & fideicommissarijs particularibus fiat mentio, non potest fieri extentio ad alias personas diuersas, creditores scilicet, de quibus *in toto illo text. iuncto* §. *Precedti*, nec verbũ, etiã fit consequẽs, quod Iustinianus in nihilo alterauit decisionem *d.* §. *Licentiã*, *per d.* §. *Si vero non fecerit*, quantum ad creditores, sed quo ad legatarios tantum, vt bene intelligit *Peregrinus d. num.* 83. *in principio*. *Menoch. d. consilio* 471. *num.* 18. & bene probatur hæc nostra obseruatio *ex versiculo*, *& hoc diximus*, *dict.* §. *Si vero non fecerit*, vbi Iustinianus ponit hæc verba (*& hoc diximus non nostram minuentes legem*, *quam posuimus*, *vt nihil de proprio dãnificentur hæredes creditoribus*) per quæ clare insinuat se nihil corrigere circa creditores decisionem, quam iam antea promulgauerat *in d.* §. *Licentiam*, sed solum quia legatariorũ fauore illam supponit correctam, dum iam non potest procedere propter nouam, & ampliore pœnam,

430.

pœnam, quam inflixit hæredibus in debite conficientibus inuentarium, *d.* §. *Si vero non fecerit*, in quo textu plura de nouo fuerunt constituta, vt constat ex resolutis per *Peregrinum d. artic.* 3. *num.* 82. *& sequenti.*

Illud vnum annotatione dignū putabam, quod hæres non conficiens inuentarium in totum, vel illud diminutum conficiens, nō solum amittit Falcidiam in fauorem legatariorum, sed etiam eis tenetur in solidū integra legata persoluere etiam vltra vires hæreditarias, vt fatetur *Peregrinus d. nu.* 82. & clare demonstrant verba *d.* §. *Si vero non fecerit*, ibi (*sed complebit legatarios licet pure morientis transcendat mensurā legatorum datio*) quem textum luce merediana clariorem puto ad conuincendam magis cōmunem sententiam, de qua supra *num.* 429. *& cum ea Peregrin. d. num.* 83. dum sibi contrarius resoluit, sequendo communem, textum in sepe citato §. *Si vero non fecerit*, solum punire hæredes in amissione Falcidiæ, quam in fauorem legatariorum cedere constituit, nihilque amplius decidere, circa obligationem soluendi legata vltra vires hereditarias, quod somnolente dictum puto, contrarium enim clarissime probant, *verba d.* §. *Si non fecerit*, ibi (*licet transcedant mensuram substantiæ*) *& ipse Peregrinus fatetur d. num.* 82. & eo nō citato aduertit *Fachineus* contradictam magis communem *d. cap.* 37.

versiculo respondent præterea. Si autē quæratur ad quid prosit beneficiū inuentarij diminuti? Respondeo 433.
adhoc prodesse, vt hæres, qui tale confecit inuentarium, non teneatur creditoribus vltra vires hæreditarias, prout tenebatur per leges antiquas ante constitutionem *d.* §. *Licentiā iuncto principio d. legis vltim.* nam cum hæres in omnibus, & per omnia repræsentaret personā defuncti *Authentico de iure iurando à moriente præstito Collatione* 5. *Donel. de iure Ciuili lib.* 7. *cap.* 11. sequitur eodemmodo teneri hæredem creditoribus satisfacere, etiam vltra vires hæreditarias, colligitur, *ex leg. quæ dotis D. soluto matrimon. Molin. disput.* 216. *num.* 2. *Valasc. de Partitionib. cap.* 8. *& consult.* 52. *Ægid. l.* 1. *Cod. de sacros. Eccles.* 5. *part.* §. 1. *num.* 2. *post Bart. Bald.* & alios antiquiores, comprobat *Iason. in d. l. vltima in principio C. de iure deliberādi.* Cuius textus decisio *in dict.* §. *Licentiā*, quod attinet ad creditores, hodie stat firmissima, neque in aliquo alterata fuit, per decisionem *dicti* §. *Si vero non fecerit*, licet hæres propter fraudulentam rerum subtractionem in duplum ipsarum rerum occultatarū creditoribus castigetur, *d.* §. *Licentiā versiculo illo*, vbi ōmnes notant, & hanc opinionem post hæc scripta legi apud *Fabrum de error. decad.* 2. *error.* 5. *num.* 8. *&* 9. licet *num. sequenti*, cōfuse nō distinguat creditores à legatarijs, quod facere deberet iuxta modo dicta.

Ex qui-

Ex quibus conuincitur manifeſte *Fachineus lib. 6. cap.* 34. vbi exiſtimat legatum alimentorum non
434. deberi ab hærede vltra vires hæreditarias, licet non confecerit inuetarium, cum enim conſtet clariſsime hæredem teneri quibuſcunque legatarijs vltra vires hæreditarias, ſi vel inuentarium non fecerit, vel illud diminute fecerit, vt de proximo comprobauimus, quod in legato alimentorum non reperitur limitatum, igitur idē in hoc ac in alijs firmandum eſt.

Secundo etiam cenſura dignam cogito opinionem eiuſdem *Fachinei dict. cap.* 37. *verſiculo Cæterum,*
435. dum ſcribit Iuſtinianum in nihilo immutaſſe deciſionem *dict. l. vltim.* §. *Licentiam Cod. de iure deliberandi;* ac proinde legatarios hodie poſt *dict.* §. *Si vero non fecerit*, poſſe vti remedio *d.* §. *Licentiam*, quod ipſe intelligit procedere, in caſu, quo hæres aliquas res ſubtraxit, nec illas in inuentario deſcripſit, non animo, neque intentione illas lucri faciendi, ſed vt ex illis occulte creditoribus ſatisfaceret, & legatarijs, quo caſu poſſunt vtrique veritate aperta agere contra hæredem ſic occultantem ad pœnam dupli; At vero *dict.* §. *Si vero non fecerit*, agere de alio caſu longe differenti, ſcilicet, quando hæres non illa intentione, de qua *in dict.* §. *Licentiam*, ſed animo furandi illas res hæreditarias contrectauerit, ac proinde legatarios poſſe agere contra hæredem vno de duobus remedijs, vel petendo duplum, de quo *in dict.* §. *Licentiam*, vel agendo, vt in totum hæres remoueatur a beneficio inuentarij, de qua pœna agitur *in d.* §. *Si vero non fecerit*, aduertere namque debuiſſet accutus *Fachineus textum in dict.* §. *Si vero non fecerit* iubere de nouo, vt Falcidia amittatur, & quod hæres teneatur vltra vires hæreditarias, quod eſt contra deciſionem *dict.* §. *Licentiam*, qua attenta ſolum legatarij agere poterant ad pœnam dupli, ſed hæres, nec Falcidiam amittebat, nec vltra vires hæreditarias tenebatur, quia ſecurus erat hæres inuentariū conficiens, licet non cum totali integritate; Deinde conuinco *Fachineum*, quia cogitatio ſua circa deciſionem *dict.* §. *Licentiam*, omnino eſt vana, & abſurda, ex eo, quia ſiue hæres ſatisfaciat de rebus ſubtractis, ſiue de alijs, quæ remanſerunt in hæreditate, ſemper dicendus eſt lucrifacere, ex eo, quia vno, & altero modo à legatarijs, & fideicōmiſſarijs liberatur; Vltimo, quia, vt iam ſupradiximus, hæres, qui aliquas res celauit, neque deſcripſit in inuentario, non cadebat à beneficio inuentarij, quo hodie priuatur, quatenus ad legatarios, vt ſatis repetitum eſt, Nec quoad hūc effectum iura meminere de intentione hæredis, prout ſomniauit *Fachineus*, maxime, quia, de cogitationibus ſolus Deus eſt ſcrutator, *iuxta cap. Tua in fine de ſimonia.*

Declaranda tamen sunt omnia supradicta, vt procedant dato, & probato dolo ex parte hæredis, vt comprobat *Surd. decis.* 222. *à numer.* 11. *Faber. d. error.* 5. *num.* 10.

Obiter tractādam proponimus quæstionem an filius, qui se immiscet paternæ hæreditati absque confectione inuentarij, mulctetur legitima prout in Falcidia supra resoluimus? Hæc quæstio est valde ardua, & difficilis, in ea tres reperiuntur principales opiniones. Prima
436. est affirmatiua, quam tenent multi ex antiquis, *Hostiens. in summa de testament. versiculo, quod si non fecerit, Ioan. Andreas in cap. Quanquam de Vsuris lib. 6. Paul. consilio* 188. *Cuman. Fulgos. Iason. in l. vltim. Cod. de iure deliberandi, § Si qui temerario, vbi Salycet. n.* 35. *Angel. leg.* 1. *§. Hæc stipulatio D. si cui plusquam per legem Falcidiam, Oldrad. consilio* 134. *Corneus cons.* 168, *num.* 3. *Phanunc. de inuentar part.* 7. *num.* 14. *accerrime Sarmient. lib.* 2. *select. cap.* 7. *à principio, Cuiac. in expositione Nouellæ, de hæredibus, & Falcidia, eam defendit, Menchac lib.* 1. *de creatione, §.* 8. *num.* 15. Et mouetur hæc communis *ex text. in dict. leg. vltim. Cod. de iure deliberandi, §. Si vero post quam, & §. Si vero dubius*, vbi Imperator videtur loqui etiam de filijs, qui se immiscent hæreditati paternæ, patet vtrobique ibi (*se se immiscean*t) & ibi (*se se immiscuerint*) quæ verba denotare videntur immistionem, quā proprie facit solus filius in hæreditate paterna, *iuxta l. Necessarys D. de acquirend. hæreditate*, ac proinde filius tenetur facere inuentarium, alias pœnis omittentium subijcietur, tenebiturque legarijs complere etiam de suo proprio, prout habetur magis expressum *in Authentico, de hæred. & Falcid. §. Si vero non fecerit*, ibi (*complebit legatarios, & fideicommissarios, licet puræ morientis substantiæ excedat mensuram legatorum datio*) & iam supra expendimus. Secundo mouetur Sarmiētus, quia si filius fuisset creditor patris, non posset detrahere legatarijs debitum suum, *iuxta textem in leg. debitori Cod. de pactis, dict. leg. final. §. in computatione Cod. de iure deliberandi*: ergo à fortiori detrahere nequibit legitimam, quæ non est proprie debitum, sed quasi debitum, *iuxta leg. final. §.* 1. *Cod. curatore furiosi, leg. Papinianus §. Si quis impubes D. in officioso testamento, leg. vnica Cod. de his, qui ante apertas tabulas, l. Si quis legatum Cod. ad l. Cornel. de falsis, est doctrina glossæ in leg. Si emancipata, Cod. iuris, & facti ignor.* cōmuniter recepta per omnes ibi, vt post antiquiores testatur *Padilla ibi num.* 32. *Caldas in §. Si tutor Instit. de inoffic. num.* 8. *Crassus §. Legitima quæstion.* 14. *Surdus consilio.* 51. *numer.* 8. *plures per Robles de repræsentat. lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 82. *Episcopus Campanil. in diuers. Rubr.* 8. *cap.* 5. *num.* 10.

Tertio, quia legitima æquiparatur Falcidiæ, maxime attento iure

Codicis,

Codicis, ita vt quemadmodum legitima prohiberi non poterat, ita nec etiam Falcidia, *iuxta l. Si vt allegas l. Quanquam Cod. ad leg. Falcidiam, l. Seius, & augerius, l. Tuia* 86. *D. ad l. Falcidiam.* Sed constat *ex d. Authentico de hæredibus, & Falcidia §. Si vero non fecerit*, hæredem, seu filium non conficientem inuentarium amittere Falcidiam: ergo similiter filius ipse amittet legitimã propter talem omissionem inuentarij.

Secunda sententia contraria negatiua, & magis communis est, videlicet, quod filius ob non con- 437. fectum inuentarium, legitima non defraudatur, hanc tenet *glossa, in Authentica hoc amplius, verbo male, Cod de fideicommissis, & in l. final. §. final. Cod. de iure deliberandi, verbo, Sacramento, glossa etiam verbo, excedant, in Authentica, sed cum testator, Cod. ad legem Falcidiam, glosa, verbo, lucrari, in d. Authentico de hæred. & Falcidia, §. Si vero non fecerit*, hanc tenent ex antiquioribus *Ruinus cõsilio* 57. *lib.* 2. *& consilio.* 135. *lib.* 3. *Alexand. consil.* 5. *volum.* 6. *& 67. lib.* 4. *Aretin. consil.* 44. *Cagnol. in l. Papinianus §. Meminisse, numer.* 15. *D. in officioso, Immola. cap.* 1 *de testamentis nu.* 10. *Dilectus de arte testandi cautella* 37. *Alciat. consil.* 41. *lib.* 9. *Ozascus decisione. Pedamontana* 148. *per totam Padilla in l. Si emancipata nu.* 31. *Cod. iuris, & facti, Menchac. lib.* 1. *de creatione §.* 8. *nu.* 15. *in fine, vbi postquam* late defendit contrariam, tamen ab ea recessit, & sequitur hanc communem *Suares in leg. Quoniam in priorib. ampliat.* 7. *Spino in speculo de testamentis gloss.* 35. *num.* 7. *Rojas de success. cap.* 7. *nu.* 53. *Ceuallos communium quæstion.* 691. *Roland. de inuent. part.* 5. *quæst.* 3. *à num.* 10. *Gabriel communium titulo de legitima conclus.* 7. *Gutierr. de tutel. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 45. *Peregrinus de fideicommiss. articulo* 36. *à num.* 140. *Surdus decision.* 310. *num.* 8. *Fachin. 4. controuers. cap.* 34. *Castill. lib.* 3. *controuers. iuris cap.* 5. *num.* 50. *Mangil. de imputationibus, quæstion.* 131. *à num.* 1. vbi infinitos citat, Motiua huius sententiæ sunt, quia priuatio hæc pænalis est, vt patet, constat autem nullam legem esse scriptam quæ illam expresse inducat, ergo admissibilis nõ est, quia si aliquod daretur ius esset §. *Si vero non fecerit, in dict. Authentico de hæredibus, & Falcidia*, qui textus loquitur tantum de Falcidia amittenda, ad legitimam vero extendi nequit, cum longa inter vnam, & alterã, quoad propositum detur differentia. Facit secundo, §. *penult. in dict. Authentico de hæredibus, & Falcidia*, vbi patronus si hæres a liberto instituatur, & negligens circa adimplemẽtum voluntatis defuncti appareat, licet Falcidiam non lucretur, tamẽ legitima semper sibi salua reseruatur; sed notum est, vt iam initio primæ partis diximus, legitimam filiorum maiori vinculo illis deberi: quam patrono: ergo si illa non

deperditur propter negligentiam inuentarij,ſimiliter iſta non perdetur propter ipſum inuẽtarium non confectum. Tertia, quia legitima filiorum, neque à lege, neque ab homine patitur grauamen, *iuxta dict leg. Quoniam in prioribus, d. Authenticũ, de reſtitut. & ea, quæ parit*, maximũ autem inferretur,ſi propter omiſsionem inuentarij, filijs denegaretur quod ſapit abſurdum. Quarto, quantis legitima minus ſit priuiligiata, quam æs alienum, *per leg. Papinianus*, §. *Quarta D. in officioſo teſtamento, leg. In imponenda Cod.ad legem Falcidiam*, tamen reſpectu legatorum, & fideicommiſſorum, ipſa magis priuiligiata eſt, & tanquam æs alienum reputatur, quia ante omne relictum deducitur, *dict. Nouella de reſtitutione, & ea, quæ parit*: ergo quemadmodum æs alienum etiam inuentario non confecto,ante omnia de toto aceruo deſumitur, ita etiam legitima ante præſtationem legatorum detrahenda eſt, nec ob prætermiſsionem inuentarij amittetur.

Tertia principalis ſententia, quæ in hac quæſtione reperitur,
438. mediam ſectatur viam, agnoſcit enim legitimam ob defectum inuentarij non amitti, addit tamen filium teneri integra legata de ſuo peſoluere, ita habet communis ſententia cuius author eſt *Bartolus in Authentica, ſed cum teſtator Cod. ad legem Falcidiam num.* 11. quem multis relatis ſequitur *Couarru. in cap. ſi hæredes, num.* 9. *de teſtamentis Bald. & Immol. in leg. Suus quoque D. de hæredibus Inſtitut.* plures *per Phanunc. de Inuentario dict part.* 7. *numer.* 14. & 15. *Menchac. dict* §. 8. *numer.* 16. *Spin. dict. gloſſa* 35. *numer.* 7. *Peregrin. dict. articulo* 36. *numer.* 141. *Surd. dict.deciſion.* 316. *numer.* 15. multi etiam *per Caſtill. dict. capit.* 5. *numer.* 50. & 51. & hanc magis probat *Ceuallos dict. quæſtion.* 691. *numer.* 4. & hanc ſequitur *Ægidius in leg.* 1. *Cod. de ſacroſanct. Eccleſijs* 5. *part.* §. 1. *num.* 32. Facit tamen hæc tertia ſententia valde notabilem compitationem, videlicet, ſi teſtator leget centum, quæ tantummodo in bonis habebat, filius primo deducet quantitatem legitimæ, tertiam de iure nouiori, ſcilicet, 33. & de remanente. 66. ſoluet legata, quæ ſupplebit de ſuo, vſque ad æqualem quantitatem, quam de toto patrimonio legato ratione legitimæ ademit, idque ex fundamentis relatis ſupra pro prima ſententia. Sed hæc opinio in effectu coincidit cum prima; ad quid enim prodeſt, vt legitima non amittatur, propter inuentarium non confectum, ſi ipſe filius eſt cogendus legata integra perſoluere, etiam ſi vires patrimonij excedant: quid aliud eſt amittere legitimam, niſi de illa refundere integra legata, & in effectu eſſet imponere legem verbis, contra *l.* 2. *Cod. communia de legat.*

Quare

Quare secunda sententia negatiua, & magis communis, & vera
439. est, videlicet, quod leges loquentes de inuentario non sint intelligende respectu filiorum, propter priuilegium legitimæ, ita vt legata tantummodo soluere teneantur, quatenus patitur quantitas patrimonij, idque ex fundamentis supra factis, & ex eo, quia præsumptio illa, qua nititur Imperatoris decisio *in d. §. Si vero non fecerit*, quod bona subtraxerint, vt Falcidiam introducat, debilior est respectu filiorum, quã aliorum hæredum extrancorum, vt optime considerat *Ozascus d. decis.* 148. *Castillo d cap.* 5. *num.* 54. *Mencha. d. num.* 15. Neque obstant primæ contrariæ sententiæ motiua, quia ad primum, negamus leges loquentes de inuentario comprehendere filios, cum ij si reperiantur priuilegiati specinee, circa legitimæ deductionem, *per textum in ce-*
440. *lebri l. Quoniam in prioribus C. in offic. eius testamento, & per textum in dict. Authentico de restitutione, & ea quæ parit §. Quam ob rem*, quod priuilegium perderet filius, si etiam deducta legitima, cogeretur legata de suo reintegrare; Vnde secure resoluimus leges nouas de inuentario loquentes licet generales, non cõprehendere filios, propter prædictum priuilegium ex doctrina celeberrima *glossa. l. in l. 3. Cod. de silentiarijs lib.* 12. *glossa* 1. *versiculo an sit hodie in l. Sciendum D. qui satis dare cogantur vbi Iason. num.* 5. inquit, *illã gloss.* semper allegari ad hoc, quod lex generalis correctoria non corrigit casus specialiter priuilegiatos per leges anteriores, *Gom. l. 9. Taurinum.* 10. *Gutier. pract. lib. 2. quæst. 66. Velaes de maioratibus part. 1. quæst.* 8. *Gonçalez ad regul.* 8. *Cancellariæ* §. 5. *Proamiali n.* 129. *Garc. de benef. part.* 3. *cap. 2. n.* 72. *Gozadin. in repetitione Authenticæ ex testamento C. de collat. & alij per Surd. cons.* 325. *n.* 8. *Barbos. leg.* 1. *D. soluto matrimonio num.* 1. *& num.* 9. *Robles de repræsentatione lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 3.

Ad secundum fundamentum respondeo, cum aliquibus ex supracitatis, maximam dari differentiam inter confusionem, quam lex cõsiderat oriri ex additione hæreditatis, respectu debiti filij hæredis, & inter debitum legitimæ, nam hæc, ab instanti mortis paternæ per legem reseruatur libera toto onere, & grauamine præcipua ipsi filio, operaturque separationem inter illam, & cæteram hæreditatem, ita vt nunquam confusio considerari possit in legitima, quæ statim per legem separatur, *iuxta* 441. *dict. l. Quoniam in prioribus cum supra citatis.* Quæ separatio respectu cæterorum debitorum non datur, ac proinde si filius sine inuentario se immiscat paternæ hæreditati, legitimam præcipuam habebit, debita vero, si quæ parens defunctus ei debebat, desumere nequibit, propter confusionem actionum, quæ nascitur ex additione *per*

d. l. Si debitori Cod. de pactis d. §. In computatione, optime Sarmiento d. cap. 7. num. 4. in principio, & postea Magilius d. quæst. 151. num. 10.

Tertium argumentum procedit a separatis, & ita parum vrget: nam licet Falcidia olim prohiberi non valuerit, iuxta *d. l. Si vt allegas cum supra citatis*, sicut, & legitima, tamen de iure nouo potest prohiberi, vt late manet resolutum; at legitima nec olim nec hodie, tolli, minui, aut prohiberi potest, & omnia, ex quibus aliquid grauaminis in ea causari potest, pro non scriptis censentur; Falcidia deinde est quid inuentum de iure Ciuili, *iuxta §. Sed quia hæredes de fideicommiss. hæredit.* legitima vero prouenit de iure naturali, *l. Cum ratio D. de bonis damnat.*

Ex quibus sufficienter defenditur nostra sententia negatiua; quæ in Regno Hispaniæ est approbata, *per l. 7. titul. 11. part. 6.* quam late discutit *Castillo dict. cap. 5. à principio Menchac. dict. num. 15. in fine*, licet dubitet *Cevallos d. quæst. 691. num. 4.* contra quem merito inuehitur *Castill. dicto loco*, quem vide.

Veniunt tamen proxime resoluta limitanda, primo, in casu, quo testator remitteret hæredi confectionem inuentarij, quia tunc liberatur hæres illud non conficiés ab omnib pœnis, quod probatur ex eo, quia testator hãc remissionem
442. facere potest, vt contendunt Doctores cõmuniter *per Couar. in cap. 1. num. 24 de testamentis Bart. Alex. Dec. & alij per Gutierres ad leg. Nemo potest D. de legatis primo nu. 410. & de tutel. 2. part. cap. 1. à num. 35. Cabed. 1. part. decis. 136. Valasc. consult. 52. num. 33. Fachineus lib. 6. cap. 25. Molin. de iustit. disp. 219. à principio Peregrin. artic. 11. num. 75. & sequenti, Clarus §. Testamentũ quæst. 66. nu. 2. Menchac. de success. creat. §. 10. num. 70. tangit Cuiacius in Nouella de hæredibus, & Falcidia, cõuna final, Couar. in cap. 1. de testamentis n. 24. Præceptores Barbosa, & Veiga d. l. Nemo potest, alij ad caput. si diligenti de foro competenti*, qui omnes. nemine discrepante, resoluunt, quod testator non potest remittere confectionẽ inuentarij in prꝑiudicium, creditorũ. quorũ conditionẽ deteriorari nequit, argumento *textus in l. Debitorum. 25. C. de Pactis*, vbi *post Alciatum prosequitur Donelus*, ibi, qnoad legatarios vero, & fideicommissarios, ipsorum que preiudiciũ, iuste potest testator confectionem inuentarii remittere, ita vt hæres illud omittens, à legatarijs minime inquietari valeat, vltra vires hæreditarias, nec etiam circa amittenda Falcidiam, ita omnes supracitati, cuius sententiæ ratio fundamentalis est, quia testator potest, vel non relinquere, vel legata adimere integra, vel pro parte: ergo multo magis poterit eis præiudicare in de obligando hærede a confectione inuentarij, maxime, cum euenire possit, vt interfit famæ, & reputationis

tionis testatoris, ne secreta patrimonij ipsius pandantur, vt *expendit Imperator in l. 2. Cod. quando, & quibus quarta pars lib.* 11. propter
443. quam rationem ipse testator potest etiam remittere tutori confectionem inuentarij, vt est singularis decisio *in l. finali §. Illo C. arbitrium tutelæ*, vbi communiter scribentes, *& Bart. num. 12. in l. Nemo potest. D. de legatis 1. & ibi Ripa num.* 80. *Alciat.* 45. *Clar. dict. 3. Testamentum, quæst. 66. num. 4. & quæst. 71. Molin. lib. 1. cap. 28. num.* 5. *Gutier. in d. l. Nemo potest, n.* 404. *Alphan. Collect.* 450. *Gutier. iterum de tutelis 2. part. cap. 1. num.* 35. *Couarru. 2. variarum. cap. 14 num* 4. *Crassus §. Testamentum, quæstion.* 71. *Menchac. Success. creat. §. 7. à num.* 30. *& §. 10. à num.* 67. *Bernard. Dias regula* 769. *Richard. §. Tutores quoque de obligation. quæ ex quasi contract. num.* 27. *Cabed. 1. part. decis.* 230. *num.* 2. *Rebuf. de exceptionibus num.* 894. *Escouar de Rationibus, cap. 9 num.* 45: Deinde, quia vnusquisque potest renuntiare ijs, quæ in suum fauorem sunt introducta, *iuxta vulgarem regulam l. pen. C. de pactis, l. Iurisgentium, §. Si paciscar. D. eodem titul. excellenter Donellus in d. l. penultim.* sed leges, quæ loquuntur de inuentario, in fauorem testatoris sunt introductæ, tã respectu legatariorum, quam fideicommissariorum, vt scilicet ipsius voluntas melius obseruetur, vt cõsiderant omnes supra citati, præcipue *Fachineus d. cap.* 25. *versiculo ego sane, per textum in Authentico de hæredibus, & Falcidia ad fin. §. Hac nos ibi (quatenus, & viuentes relictis potiatur, & deficientes cum securitate moriatur, scientes, quia lex eis etiam sepultis ministrabit, & quæcunque illi disposuerint, ad effectum perducet,)* cum igitur aperte constet ex mente Imperatoris, pœnas scriptas *in tota illa nouella* contra non facientes inuentarium fuisse solũ propter duos respectus; primum, ne creditores fraudarẽtur suis debitis, Secundũ, vt voluntates testatorũ melius obseruentur: ergo bona fit consequentia, quod sicut quoad creditores inuentarij cõfectio a testatore remitti nõ potest, ex eo, quia cõfectio inuentarij, quoad hunc effectum non est in fauorem testatoris introducta; ita etiã quoad alterum respectum legatariorum, & fideicommissariorum, inuentarij confectio in fauorem testatoris est adinuenta, vt scilicet eius volũtas melius obseruetur, quod cum contineat sui fauorem, merito illũ potest negligere, nec confirmatur, cum ratione, quod voluntas hæc testatoris reijciatur *contra regulam l. Quod fauore C. de legibus.*

Dissentiunt tamen a supra dicta sententia *Bald. in l. vlt. C. arbitrium tutel. Castrens. in l. Cum tale §. 1. D. de cond. & dem.* vbi loquitur breuiter, quoad creditores, dubie tamen quoad legatarios, *Anchar. consil.* 444.
365. *num. 5. Iason. 1. let. n.* 51. *& ibi Crottus num.* 52. *in d. l. Nemo potest. D. legat. 1. vbi Anibal. numer.* 406.

& cum Porcellino de inuentario. Mō-ticulus eodem tract at. n. 11. *Phanunc. de inuentar.* 2. *part. num.* 59. *& part.* 1. *nu.* 15. qui pro sua opinione illa adducunt fundamenta, quia illud, quod est de iure publico, à nemine priuato remitti potest, *iuxta textum in l. Ius publicum* 39 *D. de pactis, vbi eleganter Cuiacius, textus in l.* 2. *§. Sed quia veremur Cod. de iure iurando propter calumn. cap. si diligenti de foro comperenti notatur in l. Nemo potest D. de legat.* 1. *Insignis Barb. leg. Alia §. Eleganter D. soluto matrimon. num.* 15. *Donel. de iure Ciuili lib.* 24. *cap.* 3. *Richard. §.* 1. *de pœna temere litig. à num.* 30. *Scaccia de iudicijs lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 212. *Castill. de vsufr. cap.* 54. *nu.* 42. Sed confectio inuentarij pertinet ad ius publicū, quod versatur in eo, quod hæres nō fraudet legatarios, & creditores, *iuxta regul. d. l. vlt. §. Illo C. de iure delib. iuncto textu in Authētico de hæredib. & Falcidia §. Sancimus.* Secundo, quia si confectio inuentarij à testatore posset remitti sequeretur maximum absurdum, nempe, quod hæres arriperet occasionem delinquendi, occultando, & subripiendo res hæreditarias, cui iura obuiare procurant, *l. Conueniri, D. de Pactis dotalibus, l. Si vnus* 28. *§. Illud D. de pactis. Meroch. lib.* 5. *de præsumpt.* 3. *num* 10. *Padill. l. Cum necessitatem n.* 2. *Cod. de fideicom. Clarus §. Testamentum. quæst.* 64. *Peregrin. de fideicom. artic.* 11. *num.* 78.

Quibus nō obstantibus, à priori sententia nō credo recedendum, quam acerrime defendunt omnes 445.
supracitati, & communiter alij, vt *per Roland. de confectione inuentar. in vltima parte §. Antestator, & Simon de Pretis de interpretatione vltim. vol. lib.* 2. *interpretatione* 2. *dub.* 2. *solut.* 2. *num.* 24. *Surd. decis. Mantuana* 30. *à nu.* 19. *&* 23. quæ optime confirmatur ex fundamentis, & rationibus factis. Nec contrariū probant argumenta pro secunda sententia formata, quia ad primum concedimus maiorem, de iure publico nō remittendo ex omnibus ibi allegatis, sed negamus confectionem inuentarij esse principaliter inductā in fauorem publicum, cum ex supradictis in vltimo fundamēto nostræ sententiæ, cōstet, ipsum, quod attinet ad legatarios fuisse inductū in fauorem ipsius testatoris, & legatariorum, vt decedentis voluntas commodius adimpleatur *d. Auth. de hæredib. & Falcidia ad fin. versicul. Hæc nos, Fachin. d. cap.* 26. *versic. ego sane.* Ad secundum argumentum, negamus ex remissione inuētarij, sequi necessario, & immediate formalem occasionem peccati, quæ consideratio nos liberat a regula *d. l. Conueniri*, cum similibus. Si autem aliqua occasio ab hære[illegible]accipiatur, ipsam certum est nō prouenire ex intentione testatoris, ac proinde, non est in consideratione, argumento *leg.* 1. *D. authoritate iur.* cum similibus. Adijciendum tamen est, quod testator, qui remittit hæredi 447.

hæredi inuentarij confectionem, iam satis debet habere probatam eius fidem, sicut ait lex circa tutores, quibus pater sine inuentario facultates pupilli committit, si tamen iudex viderit tutorem abuti p. ædicta remissione, potest illum cogere ad conficiendum inuentarium. *Gutier. supra num.* 412. *Molin. num.* 16. *Crass. dict. quæst.* 71. *num.* 6. *Cardin. Thuscus litera, T. conclus.* 429. *n.* 33. *Felicius de Societate cap.* 21. *num.* 9. Vnde iam sumus *extra terminos d.* §. *Illud*, quia nullus dolus, hic consideratur.

Ex quibus colligitur elegans limitatio *ad l. vltim.* §. *Etsi præfatam C. de iure deliberandi, & ad nostram Ordinationm Regiam lib.* 1. *titul.* 87.
446. dum pœnas præscribunt contra hæredes non conficientes inuentariũ, ne scilicet procedant, casu, quo ipsius inuentarij confectio a testatore remittatur, hoc autem tantum procedit, quoad legatarios, quoad creditores autem minime eis poterit præiudicare, iuxta supra late dicta, & in terminis scribit *Ægidius Lusitanus d. l.* 1. *Cod. de sacros. eccles.* 5. *part.* §. 1. *num.* 14.

Secundo limitantur omnia supradicta de hærede non conficiente inuentarium, ne procedant, quãdo testator in suo testamento prohibuit hęredi, ne hæreditatem adiret cum beneficio inuentarij sub-
447. pœna priuationis, quam limitationem expresse ponunt *Cauera cõsil.* 174. *Roland: de inuentario in vltima parte cap. An testator prohibere possit Peregrin. de fideicommissis articul.* 11. *num.* 76. ex eo, quia testator potest imponere suę rei legem, quam voluerit, argumento *text. in leg. verbis legis D. de verborum signific. & in* §. *Disponat in Authentico de Nuptijs:* deinde, quia lex illa, quæ inducit formam inuentarij, quoad hanc partem inducta est in fauorem testatoris, vt supra iam diximus in limitatione præcedenti, quanuis cõtrarium velit defendere *Guido Papa consil.* 63. *dubio* 2. Sed ego existimo inter istam limitationem, & præcedentem nullam posse constitui congruam differentiam, ideo resoluẽdam puto sub doctrina ibi tradita. Quod similiter resoluendum est, quando testator in suo testamento omnia bona descripsit iuxta notata *per Ægidium leg.* 1. *Cod. de sacrosanct. Eccles.* 5. *part.* §. 1. *numer.* 36. *& sequenti.*

Tertia limitatio ad supraposita est, ne scilicet beneficium inuentarij prosit hæredi, qui renũciauit, vel
448. expresse, vel promitendo soluere quantitatem a testatore legatam, quia in his terminis iam hæres nõ conuenitur ex obligatione testatoris, cuius personã representat *Authentico de iurtiur. à moriente præstito*, sed ex propria conuentione, per quam ipse potest remittere vtilitatẽ sibi causatã ex inuentario, argumento *textus in l. Non dubium Cod. de testamentis*, prosequitur *Corneus cõsilio* 56. *volum.* 4. *Phanunc. de inuentario*

tario 6. part. num. 112. *Surdus decis.* 132. *num.* 24.

Quarta limitatio, quam adducunt Doctores illa est, quod in foro conscientiæ hæres non conficiēs inuentariū non teneatur vltra vires 449. hæreditarias. Ratio illa est, quia in foro interiori sola veritas attenditur, vt notant Doctores communiter per textum *in cap. veritate* 8. *distinct. cap. à nobis cap. Inquisitioni de sententia excōmunicat. textus optimus in cap. tua nos de sponsalibus*, lex autem, quæ obligat hæredes, vt teneā tur vltra vires hæreditarias non in veritate, sed in præsumptione fundatur iuxta *textum in Authentico de hæredib. & Falcid.* §. *Sancimus ibi* (*ne per ea, quæ forte subripiunt, & malignantur, &c.*) igitur non potest dici, quod hæc præsumptio subreptionis obliget in foro cōscientiæ, data veritate in cōtrarium, cessanteque omni malitia & fraude. Deinde, quia huiusmodi leges, quæ iubent hæredem teneri vltra vires hæreditarias habent rationem pœnæ, sed leges pœnales non obligant in foro conscientiæ ante sentētiam *gloss. verbo, cum argumento, in cap. fraternitas*, 12. *quæst.* 2. & Doctores ibi *Menchac. frequent. cap.* 28. *num.* 7. *Spino de testam. glos.* 17. *nu.* 50. *Morla in emporio titul. de legibus quæstion.* 9. *Molin. disp.* 93. *num.* 2. *Menoch. de arbitr. casu* 220. *num.* 6. *Nauar. in manuali cap.* 23. *num.* 66. *Barbos. leg. Si mora num.* 10. *& in l. Diuortio* §. *Si fundum num.* 33. *D. soluto matrimon. Campanillus diuersor. rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 36. *Farinac.* 1. *part. quæst.* 10. *numer.* 70. *Lacarte de decima vendit. cap.* 18. *numer.* 52. *insignis præceptor Brito ad cap. potuit de locato* §. 4. *n.* 14. Denique, quia legatarij, & creditores locupletarentur cum iactura aliena, contra *l. Nam hoc natura D. de condictione indebiti, regula locupletari lib.* 6 *l. Iure naturæ D. de regulis iuris, ita post Hostiens. in sum. titul. de testamentis* §. *penult. versiculo, quid si bona, Ioan. Andreas, in cap. quanquā de Vsuris lib.* 6. *Abb. hic numer.* 14. *Bart. num.* 3. *in rubrica de acquir. hæreditate, & in l.* 1. *num.* 44. *Cod. sacros. Eccles. Bald. in l. fin. quæst.* 6. *Cod. de iure deliberand. Roman. & Alexand. in d. Rubrica de acquir. hæred. vbi Ias. à num.* 24. *Felin. in cap.* 1. *de constit. num.* 43. *Couar. in cap.* 1. *de testamentis num.* 20. *Gregor. Lopes l.* 10. *tit.* 6. *part.* 6 *gloss. las mandas post medium, Mechac. succes. creat. lib.* 1. §. 2. *num.* 11. *Fachineus lib.* 6. *cap.* 24. *Valascus de partitionibus cap.* 8. *num.* 15. *Mynsinger.* §. *Sed nostra de hæred. qualit. nu.* 22. qui communem dicit, *Molin. de iustit. disput.* 217. *Menoch. lib.* 1. *præsumpt.* 80. *num.* 3. *& consil.* 272. *num.* 93. *& 96. & consil.* 86. *nu.* 160. *Sanches in decalogum lib.* 4. *cap.* 15. *à num.* 37. *nouissime Mangilius quæst.* 129. *numer.* 13. *Ægidius leg.* 1. *Cod. de sacros. Ecclesijs* 5. *part.* §. 1. *num.* 5. *& 6.*

Ab hac tamen limitatione dissentiunt aliqui, & graues post *Fe-* 450. *diricum de Senis consil.* 21. *Paul. Castr. in dict.*

in dict. Rubrica de acquir. hæreditate num. 4. *vbi Aretin. & Immol. & Cumanus, quos sequitur Couar d. cap.* 1. *n.* 21. *& in casu magis dubio Cald as ad l. vnic. Cod. ex delict. defunct.* 4. *part. num.* 15. eo præcipue moti fundamento, quod lex iusta obligat in foro conscienciæ, *glossa communiter recepta in cap. quæ in ecclesiarum de constit. Diuus Thomas* 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. *Menoch. dict. quæst.* 80. *n.* 8, *Suares de legibus lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 5. *& per totum*, quinimo *cap. sequenti num.* 9. resoluit non posse dari legem quæ non habeat vim obligandi in foro conscienciæ, late *Sairo in claui regia lib.* 3. *cap.* 6. *& cap* 7. sed negari non potest, quin lex Iustinianea, licet fundetur in præsumptione sit iusta, vt omnes vnanimiter fatentur, igitur etiam in foro interiori non conficiens inuentarium tenebitur vltra vires hæreditarias ex obligatione prædictæ legis.

Cui difficultati volens occurrere *Fachineus d. cap.* 24. *in fine*, reprobat sententiã *Nauarri in Manuali cap.* 17. *n.* 182. dum post *Syluestrum*, & alios resoluit, legem fundatã in præsumptione nõ obligare in foro conscientiæ, data veritate in cõtrarium, iuxta ea, quæ notant Doctores *in cap. Is qui fidem de sponsal.* & ipse aliam viam dicẽdi excogitat, quæ nihil addit solutioni *Nauarri*, dum ait legem Iustinianã quatenus obligat hæredem vltra vires hæreditarias, esse iustam in foro ciuili, sed iniustam in foro conscientiæ, ex eo, quia fictio, seu præsumptio legis, nõ habet locum in foro Dei, data veritate in contrarium, contra illud Psalmi, *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.*

451.

Sed nec opinio *Nauarri*, nec cogitatio *Fachinei*, (quæ in substantia non differunt) dubitationem tollunt, imo cum prima sententia coincidunt in effectu, sed potius contraria sententia, quæ dicit legẽ fundatam in præsumptione habere locum tam in foro ciuili, quam in foro conscientiæ, verissima est, licet declaratione indigeat, *vt per Suar. de legibus lib.* 3. *cap.* 23. *à num.* 2. *& 4. & sequẽtibus, optime explicat Menoch. lib.* 1. *de præsumptionib. quæst.* 80. *n.* 14. vbi ait, quod licet ratio legis, quæ fundatur in præsumptione, id est ipsa præsumptio cesset in casu particulari, nihilominus ipsa lex non cessabit, quæ non ad casum particularem, sed in publicam vtilitatẽ, & communem lata est, argumento *l. Prospexit D. qui, & à quibus, de quæst. Couar.* 2. *part. de sponsal. cap.* 6. §. 9. *num.* 8. *Suar. vbi supra lib.* 6. *cap.* 5. *à num.* 6. *Menochius de arbitr. casu.* 82. *à numer.* 14. *Quesada diuers. cap.* 16. *Mendaça de pact. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 16. *Morla in empor. iur. deleg. quæst.* 11. *num.* 26. *Ceuall. commun. quæst.* 770. *Fachin. lib.* 1. *contr. cap.* 3. *Donel. lib.* 26. *cap.* 2. *Barbosa l.* 1. *D. soluto matr. part.* 1. *nu.* 88. *Brito ad cap. at. de Locato* 2. *part. nu.* 26. quam resolutionem admittit *Suares vbi supra, nu.* 5. & 6. in præsumptione suppositiua, de qua

de qua loquitur, vt bene comprobatur *ex d.* §.*Sancimus*, in quo Imperator ſupponit hæredē non conficientem inuentarium ſubripuiſſe infraudem legatariorum, & fideicommiſſariorum partem hæreditatis,quod licet à parte rei non daretur, nihilominus ſufficit ad legis iuſtitiam, vt poſsibilis ſit ſuppoſitio, ac proinde licet veritas cauſæ in partitulari deficiat,tamē intētio legis, iuſtitiaq; ipſius non deficit, quia ſēper eſt verū dicere poſſe interuenire,prout in noſtro caſu ſubreptionem, & furtum, & ſic de ſimilibus, ac proinde tam in foro exteriori, quam in interiori obſeruanda eſt, niſi ex mēte ipſius aliud colligatur, quæ reſolutio originaliter colligitur ex traditis *per Innocentium in cap. Quia plærique de immunitate Eccleſ. num.* 6. *vbi Card. nu.* 9. *Anchar.* 12. *Sot.*4 *de iuſtitia q.* 5. *articul.* 3. *Couar. regula peccatum.*2. *part.* §. 3. *num.* 10. *verſiculo* 9. *& in cap. Cum eſſes de teſtam. à num.* 9. *vſq;* 22. quicquid exiſtimet *Menoch. d. quæſt.*80.*num.* 3. & repugnet communis ſententia, de qua ſupra,quā ſequitur *Alciat. in cap. nouit de iud. num.*42.*& reſponſo.* 302.*num.* 5. *Tiraquel. ad leges Connubial. gloſſ.* 2. *num.* 15. quæ communis ſententia bene intelligitur vt procedat in illis legibus,ſeu præceptis,quię fundantur in ſuppoſitione diffinitiua, quando indigent hominis miniſterio,quia tunc data veritate incontrariū, nemo tenetur in conſciē-

453. tia illis obedire ante ſententiam,& ipſius executionem,ſi illam ſecum ſcilicet non trahāt, vt optime tradit *Sayro in claui regia lib.* 3. *cap.*7. *n.*8.*cum communi ſententia Angian. de legibus*, quia ſi ſuam ſecum executionem trahant,eſt magis dubiū ſed ſi veritas deficiat, vt in noſtro caſu, adhuc in cōſcientia prædictę pœnæ non obligabunt, prout ſunt omnes cenſuræ, irregularitates, & præcepta ſuperiorum, quæ nullo indigent hominis miniſterio,*iuxta cap. Peſtralis* §.*verum de appell per textum in cap. ſententia paſtoris* 11.*quæſt.* 3. *iuncto cap. qui reſiſtit, eadem cauſa, & quæſtione cap. Peruas* 40. *verſic. verum de ſententia excommunicationis Sayro d. num.* 8.*& de cenſur. lib.*1.*cap.* 17.*num.*7.*& ſequentibus, Gutier. lib.* 1.*canonicar. cap.*4.*num.* 36. *Suar. de cenſur. diſput.*4.*ſectione* 7.*num.*19.*& ſequenti*, quæ doctrina declaratur, vt procedat etiam in foro conſcientiæ, quādo pręcipitur aliquid, quod adimpleri nequit ſine peccato,*iuxta textum optimum in cap. Inquiſitioni de ſententia excommunicat.* inducunt aliqui vt per *Abbatem ibi num.* 4. *ad hoc textum in cap. Is, qui fidem de ſponſalib.* quando ſcilicet quis accedit ad mulierem non animo maritali, ſed fornicario, quia tūc potius debet cēſuram pati, quam peccatū committere, accedendo ad ipſam peccaminoſa voluntate *Suar. d. lib.* 3.*cap.*23.*nu.*2. iunctis multis, quæ ipſe reſoluit *lib.*5.*de lege pœnali cap.* 5.*cum* 5 *capitibus ſequentibus.*

Et qui-

Ex quibus plura colliguntur notabiliamenti commendanda. Primũ est resolutio nostræ quæstionis scilicet hæredem non conficientem inuentarium nõ teneri in foro
454. conscientiæ legatarijs, seu fideicõmissarijs relicta præstare vltra vires hæreditarias, hoc autem non ex eo fundamento, quia lex, quæ fundatur in præsumptione, non habet locum in foro conscientiæ, prout male communis sententia contendebat, quia iam supra probauimus contrãrium, & in simul legem in terminis esse fundatã in præsumptione suppositiua, quæ obligat in foro conscientiæ, *vt cum Suares, & alijs* supra ostendimus, sed quia ex mente legis colligitur hæredem in proposita quæstione, non teneri ante sententiam, ex eo, quia licet lex sit fundata in præsumptione suppositiua, est tamen lex pænalis, quæ ad sui obligationem requirit sententiam, & partis petitionem, *iuxta d. Authenticum de hæredibus, & Falcidia* §. *Si vero non fecerit*, ibi (*sed complebit legatarios*) quæ verba intelligẽda sunt necessario de sententia ferenda per iudicem, *iuxta elegantem doctrinam glossæ, in d. cap. Fraternitas* 12. *quæst.* 2. quam vtpote iuris principium certum *ex Nauar. Tiraquel. & multis alijs iam supracitatis, receptum testatur Suar. d. lib.* 5. *de legibus cap.* 6. *num.* 4. *Farinacius tom.* 1. *praxis quæst.* 10. *num.* 70. & ita in terminis aliquãdo resoluit idem *Suares dict. lib.* 3. *de legibus, cap.* 23. *num.* 9. ad quem sensum debet reduci *Menochius d. quæst.* 80. *num.* 3. *versiculo hæc traditio, late Mangil. d. num.* 13. *& sequentibus, optime pater Molina disput.* 217. *num.* 61 & 7. & deducitur ex mente *Couar. regul. Possessor part.* 3. §. 2. *num.* 2. post sententiam vero, tunc tenebitur hæres in conscientia illi obedire, tãquam pænæ iustæ suæ negligentiæ, ita *Suares d. num.* 9. optime *ex Innocentio comprobat Menoch. d. quæst.* 80. *num.* 30. *in principio.*

Secundum notabile, quod ex supradictis colligitur, est, quod quoties lex aliquem actum ipso iure annullat, quę fundata sit in præsũptione suppositiua, licet deficiat veritas supposita, cum tamen possibilis sit, ipsa habeat locum in foro conscientiæ, *iuxta supra dicta in nu.* 452. *& sequenti*, etiam ante sententiam, cum tamen aparte petatur, Vnde dico hæredes venientes ab intestato, nullo modo teneri in foro conscientiæ ad præstanda, quæ in minus solemni testamento fue- 455.
runt relicta, licet re vera intelligant testatorem voluisse talia legata ab ipsis præstari, & ratio est, quia cum lex anullet ipso iure testamentum minus solemne, sequitur hæredem non teneri ad aliquid pręstandum, & ita ex supradictis rationibus eleganter resoluit *Couar. in d. cap. Cum esses à num.* 12. *cum sequentibus, Gomez l.* 3. *num.* 123. *ex Bald. ex l. Cum quis num.* 14. *Cod, de iuris, & facti ignor. vbi Padilla in d. l. Cum quis num.* 10.

Benedictus Ægidius Lusitan. l. 1. C. de sacrosanct. 2. part. cap. 4. quam multis alijs relatis comprobat *Menoch. quæst.* 80. *à num.* 7. *usque ad finem, vbi num.* 13. probat *Innocent., Abbatem Bart., Alciatum, & alios, Fachin. lib.* 4 *cap.* 5. *Costa in cap. si pater glossa, in suo testamento, nu.* 14. *Molin. disp.* 81. *num.* 20. *cum quibus est communis sententia*, sed cum prima transierunt præceptores nostri ad rubricam de testamentis, quam post *Gutier. secundo Canon. cap.* 25. *num.* 11. tutiorem, & communem testatur *Ceuallos tom.* 1. *contrar. quæstion.* 71. *à num.* 9. qui satis respondent *ad leg. & si in vtiliter. C. de fideicommissis, & ad l. Non dubium C. de testamentis, & ad l. vltim. Cod. de fideicommissis ad §. final. Inst. de fideicommissor. hæreditatibus*, quibus autores cōtrariæ sententiæ nituntur, vt per citatos supra videbis.

Tertium notabile, quod ex supradictis colligitur est, quod ille, qui aliquam rem ecclesiæ, seu minoris emit absque solemnitatibus á iure requisitis reclamātibus ipsis
456. minoribus, seu ecclesia tutus non est in foro conscientiæ. Ratio est, quia hic emptor contra leges mercatur, *iuxta regul. qui contra de regul. iuris lib.* 6. nec bonam fidem habere potest, prosequitur nouissiome *Barbosa in rubrica C. præscriptione* 30. *vel* 40. *annorum à nu.* 87. *Gabriel. Pereira decis.* 36. & leges loquentes de solemnitatibus necessarijs in rebus ecclesiarum, & minorum fundātur in præsumptione suppositiua fraudis comissæ contra ipsam Ecclesiá, vel minorem, licet in veritate non interuenisset talis fraus, cum tamē posset interuenire, & lex ipso iure irritet tales contractus, sequitur emptorem teneri in foro conscientiæ rem domino restituere. Maior constat ex omnibus supra dictis, minor *ex cap. si quis præsbyterorum de rebus ecclesiæ*, ibi, (*viribus, quanuis à principio nullas habuerit vacuetur*) *cap.* 1. *cap. tua nuper de his, quæ fiunt à prælatis cap.* 2. *versiculo contractus de rebus Ecclesiæ in* 6. *cum multis alijs Menoch. casu* 172. *nouissime Villagut. de rebus Ecclesiæ* 2. *part. cap.* 2. & 3. *Castill. de vsufr. cap.* 54. *à nu.* 4. *Surd. consil.* 11. *maxime num.* 31. In rebus minorum bene probat rescriptum Seueri, de quo *in l.* 1. *D. de rebus eorū*, quod extensum est per Imperatorē ad res furiosi, secundum *l.* 2. *C. curator. furios.* de quo rescripto *Menochius casu* 171. *à principio Caldas in l. Si curatorem, verbo, contractum fecisti, num.* 1. & ita in terminis bene resoluunt *post Innocentium ind. cap. quia plerique, Couar. ad regul. Peccatū,* 2. *part.* §. 3. *num.* 11. *Menoch. lib.* 1. *de præsumptionibus quæst.* 80. *numer.* 37. prosequitur *præceptor ad Rubricā de præsumption.* 1. *part. quæst.* 12. *contra Tiraq. ad leges connubiales glossa* 2. *nu.* 20. *& contra Boer quæst.* 5. *num* 13. & alios, quos ilti adducunt; Et deniq; hāc nostram sententiam admittit. *Molin. d. disp.* 81. *num.* 31. *& sequēti*, licet ipse requirat petitionem ex

parte

parte illius, in cuius fauorẽ ſolemnitas fuit inſtituta, vel introducta, quod & iam verum puto cum multis alijs, quæ ad propoſitum cumulat *Gonçales in regula 8. gloſſa 56. nu.* 90. vbi de contractu minoris, & *num.* 94. vbi de ſolemnitate rei eccleſiæ videndus *num.* 48. *vſque ad num.* 109. faciunt quæ in terminis *Menchac. frequentium. cap.* 71. *à num.* 5. *Barboſ. leg. Sicut Cod. præſcriptione* 30. *à num.* 133.

Quartum notabile deducitur ex ſupra reſolutis ſcilicet omnes le-
457. ges ſeu ſtatuta, quæ dant certam formam actibus, ſupponendo aliquid interueniſſe in ipſo actu, quod lex vitare intendit, licet in rei veritate non interuenerit, nihilominus ſtatutum, ſeu lex illa habebit locũ in foro cõſcientiæ, ita reſoluit *Menochius d. quæſt.* 80. *num.* 38. *cum Petro Pechio de teſtament. coniug. lib.* 4. *cap. vltimo* ponentes exemplum ſtatuti vetantis, ne maritus aliquid vxori relinquat (ſupponendo maritum fraudulentis, blanditijs vxoris allicitum fuiſſe ad tale legatum præſtandum:) Nam & ſi in veritate maritus ex propria liberalitate motus fuerit ad legandum, adhuc tamen legatum vires non obtinebit, iuxta ſupra dicta, quod in alio exemplo admittit *Couar. in d. regul. peccatum* 2. *part.* §. 3. *num. finali*, de Muliere a lege prohibita vendere ſine Marito, quod deſeruire poteſt *Ordinationi regiæ lib.* 4. *titul.* 48. dum Maritis inhibet alienationem immobiliũ, abſque expreſſo conſenſu vxorum.

Quintum notabile deducitur quid dicendum ſit in illa ardua quæſtione, quando quis chirographo obligatur ſub ſpe pecunię numeran-
dæ, quæ poſtea numerata non fuit, 458.
parsque negligens in repetendo chirographo paſſa eſt tẽpus elabi, de quo *in l. Generaliter l. In contractibus Cod. non numerata pecun. & in Ordinatione lib.* 4. *tit.* 51. Vtrum in conſcientia teneatur ſoluere pecuniam in chirographo contentam, dico in hoc ſequendam eſſe communem opinionem negatiuã, *poſt gloſſam, verbo, negetur, in principio, Inſtit. de literarum obligat. quam ſequitur Ioannes Faber ibi num.* 6. *recipitur per Felinum in cap. ſi cautio de fide inſtrumentorum num.* 62. *Innocentius in cap. quia plærique de immunitate Eccleſiarum, vbi Butrius, & Abbas num.* 18. *poſt Bartul. teſtatur communem Raſon. in l.* 1. *num.* 5. *D. condit. in debiti, Baldus in l. Cum quis columna vltim. C. iuris, & facti ignor. Gom. tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 6. *Conan. lib.* 1. *Comentar. cap.* 6 *num.* 11. *Ægidius leg. Ex hoc iure tom.* 1. *cap. final. num.* 34. *Alciat. in l. Qui pecuniam column.* 1. *D. ſi certum petatur, ſequitur Molina de iuſtitia, diſputat.* 302. *num. fin. Menchac. de ſucceſſion. creat.* §. 12. *num.* 49. *Coſta l. Si ex cautione limitatione* 1. *numer.* 5. *& num. final. Menoch. lib.* 1. *de præſumptionibus quæſt.* 80. *num.* 3. *& lib.* 3. *præſumpt.* 145. *num.* 15. ubi de communi teſtatur,

contra aliam etiam communem, de qua per *Ægidium d. cap. fin. nu.* 34. Confirmatur hæc ſententia, non ex fundamento, quod ſupra relati Doctores adducunt, nempe *ex lege In contractibus Cod. non numerata pecunia*, quam eſſe fundatam in præſumptione aiunt illi, quæ in foro conſcientiæ non habet locum deficiente veritate, quia iam ſupra contrarium manet reſolutum in præſumptione ſuppoſitiua, de qua videtur agi *in d. l. In contractibus*, ſecundum probabiliorem ſententiam, de qua *Coſta in l. Si ex cautione fallentia vltim. num.* 4. *C. illo titulo quem ſequitur Menoch. d. præſumpt.* 145. *num.* 2. ſed ex illa, potius ratione, quia Imperator in hoc caſu voluit occurre inconuenienti, videlicet continuis litibus, quæ ſemper oriri poterant ex huiuſmodi confeſsionibus, ſi quocunque tempore opponi poſſet a debitore de non numerata pecunia, *de qua in d. l. Si ex cautione, & fere per totum illum titulum*. Vnde merito in deciſione
459. *d. l. In contractibus*, ſolum denegauit exceptionem priuilegiatam debitori competentem intra bienniũ, ſecundum communem ſentẽtiam, *per Coſta in d. fall. vlt. nu.* 2. *Menoch. d. præſumpt.* 145. *num.* 13. quam vt veriorem de iure Cõmuni ſequuta eſt *Ordinatio lib.* 4. *tit.* 51. §. *penultim.* ſed non denegauit exceptionem, quod pecunia non fuerit numerata, quando Reus illam probare intendit, quam exceptionẽ perpetuo concedit Iure conſultus *in leg.* 2. §. *Circa D. doli mali exceptione*, vbi proſequuntur communiter ſcribẽtes, & in terminis tradit *Ægidius l. ex hoc iure tom.* 1. *cap. final. num.* 53. *ad finem, & num.* 54. quam opinionẽ in hoc puncto libenter amplector, & ſecundum hanc ſententiam ſumus extra terminos obligationis naturalis, vel ſecundum aliam cõmunem opinionem, de qua *Menoch. vbi ſupra num.* 12. *Coſta d. num.* 2. *à principio*, nullo modo admittatur Reus ad probandum exceptionem nõ numeratæ, quaſi in pœnam ſuæ negligentiæ in repetendo chirographo, quo caſu cum lex ſit pœnalis, licet fundetur in præſumptione ſuppoſitiua non obligabit in foro conſcientiæ, ante ſententiam, prout iam ſupra in caſu non conficientis inuentarium ſatis probatum eſt, conducit ad hoc optimum ſimile de famulo non repetente ſalarium intra triennium, ſecundum 460.
legem noſtri Regni lib. 4. *titul.* 32. *& leg. Caſtellæ lib.* 4. *titul.* 15. *leg.* 9. *Noua recupilationis, & ibi Azeuedo in principio*, quæ in odium famulorum, & ad ipſorum negligentiam puniendam fuerunt conſtitutæ, ſupponendo ipſos eſſe ſatisfactos, quo caſu licet eis denegetur actio elapſo triennio, nihilominus domini, qui re vera non ſoluerunt, non remanent in foro conſcientiæ tuti, *iuxta reſoluta per Molinam tom.* 1. *de iuſtitia diſputat.* 67. *concluſione ſecunda, Couarru.* 2.

part.

part. regulæ Possessor. §. 11. num. 3. & 4. Sanches lib. 7. de matrimonio, disputat. 37. num. 17. Gutier. ad legem, Nemo potest, D. de legatis primo, num. 487. Valasc. consilio 125. numer. 24. Dueñas regul. 6. limitatione 2. Marius Giurba decis. 13. nu. 12. post Gammam decis. 334. optime insignis Barbosa leg. Sicut C. præscriptione 30. à num. 96. maxime, num. 100. & 109. qui omnes recte admittunt hanc præscriptionem derregādæ actionis famulis negligentibus procedere, etiā cum scientia domini, ex eo, quia lex nō intendit dominis in aliquo fauere principaliter; sed solum negligentiam seruitorum punire, denegando eis personalem actionem, quā habebant, ad salarium petendum, quod optime constitūtum est, & iustissime ad abreuiādas lites, quāuis de iustitia earum legū dubitet Gamma dict. decis. 334. Menchac. de succes. creat. §. 10. n. 33. pater Rebell. de obligat. iustitiæ. 2. part. lib. 14. quæst. 13. n. 12. & seqq. Oroscius in l. Omnes populi D. de iust. & iure num. 78. & alij per additionem ad Gammā vbi proxime, quibus non fauet exemplum, de quo Molina vbi supra, scilicet leges ciuiles, & canonicas iustissimas esse, quæ denegant in foro exteriori actionem ad inquietandum emptorem, qui decepit venditorē intra dimidiam iusti pretij, vt scilicet maior esset reipublicæ tranquilitas, ne tantis litibus perturbaretur, Neque obstabit si quis replicet de bona fide requisita in quacunq; 461. præscriptione, iuxta cap. vltimum de præscriptionib. cap. Vigilanti eodem titul. cum multis alijs, quia ex mēte aliorum Doctorum respondent pærceptores varijs in locis cum cōmuni doctorum sententia, de qua præscribentes ad d. cap. vltim. Abb. num. 11. Felin. num. 2. Paris. num. 8. Tranius à num. 12. Paulus in l. 4. §. Si viam de vsucapionibus n. 14. Couar. d. §. 11. num. 5. Menoch. remed. 15. recuperand. num. 189. Molina supra Caldas l. Si curatorem, verbo sua facilitate, à num. 76. Gabriel communium, titul. de præscriptionibus, conclusione 3. & 4. Ceuallos com. contra. com. quæst. 173. versic. contrariam, Fachin. controuers. lib. 1. cap. 63. versic. 2. sententia Menchac. freq. cap. 76. à principio, Surdus consilio. 49. num. 50. insignis Barbos. in l. Sicut C. præscript. 30. à n. 22. inquiunt verum esse bonam fidē requiri in rebus, seu actionibus realibus præscribendis, in quibus factum præscribentis requiritur, vt dominium transferatur, sed non procedere in præscriptione actionū personalium, quæ solum dependet a legis dispositione, & authoritate, nec aliquod factum præscribentis, sed lapsum temporis requiritur, ad denegandam actionem in iudicio, & foro exteriori, quod in odiū dominorum negligentium, lex taxauit, quia in interiori semper præscribens manebit obligatus, iuxta supradictos Doctores, prout etiam emptor, qui venditorem decepit intra dimidiam in foro conscientiæ

tenetur ad restitutionem, vt omnes resoluunt *ad cap. Dilecti de empt. & vendit.* vbi vide. Verum est tamen in contrarium adesse aliam communem sententiam, quam refert, & *sequitur Barbosa in d. l. Sicut à nu.* 37. vbi magis communem testatur, quæ forte de iure cōmuni defendi potest *quod d. cap. vltim.* reuocat omnem præscriptionē, cū mala fide,

Nec contra principalem hanc doctrinam obstabit dicere leges præscriptionum inductiuas esse le-
462. ges pœnales promulgatas in odium dominorum, qui negligentes sunt in suis rebus recuperandis, & qui per totū vsucapionis spatium passi sunt res suas ab alijs possideri, *capit. Vigilanti de præscriptionibus, principium Inst. de Vsucapionibus l. vltima D. pro suo*, quo præcipuo motiui fundamento *Bartulus in extrauaganti ad reprimendam*, verbo, *denunciationem*, *Ioannes Andreas in regula Possessor, de regulis iuris in 6. Alciat, qui plures refert in leg. Quinque pedum, in principio, C. finium regund.* audacter resoluunt præscribētem etiam post finitam præscriptionem, non esse tutum in foro animæ, contra quos scripserunt plures, quos refert, & sequitur *Couarru. in d. regul. possessor 3. part. §. 2. num. 2. Molina de iustitia disput. 61. per totam, Menchac illustr. quæstionem cap. 74. à principio, Bald. Gom. Sott. & plures alij relati per Cenedum 2. part. collectan. 50. numer. 3. Gilchemius de præscript. 2. p. memb. 1. Chaues Lusitanus in opusculo de præscript. 2. part. n. 13. præceptores ad rub. de præscriptionib.* resoluētes præscriptionem cōpletam tutissimos reddere in conscientia præscribentes, & constat *ex cap. 2. de Præscriptionibus in 6. & post omnes resoluit insignis Barbos. l. 2. Cod. de præscriptione 30. vel quadraginta, num. 211. Couar. regul. Possessor. 3. part. d. §. 2. nu. 2.*

Nec argumētum aliquid euincit, quia verius est præscriptionem non fuisse primo, & principaliter 463.
inductam in odium negligentium dominorum, sed primo, & principaliter in fauorē publicum, ne dominia rerum in incerto essent. & vt aliquis esset litium finis, quanuis secundario attendatur negligentia dominorum, *d. principium Inst. de de Vsucapionibus, l. vnica Cod. vsucap. transform. l. 1. D. de vsucapionibus, l. vltim. D. pro suo, cap. Vigilanti de præscriptionibus, Menchac. illustr. cap. 51. num. 9. Conan. lib. 3. Commentar. cap. 15. Donelus de iure Ciuili lib. 5. cap. 5. à principio. Couarru. regul. possessor. 1. part. §. 1. num. 5. Molin. disputat. 2. tract. 2. versic. maior. Gilchen. Chaues vbi supra num. 17.* Vnde consequitur leges præscriptionem inducentes fauorabiles, minime autē odiosas esse, idq; ex fine principali qui semper attenditur *ex l. 1. D. authoritate tut.* vt obseruat. *Cuman. in leg 1. in principio, D. de vsucapionibus, Decius in l. Traditionibus num. 10. Cod. de pactis, Menchac. illustrium cap. 55. nu. 11. Couar. d. 3. part. §. 2. n. 3 versic. 2. Molina dict. disput. 61. Guido Papæ,*

quæst. 410. *Faber. decad.* 88. *error.* 5. *ante finem*, securosque reddit præscribentes in foro conscientiæ, iuxta supracitatos Doctores, contra *Bartul. & supracitatos* pro sua sententia.

Vt igitur reuertamur ad intentum, à quo dig essum fecimus, succedit quinta limitatio, quam Doctores admittunt ne hæres ob non confectum inuentarium plectatur pœnis à iure præfinitis, quãdo creditores, & legatarij fatentur non
464. fuisse in hæreditate plura bona, ratio illa est, quia lex, quæ obligat hæredem, vltra vires hæreditarias, fundatur in præsumptione iuris, & de iure; videlicet, quod hæres iuratus est multa de hæreditate, vt iã supra probauimus, quæ præsumptio licet de sui natura reijciat omnem probationem in contrarium, vt notant omnes Doctores cõmuniter *ad cap. Is, qui fidem, de sponsalibus, & in l. vlt. Cod. ad Macedonianum l. Antiqua C. ad Vellæanum, l. fin. C. arbitrium tutellæ, glossa, verbo, præsumptione, in l. vltima C. quod metus causa, glossa, in Auth. sed iam necesse C. de donat. ante nupt. cum alijs, de quibus Mangilius dict. quæst.* 129. *num.* 16. *Alciatus de præsumptionibus* 2. *part. in prælud. num.* 3. *Menoch. qui plures citat, cod. tractatu lib.* 1. *quæst.* 60. *Farinac. in praxi criminali tom.* 2. *quæst.* 36. *num.* 247. *Mascard. de probationibus lib.* 3. *conclus.* 1222. *num.* 3. attramen partis confessio in cuius fauo
465. re inclinat præsumptio admittitur, dummodo materia sit remissibilis per partes, *vt per glossas supracitatas, glossa, verbo, scribat, in Authentico de æqualitate dotis* §. *Aliud collatione* 8. *glossa melior de iure, ad hoc, verbo, nullo modo, per textum, ibi, in l. Inconstantibus Cod. non numerata pecunia, post Abbatem d. cap. Is, qui fidem, de sponsalibus num.* 5. *Felin. in Rubric. de præsumptionibus num.* 11. *Alciat. vbi supra num.* 4. *Couar. de sponsalibus* 1. *part. cap.* 4. §. 1. *mumer.* 3. *Menoch. de præsumptionibus lib.* 1. *quæst.* 61. *nu.* 5. *Lusitanus noster Philippus de fictionibus* 2. *part. cap.* 2. *in principio, Valasc. de iure emphit. quæst.* 7. *num.* 27. *Farinaceus d. quæst.* 36. *nu.* 248. *Mascard. conclus.* 1222. *num.* 13. *Barbos. l. Sicut C. præscriptione* 30. *vel quadraginta n.* 101. qui licet varias rationes adducant, ego tamen puto illam esse principalem, de qua ipsi non curãt, videlicet, quod pars, quæ pro se habet præsumptionem iuris, & de iure, confitendo contra præsumptionem videtur renunciare ipsi pro se facienti, argumento *l. penult. Cod. de pactis; iunctis his, quæ tradit Bartulus per textum optimum ad propositum, in l.* 1. *Cod. de his, qui sponte munera publica subeunt. lib.* 10. *Thuscus tom.* 6. *litera, P. conclusione.* 756. *à num.* 10. & notant nostri Cononistæ *in cap. Cum accessissent de Constitutionibus, vbi bene Felin. numer.* 28. *post antiquiores, Suares de legibus lib.* 8. *cap.* 35. *à n.* 16. *& sequentibus*, & ita in terminis hãc nostram limitationem *scripsit Baldus in l. Filium, quem habentem Cod.*

Familiæ herciſc. nu. 10. *Alex. column.* 1. *in l. final.* §. *Etſi præfatam Cod. iure de liber. Paul. in leg. In ratione* 11. §. *Quod vulgo, num.* 6. *D. ad leg. Falcidiam, Alex. iterum in l.* 1. §. *Siis, qui quadraginta D. ad Trebellian. nu.* 2. *vbi Ripa, num.* 8. *Iaſon. in d.* §. *Etſi præfatam num.* 2. *à principio*, quibus libenter aſſentior nec contradictorem inueni.

Sexta limitatio, quam Doctores excogitant ad ſupradicta, eſt,
466. ne procedant in ſucceſſoribus anomalis, id eſt in illis, quibus lex defert bona ex aliqua cauſa, prout in caſu, quo bona addicuntur ſeruis cauſa libertatum tuendarum, ſecũdum edictum *Dini Marci*, de quo *in principio, Inſtit. de eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur l. final. Cod. de teſtament. manumiſſ. leg.* 2. *&* 3. *D. de fideicommiſſariis libertatibus, l. Quod Diuo Marco* 50. *D. Manum. teſtamento*, qui fuit nouus modus ſuccedendi, a *Diuo Marco* adinuentus in fauorem libertatum; nam cũ eſſet neceſſaria ad legata, & libertates conſeruandas aditio hæreditatis, iuxta multa iura expreſſa, *l. Si Nemo D. de teſtamentaria tutel. l. Eam, quam Cod. de fideicommiſſ. l. Proxime D. de his, quæ in teſtamento delentur*, & in libertatibus loquentes *textus in l.* 2. *&* 3. *& in l Si iure C. de teſtamentaria Manumiſſione l.* 2. *Cod. Si quis omiſſa cauſa teſtamenti*, alias non adita hæreditate, legata, & libertates corrudebant iuxta ſupracitata iura, multa addicit *Peregrinus in arti-*

culo 2. *num.* 12. *poſt gloſſam, & Bartol. in l. Ille à quo* 13. §. *Si de teſtamento, D. ad Trebellianum per textum ibi, excellenter Donellus in d. leg. Eam, quam num.* 6. quod intelligitur in hæreditatibus directe datis, non autem in repetitis à venientibus ab inteſtato, clauſula codicillari adiecta in teſtamento boniſq; obliq; relictis, quia 467.
hoc caſu legata, & libertates poſſunt peti à venientibus ab inteſtato, *d. l. Eam, quam*, & eſt demente Doctorum *Duareni lib.* 2. *diſputat. cap.* 5. *& omnium præſtantiſſimi Goueani variarum lib.* 2. *cap.* 1. *Fachin. lib.* 6. *controuerſiarum, cap.* 97. quibus non relatis bene proſequitur *Peregrinus dict. articulo* 2. *num.* 15. *& ſequentibus, poſt Bald. & Iaſon. Padill. in d. leg. Eam, quam*, quod priuilegium addicẽdi ſcilicet bona, cauſa ſeruãdarũ libertatũ ſeruo, vel extraneo conceſſum, extẽdunt Doctores ad legata pia, vt *ex Bartolo, Fulgoſio, Immol. Cuman. & alijs antiquioribus*, comprobat *Iaſon. num.* 19. *in d. leg. Eam, quam, Succinus lib.* 1. *conſ.* 116. *nu.* 25. *Tiraquel. de priuileg. piæ cauſæ priuilegio* 33. *&* 76. *quos ſequit vr Peregrin. d. artic.* 2. *num.* 35. *Couarru. in noſtro cap. Raynaldus* §. 3. *num.* 14. *&* 26. *&* 28. *Surd, de alimentis tit.* 8. *priuilegio* 12. *à numer.* 6. quæ aditio bonorum, ſolum fuit à *Diuo Marco* de nouo inſtituta libertatũ ſeruãdarũ cauſa, contra ordinarias iuris regulas, de quibus ſupra, vt poſt alios bene obſeruat *Pichardus in d. principio Inſt. de eo, qui libertatis cauſa bona addicun-*

addicuntur num. 19. in principio, & fuit *de mente Mynsing. ibi numer. 1. verbo libertatum*, quæ, bonorum addictio saluat, & conseruat solum legata libertatū, iuxta supra dicta,
468. minime autem cætera legata à testatore relicta, quod probatur ex eo, quia, cū fauor ibi sit concessus solum libertatibus, non potest extendi ad alia legata, de quibus constitutio *Diui Marci*, non meminit, *contra regul. quod ob gratiam alicuius de regul. iuris lib. 6.*

Neque obstat contra hanc resolutionem; Ratio expressa à Iustiniano, *in §. Hoc rescripto Inst. illo titul. & in d. l. 4. D. de fideicommissar. libertatib. cum alijs*, scilicet addictionem esse inuentam in fauorem testatorū, qui fauor videtur æqualiter dari in conseruanda voluntate testatoris, circa cætera legata, sicut circa libertates, nam Respondeo *cum Pi-*
469. *chardo in d. princip. n. 21. & sequenti*, fauorem testatoris in hoc casu non considerari, quoad respectum conseruandi famam, & honorem testatoris, cui apud antiquos maximæ erat ignominiæ decedere sine hærede, vt ex pluribus Iure consultorū locis, *& ex Seneca, Simacho Ciceronе*, *bene comprobat Pichardus in d. §. Hoc rescripto, numer. 2. & 3. sequentibus.* Est autem de necessitate addictionis, vt fiat cautione præstita cum fideiussoribus, vel pignoribus captis
470. sufficientibus ad omnia debita soluenda, vt ex mente *Bartoli, Iason, Alexand. Fdin. Tiraquelo, Menochio comprobat Cinothim nu. 5. d. principio*, Morla *in emporio titul. 8. quæst. 1. nu. 20. Pichard. vbi supra num. 23.* & deducitur ex mente *Barbos. ad l. In omnibus D. de iudicijs nu. 47.* ex quibus consequi videtur, quod cū isti hæredes, quos anomalos vocamus, non acquirant hæreditatē, ex dispositione testaroris, non tenebantur, nisi eatenus, quatenus hæreditatis vires supplebant, vt contra multos tradit *Menchac. de successionе creatione §. 16. num. 6. quem refert & sequitur Pichardus in d. principio, nu. 66.* allegando adhoc *textum in l. 4. §. Item videamus D. de fideic. libertat.* qui textus meo iudicio non probat opinionem supradictam, quinimo probat contrariā, determinat enim 471.
Iure consultus hæredem, cui libertatis causa bona addicūtur sub idonea cautione, in forma rescripti *Diui Marci*, non esse conueniendū hæreditarijs actionibus, sed solum ex cautione, quam præstitit de soluendo creditoribus, Ratio decidēdi manifesta est, cum enim hæreditas delata non fuerit ipsi hæredi scripto ex testamento, merito decidit textus nō hæreditarijs actionibus, quibus nouus successor obnoxius non est, sed solum ex cautione esse conueniendum, & sic non decidit istum successorem nō teneri vltra vires hæreditarias, *vt Menchac. & Pichard. opinantur*, sed potius probat ipsos non esse hæredes, & vtpote tales cōtra eos non competere actiones hæreditarias,

quia

quia si hæreditariæ actiones competerent, frustra requireretur cautio,argumento, *l. Hæc stipulatio §. Diuus D. vt legatorum, seu fideicomm. nomine caueatur*, & sic merito decidit Vlpianus ipsos solum esse conueniendos ex cautione, quia non est inter istum successorem, & defunctum, ille quasi contractus, qui obligat hæredem scriptũ adeũtem testatoris hæreditatem, ad legata soluenda, *iuxta §. Hæres Instit. de obligationibus, quæ ex quasi contractu, Costa cap. si pater, glossa, Trebellianicæ, num. 9. & 10. & gloss. deferuntur, nu. 4. Menchac. de succesion. creatione §. 17. num. 49. & §. 1. num. 26. Caldas l. Sicuratorem, verbo, hunc contractum seruari, num. 3. Donel de iure Ciuili lib. 15. cap. 14. versiculo, hoc modo*, vnde consequitur necessario quod si hæreditariæ actiones competerent aduersus istum successorem, ipse teneretur vltra vires hæ-
472. reditarias, prout supponendum est teneri ex cautione; nam cum hæreditas repudiata proponatur ab hærede scripto, supponenda est nõ esse soluẽdo respectu creditorum, alias autem præsumendum est hæredem scriptum illam adijsse, saltẽ ex commodo Falcidiæ, vt bene intuenti constabit. Ex quibus omnibus sic discussis, bene deducitur nostra limitatio suprapositа, scilicet successorem istum, cui libertatis causa bona addicuntur, non teneri ad confectionem inuentarij, Ratio palam est ex supradictis: nã talis successor solũ tenetur excautione ad debita, siue intra, siue vltra hæreditarias vires, ac proinde inuẽtarij confectio, quoad hunc effectum, nihil operari potest, ideo tanquã quid inutile, & otiosum omittitur, quoad legatarios etiam, & fideicommissarios minus facit, quia legata per addictionem bonorum non conseruantur, iuxta iura supra citata, & in terminis hanc nostram limitationem *ponit Iaſ. in l. vltimæ §. Etsi præfatam num. 2. Cod. iure deliberandi, ex Angelo, in leg. 1. §. Hæc stipulatio num. 46.* vbi ad alios similes exendit, quanuis immerito dubitet *idem Iason. d. num. 2. versicul. 3. per textum in d. principio Instit. de eo, cui libertatis causa bona addicuntur*, ibi (*si idonee creditoribus caueris, &c.*) quasi velit *Iason.* quod si hæres iste anomalus, de quo loquitur titulus ille, inuentarium fecerit, non teneatur vltra vires hæreditarias, si autem illud nõ fecerit, tunc teneatur, aduertere nanq; debuisset *Iaſ.* ad supra tradita, scilicet per illud rescriptum *Diui Marci*, solum cõseruari libertates, non autem cætera legata, cautionem vero esse interpositam ad satisfactionẽ omnium debitorum, ad quæ successor obligatur per rescriptum, & ad hũc effectum illã requirit idoneam, etiã casu, quo ipsa debita superent hæreditarias facultates, nec inuentarium quoad hoc potest aliquid vtilitatis affere, vt male existimauit *Iason. supra dicto versiculo* 3.

Septimam

Sep.imam limitationem ad supradictam regulam adducunt Doctores, quando ecclesia vel aliqua causa pia hæres instituta proponitur: nam propter omissum inuentarium, nec ideo tenentur vltra vires hæreditarias, Pro qua primo facit *textus in l.* 1. §. *An bona D. de iure fisci*, vbi in fisco deciditur, quod si inuentarium non fecerit, non tenetur vltra vires hæreditarias, ergo idem admittendum est in ecclesia, quæ fisco æquiparatur, *iuxta l. vlt. Cod. de sacrosanct. ecclesijs Euerard. in suis locis legalibus, loco de fisco ad ecclesiam. Peregrin. de iure fisci lib. 6. titul. 2. à num. 3. & sequentibus, glossa, in l. 1. C. de iure fisci lib.* 10. *& in l. Imperatores D. de re iud.* Secundo pro hac parte facit; nã leges, quæ constituunt, vt hæres omittens inuentarium teneatur vltra vires, fundatur in præsumptione, vt supradiximus, *dicto* §. *Si vero non fecerit, in Authentico de hæred. & Falcidia*, nempe hæredem non facientem inuentarium subripuisse res hæreditarias, sed hæc ratio cessat in ecclesia, ergo cessante ratione, ecclesia non tenebitur vltra vires, quia ecclesia est cultrix iustitiæ, & in ea non est præsumendum aliquid sinistrum. Tertio expendunt *Authent. sicut, C. de sacros. Eccles.* vbi probatur non posse ecclesiæ quicquid acquiri, ex quo fiat eius conditio deterior; per quæ fundamenta hanc partem sequuntur communiter Doctores *Bartol. l.* 1. *Cod. de sacrosanct. Eccles.* 473.

nu. 46. *Baldus l. fin. in principio Cod. de iure liberandi, Abbas consl.* 73. *nu.* 10. *Felin. qui fatetur communem in cap. de quarta de præscriptionibus n.* 7. *Aretin. & Alciat. in Rubrica de acquirenda, notat Fachin. lib.* 6. *controu. cap.* 20. *Valasc. consult.* 52. *num.* 47. vbi ait hanc esse apud nostrates sequendam, in consulendo, & iudicando, propter *Bartuli authoritatem Ordinatio lib.* 3. *titul.* 64. §. 1. sequitur *Ægidius Lusitanus l.* 1. *part.* 5. §. 1. *num.* 27. *C. sacros. eccles.*

Sed contraria sententia magis communis est, *glos. verbo, patiaris, in cap.* 1 *de testamentis, sequuntur post Immol. Butrium, & Barbatiã, Couar.* 474. *in eodem cap.* 1. *nu.* 14. vbi vlam singularem appellat, cum *Iason. l. vlt.* §. *fin. Cod. de iure deliberandi, Molina de iustitia disp.* 217. *num.* 2. *versiculo, contrariam. Corneus in d. leg. vltima, columna* 6. *Valasc. d. num.* 47. *Fechineus d. cap.* 20. Fundamenta huius opinionis sunt, quia licet de iure *Cod. Imperator in l. vltima Cod. de iure deliberandi* solum milites excipit, vt & si non fecissent inuentarium nõ tenerentur, vltra quam facere possunt, tamen postea *ind. Autentico*, §. *Quia vero*, nullam personam excepit, vt patet ex verbis ibi (*Sancimus eam obtinere in omni persona, siue priuata, siue militari, siue sacerdotali, siue imperiali, siue alterius cuiuslibet,*) & ita generalem constitutione edidit, per quam cõstituit omnes siue priuilegiatos, siue non priuilegiatos teneri ad conficiendum inuentarium,

tarium, ſub pænis ibi ſcriptis, ac proinde eccleſia etiam debet ſub tã ampla conſtitutione comprehẽdi, quod adeo verum eſt, prout credit *Fachineus d. cap.* 20. vt ſcribat gratis moueri cõtrouerſiam ſuper hac quæſtione.

Et quantunuis *Couar. d. num.* 14. *cum Alexãd. & Cumano, quos* refert, hanc controuerſiam componere nitatur, cuius conciliatio, nequaquã admitti poteſt retinẽda eſt hec 475. ſecunda affirmatiua ſententia, nã cum leges ciuiles loquentes circa inuentarium ſpecialiter approbentur per noſtrum textũ, nec aliquis locus detur, per quem eccleſia hæres inſtituta ab hac obligatione eximatur, conſequens eſt neceſſarium, eccleſiam ſubijci pænis non conficientium inuentarium, licet contra negligentiam circa hoc cõmiſſam reſtitui poſsit iure minoris, quo fungitur *cap.* 1. *cap. auditis de reſtitutione inter integrum, gloſſa & ordinary in d. cap.* 1. *vbi poſt antiquiores Berous num.* 3. *Mantua numer.* 4. *Bernard. & Salzed. regul.* 219. *Menchac. frequent. cap.* 9. *Cald. l. Si curatorem, verbo minoribus à num.* 60. *Molina diſput.* 574. *à principio, Sforcia Oddus de reſtitutione in integ. quæſt.* 3. *artic.* 4. *Mandoſius in repet. d. cap.* 1. *argumento eiuſdem nouellæ de hæredibus, & Falcidia*, §. *Pupillis*, vbi pupillis minoribus hæc reſtitutio cõceditur, ſi eius tutores negligenter ſe gerant, circa inuentarij confectionem, quicquid dubitet *Corneus in d. l. vltima*, pupillis in hoc caſu competere reſtitutionẽ, cum certum ſit ipſos nullum delictum in hac aditione committere, ſi autem aliqua ſit ſuſpicio furti cõtra tutores, ſalua manet actio immediato ſucceſſori, vt contra illos ex facto experiatur, alias autem pupilli, & minores ex facto tutorum grauarentur contra *regulam nõ debet de reg. iur. lib.* 6.

Nec contra hanc noſtram ſententiam obſtant fundamenta primæ ſupra adductæ; nam ad primũ 476. *de text. l* 1. §. *An bona ſatisfit*, vt infra dicemus, textum illum non loqui de fiſco ſuccedente in bonis cum qualitate hæredis, nam ſi tanquam hæres ſuccederet, procul dubio teneretur conficere inuentarium, alias ſubiiceretur pænis *d.* §. *Si vero non fecerit*, vt probat *d.* §. *Quia vero, ibi* (*ſiue imperiali*) ſed potius agit de bonis, quæ deueniunt ad fiſcum tanquam vacantia, vel confiſcata, quo caſu non tenetur ad confectionem inuentarij, vt in terminis ſcribit *Peregrinus de iure fiſci lib.* 5. *titul.* 1. *num.* 64. *Valaſc. d. conſult.* 52. *num.* 46. *Ceuall. commun. quæſt.* 822. *à principio vſque ad num.* 18. *Farinac. in practica quæſt.* 25. *num.* 183. *Sanch. in decalogum lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 83.

Nec obſtat ſecundum argumentum, quia licet plures Doctores negent *d.* §. *Si vero non fecerit*, non fundari in præſumptione, *vt per Gregor. Lopez d. l.* 10. *titul.* 6. *part.* 6. *Molina diſput.* 217. *num.* 12. ſed potius fundari in conſenſu hæredis adeuntis

hære-

hæreditatem, verba autem, *d.* §. *Si vero*, magis inducere causam impulsiuam, propter quam insimul, & bonũ publicum Imperator decidit, nõ facientem inuentarium teneri vltra vires hæreditarias, quia
477. vltra quam quod verius est *d.* §. *Si vero*, fundari in præsumptione, vt supra ostensum est, adhuc in illo sensu, verius dicendum est Ecclesiã non reperiri exceptam ab illa regula, quia lex generalis, etiam causas priuilegiatas comprehendit, *Vulgaris text. in l. In fraudem* §. *finali in fine D de militari testamento*, plures supra, habebit tamen ecclesia auxilium restitutionis contra negligentiam prælati, vt supra diximus. Tertium fundamentum *de Authẽtica sicut Cod. sacrosanct. eccles.* facile tollitur, si dicas textũ non loqui de successione testãmentaria, in qua generalis est regula illa, de qua supra, sed loqui de cotractibus, in quibus iubet ne detur possessio sterilis aut inutilis ecclesiæ, sed quid inde ad nostram quæstionẽ, vt in terminis scribit *Fachin. d. c.* 20. *vers. respõdeo.*

Octauam limitationem affert *Iason. supra citato loco, vers. 6. limita*, in fisco, qui, vt ipse inquit, non te-
478. netur facere inuentarium secundum communem Doctorum sententiam de qua *Bartul. in l.* 1. §. *An bona D. de iure fisci*, *Bald. in l. vlt. C. de iure deliberandi in principio quæst.* 4. & 6. *Paulus, Cynus, & Angelus, quos ibi refert Iason. n.* 1. *Rolandus à Valle de confectione inuent. part.* 1. §. *vndecimo quæro, & expresse tenet Pereg. de iure fisci lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 3. *Valasc. d. n.* 46. Verum licet superior sententia cõmunis sit, quæ indistincte admittit fiscum nunquã teneri facere inuentarium, tamen ego dubito de hac sententia, prout fecit *Iason. in d. l. vlt. in principio n.* 1. *Fachineus controu. lib.* 6. *cap.* 21. & vt clarius procedamus in nostra resolutione, supponendum est, apud omnes vtriusque iuris Doctores Certissimum 479.
esse, fiscum vno de tribus modis posse succedere in bonis alicuius; primò, quãdo ipse fuerit institutus; secundo, quando bona fuerint vacantia, ex eo, quia defunctus, vel omnino caret hæredibus, vel institutus, & proximiores nollunt adire hæreditatem; vt bene probat *glossa ab omnibus recepta in l. Ex facto* §. *fin. D. ad Trebellianum*, & titulus *de bonis vacantibus lib.* 10. *vbi Cuiacius ex l. vlt. D. successorio edicto probat Faber. dec.* 45. *err.* 5. *n.* 5. Vel denique succedit fiscus auferendo bona ab indignis, propter delictum ipsorũ, vel si alio modo trãseunt in fiscum bona alicuius scilicet propter delictũ ipsius in eius vita, qui modus non est propria successio, sed magis priuatio in vita delinquentis, vt apud *Peregr. de iure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *nn.* 60. *Barb. l. Si constante* §. *fin. n.* 19. & *n.* 7. *ad finem, post glossam vlt. communiter receptã in l. Inter eos* 52. *D. de fideiuss. Surd. de alimentis tit.* 8. *priuilegio.* 59. *num.* 1. *quos sequitur Thomas Sanches in decalog. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 4. & 5.

De hoc casu non est nostra contē-
tio,quia cum fiscus in hoc casu nō
sit hæres, nec repræsentet defunc-
tum, *l. Quoties in fine D. de nouatio-
nibus*, leges pœnales latæ contra nō
facientes inuentarium illum non
comprehendunt, argumento *l.* 4.
6. *Toties D. de damno infect.* nec te-
nebitur vltra vires bonorum con-
fiscatorum,ita tenent communiter
Doctores, vt per *Clarum in* §. *final.
quæst.*78.*num.*30. *vbi additio n.* 167.
Peregrin.de iure fisci lib. 5. *tit.* 1.*num.*
64. *Ceuall. commun. contra commun.
quæstion* 822.*tom.*3.*num.* 13. *Farin.
tom.*1. *praxis criminal. quæst.* 25. *nu.*
13. *& sequenti Sanches dict. lib.* 2.*cap.*
22.*num.*33. Restat ergo videre de
alijs tribus,de quibus supra,in quo-
nam ipse teneatur, & quanuis su-
praposita communis sententia in
distincte existimet fiscum , nun-
quam teneri ad confectionem in-
uentarij nos tamen cum *Iasone*, &
Fachineo vbi supra , contrarium pu-
480. tamus in primo casu,quo ipse fue-
rit hæres institutus ad quod habe-
mus textum expressum, qui cauil-
lari non potest, nec contrariæ sen-
tentiæ authores aduertere,*in d. Au
thentico de hæred. & falcidia* §. *penul-
timo.* ibi (*Sancimus in omni persona,
siue priuata, siue militari ,siue sacerdo-
tali, siue imperiali, siue alterius cuius-
libet*) ex quo textu manifestè dedu-
citur Cameram imperialem , idest
fiscum hæredem institutum teneri
ad confectionem inuentarij , sub
pœnis ibi præscriptis , prout bene
comprobat verbum illud,ibi, *in om
ni persona*,& *ibi*, *Imperiali*,quæ pœnæ
non solum respectu creditorum,
sed etiam respectu legatariorum in
hoc casu optimeprocedent,quibus
legata conseruantur, *vt per Iason.&
Fachineum supracitatis locis.*

Tota controuersia consistit in
perquirendo, vtrum fiscus si succe-
dat in bonis vacantibus , teneatur
facere inuentarium, & in simul sol 481.
uere legata,quam quæstionem exi
stimo versari extra terminos pœna-
rum, de quibus *in d. Authentico de
hæred. & Falcid.* quas tunc solū ha-
bere locum dico, quando quis hæ-
reditatē accipit ex testamento, siue
in scriptis siue nuncupatiuo,vel ab
intestato grauatus ita vt habeat
pro sua parte mētem defuncti, sal-
tem tacitam,argumento *l. Conficiū-
tur D. de iure Codicillorum* prout be-
ne videtur probare *d. Authentic.* §.
Sancimus, *ibi* (*fiat igitur inuentariū
ab hærede*,*&c.*) & multoties repeti-
tur in discursu illius §.& in hoc ca-
su vera est communis suprapositā
sententia,cum fiscum à conficien-
do inuētario de obligat,ex eo,quia
licet fiscus succedat in bonis defun-
cti,non succedit tāquam hæres,sed
tanquam vniuersalis successor, vt
cōstat *ex toto tit. C. de bonis vacātibus
lib.*10. *Platea in l.*1.*illo tit.n.*10. *Im-
mola in l. liber. homo* §. *pen.n.*9. *de hæ-
redibus instituend.* vbi dicit fiscū esse
successore bonorū & non persone,
Cuiac in notis ad illum titulum Com.l.
8.*n.*25. *Pereor.de iure fisci lib.*4.*tit.*3.

Cabed.

Cabed. 2. part. decis. 51. à principio. Deinde confirmabitur hæc opinio ex resolutione alterius, quęstionis, Vtrum scilicet, fiscus, qui succesit in bonis vacantibus teneatur solue re legata à defuncto relicta in testamento, ex quo hæreditas adita non fuit? In qua quæstione duplex
482. reperitur communis, altera affirmatiua, quam tenet *Baldus, in leg. Eam, quam num. 5. C. de fideicommiss. Salycet. in l. vnica §. penult C. de caducis tollend. num. 39. Alexand, Corneus, & alij ex quibus dicit communem. Padilla in d. l. Eam, quam num. 58. refert Pichard in dict. principio. de eo cui libertatis causa, &c. num. 52, sequitur, & acriter pugnat pro illa Fachin. controuers. lib. 6. cap. 22. per totū,* cuius opinionis sunt fundamenta ordine sequentia. Primum est *leg. Recusare 6. §. Si fisco D. ad Senatus consultum Trebellian,* vbi Vlpianus sic dicit. *Si fisco vacantia bona deferantur, nec velit bona agnoscere, & fideicōmissario restituere, æquissimum erit, quasi vindicauerit sic fiscum restitutionem facere,* ex quo textu aperte colligitur fiscum succedentem in bonis vacantibus teneri persoluere fideicommissum, aliàs vt adeat potest cogi, vt fideicommissum sustineatur. Secundum detrahitur *ex l. Quidam testamento 99. §. Quoties D. de legatis 1.* vbi Iulianus sic habet (*Quoties* lege Iulia bona *vacantia ad fiscum pertinent, & legata, & fideicommissa præstantur, quæ præstare cogetur hæres à quo relicta erat*) vbi etiā fiscus succedens in bonis vacātibus tenetur præstare legata à testatore relicta, tanquā quilibet alter hęres. Tertium *ex l vnica §. penult. C. de caducis tollendis* ibi (*tantum enim nobis superest clementiæ, quod scientes etiam* 84
fiscum nostrum vltimum ad caducorū vindicationem vocari, tamen nec illi pepercimus, (vbi *glossa, verbo,* pepercimus, scribit bona transire ad fiscum suo onere, ita vt fiscus adstringatur ad solutionem relictorum. Quartum *de text. in l. Filius famil. 117. §. Qui intestatus, D. de legatis primo,* vbi Martianus cōstituit posse testatorem fideicommitendo fiscū grauare si ad ipsum bona vacantia pertineant. Quintū, est desumptū ex multis Iureconsultorum locis, quibus generaliter deciditur, quod si bona caduca ad fiscū perueniant, in ipsum transibunt actiones, *leg. Cum fisco D. ad syllanianum, l. Dicitur D. de iure fisci, l. Etiam C. ad legem Falcidiam, leg. Marcellus §. final. D. ad Senatus consultum Trebellianum, leg. 2. §. Si fidei D. Si quis aliquem testari prohibuerit, facit textus, in leg. In facto 59. D. de condit. & demostrat. §. Fiscus.* Vltimo facit, quia licet fiscus bona vacantia non acquirat, tanquam hæres, nihilominus tenetur ad onera hæreditaria, vt videtur probare *Barbos. leg. Si constante §. final. num 8. à principio, late Gracianus forens. tom. 4. cap. 423. à num. 14. per text. in l. 2. Cod. ad legem Iuliam de Vi publica l. Non possunt. 18. D. de iure fisci,* & ideo dicitur

citur habere petitionẽ hæreditatis, *per textum in l. Item veniunt* 22. §. *ait Senatus versic. idem vacantia D. petitione hæreditatis.*

Ex diametro tamen stat altera
483. communis sentẽtia contraria, quæ negat fiscum succedentem in bonis vacantibus teneri ad per soluen da legata, excepto casu, quo auferat ab indigno, quam opinionem ex antiquis tenet *Paulus n.* 5. *Iason. nu.* 13. *ind. l. Eam, quam, communem dicit Ripa in leg. Ex facto* §. *Ex facto n.* 6. *D. ad Senatus consultum Trebellianum Clarus* §. *fin. quæst.* 78. *nu.* 28. *versic. sed an teneatur fiscus, Peregr. de iure fisci lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 26. *Farinac. tom.* 1. *quæst.* 23. *à nu.* 186. *& in fragmentis criminal. titul. fiscus quando succedit in bonis vacantibus n.* 20. *Meneses vbi supra, Azeued. ad l.* 1. *titul.* 4. *lib.* 5. *recupilationis num.* 141. *Spino in speculo testamentor. glossa* 33. *num.* 16. *Pichard. in d. principio Inst. de eo, cui libertatis causa bona, &c. Pereg. iterum de fideicommissis articul.* 2. *nu.* 40. pro qua sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) faciunt sequentia. Primum. generalis regula quæ iam supra tacta est, scilicet hæreditate non adita, legata corruere *d. l. Eam, quam, l. si Nemo D. de regul. iuris, l. Si nemo D. de testamentaria tutella cũ multis alijs, de quibus Costa cap. si pater glossa, legauit, num.* 11. *Pichard. in d. principio num.* 2. quæ regula limitata non reperitur, in casu, quo fiscus bona vacantia acquirit: igitur, &c. Secundo expenditur solida ratio, quia ille, qui succedit in bonis vacantibus non dicitur succedere in hæreditate, nec dicitur hæres, *vt per Ripam d. num.* 6. *Alias in consil.* 34. *Pichard. num.* 56. *Spino dict. num.* 13. *Barbos. d. l. Si constante* §. *fin. n.* 7. *in fine, &* 8. ergo sequitur quod cum non sit hæres legata adimplere minime obligetur, argumento *textus in l. quoties in finalibus verbis denouat.* vbi euanescit obligatio nouationis quando non est persona quæ obligetur; Tertio adducit *Pichardus vbi supra num.* 50. *textum,* quem singularem dicit, *in l. Si constante* §. *fin. D. soluto matrimonio,* vbi *insignis Barbos. nu.* 28. ex quo clare deprehenditur quod fiscus non succedit in instantia, ex eo, quia non est hæres; Quarto ponderant Doctores pro hac parte *textum in leg. Quod Liuo Marco D. manumissis testamento,* ibi (*alioquin vacantibus bonis fisco vendicatis, non habere locum constitutionem, aperte cauetur*) *iuncto text. in l.* 4. §. *Eadem constitutio D. de fideicommiss. libertatib.* (. *ibi eadem constitutio prospexit, vt si fiscus bona admiserit aque libertates competant*) *ergo siue iaceant bona fisco asternente, siue agnouerit Constitutio locum habet; Caterum, si alia ratione agnoscat, apparet, cessare debere constitutionem, quare & si caducis legibus bona delata sint idem erit probandum,* ex quibus decisionibus constat, bonis delatis fisco, vt vadantibus libertates non deberi, cõstitutionem: quæ *Liui Marci* cessare, in hoc casu, quanuis nõ repudiante

diante hærede scripto, vel fisco bona addici possunt ad conseruandas libertates, ex *edicto Diui Marci*, vel etiam quando fiscus agnouit tanquam hæres; quia tunc etiam conseruantur libertates, tamen si bona
484. vacantia fisco deferantur libertates corrueẽt, nec edictũ *Diui Marci* in hoc casu procedit, quicquid illorum iurium sensum peruertere inſudet *Fachineus dict. cap. 22. in fine*; quia ad ipsius cogitationẽ eneruandã, ego cõsidero optimũ simile *de l. 1. §. Si proponatur D. si quis omissa causa testameti*, vbi si quis fuerit institutus, & sibi ipsi substitutus, potest omittere institutionẽ, & acquirere ex substitutione, non ex eo, quod substitutio sit valida, quia cõtrariatur *regulæ leg. vltimæ §. 1. D. de vulgari, de qua Zazius lib. 2. singul. cap. 9.* sed ex altero capite, scilicet, quia testator illum hæredem, Secundo loco instituendo videtur ei tribuere facultatem, vt possit omittere primam institutionem, in qua erat grauatus legatis, & acquirere ex secũda, in qua sine grauamine fuit substitutus, propterea quod ratio incidendi in illud edictum, si quis omissa causa testamẽti, tota consistit in voluntate testatoris, qui potest tribuere facultatem hæredi, vt relicta causa testa-
485. menti, acquirat ex alia absque eo, quod incidat in edictum, *leg. Quia autem 6. vers. plane D. illo tit. si quis omissa causa, &c.* Sic etiam cum ratio conseruandarũ libertatum tota pendeat à facultate, & dispositione Iuris, quod continetur in rescripto, & constitutione *D. Marci*, qui de nouo contra regulas iuris consuit in fauorem libertatum, vt bona addici possint cuicunque velit libertates præstare, & debita defuncti persoluere, eandem dispositionem in fisco admittendo, quasi ordo sit præferendos hæredes abintestato, 486.
qui libertates præstare cogẽtur post edictum *Diui Marci*, quasi ab ipsis repetitæ, si autem ipsi noluerint, tunc fiscus potestralia bona sibi addicere, qui in hoc extraneis, vel etiam seruis præferetur *d. §. Eadem constitutio in 1. part.* qui si negligat talem ad dictionem bonorum, nec inueniatur, qui velit bona sibi addici, in forma constitutionis *Diui Marci*, qui si inueniatur semper fisco præferendum puto, quando non ex aditione, sed tanquam vacantia bona prætendit, sed si nemo appareat, qui sibi bona velit addicere, tunc potest fiscus, illa bona non addicta, sed vacantia acceptare, quasi hoc possit efficere ex tacita mente rescripti, nec in hoc casu cõstringetur ad imponendas libertates, & hic est proprius sensus *d. §. Eadem constitutio, iuncto textu in leg. Quod Diuo Marco, 50. D. manum. testamento, & in l. vltima, & in l. 6. C. testament. Manumiss.* & per consequẽs minus erit obligatus fiscus ad præstationem legatorum, in quibus cessat fauor ille, qui pro libertate facit, prout bene cõtendit hæc

magis communis sententia, quam sequor, pro qua etiā cito *Gothofred. in not. ad §. Eadem constitutio litera, N.* & fuit de mente *glossæ ibidem, quanuis Pichard. in d. principio n. 60.* hanc resolutionem impugnare cōtendat, & quod fiscus semper teneatur ad libertates præstandas, quod falsum est ex proxime dictis, in casu, quo fiscus bona nō addicta, sed vt vacantia capiat.

Quæ tenenta satisfaciamus, necesse est, contrariæ argumentis.

487. Ad primum *de text. in dict. §. Si fisco*, bene satisfacit magis communis, quam sequimur, sententia, vt procedat in casu, quo ipse fiscus, hæreditatem aufert ab hærede, vtpote indigno, ex eo, quia non vendicauit mortem defuncti, in terminis *leg. 1. Cod. de his, quibus, vt indignis*, quam praxi receptam apud nos testatur *Gamma decision. 3. num. 7. vbi optima additio, prosequitur Donelus in leg. Etiam numer. 1. Cod. ad legem Falcidiam. Clar. §. final. quæstion. 79. numer. 8. Peregrin. de fideicommiss. articul. 11. num. 122. Castillo de Usufruct. cap. 40. Faber. de error. decad. 38. error. 10.* & sic nihil mirum, si fiscus teneatur ad solutionem legatorum, prout contendit supraposita sententia, *Iason. Rip. & alij, per Pereguin. dict. articulo 2. numer. 40.* qui intellectus bene deducitur ex litera, & viscera *dict. §. Si fisco* ibi (*quasi vendicauerit,*) ex quibus colligitur fiscum quasi vendicantem mortem defuncti abstuliſſe hæreditatem ab eo, qui se fecit illa indignum, in non vendicanda morte testatoris; Nec contra hanc interpretationem obstabit replicatio, quæ potest fieri de illis verbis, ibi (*bona vacantia*) quasi hæc verba non verificentur in bonis occupatis per hæredem, licet postea ab illo auferantur, quia vt ait *Iason. Castrens. Bart. in dict. §. Fisco post glossam primam* ibi, *in primo intellectu*, scilicet ibidem dici vacantia bona de iure, quanuis de facto occupata essent per heredem indignum, & in hoc sensu bene accomodantur supradicta verba? Ad secundum fundamentum, *de leg. Quidam testamento §. Quoties D. de legatis primo.* satis respondet *glossa prima ibi verbo, præstantur*, dum sentit textum esse intelligendum secundum tenorem iurium concordantium, quæ allegat, scilicet quando fiscus aufert hæreditatem ab indigno, per cuius existentiam, confirmantur legata à testatore relicta, quem intellectū sequitur *Iacobus de Arenis. Bartul. vt refert Paulus in principio*, quanuis ipse sibi magis placere dicat esse speciale in fisco, vt teneatur ad præstationem legatorum, licet hæreditas non fuerit adita per hæredem scriptum, prout existimat prima sententia, quam non approbamus; Et potest confirmari prædictus intellectus, ex eo, quia *dict. §. Quoties*, supponit legata iam esse debita ab hærede

488.

489

scripto

scripto, iuxta verba illa ibi (*quæ præstare cogeretur hæres à quo relicta erãt*) sed melius textus ille potest intelligi, vt procedat in suo casu, nempe, attento tempore illo antiquo, quo bona fisco deferebantur, quãdo hæres non erat in rebus humanis, tempore delatæ hæreditatis, etiam legata, si legatarius decessisset, quod dicebatur bona deuenire in causam caduci, *ex leg. Iulia, & Papia, de qua fit mentio in dict. §. Quoties, & in leg. Unica §. Hoc videlicet, & in §. In primo Cod. de caducis tollendis*, quo tempore attento bona deferebantur fisco cum onere soluendi legata, nec ad alios hæredes ab intestato priusquam fisco applicabantur, vt constat *ex dict. §. in primo cum supra citatis*, & in hoc casu merito eo tempore fiscus cogebatur soluere legata, ex eo, quia loco hæredis subrogabatur, *tangit Cuiacius in annotat. ad leg. Si duobus 16. D. de legatis primo, columna 822. ad finem, Gothofred. ad dict. §. Quoties litera, H.* & ad hunc sensum puto posse reduci *textum in dicto §. Si fisco.* Minus obstat tertium *de dicto*
489. *§. penultimo leg. Unicæ de Caducis tollendis*, quia verba illa ibi (*nec illi pepercimus*) non sunt intelligenda, prout aduersarij authores putabãt, scilicet ipsum teneri ad onus legatorum, cum longe alia sit Imperatoris Mens, videlicet fiscum post omnes abintestato venientes fuisse vocatum, in quo bene verificantur verba supra dicta adiuncta ratione, quam Imperator subiungit, scilicet Imperatorem tanquã optimum principem voluisse præferre vtilitatem suorum subditorum propriæ suæ vtilitati, quæ posita erat ante decisionẽ illius legis vnicæ, in acquisitione caducorum, vt constat *ex §. Et cum triplici dict. leg. Unica*, & colligitur *ex fragmentis Vlpiani titula 15. 16. & 17.* vbi fisci vtilitas principaliter respiciebatur, vt magnis diuitijs potiretur. Vel si placet, dic, fiscum tunc teneri in terminis illius §. *penultimo*, ad solutionem legatorum, quando cæteri priuati illa persoluere debent, supponendo terminos habiles, quã- 124
do scilicet, vel fiscus fuit hæres institutus, & ab eo legata relicta, quæ postea deuenerunt in causam caduci, & tunc ipsa relicta fisco adijciuntur cum ijsdem oneribus, quibus relinquebantur, á deficientibus, & huic casui bene conueniunt verba supra dicta, ibi (*nec illi pepercimus*) sed primum sensum amplectuntur *Cuiacius, & Gothofredus in dict. §. penultimo*, qui quidem in se verus est, literæ in totum adæquatus.

Quartum argumentum, parum habet dubitationis, cum certum sit venientes ab intestato grauari 490.
posse per testatorem eodem modo, ac grauantur hæredes scripti in testamento, vt probatur *ex text. optimo in leg. 1. §. final. D. de legatis 3.*

elegantèr post Manticam de coniecturis vltim. voluntat. lib. 8. titul. 2. num. 10, Peregrin. de fideicom. artic. 2. num. 38, quam regulam in fisco militare decidit textus, *in d. §. Qui intestatus,* ex coniecturata testatoris voluntate, quam considerauit Iureconsultus *in l. Conficiuntur, & in l. Si cum nullum D. de iure Codicillorum,* & hunc sensum approbauit *Cuiacius super d. §. Qui intestatus.* Ad iura illa citata suprà 5. loco, *l. Cum fisco ad Sillan. l. dicitur D. iure fisci l. etiam C. ad leg. Falcid. l. Marcellus §. fin. ad Trebelian. l. 2. D. si quis aliquem test. prohib. l. In facto 39. §. Fiscus D. cõd. & demõst.* satis dictũ putamus intelligendo procedere in casu recepto;
491. à nostra sententia, quando fiscus aufert bona ab indignis, quia iam legata, & fideicommissa sunt confirmata per additionẽ hæredis scripti, cuius culpa legatarijs nocere nõ potest, ne ipsi alterius odio prægrauentur *contra regulam non debet aliquis 22. de regul. iuris in 6. agnoscit Fachin. lib. 6. cap. 22. in medio,* licèt aliam sequatur sententiam, *ad l. 2,* 492.
C. ad legem Iuliam de vi publica plenè satisfit si dicas, in eo textu agi de fisco, qui successit in hæreditate grauata debito tutellæ, in quo casu nemo vnquam dubitauit fiscum teneri ad solutionẽ debitorum, iuxta mensuram, seu quotã successionis, vt ex *regul. fiscus cũ in priuati 6. D. de iure fisci, tradunt Surd. consil. 222, num. 18. Ceuallos commun. controuers. tom. 1. quæstion. 37. ad finem, Fachin. controuers. lib. 6. cap. 21. ante finem.* Denique non obstat fisco competere petitionem hæreditatis, quia id multipliciter declaratur, vt per Doctores ibi, & nihil facit quo ad intentum supra positæ quæstionis, alias limitationes adducit *Iason. in l. vltima §. 1. nu. 2. Cod. de iure deliberandi,* quas non reputo adeo certas, vt in nostrum opusculum transferri benemeritas dicamus; Et hæc de secunda parte.

SVMA-

SVMARIA TERTIÆ PARTIS.

PErquiruntur casus, in quibus Falcidia cessat propter accrescentes portiones. num. 1.

Falcidia cessat, si filius institutus vltra dodrantem grauatus, alteram portionem per bonorum possessionem cõsequatur num. 2.

Falcidia cessat, si hæres vltra iustum grauatus succedat in portione cohæredis. num. 3.

Exemplificatur quando portio augetur per bonorum possessionem petitam. num. 4.

Comisso edicto per filium præteritũ cæteri filij bonorum possessionem contra tabulas petere possunt, licet præteritus non petat. num. 5.

Filius exheredatus non admittitur ad bonorum possessionem cõtra tabulas. num. 6.

Filij exheredati auocantes hæreditatem ab extraneo æqualiter admittũtur. num. 7.

Legata coniunctis relicta per legata extraneorum vacantia augentur. num. 8.

Filius præteritus petita bonorum possessione contra tabulas non præstat legata extraneis. num. 9.

Vtrum legata à filio scripto relicta soluantur accepta bonorum possessione contra tabulas per præteritum n. 10.

Agitur de conciliatione l. Si ex duobus §. Sed illud, cum l. Filium D. bonor. possess. contr. tab. num. 11.

Filius in potestate præteritus acceptæ bonorũ possessione contra tabulas nulli præstat legatum. num. 12.

An filio in potestate præterito competat bonorum possessio contra tabulas. num. 13.

Vtrum bonorum possessio cõtra tabulas sit remedium rescisorium. nu. 14.

Bonorum possessio contra tabulas competit contra testamentum validum saltem apparenter. num. 15.

Intelligitur text. in leg. Quod vulgo D. bonorum possess. contra tabul. n. 16.

Bonorum possessio contra tabul. solum rescindit iuditium defunctis nec reddit causam ab intestato. num. 17.

Intelligitur, l. Filium, & l. Non putauit §. fin. D. bonorum possess. contra tabul. num. 18.

Intelligitur, leg. Vt liberis in principio C. collationibus. num. 19.

Bonorũ possessio contra tabul. multoties præualet remedio nullitatis. n. 20.

Traditur ratio quare filius suus præteritus petita bonorum possessione legata non soluit. num. 21.

Intelligitur, leg. Is qui in potestate in principio D. legat. præst, ibidem.

Intelligitur, l. Si duo, versiculo & si amboeodem titulo. ibidem.

Emancipatus insimul cum suo præteritus legata non præstat. num. 22.

Intelli-

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

Intelligitur d.l. Is qui in potestate, versiculo vnde si duo, ibidem.

Proponuntur duæ obiectiones contra eam sum positum nu. præcedenti. nu. 23.

Reprobatur conciliatio Bart. num. 24.

Reprobatur altera præceptorum. n. 25.

Reprobatur tertia Cuiacy. num. 26.

Intelligitur, l. penult. §. finali D. bonorum possess. contra tabul. ibidem.

Proponitur instantia contra prædictū intellectum. num. 27.

Intelligitur d.l. Si duo, versiculo si ambo, & dict. l. Is qui in potestate §. Unde. num. 28.

Replicatur contra pradictum intellectū num. 29.

Remouetur replicatio. num. 30.

Intelligitur d.l. Is qui in potestate versiculo quid ergo. ibidem.

Reprobatur Pineli Iunioris concordia. num. 31.

Bonorum possessio secūdum tabulas, & etiam contra tabul. ex eodem testamento peti potest. num. 32.

Intelligitur, l. 2. C. bonorum possess. contra tabul. num. 33.

Intelligitur, l. Si sub conditione 5. D. bonorum possess. secund. tabul. n. 34.

Remouetur obiectio. num. 35.

Agitur de intellectu l. filium §. fin. D. legatis præstand. num. 36. & 39.

Agitur de intellectu d. l. Is qui in potestate §. Sed si solus. num. 37.

Agitur de intellectu d. leg. Is qui in potestate versiculo sed si scriptus. num. 38. & 39.

Agitur de intellectu l. Si ex duobus §. Sed, & illud D. bonor. possess. contra tabul. num. 40.

Reprobatur Cuiac. & Faber. ibidem.

Reprobatur nouus intellectus addd l. Si ex duobus. num. 41.

Proponitur, & aprobatur Cuiacij consideratio. num. 42.

Reprobatur Padilla. num. 43.

Titulus de legatis præstandis cessat hodie post Authenticam ex causa C. de liber. præter, num. 44.

Utrum filius teneatur replere legata coniunctorum ex augmento bonorū possessionis, num. 45.

Proponitur pars negatiua. num. 46.

Intelligitur, l. Filium §. Si legata D. legat. præstandis. num. 47.

Dictio, tamen, denotat casum contrariū in iure, & in facto. d. num. 47.

Poblematice defenditur quæstio posita. num. 45. num. 48.

Filius ex augmento tenetur legata coniunctorum repplere. num. 49.

Substitutio pupillaris durat petita bonorū possessione per pupillum. n. 50.

Qualitas obligationis non mutatur ex persona hæredis. num. 51.

Proponitur quædam obiectio. num. 52.

Utrum substitutus pupilli teneatur legata extraneis præstare d. num. 51.

Reprobatur distinctio Bart. num. 53.

Explicatur opinio Cuiacij. num. 54.

Expēditur, & reprobatur opinio Goueani. num. 55.

Aprobatur distinctio. num. 56.

Substitutus soluit legata extraneis ex parte, in qua pupillus fuit institutus licet pupillus non soluat. num. 57.

Non augmentata portione pupilli per bonorum posessione, substitutus extraneis non soluit. num. 58.

Intelli-

Intelligitur textus in l. Qui fundum, 87. §. Qui filium D. ad leg. Falcid. num. 58.
Intelligitur text. in l. In ratione 11. §. Quod vulgo D. eodem titul. d. n. 59.
Intelligitur, l. Filium §. quæritur versiculo, & si quidem D. legat. præst. ibidem.
Intelligitur, l. & si contra tabulas D. de vulg. nu. 60. & sequenti.
Augmentata portione pupilli, per bonorum possessionem etiam legata à substituto relicta augentur. num. 61.
Substitutus pupilli succedit ex iudicio patris & agitur del. Ab ex hæreda ti D. leg. 1. num. 62.
Substitutus in parte scripta etiã in augmento censetur scriptus. num. 63.
Ad removendam Falcidiam an considerentur bona solum patris an etiã bona pupilli num. 64.
Pater potest grauare substitutum vsque ad quantitatem bonorum pupilli. num. 65.
Testamentum patris censetur testamentum fily. num. 66.
Proponitur pars negatiua præcedentis quæstionis num. 64. num. 66.
Expenditur l. In duplicibus 79. D. ad l. Falcid. ibidem. & l. In ratione §. quod vulgo eodem titulo.
Resolvitur quæstio quod sola bona patris quoad Falcidiam considerãtur. num. 68.
Intelligitur, l. Si titio 95. §. vlt. D. legat. 1. ibidem.
Intelligitur, l. Filius qui patri 12. D. de vulg. num. 69.
Portio non grauata, accedens portioni grauatæ excludit Falcidiã. nu. 70.
Expenditur l. 1. §. Id quod ex substitutione l. Qui fundum §. qui filiũ, versiculo quod si extranei, l. quod si. alterutro, versiculo, & placet ibidem.
Portio acrescens facit cessare Falcidiã in eo in quo libera accedit. num. 71.
Expenditur, & commendatur l. Si pupillus 21. §. finali ad legem Falcid. ibidem, & num. sequenti.
Intelligitur text. in leg. qui fundum §. vltim. ad leg. Falcid. num. 72. & sequenti.
Legitime factum à principio postea revocari non debet. num. 73.
Portio acrescens auget legata in eo in quo acrescit supra quartam. n. 74.
Portio grauata si accedat non grauatæ ex substitutione vulgari, vel iure acrescendi excludit Falcidiam. numer. 75.
Expenditur l. qui fundum §. qui Filiũ in principio ad l. Facid. ibidem.
Proponitur responsio Pauli Castrensis. num. 79.
Intelligitur l qui patri 59. D. acquir. hæredit. num. 77.
Reprobatur responsio Angeli. num. 78.
Ius acrescendi dependet à voluntate testatoris, num. 79.
Intelligitur. l. 1. §. Id quod ex substitutione, versiculo, sed ea, & l. quod si alterutro, versiculo si vero D. ad. leg. Falcid. num. 80.
Intelligitur, l. qui fundum §. qui filiũ D. ad leg. Falcid. num. 81. & 84.
Substitutus eodem modo tenetur legata præstare, quo tenebatur institutus. num. 82.

L. quod si alterutro versiculo, si vero explicatur, num. 83.
Intelligitur l. 1. §. *Si cohæredis D. ad l. Falcid. ibidem.*
Si legata ab hærede appellatiuo nomine relinquuntur, censetur substitutus grauatus. num. 84.
Intelligitur, l. Lucius §. *Mauia* 02. *D. ad Trebel. num.* 85.
Reprobatur sententia Cuiac. num. 86.
Portio diuersa hæreditatis licet ad eũdem heredem perueniat, nō facit cessare Falcidiam. num. 87.
Expenditur proprius casus l. quod supra 10. *D. ad l. Falcid. ibidem.*
Agitur de intellectu l. In ratione 11. §. *vlt. D. ad leg. Falcid. num.* 88. *& sequenti & num.* 92.
Agitur de intellectu dict. §. *vltim. in principio. num.* 88.
Intelligitur l. qui fundum §. *Qui filios ad l. Falcid. d. num.* 89.
Si portio grauata ex pupillari accedat non grauatæ, Falcidia non excluditur. num 90.
Agitur de lege qui fundum §. *qui filiũ vers. si vero D. ad l. Falc. ibidem.*
Agitur de intellectu l. In ratione 11. §. *Quod vulgo D. ad l. Falcid. n.* 91. *& 92. vsque 94. per totum.*
Ampliatur conclusio posita num. 90. *num.* 95.
Agitur de intellectu l. In ratione 11. §. *quæsitum versiculo ideoque ad l. Falcid. ibidem.*
Si pars quæ accrescit per pupillarem sit grauata à persona substituti Falcidia excluditur ex portione substituti cohæredis. num. 96.
Agitur de intellectu l. cohæredi §. *Si cohæres à principio D. de vulgari. ibid.*
Si substitutus quis sit duobus impuberibus licet vltima portio sit grauata vltra dodrantem, Falc. cessat. n. 97.
Agitur de intellectu l. pater filiam 14. §. *vlt. D. ad l. Falcid. ibidem.*
Proponitur sententia Immolæ, & reprobatur num. 98.
Proponitur cōmunis distinguēs an vtraque portio procedat ex eodem iure an ex diuerso. num. 99.
Substitutio deducitur ad intellectum institutionis. num. 100.
Substitutus duobus si vnitantum succedat cuius portio grauata erat, potest Falcidiam deducere. num. 101.
Si portio accedat portioni, præter intentionem testatoris, nō cessat Falcidia. num. 102.
Agitur de l. 1. §. *Cohæredem D. ad l. Falcid. ibidem.*
Quando substitutio fit duobus illi qui postremo mortuus fuerit ius legitimæ successionis censetur reseruatū. num. 103.
Substitutus ex hæredati non potest grauari, licet ex hæredatus succedat fratri ab intestato. num. 104.
Conclusio posita nu. 102. *confirmatur. num.* 105.
Intelligitur, l. Qui duos D. de vulgari. num. 106.
Tacita voluntas testatoris non sufficit, vt legata augeantur, & cesset Falc. num. 107.
Quãdo portio nō grauata defertur grauata ex patria potestate vel ex dominica Falcida excluditur. num. 108.

Agitur

Agitur de intellectu l. Si pupillus 21. §. fin. D. ad leg. Falcid. ibidem.

Agitur de intellectu l. Cum filio 11. D. de legat. 1. num. 110. & 111.

Interpretatur l. 3. l. Qui liberis §. Hæc verba D. de vulgari. num. 112.

Agitur de intellectu l. si in testamento 5. D. de vulgar. d. num. 112.

Agitur de intellectu dict. l. Si pupillus §. vlt. versiculo quod si frater. n. 113.

Si portio serui, vel filij grauata accedat portioni domini vel patris nō grauatæ Falcidia non excluditur. n. 114.

Idem etiam dicendum est quando portio nō grauata accedit grauatæ ex facto per quod eneruatur aditio hæreditatis. num. 115.

Intelligitur, l. & si sine §. Papinianus D. de minoribus. d. num. 115.

Intelligitur, l. minor. 61. D. acquir. hæred. d. num. 115.

Proponitur limitatio Angeli ad regulā suprapositam sed reprobatur Angelus. num. 117. num. 116.

Substitutio vulgaris expirat adita hæreditate, num. 118.

Proponitur opinio Proculi, qui existimauit in legatis conditionalibus habere locum Falcid. num. 119.

Sabiniani tenent legata conditionalia non facere locum Falcidiæ pendente conditione. num. 120.

Intelligitur leg. In quantitate 72. §. Magna D. ad l. Falcid. num. 121.

Reprobatur opinio antiquorum, qui destinguunt inter debita conditionalia, & inter legata. num. 122.

Intelligitur l. In lege Falcidia 45. D. ad l. Falcid. num. 123.

Intelligitur leg. si propter 53. D. ad leg. Falcid. ibidem.

Intelligitur, l. Is cui 31. D. ad l. Falc. ibidem.

Intelligitur, l. 3. §. Si in plures D. si cui plusquā per l. Falc. n. 124. & 126.

Legata relicta ad diem certā statim imputantur in Falcidiam. nu. 125.

Intelligitur, l. Pænales §. Annua D. ad legem Falcid. num. 127.

Intelligitur, l. Lex Falcidia 47. D. ad leg. Falcid. num. 128.

Intelligitur, l. 1. §. Si in annos, & leg. Quod de bonis §. Non id circo D. ad leg. Falcid. ibidem.

Intelligitur, l. Si ex pluribus 16. D. ad leg. Falcid. num. 129.

Intelligitur Authentica sed cum testator, iuncto corpore. ibidē, & sequenti.

Proponitur modus deducendæ quartæ de legatis speciei vel quantitatis numer. 131.

Agitur de intellectu l. Cum Titio 55. D. ad l. Falc. à nu. 132. & n. 136.

Proponitur cōmunis distinctio. n. 133.

Reprobatur communis. num. 134.

Opinio Bartuli reprobatur. num. 135.

Proponitur vera conciliatio. num. 136.

Intelligitur, l. Lex Falcidia 47. D. ad l. Falcid. ibidem.

Si Falcidia admittatur ex annuis solutionibus, ex omnibus debet defalcari. num. 237.

Limitatur regula l. Lex Falcidia 45. D. ad legem Falcid. num. 137.

Legata annua, & conditionalia statim æstimātur quando Falcidia in alijs legatis necessario practicatur. ibidē. & num. 139.

De vna, & altera quartá deducēda vel nō,

Vtrum quando legata conditionalia æstimantur sint statim soluenda nō expectata conditione, pars negatiua num. 140.

Legatum annuum habet tacitam conditionem si legatarius viuat. n. 141.

Si legata conditionalia deficiant tenetur hæres persoluere illud plus, quod expuris detraxit. num. 142.

Reprobatur sententia Pauli, & defenditur pars affirmatiua quod legata æstimata statim sunt soluenda, numer. 143.

Respōdetur ad fundamenta cōmunis. num. 144.

An si conditio deficiat teneantur legatarij restituere hæredi æstimationem sibi solutā communis affirmat. numer. 145.

Computatio l. Hæreditatum D. ad leg. Falc. in omnibus dispositionibus procedit. num. 246.

Deffenditur sententia negatiua contra communem. num. 147.

Cur in legato alimentorum non fit eadem æstimatio quæ in alijs à n. 148. *vsque ad num.* 151.

Quæ nam sit computatio d. l. Hæreditatum. num. 152.

Præd. lex procedit in vsufructu, & explicatur litera ipsius. num. 153.

Procedit etiam in vsufructu relicto ciuitati. num. 154.

Intelligitur, l. An vsusfructus 69. D. de vsufr. cum dict. l Hæreditatum versiculo denique, ibidem.

Etiam in legato vsusfructus procedit computatio dict. leg. Hæreditatum. num. 155.

Agitur de intellectu d. l. Hæreditatum versiculo veteres cum leg. 1. §. *si vsusfructus D. ad l. Falcid. num* 156.

Computatio d. l. Hæreditatum procedit in operis seruorum. num. 157.

Agitur de l. 3. 4. *&* 5. *D. operis seruorum. num.* 158. *&* 160.

Differentia datur inter legatum vsus, & operarum. num. 159.

Vtrum facta computatione d. l. Hæreditatum omnes pensiones iuxtæ soluantur. num. 101

Ponitur opinio Immolæ, & Alexandri num. 162.

Hæres tenetur Cauere legatario conditionali adhuc hodie contra Valascū num. 163.

Legatum conditionale non transmititur, licet contractus transmittatur. num. 164.

Intelligitur, l. Si constante §. *Quoties D. soluto matrim. num.* 165.

Resoluitur quæstio affirmatiue n. 166.

Respondetur fundamentis communis. num. 167.

Hæres nec legatarius, non præstant cautionem de plus restituendo in terminis d. l. Hæreditatum. num. 168.

Agitur de intellectu dict. leg. Hereditatum versiculo, sic denique. numer. 169.

Intelligitur leg. Si quis argentum §. *Si autem donator. Cod. donationibus. num.* 170.

An dict. l. Hæreditatum procedat in omnibus bonis ad vitam relictis. numer. 171.

Resoluitur quæstio num. 172.

SEQVI-

SEQVITVR TERTIA PARS,

TRACTATVS DE VNA, ET ALTERA QVARTA DEDVCENDA, VEL NON.

AD. CAP. RAYNALDVS.

PRO complemento nostri opusculi, in hac tertia parte, licet nobis obijciant Legistæ, quod mittamus falcem in segetem alienam, perquirēdum necessario duximus, quando Falcidia cessat, vel admittatur, propter acrescentes, vel decrescentes portiones, quod deseruiet ad conuincendum *Accursium, in glossa d.l. In testamento Cod. testamento militis*, dum in illis quatuor versibus existimauit, cōplecti omnes casus, in quibus Falcidia cessat, de quibus late supra in nostra secūda parte; Supponendum est igitur Falcidiam cessare, si portio hæreditatis grauatæ vltra dodrantem, in qua filius fuit institutus, augeatur per aliam portionem acrescentem per remedium bonorum possessionis petitæ, in terminis *textus in leg. Filium 5. D. de legatis præstandis, & in l. Etsi contra. Tabulas 35. in principio D. de vulgari.* Alio modo Falcidia cessat, quando sunt hæredes instituti, & portio vnius proponitur grauata, vltra iustum, ita vt Falcidia locum habere debeat necessario, quæ tamen cessat, si postea vel per substitutionē, vel ius accrescendi, g auatus in portione cohæredis succedat, *in terminis text. in l. 1. §. Id quod ex substitutione D. ad legem Falcidiam, l. Qui fundum. 87. §. Filium D. eodem titul.* Tertio casu cessat Falcidia propter legata cōditionalia, prout infra latius, quæ interea soluuntur pendēte conditione, ad quæ tria capita Reducenda sunt omnia infra resoluenda. Ingrediendo ergo primum caput,

1. 2. 3.

quando portio augetur pér bonorum possessionem petitam fingūt Doctores casum, in quo filius impubes fuit hæres ínstitutus in minori parte legitimæ, prout in vncia, dato cohærede extraneo, frater autem emancipatus fuit præteritus, qui aperuit edictum petendo bonorum possessionem contra tabulas, *in terminis l.* 3. §. *Si quis ex liberis versiculo plane D. de bonorum possessione contra tabulas*: Nam aperto edicto, per præteritionē filij emancipati, possunt alij etiam instituti, petere, & persequi eandem bonorum possessionem contra tabulas, *vt probat textus in l. Post mortem* §. *fin. D. debonorum possessionibus contra tabulas, leg. Nonnunquam in principio, leg. Is, qui in potestate versiculo si solus D. delegat. præstandis*, notant communiter scribentes dictis iuribus, post alios *Mātua in repetitione l. Posthumo nato C. bonorum poss. contra tabulas a num.* 45. *Pinelus lib.* 2. *selectarum. cap.* 3. *num.* 3. *& 4. excellenter Cuiacius in annotationibus ad dict. versiculum, plane*, vbi bene aduertit
6. solos filios ex hæredatos, hanc possessionem bonorum petere non posse, quia aliud habēt remedium, querelam scilicet inofficiosi, *dict. leg. Post mortem* §. *Exhæredati, leg. Non putauit in principio eodem titulo, Goueanus lib.* 4. *variarum. cap.* 5. *optime Rycciard. in principio de bonorum poss. num.* 14. *Mantua proxime nu.* 61. *Pinelus proxime num.* 8. alijs autem filijs competere, licet instituti sint, & sui, *leg. Ex duobus versiculo quod si is, D. de bonorum possess. contra tabulas*, & hoc quānuis ipsi præterici, qui edictum commiserunt, nō petant, imo velint renunciare petitioni, quia per talem renunciationem præiudicare non possunt iuri alteri quæsito, vt bēne notauit *Accursius, in dict. l. Post mortem* §. *final. in glossa* 1. quem Doctores sequūtur cōmuniter, *vt contra. Bartul. scribit Immola, & Aretin, num.* 2. *ibidem, Paulus, Alexand. & alij*, ex quibus dicit communem *Iason. in leg.* 2. *Cod. de bonorum poss. contra tabul. num.* 9. *vbi Mantua a nu.* 52. *& sequentibus, prosequitur Caldas vbi bene ad* §. *Sed hæc Instit. de inofficioso testamento num.* 102. *& postea Gothofred. in dict. leg. Si post mortem* §. *vltimo litera, A.* cognito igitur quod propter præteritionem vnius ex filijs cæteri admittuntur ad bonorū possessionem petendam, consequēter dicetur, quod hæreditas aufertur ab hærede extraneo scripto, ac si scriptus nō esset, probatur per totum *titul. de bonorum possession. contra tabulas*, maxime, *in leg. Filium.* 20. *in principio, iuncta leg.* 1. *D. legatis præstandis*, quæ hæreditas æqualiter inter fratres diuiditur; Nam quando prætor bonorum possessionem contra testamentum patris filijs concedit, hoc intendit, vt ipsi eandem portionem obtineant in hæreditate, quam obtinere debent, si pater ab intestato decederet, vt probatur *Ex l. Non putauit* 7.

§. *Non*

§. *Non est nouum D. bonorum possessionibus contra tabul. notat Cuiacius ibidem in recitationibus, solemnibus, textus etiam in leg. Ab ex haredati 126. versiculo quod si committente D. de legatis primo*, vnde consequitur, quod si pars filij hæredis scripti, sit augmentata per portionem accrescentem ex bonorum possessione petita, vel casu, quo portio esset grauata legatis coniunctis, & extra
8. neis vltra dodrantem relictis, ita vt necessario esset Falcidia admittenda, si iudicium paternum plene obseruaretur, tunc accepta bonorum possessione, legata coniunctorum augentur, alias diminuenda per Falcidiam, propter accrescentem portionem legatorum, quæ extraneis erant relicta, quibus iam non debentur virtute bonorū possessionis petitæ. Ratio est, quia filius post bonorum possessionem petitam contra tabulas testamenti
9. paterni, non tenetur persoluere legata personis extraneis, sed tantum coniunctis, quibus specialiter prætor illa cōseruauit per suum æquissimum edictum delegatis præstandis, *de quo in l. 1. leg. Filium in principio versiculo, quæritur, & in §. final. leg. Is, qui in potestate, §. Sed si scriptus D. illo titulo delegatis præstandis*, considerauit enim prætor quando admisit emancipatos ad rescindenda testamenta paterna, æquum esse conseruare legata personis coniunctis, nam cum emancipati reputarentur de iure Ciuili extranei, & per speciale priuilegium fuerint admissi ad bonorum possessionem contra tabulas, merito cum illa modificatione admituntur, secus si agerent ex querela inofficiosi, vt *tradit Padilla l. Eam, quam Cod. de fideicommiss. numer.* 40. legata autem coniunctorum non solum coseruantur per prætorem, sed etiam augentur per extinctionem aliorum, quæ hæredi accrescunt, ac proinde in illis dicitur cessare Falcidia, cum sufficiat quartā quocūque modo remanere penes hæredem, vt Falcidia cesset, *iuxta textum in leg. Non est dubium* 50. *iuncta leg. sequenti, D. ad legem Falcidiam.* Mouetur tamen maximum dubium, contra supradicta, quæ cessare videntur ex eo: Nam licet contra testamentum, in quo filius est hæres scriptus, acipiatur bonorum possessio, adhuc tamen lega- 01.
ta omnibus personis, tam coniunctis, quam extraneis persoluuntur per filium hæredem scriptum, *iuxta textum in leg. Ex duobus* 14. §. *Sed & illud D. bonorum possessionibus contra tabulas, leg. Si duo* §. *Proinde D. de legatis præstandis*, quæ iura videntur inter se contrariari, *cum l. Filium in principio, & in dict. §. final. & cum leg. Is, qui in potestate* §. *Sed si scriptus D. de legatis præstandis.*

Propter hanc difficultatem, *Accursius in dict. leg. Is, qui in potestate, verbo, certis personis*, quinque 11.
conciliationes omnesque parum

ſufficientes ſcribet; nam modo affirmat, modo negat, prout *Bartulus in eadem lege*, qui ſub varijs diſtinctionibus, rem reliquit penitus inuolutam, de quibus merito *ait Zazius, in leg. Etſi contra tabulas, D. de vulgari, num.* 2. quod in hoc puncto procedunt ſuſpenſo pede, ne in ſpinis lædantur; qui tandem concludit, *Paulum in dict.* §. *Sed ſi ſcriptus*, propoſuiſſe opinionem ſuam, quam *Vpianus* reprobauit *in dict. leg. Si duo*, quæ conciliatio amplectenda non eſt, licet *Zazius* fateatur ſe aliam ignoraſſe, eam tamen futilem appellat *Antonius de Padilla, in leg. Eam, quam Cod. de fideicommiſsis num.* 41.

Sed pro horum iurium vera, & noua concordia aliquos caſus diſtinguendos putamus, vt ſecundum illorum diuerſitatem, omnis contrarietas componatur. Sit igitur primus caſus de filio ſuo, id eſt in
12. poteſtate præterito, is enim accipiens bonorum poſſeſsionem, nō tenetur ad præſtationem legatorum, non ſolum extraneis, ſed nec etiam coniunctis, & hic eſt primus caſus deciſus *in dict. leg. Is, qui in poteſtate in principio, vſque ad verſiculum. vnde, & in leg. Si duo verſiculo, & ſi ambo, D. de legatis præſtandis, & in leg.* 2. *Cod. bonorum poſſeſsionibus contra tabulas*, vbi notat *Cuiacius in poſthumis ad finem.* Ratio eſt quæ deducitur ex illis iuribus, quia rupto teſtamento, legata non debentur præterito filio in poteſtate, *leg. Eam, quam Cod. de fideicommiſsis vbi Padilla à numer.* 40. *notat Gomes leg.* 24. *num.* 1. *verſiculo vnum, &* 1. *tom. cap.* 11. *numer.* 1. *Coſta cap. ſi pater, verbo, inſtituit, numer.* 9. *& in* §. *& quid ſi tantum* 3. *part. num.* 136. *Pichardus in principio de exhæredat. liberorum num.* 39. Sed oritur ſtatim 13.
difficultas, & grauis, videtur nanque, non poſſe competere huic filio in poteſtate preterito bonorum poſſeſsionem contra tabulas, quæ vt concedatur à prætore, requirit teſtamenti validitatem, *leg. Quod vulgo ad finem, D. de bonorum poſſeſsionibus contra tabulas, (inane eſt, inquit Triphoninus, bonorum poſſeſsionem petere contra tabulas, quæ ſine effectu forent,)* conſtat autem teſtamentum, in quo filius ſuus eſt præteritus omni iuris auxilio, tam ciuili, quam prætorio eſſe deſtitutum, notant communiter ſcribentes ad *leg. Inter cætera, leg. Si filius ſeptima D. de liberis, & poſthumis, principium Inſtitut. de ex hæredatione liberorum, leg. Filio præterito, D. de iniuſto rupto, leg.* 1. *D. eodem titulo, leg.* 1. §. *vltimo D. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, poſt Iaſonem, qui bene comprobat in leg.* 2. *num.* 28. *Cod. bonorum poſſeſsion. contra tabulas, notat optime Caldas ad* §. *Sed hæc de in officioſo teſtamento num.* 97. & 103. & 105. *Minſinger, & Pichardus ad d. principium Inſtitut. de ex hæredatione liberorum.* Deinde facit, quia remedium contra tabulandi eſt remediū reſciſorium, *vt probatur ex leg.* 1. *D. de lega-*

de legatis præstandis, & in l. Ut liberis Cod. de Collationibus, quod quidem dari non potest, contra testamentum nullum, quod rescindi nequit, *ex regula l. Nam & si, versiculo, post defectum, D. de iniusto rupto cum similibus.*

Quibus obiectionibus volens occurrere communis sententia, de qua per *Castrensem in leg. Si filius num. 4. D. de liber. & posthum. & in l. 2. Cod. de bonor. possession. contra tabulas num. 9. vbi Iason. 31. Decius. 12. Curtius 57.* dicunt, *in dict. l. Is, qui in potestate*, in principio non dari remedium contra tabulas ad rescindendum testamentum, sed ad effectum, vt prætor sua sententia declaret testamẽtum, in quo filius in potestate est præteritus, esse nullũ, quam communem post quinque conciliationes adductas, sequitur *Gomez 1. tom. cap. 11. num. 5.* Verum prædicta conciliatio non placuit præceptoribus, & *Caldas in dict. §. Sed hæc num. 105. in fin.* etiam ab ea recessit, *per textum in d. §. Eadẽ hæc Instit. de hared. quæ abintest. de fer.* vbi Iustinianus ait (*eos quidem, qui in potestate mortis tempore fuerint, & emãcipatos vocat prætor ad eandem bonorum possessionem,*) ex quibus verbis patet nõ differre bonorum possessionem, quæ datur emancipatis, quæ rescisoria est, vt omnes agnoscunt, à bonorum possessione, quæ datur filijs in potestate constitutis, & à patre præteritis, quod etiam probatur *ex leg. Maximum vitium Cod. de liberis præteritis, leg. Posthumo nato Cod. bonor. possessione contra tabulas, leg. Si duo in principio D. de legatis præstandis.*

14.

Quare prædictis obiectionibus satisfaciendum puto, cum eodem *Caldas in dict. §. Sed hæc num. 106.* ex mente Iure Consulti Triphonini, de qua *in dict. leg. Quod vulgo*, vbi Triphoninus docet bonorum possessionem contra tabulas dari contra quascunque tabulas, quæ continent formam, seu figuram testamenti, ex quo saltem apparenter possit adiri hæreditas, vel contra illud possit peti bonorum possessio: Sed constat testamentum, in quo filius est præteritus saltem apparenter esse testamentum, quia illud supponimus ex omni parte perfectum, solumque peccare in præteritione filij, quæ nullitas remitti potest per ipsum filium, *iuxta notata in leg. Filio præterito D. de iniusto rupto*, quæ resolutio dẽ plano procedit si cum *Duareno lib. 2. disputat. cap. 30. Cuiacio lib. 11. observat. cap. 14. & in recitationibus ad leg. Filium de bonorum possessionibus contra tabulas columna prima, & in posthumis. ad leg. 1. Cod. eodem, & in recitationibus ad leg. Papinianus, §. Si conditioni D. inofficioso, & cum Caldas dict. num. 106.* dicamus verba *dicta leg. Quòd vulgo in principio, ibi* (*contra legem*) esse legenda, contra lignum esse, prout

15.

16.

legitur *in Pandectis Florentinis*, quod etiam agnoſcit *Antonius Faber de error. pragmat. dec.* 11. *error.* 7. *nu.* 11. *& optime ſcribit Pichard. de exhæred at liberorum in principio numer.* 37. *& ſequenti, & in* §. *Sunt autem de bonorum poſſeſsionibus num.* 18. *& poſtea Gothofred. ibi litera, G.* quo ſenſu ſolum probat *dict. l. Quod vulgo* bonorum poſſeſsionem dari contra lignum teſtamenti, ita vt hæres ſcriptus poſſit ex tali teſtamento hæreditatem accipere, licet illam non obtineat, ex aliquo defectu ipſius, quod non ſit contra formam, quod idem ſcribit *accutiſsimus Antonius Goueanus lib.* 1. *variarum. cap.* 5. *cuius verba* duxi tranſcribenda, ad conuincendum falſum teſtimonium ei *à Cuiacio* impoſitum, verba ſunt hæc, *(vt enim ſcribit Triphoninus in l. Quod vulgo, petere bonorum poſſeſsionem inane* eſt, *contra tab. quæ ſine effectu forent. dicendum igitur eſt ex eo nullius momẽti dici teſtamentum, in quo præteritus filius eſt, qui in poteſtate erat, qua acquiri ex eo teſtamento iure hæreditas nõ poteſt, peti namque ſecundum eas tabulas bonorum poſſeſsio poteſt, quæ vt detur ſatis eſt prima fronte non eſſe vitiatum teſtamentum, leg.* 3. *Cod. de edicto Diui Adriani tollend.*) ex quibus verbis aperte conſtat, *Goueanũ*, ſenſiſſe bonorum poſſeſsionem contra tabulas iure concedi contra teſtamentum, in cuius forma peccatum non eſt: vnde falſo allegant *Cuiacius dict. cap.* 14. & alij quos tacito nomine præterimus, qui *Gouea num allegant* adhoc, vt ipſe ſcribat verba *dict. leg. Quod vulgo*, ibi *contra legem* eſſe referenda ad legem duodecim tabularum. ſecundum quas vnicuique licebat, quomodo vellet de ſuo diſponere, *leg. Verbis legis D. de verborum ſignificatione*, quæ libertas infringitur ſi per bonorum poſſeſsionem diſpoſita per teſtatorem reſcindãtur, quæ conſideratio licet foret ingenioſiſsimi viri, tamen non conuenit materiæ, nec verbis dictæ *leg. Quod vulgo.* Secundo conuincitur ex notatis *per Coſtam in* §. *Et quid ſi tantum part.* 3. *à numer.* 120. *& à num.* 145. *& in cap. ſi pater, gloſſa vltima num.* 8. vbi reſoluit bonorum poſſeſsionem contra tabulas, non eſſe remedium reſciſorium teſtamenti, ſed tantum iudicij defuncti, vt probat *textus in leg. prima D. de legatis præſtandis*, quæ bene explicatur per *Ciceronis* authoritatem, de qua *Cuiacius in poſthum. ad titulum Cod. de bonorum poſſeſsionibus contra tabulas, columna prima*, ibi (*vel per bonorum poſſeſsionem contra tabulas, qua emmendatur nota præteritionis reſciſo iudicio paterno.*) *Pichardus in* §. *Sunt autem. Inſtit. de bonorum poſſeſſ. num.* 16. & per conſequens bonorũ poſſeſsione petita cauſa teſtati non deducitur ad cauſam inteſtati, vt bene comprobat *Coſta vbi proxime à n.* 124. *quem citat. & ſequitur Benedictus Pinel.* 2. *ſelectarum. cap.* 3. *à numer.* 13. *Duarenus lib.* 2.

17.

18.

lib. 2. disputat cap. 30. Cuiacius 3. obseruationum cap. 20. Pichardus supra n. 91. per textum int. Ita tamen §. Marcellus, D. ad Senatus consultum Trebellianum, melior est textus *in l. virilis 8. versiculo si adierit D. legatis præstandis*, vbi libertates, & portio alicui debita ex eodem testamento, conseruantur, licet cõtra illud accepta fuerit bonorum possessio contra tabulas, allegat etiam *textum in leg. Filium, qui in potestate D. bonorum possession. contra tabulas*, sed ego cito textum *in §. Sunt autem Inst. de bonorum possessionibus*, vbi inter successiones, quæ ex testamento dantur, enumeratur bonorũ possessio contra tabulas, licet hoc remedium contra iudicium defuncti induxerit prætor, vt, filij præteriti admitterẽtur ad patris hæreditatem, *§. Quos autem Inst. de bonorum possessionibus*. Nec obstat, *l. Filium §. final. de bonorum poss. contra tabulas, l. Non putauit §. vltimo eodem titulo, l. Vt liberis C. de Collationibus*, per quæ iura defendit *Decius in d. l. Vt liberis nu. 21. ex Iasone Bald. & alijs antiquioribus*, patrem familias fieri in testatum, si contra eius iuditium petatur bonorum possessio contra tabulas, & nemine citato per transit *Pichardus in dict. principio de ex hæredatione liberorum num. 42.* Sed fallitur *Decius*, & *alij*, quia *dict. l. Filium quem in potestate*, aperte probat
18. per bonorum possessionem contra testamentum petitam non effici quem intestatum, ibi enim ad-

huc post petitam bonorum possessionem, hæres scriptus potest hæreditatem adire, & testamentum confirmare, & merito, idem, quod *Costa* in effectu, scribit in *Goueanus l. Ex duobus 34. §. final. num. 1. D. de vulgari*, & quod magis est hanc partem sequitur *Caldas de nominatione quæst. 8. num. 5.* dicens communem *ex Iason. in d. l. Vt liberis n. 15.* non citato *Costa*, nec *Goueano*, quæ opinio fulcitur ex ea ratione, quia possessio contra tabulas est remedium prætorium, prætor autem neminem hæredem facere potest, *§. Quos autem Instit. de bonorum poss. Alfanus collect. 124. Mendoça lib. 4. disput. cap. 4. num. penultim. Alciat. Parergon. cap. 3. Vacon. declar. 104. Bellonus suppur. lib. 1. cap. 10. & lib. 4. cap. 19. Fachin. lib. 5. contr. cap. 72.* igitur etiam efficere nequit, vt ille, qui semel fuit hæres amplius desinat esse hæres. Nec obstant fundamenta, quibus motus est *Dec. vbi supra*, cui accedere videtur *Pichardus supra. Donelus lib. 6. de iure Ciuili cap. 13. column. 6.* Nam ad *textum in leg. Non putauit §. final.* optime respondet *Costa vbi supra num. 125.* textũ non decidere ibi ab intestato succedi, sed magis decidit Consultus per bonorum possessionem cõtra tabulas obtentam, quæ ex testamento datur, vt supra probauimus, fratres inter se eandem diuisionem hæreditatis non minus cõficere debere, quam si pater decederet intestatus; *Ad leg. Filium §. finali*, propter rel-

ter reſpōnſionem *Coſtæ vbi ſupra nu.* 128. reſpondemus verba illa (*mero iure inteſtato hæres extitit, vel merito iure, &c.*) prout legit *Cuiac. & Gothofredus ibi*, verba, in quam, illa eſſe referenda ad filium ſuum, qui fuit præteritus à patre, & bonorum poſſeſsionem petijt, hunc enim nō teneri perſoluere legata merito decidit *Triphoninus*, ex eo, quia cenſura iuris reputatur, ac ſi patri inteſtato ſucceſsiſſet, ad effectum ne teneatur ſoluere legata, etiam coniunctis, *in terminis textus in leg. Is, qui in poteſtate in principio. Dig. de leg. Præſtandis*, prout bene explicat *Cuiac. in dict. §. final*, idque ex eo, quia de facili poſſet euertere teſtamentum paternū, in quo fuit præteritus, ſed inde non ſequitur quod ſi ipſe non agat remedio querelæ, ſeu nullitatis, ſed petat bonorum poſſeſsionem contra tabulas, patrē inteſtatum efficiat, contrà ſupra reſoluta, in quem ſenſum ſimiliter eſt intelligendà *l. Si duo D. de legatis præſtandis, verſiculo, & ſi ambo*, ibi (*cum rem ab inteſtato habeat, non præſtabit liberis & parentibus legata*) ita vt licet poſſet per querelam, vel remedium nullitatis teſtamentū euertere, attamen ſi bonorū poſſeſsionem petat, iudicium paternū reſcindit, non autem reducit cauſam ab inteſtato.

Nec denique obſtat *d. l. Vt liberis*, quia omiſſa interprætatione, 17. *Coſtæ vbi ſupra num.* 130. reſpondet *Caldas. dict. num.* 5. quod hæres ibi aduertens inſtitutionem ſuam ad nihilum reddi petita bonorū poſſeſsione, hæreditatem repudiauit, & ſic eſt factus defunctus inteſtatus, quæ interprætatio, quam ſit diui natoria nemo non videt, ideo dicendum puto, quod ibi teſtamētum dicitur reſcindi per bonorum poſſeſsionē æqualiter, ac per querelam inofficioſi teſtamenti, quoad effectum collationis, de qua in eo textu principaliter agitur, & ita mens Leonis eſt, quod quemadmodum quādo per querelam inofficioſi teſtamentum reſcinditur, & res reducitur ad cauſam inteſtati: collatio eſt facienda, ita etiam petita bonorum poſſeſsione, per quā fratres eandē portionem obtinent, quam habituri eſſent, ſi pater inſtestatus decederet, neceſſario tenentur ad collationem, qui ſenſus ſatis confirmatur *ex l. Filiæ dotem* 4. *Cod. eodem titul. ibi, vel ab inteſtato ſuccedant, vel contra tabulas petant,*) & hunc intellectum, poſt hæc ſcripta perlegi apud *Pinel. d. lib. 2. ſelectar. cap.* 3. *nu.* 14. Sed non inde apparet per bonorū poſſeſsionem cauſam teſtati reduci ad cauſam inteſtati. Neque replicet quis inane, & otioſum videri remedium contra tabulas filio in poteſtate, qui habet remedium ordinariū nullitatis, quod cum ſit remedium iuris Ciuilis durat per 30. annos, ſicut cæteræ actiones, ex *l. Sicut C. de præſcriptione* 30. *vel* 40. *vbi nouiſsime inſignis Barboſa à num.* 6. Remedium vero bonorū poſſeſsio-

possessionis per annum ratum durat, vt probat *leg. 1. §. Largius D. de successorio edicto*, vt in terminis aduertit *Iason. in leg. 2. Cod. de bonorum possessionibus contra tabulas numer. 12.* quia ad obiectionē respondet *Paulus in leg. Si filius num. 4. & 6. D. de liberis & posthumis*, quo non citato *Richard. in d. principio de exhæredat. liber. num. 44.* multis casibus posse vtilius esse remedium contra tabulas, videlicet, si filius restringens se solum ad ius dicendi nullum, illud repudiet, vt *in l. Suum hæredem Cod. de iure deliberandi*, quia in hoc casu poterit adhuc intentare contra tabulas, quia ex alio fonte dimanat, argumento, *l. Quoties 92. D. de regulis iuris*, vel si per sententiā excludatur à nullitate potest recurrere ad contra tabulas, *per textum in l. Si actor D. iureiurando*, vel denique possunt 30. anni currere filio ignoranti, quia sunt continui, & tunc necessarium erit recurrere ad contra tabulas, cuius annus vtilis est, *vt probat textus in leg. 2. §. Dies, ibi (dies bonorum possessionis vtiles esse palam est) D. quis ordo seruetur in bonorū possessione* prosequitur *Bardus de tēpore vtili cap. 7. per totum*, quod intendisse videtur *Cuiacius* quando *in paratitla lib. 6. C. tit. 12.* dixit hanc bonorum possessionem non esse filio præcis. necessariam, sed non esse inutilē, quod latius *idem Cuiacius* prosequitur *in posthum. ad titulū Cod. bonorum possess. contra tabulas*, vbi optimum ponit exemplum, quando filius suus à primo gradu præteritur, à secundo exhæredatur in terminis, *leg. Si posthumus 14. de lib. & posthumis*, nam si filius agit remedio nullitatis, intrat secundus gradus testamenti, à quo filius exhæredatus est, *leg. 3. §. vltimo de lib. & posthumis, d. l. 14.* Si autem petat bonorum possessionem in totū cō firmabit primam testamenti institutionem, *l. Non putauit §. Si primo de Bonorum possession. contra tabulas*, & in hoc casu vtilius esse remedium contra tabulandi, quam ordinarium nullitatis, notat *Cuiacius vbi proxime.*

Constat igitur ex hucusque dictis, in hoc casu, filium in potestate prēteritū ad legata soluēda nō teneri, *d. l. Is, qui in potestate à princ.* Ratio colligitur ex ipso textu: Nam cum 21.
testamentum ex præteritione filij sit expositum vitio nullitatis, quo annullato, certum est legata non deberi, *leg. Filio præterito D. de iniusto rupto, leg. Papinianus §. final. D. de inofficioso testamento, leg. Eam, quam Cod. de fideicommiss. leg. Si Nemo de regulis iuris, cum similibus*, sequitur quod si filius in potestate, neglecto remedio Ciuili nullitatis, ad prætorium contra tabulandi recurrat, adhuc legata non persoluet, ne alias beneficium p ætoris in ipsius fauorem introductum, retorqueatur in odium, *contra leg. Quod fauore Cod. de legibus*, docet Iureconsultus Paulus *in dict. l. Is, qui in potestate in principio*, ibi (*absurdum est eum*

eſt eum cogi legata præſtare,quia bonorum poſſeſsionem peti erit, cum & ſine hac hæreditatem habiturus ſit ſuo iure) poſt *Bartulum ibidem reſoluunt Caſtrenſis,& Iaſ. in l.1.Cod.bonorum poſſeſsion. contra tabulas vterque num.1. optime ſcribit Padilla in l. Eam, quã Cod. de fideicommiſsis num.* 40. *Cuiacius poſt eos ibidem,& lib.*41.*ad edictum Pauli ſuper d.l. Is, qui in poteſtate in principio*, cuius hic eſt verus ſenſus, & eodem modo eſt intelligenda *lex ſi duo, verſiculo, & ſi ambo, infra de legatis præſtandis, optime Faber lib.* 5. *coniecturarum cap.* 13. *in principio*, ſicque explicato primo caſu,pergamus ad ſecundum.

Secundus caſus expreſſus *in dict. l.Is, qui in poteſtate verſiculo, vnde ſi duo*,ille eſt,quando tam emancipatus, quam ſuus fuere præteriti. An
22. ſcilicet ſaltem emancipatus petita bonorum poſſeſsione contra tabulas, ad aliqua legata perſoluenda teneatur? Et negatiue reſoluit *Paulus in d.verſiculo,vnde*,qui illã præſtat rationem, quia emãcipatus in hoc caſu affectu fratris aufert partem dimidiam,*notant ibi gloſſa, Bartul.& Gothofred. litera,M. Cuiacius lib.*41. *ad edictum Pauli ſuper illo text. Benedictus Pinel. lib.*2.*ſelectarum cap.* 3 *à principio, & num.*20. Et pro clariori elucidatione huius caſus aduertendum eſt, quod quando emancipatus in ſimul cum ſuo fuit præteritus,licet petat bonorum poſſeſsionem contra tabulas in ſimul, cum ſuo,quo caſu iure prætorio ſuſtinetur teſtamentum,vt ſupra diximus, filius ſuus totã hæreditatẽ auferre debebat, tanquam notus ſolum de iure Ciuili,*l.In ſuis de liberis,& poſthumis*, §. *Sui Inſtit.de hæredum qualitate,& differentia* §.*Inteſtatorũ Inſt. de hæred. quæ abinteſtato deferuntur*, & vtppote talis totam hæreditatẽ auferebat ab ſcripto hærede,ipſam que liberam,& immunem ab omni onere legatorum, ex ratione *d. l. Is,qui in poteſtate in principio*, ac proinde cenſura Iuris Ciuilis ſolus hæres dicitur,emancipatus vero tãquam extraneus, de iure Ciuili nõ erat cognitus, §. *Emancipati illo titulo, de hæred. quæ ab inteſtato deferuntur* §.*Cæteri Inſt.de hæredum qualitate,& differentia*, & tanquam talis non admittebatur ad hæreditatem; vnde poſtea, quando beneficio prætoris admiſſus fuit ad petendam partem per bonorum poſſeſsionem contra tabulas, cenſura iuris illam â fratre ſuo aufert,qui iam totam habere cenſetur, tanquam ſuus,cum igitur hæreditas ipſa in perſona ſui libera ſit ab onere legatorum, & emancipatus cenſeatur illam ab ipſo abducere, libera peruenit ab onere legatotum , etiam ad emancipatum,quem ſenſum ſatis inſinuant verba, *dicti verſiculi, vnde*,ibi(*qui affectu fratris aufert partem dimidiam*) agnoſcit *Pinelus dict. nu.*20. qui poſt hæc ſcripta ad manus meas peruenit, vbi addit in noſtro caſu aliam rationem decidendi,quam tamen nõ patitur ratio à Iurecon-

Iureconsulto Paulo assignata supra dicto loco, *vide d. num.* 20. *ad finem.*

Verum contra prædictam resolutionem obstat *textus ex diametro contrarius in leg. Si duo, versiculo, & si ambo D. de legatis præstandis*, ibi 23. (*Emancipatus vero nunquid, nec ipse præstat, quia eirem aufert, qui præstaturus nonerat, si solus esset, sed verius est, vel hunc saltem debere liberis, parentibus præstare legata*) in hypothesi huius textus emancipatus concurrit insimul cum suo ad petendam bonorum possessionem contra tabulas, & censura Iuris Ciuilis dicitur dimidiam à filio suo auferre, ibi (*quia ei rem aufert, qui præstaturus nonerat,*) & tamen resoluit Vlpianus emancipatum teneri persoluere legata saltem coniunctis personis. Secundo videtur oppugnari supradicta interprætatio *ex leg. Quia autem 6. §. Hoc edictū D. si quis omissa causa testamenti*, vbi si emancipatus præteritus omittat petere bonorum possessionem contra tabulas, & petat bonorum possessionem ab intestato, vnde liberi, tenetur ad solutionem legatorum ex illo edicto, quemadmodum si bonorum possessionem petijsset, ex quo textu probatur, emancipatum præteritum teneri semper ad solutionem legatorum ex natura petitionis bonorum possessionis sibi concessæ, *iuxta leg. 1. D. de legatis præstandis, l. penultim. §. final. D. de bonorum possession. contra tabulas.*

Bartolus pro concordia earum obiectionum, *in dict. leg. Is, qui in potestate*, distinguit inter casum, quo filius emãcipatus petit bonorũ pos- 24.
sessionem contra tabulas, & ii ter illum, quo petit bonorum possessionem, vnde liberi, ita vt in primo casu minime teneatur soluere legata, & ita intelligatur *textus in dict. l. Is, qui*, in secundo vero procedat *dict. §. Hoc edictum.* Sed confunditur manifeste ex *dict. l. Si duo, versiculo, & si ambo*, vbi emancipatus insimul cum suo perueniens ad bonorum possessionem, tenetur persoluere legata saltem cõiunctis. Secundo loco Laurẽcius præceptor colendissimus, & doctissimus in hoc dubio excogitabat *textum in dict. leg. Is, qui potestate versiculo, si duo* solum decidere emancipatum non teneri legata præstare, scilicet extraneis: Nam coniunctis non poterat in dubitationem venire, cum semper illa teneatur præstare, iuxta supra citata iura, sed hæc consideratio minime approbanda est, quia *textus in dict. leg. Si is, qui in potestate, versiculo, vnde si duo*, indistincte negat emancipatum teneri legata soluere, tam coniunctis, quam extraneis, deinde, quia cum emancipatus petijsset bonorum possessionem contra tabulas, nullatenus poterat extraneis teneri recisso iudicio testatoris, sed ad summum coniunctis præstaret, a quorum solutione textus ipsum de obligat; igitur, &c. 25.

Tertio *Cuiacius lib.* 41. *ad edictum Pauli*, ibi, somniando cum *Accursio* scribit Paulum Iureconsultum, *in versiculo, vnde si duo*, non proponere decisionem iuris, sed tantum narrationē facti, ac proinde sequendam esse decisionem *Vlpiani in dict. leg. Si duo, versiculo, & si ambo, & Africani in leg. penultim. §. finali D. de bonorum possessionibus contra tabulas*, qui textus fefellit doctissimum virum, dum supponit emācipatum præteritum cum suo exhæredato, teneri post petitam bonorum possessionem legata cōiunctis præstare; Sed hoc figmentum scriptum ab *Accursio*, & *à doctissimo Cuiatio*, potius crederem additamentum erroneum, quam sibi persuasum esse, contra clarissima Pauli verba in eo *versiculo, vnde si duo*, non contineri decisionem, nisi sæpe sæpius vtrumque per legissem; Nec obstat *dict.* §. *vltim.* quia respondetur, casum *dict.* §. *vltimi* valde esse diuersum à nostro, quia nos agimus de casu, quo tam suus, quam emancipatus fuere præteriti; At vero *in terminis dict.* §. *penultimo*, suus fuit exhæredatus, emancipatus præteritus, ita vt si hæredes scripti adeant hæreditatem, suus nullum habet auxilium, vel recursum contra hæreditatem paternam, *dict. leg. penultima in principio, & in versiculo, erit autem venale, ibi. (adeundo repellat filium in potestate relictum, præstetque assem emancipato, contra tabulas possessionem bonorum)* vnde cum in hoc casu suus, vt exhæreditatus non aperiat edictum, nihil ex sua persona peruenit ad emancipatum, sicut nec in alio casu, qui à Iureconsulto, ibi proponitur, quando scilicet, hæredes scripti repudiarunt hæreditatem, in quo exhæredatio ad irritū redacta est, *vt patet ex dict. leg. ibi, (sed cum exhæredatio non adita hæreditate ex testamēto nullius sit momenti)* & ita tota hæreditas iure intestati ad suum pertinebat, prætor tamen in hoc casu filium emācipatum in dimidiam admitit patet ibi, *redit res ab intestati exitum, & aduersum exasse hæredem, ab intestato emancipatum prætor in dimidia tueatur*, Quo themate retento, quærit *Africanus in d. §. final*, an suus, & emancipatus teneantur ad legata, respondet; emancipatum teneri coniunctis ex bonorum possessione, quam ex persona propria accepit, suum vero non, quia rem habet ab intestato, sed replicatur, quod etiam in hoc casu emancipatus aufert a suo, qui non tenebatur ad legata, quia 28.
respondetur, differentiam in eo esse, quod suus non habet rem ex testamento *dict.* §. *Sed si duo*, sed habet rem abintestato, propter hæreditatem non aditam; quā si scripti adirent, suus mero iure repellebatur, & ideo prætor tuetur emancipatum, ac si ab scriptis peteret bonorum possessionem.

Vnde pro concordia horum iurium fingo tertium casum, valde ab

de ab hoc secundo diuersum, in quo aliæ diuersæ rationes decidendi procedunt; nam casus noster secundus est, quando tam suus, quam emancipatus sunt prætériti, & vterque peruenit ad bonorum possessionem contra tabulas, mediante qua, suam obtinuit portionem, quo casu nec emancipatus ad solutionem legatorum tenetur, ex ratione à Paulo assignata, & à nobis supra satis explicata.

28. Tertius vero casus erit quando sunt duo filij, alter suus prætéritus, alter emancipatus institutus. In hoc ergo tertio casu, quo proponuntur duo filij alter in potestate prætéritus, alter emancipatus institutus à patre, dicendum est, quod licet suus prætéritus veniendo ad hæreditatem remedio p ætorio bonorum possessionis contra tabulas, minime teneatur ad legatorum præstationem, ex ratione *dict. leg. Is, qui in potestate, in principio, & dict. versiculo, si ambo*, quam iam supra in primo casu declarauimus, attamen emancipatus institutus licet perueniat ad hæreditatem eodam remedio prætorio bonorum possessionis, tamen æquum fuit vt legata saltem personis coniunctis præstaret. Ratio decidendi illa solummodo apparet, quia licet etiam in præsenti specie, testamentum paternum in quo filius in potestate prætéritus est, de rigore nullum sit, tamen cum suus petendo bonorum possessionem cõfirmet testamentum, *iuxta notata in leg. Filio præterito D. de iniusto rupto*. Alter frater emancipatus, & institutus suscipiẽdo bonorum possessionem insimul contra tabulas, non coactus, sed mere voluntarius accedit ad prætorium remedium: Nam, si vellet, posset dimidiam suam per bonorum possessionem petere secundum tabulas, & conseruare iudicium paternum, quod fieri posse, statim demõstrabimus; Ne igitur filius defraudaret in totum paternam volũtatem, iure optimo cum coegit prætor, vt saltem coniunctis personis legata præstaret, & hic est genuinus sensus, *dict. versiculi, & si ambo*, ibi, *Emancipatus vero, &c.*

29. Nec replicari potest, quod etiam in hoc casu hic filius emancipatus institutus aufert suam dimidiam à filio suo, cui de iure Ciuili tota hæreditas debita erat, qua ratione *Paulus in dict. leg. Is, qui in potestate, versiculo, vnde si duo*, ad de obligandum filium emancipatum ab onere legatorum, vt dixi supra in secundo casu, quia satisfit, si dicamus verum esse de iuris rigore ita in hoc casu fore censendum, vt videtur insinuare *Vlpianus in dict. leg. Si duo, versiculo, Emancipatus vero*, dum obiectiue muminit de prædicta ratione, ibi, (*quia remmei, infert, qui præstaturus non erat.*) Verumtamen cum in hoc casu daretur amplius vo-

voluntas paterna, dum illum hæredem scripsit, iniquum videbatur, si posset in totum se eximere aprestatione legatorum, & ideo prævaluit æquitas *tituli de legatis præst. l. 1. eode*, vt saltem coniunctis illa persolueret, quam interpretatione post hæc scripta reperi apud *Benedictum Pinel. dict. cap.* 3. *nu.* 20. quam etiam insinuat *Faber. lib.* 5. *de coniectur. cap.* 13. *in principio.* Nec 30.
etiam obijci potest *ex dict. leg. Is, qui in potestate, in versiculo, immediate sequenti, quid ergo*, dum videtur insinuare, quod si filius suus sit præteritus, & emancipatus instjtutus, nec etiam institutus tenebitur ad præstationem legatorum, ibi (*verius est, quod dictum est*) quod impugnat directe proximum intellectū præfatum *ad dict. leg. Si duo versiculo, & si ambo.* Quia respondeo; Paulū Iureconsultum *in dict. l. Is, qui in potestate, vsque ad versiculum, quid ergo*, duos casus decidere, Primum quando suus tātum præteritus est, qui licet contra tabulet, adhuc non tenetur ad soluenda legata, secundum quādo insimul cum filio suo fuit etiam præteritus emancipatus, in quo, licet variauerint Iureconsulti, attamen prævaluit, nec etiam emancipatum teneri ad soluenda legata ex ratione, de qua ibi, *in versiculo, quid ergo*, iterum redit ad primum casum decisum scilicet filij sui preteriti, in quo confirmat prius responsum, quod non teneatur, nec in hoc casu miscuit emancipatum cum suo: Vnde aperte constat nihil ex inde contra nostram resolutionem, & quod hæc solum sit mens Iureconsulti, patet ex verbis sequentibus, ibi (*vbi vero scriptus, &c.*) dum continuando mutat casum, quo suus fuerit scriptus.

Prætermittendum etiā non duxi censurandam aliam nouam interpretationem, quam ad concor- 31.
diam, *dict. versiculi, sed si scriptus, & dict. leg. Si duo*, *adducit Pinel. dict. cap.* 3. *numer.* 29. dum excogitauit faciendam esse differentiā, inter casum, quo scriptus filius agnouit voluntatem testatoris adeundo hæreditatem, antequam alter filius præteritus edictum actualiter aperuisset, petendo bonorum possessionem contra tabulas, & inter casum, quo ipse scriptus agnouit iudicium patris, post petitam à fratre præterito bonorum possessionem contra tabulas, Ita vt, *dict. versiculus, si scriptus*, loquatur de filio, qui prius adiuit, quam bonorum possessio peteretur, patet ibi, (*sed si scriptus adierit quidem hæreditatem, præteritus autem bonorum possessionem acceperit*) vbi secundum ordinem literæ, præcessit aditio, & sequuta fuit contra tabulatio, ita similiter in terminis, *leg. Filium* §. *final. D. de legatis præstandis*, prius fuit agnitio hæreditatis, postea vero petita fuit bonorum possessio, per contrarium autem *in terminis dict. leg. Si duo*, §. *Proinde*, prius a præ- 32.
terito

terito fuit petita bonorum possessio contra tabulas, postea vero institutus agnouit iudicium patris, quo casu etiam intelligit *dict. leg. Si ex duobus*, Rationem differentiæ ponit in eo, quia quando scriptus adit antequam præteritus petat bonorum possessionem, non censetur approbare iudicium defuncti, & ideo petita postea bonorum possessione per fratrem præteritum, prætor ei conseruat suam portionem, quam accepit secundum tabulas, acsi contra tabulas accepisset, ideo nihil mirum si solum exceptis legata persoluat; At vero qui adit post petitam bonorum possessionem, censetur in omnibus, & per omnia iudicium defuncti approbare, & ideo merito omnibus legata persoluet, tam exceptis, quam extraneis. Sed hic intelligendi modus etiam non potest admitti, quia deuiat à ratione Iureconsultorū: nam Paulus, & alij Iurecōsulti, toti sunt in eo, an filius fruatur plena voluntate defuncti, vel non, vt videre est ex dictis iuribus, vnde alia via quærenda est.

Nec mirum videri debet, si filius suus bonorum possessionem contra tabulas obtineat, emancipatus vero bonorum possessionem secundum tabulas accipiat ex ipso
32. testamento: nam bonorum possessio contra tabulas, non est remedium rescisorium testamenti, sed solum iudicij defuncti, vt iam supra demonstrauimus, *cum Costa, & alij ex l. 1. D. de legat. præstand.* & in simul cum eodem testamento stat, *l. vnic. versiculo, ita autem, D. si tabulæ testamenti nullæ ex tab.* ibi (*ita autem abintestato potest competere bonorum possessio si neque secundum tab. neque contra tabul. bonorum possessio agnita sit*) vbi bonorum possessio contra tabulas dicitur esse ex testamento, idem constat *Ex §. Sunt autem Instit. de bonor. possess. vbi Minsinger. & Ricciard. & post illos Pichard. num. 6. & sequentibus.* In idem est *textus in l. Sed cum patrono. D. de bonor. possessionibus*, vbi expresse patrono datur bonorum possessio contra tabulas, & hæredi scripto secundum tabulas, ibi (*sed cum patrono quidem contra tabul. certæ partis bonorum possessionem prætor polliceatur, scripto autē hæredi secundum tab.*) & supponit *d. l. Siduo*, vbi notauit *glossa, verbo, non acceperit*, contra quam resolutionē non obstat *textus in l. 2. Cod. de bonor.* 33.
poss. contra tabul. ibi (*& si contra tabulas bonorum possessio infantis nomine à tutore petita est, secundum tabulas bonorum possessio locum habere non potest*) quia optime satisfacit *Pinel. dict. cap. 3. num. 16. dict. leg. 2.* procedere, quando cum filio præterito institutus est hæres extraneus, quo casu prætor reciso testamēto, per bonorum possessionem contra tabulas, nō conseruat institutionē, nec portionem extranei, prout deducitur *ex leg. Filium 20. D. de bonorum possessionibus contra tabulas*, vbi præteritus totam hæreditatem

ab extraneo auferr, esset enim frustatoria bonorum possessio, quæ sine re extraneo daretur, & ideo merito a prætore denegata est, at vero à filijs solum pro concurrente quātitate *d.l. Is, qui in potestate cum similibus*, vnde iam aperte demonstratur bonorum possessionem secundum tabulas, & bonorum possessionem contra tabulas, posse concurrere insimul in eodem testamento.

Nec etiam contra intellectum, quem sequimur, obstat, *l. Si sub conditione quinta D. de bonorum possessione contra Tab.* vbi proponitur emā-
34. cipatus institutus subconditione, quæ deficit tempore, quo filius iā erat in possessione bonorum, quē prætor tuetur in possessione, ac si cōditio non defeciſſet, & tamē resoluit Vlpianus filium solū coniunctis teneri legata persoluere, quod videtur contra intellectum nostrū ad *l. Si duo*, dum ibi dicimus teneri p̄stare legata omnibus, quia fruitur plena voluntate defuncti. Ecce quomodo *in terminis huius l. Si sub conditione*, filius fruitur plena voluntate, & tamen solū coniunctis soluere debet legata, sed aduerte casū *d.l. si sub conditione*, longe differre à casu *dict.l. Si duo*, quia in terminis, *d.l. Si duo*, filius cum posset contra tabulare, noluit, & approbauit iuditium paternum, quod validum fuit, dum instituit ipsum filiū, & ita ex testamento potuit adiri hæreditas, & iudicium patris sustinetur; at vero *in d.l. Si sub conditione*, cum cōditio, sub qua filius fuerit institutus, defecerit, iam filius emancipatus nō potuit ex testamento capere hæreditatem per bonorū possessionem secundū tabulas, sed solū prætor, vt circuitum vitaret, conseruat illum in bonorum possessione, ac si contra tabulas petijsset, quo casu solū coniunctis legata persoluere tenetur, quia nō censetur agnoscere iudicium paternū, sed potius contra tabulare; Nec aditio prius facta aliquid operatur, quia fingitur nulla ex defectu conditionis.

Nec obstat dicere, quod ex tali testamento non possunt cōseruari 35.
legata, quia supposito defectu conditionis, testamentum nullum est, ac proinde ex eo non possunt legata conseruari, argumento *regulæ l. Eam, quam Cod. de fideicommissis, cum vulgaribus, vbi glossa, & communiter scribentes*, quia satisfit ex doctrina suprapositā, secundum quam intelligitur, *l. Quod vulgo D. de bonorum possessione contra tabulas*, secundum quam sufficit, quod appareat testamētum tale, ex quo adiri possit hæreditas, quale erat illud, de quo *in d.l. Si sub conditione*, & ideo licet cōtra tabuletur, tamen quo ad legata valet, *ex edicto delegatis præstandis*. Maxime, cum emancipatus posset venire ad parentis hæreditatē per bonorum possessionem contra tabulas, tanquam præteritus in tali 36.
testamento, supposito defectu conditionis, & si quæras cur ibi, non censu-

censetur potius venire ad hæreditatem paternam per bonorum possessionem, vnde liberi, quæ emancipatis conceditur, *iuxta* §. *Emancipati Instit. de hæredit quæ abintestato*, quæ quidem bonorum possessio, cum concedatur, abintestato releuat filium à præstatione legatorũ, quia respondeo cum ratione Iurisconsulti: Nam filius iam petierat bonorum possessionem secundum tabulas, & ita quantum in se fuit, approbauit iudicium paternum, vnde deficiente conditione, licet testamentum in substantia valere nequeat, tamen valeat subilla forma, vt ex illo censeatur petita bonorum possessio contra tabulas, & legata salte exceptis conseruentur quando filius emancipatus fuerit sub conditione scriptus, si autem alter sit hæres institutus, qui iã adijsset, etiam si postea possit petere bonorum possessionem ab intestato, tamen tenebitur tribuere legata, ne videatur fraudẽ admittere, supposito quod à principio bonorum possessionem petijt ex testamento. Nec in hoc admittitur ius abintestato, prout in terminis *edicti, si quis omissa causa testamenti*, Constat ex fine *d. l. si sub conditione*, ibi quasi videatur hoc ipso fraudatus, quod ex testamento petita sit bonorum possessio.

Vltimo obijci non potest *de* §. 36. *Vltimo l. Filium* 5. *D. de legatis præstandis*, vbi portio conseruatur coniuncto secundum voluntatem defuncti, & tamen non fuit diminuta, & nihilominus solum cõiunctis præstat legata, nõ autem omnibus, quod videtur offendere nostram resolutionem, quia respondeo *in terminis d. l. Filium* §. *final*, illum, cui portio fuit conseruata, non fuisse hæredem scriptum, sed tanquam legatario sibi fuit ex beneficio prætoris portio conseruata, neque is agnouit iudicium defuncti, sed rãtum accepit portionem sibi a prætore conseruatam, sub onere præstandi legata saltem coniunctis. Vnde cum non adijsset ex testamento, imo per alios fuisset petita bonorũ possessio contra tabulas, eodemodo ei conseruat prætor suam portionem, ac si ipse petijsset contra tabulas, quo casu cum solum exceptis, legata tenetur præstare, ita similiter quando portionem ex beneficio prætoris conseruatam accepit, & ideo valde diuersus est casus *d.* §. *d. l. Filium*, *à casu dict.* §. *fin. l. Si duo*.

Quartus casus est, quando duo sunt filij, emãcipatus, & alter præteritus, siue sit suus, siue emancipatus nihil refert, qui omisit bonorũ possessionem petere, institutus vero propter edictum commissum illam petijt, in hoc enim casu, non solum coniunctis, sed etiam extraneis legata persoluit, nec bonorum possessio illum releuat ab onere soluendi legata extraneis: Nam cum ipse vtroq; casu solus reperiatur dominus totius hęreditatis, & fruatur 37.

totali,ac plena voluntate defuncti, merito cogitur ad solutionem integram legatorum,vt bene decidit *Paulus Iureconsultus,in d.l. Is, qui in potestate, versiculo, sed si solus,& Iureconsultus in l. Nonnunquam* 14. *eodem titulo delegatis præstandis, notat Cuiacius in recitationibus ad d.l. Nonnunquam,& ad Paulum vbi proxime*, facit *l. Qui autem* 6. §. *Hoc edictum, l. Si filius* 21. *D. si quis omissa causa testamenti*, & quæ notat *idem Cuiacius lib.7.obseruat.cap.* 20. *Padilla dict.l. Eam, quam nu.* 27. *Zucard.l.1.(. qui admitti nu.* 74. *Rycciard. in principio de bonor. possess.num.* 15. ex quorum mente satis corroboratur nostra resolutio.

Tota controuersia est in quinto, & vltimo casu, quando scilicet emancipatus fuit institutus, alter vero præteritus, hic petiuit bonorum possessionem,ille adiuit ex testamento; nam ille, qui bonorum possessionem obtinuit, si suus nemini, si emancipatus coniunctis tā tum tenebitur legata præstare, iuxta supra dicta in primo, & secundo
38. casu, emancipatus autem, qui ex testamento adiuit,vtrum omnibus in distincte teneatur legata persoluere, an vero solis coniunctis, non constat de certo apud Iureconsultos, nam *Vlpianus in l. Si ex duobus* §. *Sed & illud, de bonorum possess.contra tabulas*, scribit omnibus etiam extraneis teneri, quod idem repetit *Vlpianus in leg. Si duo, versiculo, proinde, D. de legatis præstandis*,& insinuat *d.l. Is, qui in potestate versiculo vbi vero scriptus est*, Cuius cōtrarium scribit *idem Vlpianus in leg. Filium* 5. §. *final. D. legatis præstandis*, ibi (*vtrum omnibus, an tantum exceptis personis, legata præstare cogatur, & magis probatur exceptis personis solis præstanda*) quod idem decidit *Paulus in d. l. Is, qui in potestate*, §. *Sed si scriptus,versiculo,de scripto*, ibi (*& complures putant certis personis, eum præstare debere, quod puto verius esse.*)

Propter hanc contrarietatem omissis responsionibus *Accursij vtrobique, Bartuli,& Zazij*, quas supra retulimus, *Cuiac.tract.4.ad Africanum, super dicta l. Ex duobus ad finem* asserit, ad eo fuisse inter Iureconsultos,de hac re pugnates sententias, vt vix sedari possit pugnæ ratio, vt videtur ostendere *Paulus in dict.* §. *Sed si scriptus*, ibi (*complures putant*, & *Vlpian. in dict.* §. *final*, ibi (*magis probatur*)ac proinde,concludit opinionem Pauli *in d.* §. *Sed si scriptus,& Vlpiani,in dict.* §. *final*, prævaluisse contra opinionem *Africani*, de qua *in d. l. Ex duobus* §. *Sed illud* quod probat, quia *Paulus in* §. *Sed si scriptus*, adiungit optimā rationem,nempe,quod prætor tuetur eum in parte scripta,si non fuerit maior sibi debita,ex eo,quia est de liberis,qui contra tabulas petere potuerunt,quasi significet *Paulus* non esse institutum adeuntem magis onerandum,quam eos, qui contra tabulas petierunt; nec contrarium dixisse *Vlpianum in d. l. Si duo*, §. 39.

duo. §. *Proinde*, quia *Vlpianus* respõdet, dubitando, ibi (*sed an omnibus, dubito,*) rationem quic. statim scribit, nempe, quod plena voluntate defuncti frueretur scriptus, qui videbatur teneri, etiam omnibus legata præstare, sed, vt *Cuiacius* credit, *Vlpianus*, re vera inclinat in partem negatiuam, nam, qui dubitat, negat, *l. Si quis ita* 16. §. 1. *de testamentaria tutella*, ibi (*Pomponius dubitat*) quæ verba repetuntur ad idem *in l.* 3. *D. de militari testamento, textus optimus in l. Si quis testamentum* 41. *D. ad legem Aquiliam*, ibi (*Marcellus lib.* 5. *Digestorum dubitans negat,*) & cum hoc sensu, *Cuiacio relato*, transit *Gothofred. in not. ad* §. *Proinde, litera, L.* & opinionem Pauli magis communem fatetur *Fab. lib.* 5. *de coniectur. cap.* 13 licet contendat *Vlpian. in d.* §. *Vltimo, l. Filium* retuliſſe communiorem ſententiam inter iuris cõſultos, poſtea vero *lib.* 4. *diſputationũ* explicaſſe quid ſentiret, *in dict. l. Si duo*, & ſecutus fuit *Africani* opinionem, ex ratione, quam præſtat, ac denique concludit *Faber* Iureconſultos inter ſe diſſentiſſe. Aliter autem nodum hũc
40. gordianũ diſſoluere exiſtimat *Pinelus d. cap.* 3. *nu* 23. dicẽs faciendum eſſe, maximam differentiam, inter caſum, quo ſcriptus accepit bonorum poſſeſsionem, aperto edicto, per alium fratrem, & inter caſum, quo non peruit bonorum poſſeſsionem, ſed poſtea acquieuit iudicio paterno, ita vt primo caſu, teneatur ſolum ſoluere coniunctis perſonis, & ita intelligit, *d. verſiculum, ſed ſi vnus*, at vero, in ſecundo caſu, cum plena fruatur voluntate patris, omnibus tenetur ſoluere legata, & ita intelligit, *dictum verſic. proinde, d. l. Si duo.* Sed hæc interpretatio acutiſsimi viri, licet agnoſcam verum docere, *in terminis d.* §. *Proinde, tamen in terminis, d. verſic. ſed ſi vnus*, falſum continet, ex eo, quia ibi etiã filius adiuit ſcriptus, nec impugnauit iudicium paternũ, ibi (*ſed ſi ſcriptus quidem adierit hæreditatem*) quo caſu iudicium paternum non impugnauit, ſed potius illud agnouit. Poteſt autem 41.
de nouo teſtari, *dict. leg. Si duo*, loqui de filio ſuo abſtinẽte ſe ab hæreditate, quo caſu teſtamentum ſuſtinetur ex æquitate prætoris, *in terminis dict. leg. Filio præterito D. de iniuſto rupto*, & idem eſt, ac ſi filius non fuiſſet præteritus, & ideo de plano procedit, quod filius ſcriptus, quia plenã fruitur voluntate paterna, etiã extraneis legata præſtet, conſonat *d. l. Is, qui in poteſtate, verſiculo, ſed ſi ſolus.*

Sed metuens *Cuiacius iterum lib.* 42.
41. *ad edictum Pauli, ſuper d. l. Is qui in poteſtate ad finem*, ait hanc contrarietatem eſſe componendam ſub diſtinctione; Vel enim filio inſtituto adeunti non minuitur portio, in qua fuit ſcriptus per fratrem petentem bonorum poſſeſsionẽ, ſed plena fruitur voluntate defuncti, vel quia filius inſtitutus in dimidia,

inſimul

insimul cū extraneo in alia dimidia, tūc enim præstabit legata omnibus etiam extraneis, *d.l. Ex duobus*, *d.l. Si duo in fine*, aut portio scripta minuitur per concursum fratris præteriti, quia scilicet scriptus fuit in maiori parte, quæ per cōcursum fratris contra tabulantis diminuta fuit, tunc enim tantum exceptis legata persoluet, qui intelligēdi modus magis coloratus est, ne emendationem inter consultos admittamus, *licet Faber. d. cap. 13. ad finē*, scribat, quod valeat prædictus intellectus, qui meo iudicio accomodari potest cum tota proprietate, *d. §. Sed si scriptus, & d.l. Filium §. vltimo*, quia iura illa pariformiter sunt intelligenda, vt ibi frater scriptus hæres, licet adierit hærit hæreditatem non fruatur plena voluntate defuncti, quod sonant verba *Vlpiani in d. §. vltimo*, ibi (*magis est, id est communius, vt solis exceptis soluat*) quia communi pars scripta minuitur per fratris concursum, & ita interpretandus est *Paulus in d. §. Sed si scriptus*, in quibus iuribus scriptus non gaudet voluntate defuncti plena, quæ tunc solum dicitur, quādo portio ita vt scripta est, cōseruatur, sed potius deminuitur propter fratrem insimul succedentem per bonorū possessionē contra tabulas, at vero in primo casu, plena fruitur scripti uoluntate, quia frater nihil ab eo abstulit, sed solum parte extraneo compensantem accepit.

Ad quam casuum distinctionē rogo beneuole lector attēdas, quia nisi hac recta, & plana via gradiaris circa intelligentiam illorum iurium, semper in tenebris ambulabis; vnde venit reprobandus intellectus, quem præstat ad *dict. l. Si duo* 43.
versiculo proinde Padilla, in leg. Eam, quam Cod. de fideicommissis, num. 41. vbi mire se iactat nouitet intellexisse illum textum, inquit enim quod solum quando emancipatus fuit præteritus, tunc non tenetur soluere legata extraneis, quia prætor illum admittit in hoc casu ad bonorum possessionem, contra parentis voluntatem; At vero si emancipatus fuerit à parente institutus, cum habeat voluntatem paternam pro se, & illa plene fruatur, omnibus etiam extraneis tenetur persoluere legata, nam *Padilla* non aduertit ad dicta supra in secundo casu *num. 28.*

Sed omnia hæc de proximo resoluta bene procedunt attento iure Digestorum, & Codicis, hodie vero non habebunt locum *post decisionem Authenticæ ex causa Cod. de lib. præteritis, iuncto corpore vnde sumitur*, cuius dispositione attenta, videtur hodie cessare contenta *in titulo de legatis præstandis, secundum glossam in l. 1. C. de bonorum posses. contra tabulas, vbi Iason. nu. finali Bartulus, & omnes communiter scribentes, ad d. Authenticam ex causa, Iulius Clarus §. Testamentum quæst. 52. Gom. l. 24. vbi omnes num. 13. Ceuall. comm. contra com. quæst. 826. tom. 3. maxime n. 8.*

Vuezem.

Vuezenbeq. in paratitla tituli de legatis præstandis Padilla leg. Eam, quam Cod. de fideicommiss. num. 42. conducit resolutio *Cossæ cap. si pater, glossa, censendum, alias final. à num.* 9. *& sequentibus*, vbi concludit etiam pupillares substitutiones conseruari per *d. Authenticam ex causa, quod sequitur Donelus ibi: nu.* 7. quem textum ad nominationes emphiteuticas bene extēdit *Caldas* 3. *part. cap.* 8. *num.* 7. *prout ex Barbos. Molina, & alijs bene comprobat Thomas Vaz reconciliatus allegatione* 61. *per totam*, vbi contra *Valasc. consult.* 61. *tom.* 1. fortiter scribit.

Redeamus igitur ad intentum nostrum principale, Vtrum filius in minore parte institutus, si petat bonorum possessionem, per quam 45. eius portio augmentetur, teneatur legata coniunctorū replere ex augmento, an vero debeat illud solum modo lucro ipsius pupilli vel filij cedere, ita vt cesset Falcidia, si forte erat admitenda à principio? In qua quæstione difficili *Bartul. in l. Esi contra tabulas num* 1. *D. de vulgari, post Oldradum, Iacob, & alios antiquiores*, partem affimatiuam tuetur, scilicet legata coniunctorum augeri, nec per Falcidiam minui propter augmentum accrescens, sequitur *Iason. num.* 4. *Zazius num.* 3. *& 7. Gouueanus ibidem num.* 3. *ad fin. Faber dict. cap.* 1. *colum.* 3 *ex med. Cuacius tractatu* 5. *ad Africanum super dict. l. & si contra tabulas*, qui omnes expendunt sequentia fundamēta.

Primum, *ex text. in d. l. Esi contra tabulas ibi (ita, vt augeantur legata, propterea quod ipse filius extraneis non debuerit)* quibus verbis Africanus decidit legata coniunctorum augeri per augmentum legatorum deficientium. Secundo, adducitur *textus in l. Flium* §. *final. D. de legatis præstandis, (ibi id, quod extraneis non præstatur liberis, parentibus præstatum futurum*, quibus verbis Vlpianus significauit eum, cui portio conseruatur ex edicto delegatis præstandis, teneri persoluere legata coniunctorum integra, si augmentum sufficiat ad excludendam Falcidiam. Tertio addo, quod vt Falcidia de legatis excludatur, sufficit, vt quadrans quocunque modo remaneat penes hæredem, *iuxta l. Non est dubium* 50. *cum l. sequenti D. ad legem Falcidiam*; sed supponimus portionem accrescentem esse sufficiētem ad integrandum quadrantem, igitur dicendum est legata coniunctorum non defalcari per Falcidiā, sed potius ab ipsis remouendam, iuxta supra dicta.

Contrariam tamen sententiam, 46.
imo lucrum accrescentis portionis in solidum cedere pupillo, nec ideo cessare Falcidiam in legatis liberorum, quia per tale augmentum nō augentur, sed potius per Falcidiam resecantur, tuentur *Immola columna* 3. *Alex. Aretin. Raphael Cuman.* & communiter Doctores, vt *per Iason. in d. l. & si contra tabulas num.* 4. qui omnes vnicum adducunt fundamentum,

damentum, *de text. in d. leg. Filium* §. *Si legata D. de legatis præstandis, secundum literam negatiuam, de qua ad marginem,* secundum quam ita legenda est, (*non tamen ob hoc, quod extraneis non præstantur, legata liberorum augentur*) quam literam agnouit *idem Bartol. in d. l. Filium* §. *fin.* quanuis insudet super responsione *d.* §. *Si legata, post gloßam, in d.* §. *vltimo, verbo, pro futurum,* secundum quam probat textus ille, quod licet portio pupilli augeatur per bonorum possessionem, augmẽtum tantum proficiet ipsi pupillo, non autem coniunctis, nam adhuc in eorum legatis Falcidia practicabitur. Secundo, adducũt; quia illud, quod accedit portioni pupilli extra iudicium testatoris, non imputatur in quartam, sed præcipuum manet penes eundem pupillum, nec per illud, legata à pupillo relicta augentur, argumento *textus in leg. In ratione* 11.). *Quod vulgo D. ad legẽ Falcidiam,* in medio, ibi, *vel quid lege plus, post Goueanum ibidem, notat Duaren. titul. ad legem Falcidiam, cap.* 8. §. *in computatione*, maxime, quia diminutio, & augmentum cõtingens post mortem testatoris non prodest, nec nocet hæredi, respectu Falcidiæ, quia si hereditas diminuatur post mortem testatoris, quarta retineri non potest, cum à principio non deduceretur, quemadmodum etiam si à principio erat admitenda, licet ex postfacto hereditas augeatur, adhuc post augmentum admittetur, *iuxta l.* 3. *leg. In quantitate* 73. *l. In duplicibus* 79. *in principio, l. In lege Falcidia* 9. *leg. Quod de bonis,* 15. §. *Fructus, D. illo titul. ad legem Falcidiam,* §. *Quantitas Inst. eodem, & ibi Minsingerus, excellenter Peregrinus de fideicommiss. art.* 10. *num.* 36. ergo eodemmodo videbatur dicẽdum, quod portio per bonorum possessionem accrescẽs, non potest efficere, vt Falcidia cesset, cum non accedat ex iudicio testatoris, vt patet, quam difficultatem tetigit *Bartolus in dict.* §. *Quod vulgo numer.* 1. *versiculo, Circa hoc oppono.*

In hac cõtrarietate nobis arridet dicere cum doctrina *præceptorum in lectura d. l. & si contra tabulas*, sequẽdam esse primam sententiam cum Doctoribus ibi citatis. Nec obstabit difficultas *d.* §. *Si legata*, quia cõmunior est litera affirmatiua, quæ cõmuniter habetur in vulgatis Codicibus ibi (*nunc tamen ob hoc legata liberorum augentur*) quam tenent *Holoander, & Cuiacius in recitationibus d.* §. *Si legata, vbi postea Gothofred.* secundum quam, cũ tota proprietate verificatur aduersatiua; tamen, quæ absolute posita in quacunque dispositione, factum cõtrarium denotat, tam in iure, quam in facto, vt bene notat *Bart. receptus per textum ibi in l.* 2. *num.* 3. *D. ne quis eum, qui intus vocatus est*, quæ litera etiã reperitur in Pandectis Florentinis, & rectum facit sensum, in hũc modum, quod licet, quando omnia 47. 48.

legata

legata ex teſtamento ſoluuntur, quia bonorum poſſeſsio non fuit petita, locum habeat Falcidia, per quam legata etiam liberorum diminuuntur, nunc tamen, ſcilicet petita bonorum poſſeſsione contra tabulas, legata liberorum augentur, ex accreſcente portione, propter annihilationem legatorum, quæ extraneis erant relicta, quæ pupillus ſoluere non tenetur, quam interpretationem veriorem iudico *ex verbis dict. leg. Etſi contra tabulas, in verſiculo, quemadmodum*, ibi (*quemadmodum, & ipſe filius plus exceptis debere*) vbi Africanus clare demonſtrat legata coniunctis relicta augeri per accreſcentem portionem legatorum, quæ pupillus extraneis ſoluere deobligatur, & ita ſuauiter concordantur prædicta iura.

Si quis autem voluerit ingenioſe agere de litera negatiua cum cõ-
48. muni, de qua ſupra, poterit diſtinguere *cum Aretino in dict. leg. Etſi contra tabulas num. 2. columna 3. ad medium, verſiculo contra, & cum Bart. in dict. l. Filium §. final. quem ſequitur Iaſon. dict. nu. 4. & poſtea ſequuntur præceptores*, vbi ſupra; inter filiũ, qui accepit bonorum poſſeſsionẽ contra tabulas, & inter illum, cui ex edicto de legatis præſtandis conſeruatur portio hæreditatis, in qua fuit inſtitutus, certũ eſt enim etiã portionem hæreditatis cõſeruari ex edicto de legatis præſtandis *d. l. Filium §. Sed & ſi portio*, ita. vt primo caſu filius, qui accepit bonorum poſſeſsionem, non teneatur legata liberorũ augere, ſed potius adhuc illa poteſt diminuere propter *Falcidiã d. §. Si legata*, at vero in ſecũdo caſu, is, cui portio hæreditatis conſeruatur, tantũ tenetur legata exceptis integra perſoluere: nam petita bonorum poſſeſsione augmentum non inſtituto rãtum, ſed & ei, cui portio conſeruatur accedit, ita vt quemadmodum ille, ita iſte legata cõiunctis ſolum per ſoluere teneatur, ſed augmentum, quod cedit filio, ipſi ſoli prodeſt, nec per illud legata cõiunctorum augentur, ſecundũ cõmunem ſententiam, *per dict. §. Si legata*, at vero augmentum, quod cedit illi, cui portio conſeruatur, nõ ipſi ſolum, ſed etiam coniunctis pro ſit; quorum legata per huiuſmodi augmẽtum augentur, nec per Falcidiam minuuntur, *dict. leg. Filium §. final.* Ratio differentiæ eſt, quia in primo caſu, filius ſuccedit in augmento, non ex iudicio parentis, ſed potius contra illud, licet aliud dicat, ſed non bene *Goueanus in leg. Ex duobus §. final. D. de vulgari*: Vnde nihil mirum, ſi ſibi tantum illud acquirat, nec teneatur cõmunicare cum coniunctis, augendo eorum legata, ex quibus adhuc quartam deducere poteſt: at vero in ſecundo caſu, lucrum, quod peruenit ad eum, cui portiõ conſeruatur, eo quod legata extraneis non ſoluit, etiam debet prodeſſe coniunctis,

quià ex iudicio teſtatoris ſuccedit, quia illud, nec impugnauit, quia forte non erat de illis perſonis, quibus competit bonorum poſſeſsio, & prætor inſtitutionem talem cōfirmat, & legata ex tali portione ex traneis relicta annullat, prodeſt ergo hoc augmentum coniunctis legatarijs, qui æqualem habent rationem priuilegij, ne per Falcidiam eorum legata defalcetur, & ſic procedere poteſt *dict. l. Filium* §. *final*, notat in terminis *Cuiacius in dict.* §. *Sed ſi portio*; Si quis replicauerit, de dictione, *tamen*, quaſi in hoc ſenſu nō aduerſetur ſuperiori caſui in facto, & in iure, poteſt reſpondere, *cū eod. Cuiac.* ſupra dicto loco verbū, *tamē*, aduerſari ad ſubauditū intellectum, ſupponēdo ſcilicet in teſtamento fuiſſe legata relicta in capacibus, quo caſu, cum non debeantur, ceſſat Falcidia, & legata augentur, valido remanente teſtamento, *iuxta d. l. Non eſt dubium D. ad legem Falcidiam*, non vero, quando bonorum poſſeſsio intentatur, quia tunc tantū lucro pupilli cedit augmentum, nec legata augentur reſciſo iudicio teſtatoris, vt ſic procedat *dict.* §. *Si legata*, quaſi ſit ſenſus, quanuis Falcidia ceſſet, quando legata incapacibus relicta non præſtantur, tamen non ideo propter accreſcentem portionem ex bonorū poſſeſsione petita, legata coniunctorum augentur; Verum licet optime defendi poſsit hoc modo litera negatiua, adhuc vrget *dict. leg. & ſi contra tabulas, in dict. verſiculo, quemadmodum, & ſi ipſe filius*, quæ clarè inſinuat, etiam in caſu, quo pupillus accipiat bonorum poſſeſsionem contra tabulas, augmentum proficere etiam coniunctis, cōtra proximè dicta, & legata cōiunctorum augeri etiam in perſona ipſius pupilli, ad quem textum non aduertunt doctores, qui de litera negatiua agunt, & re bene conſiderata textus in illis verbis eſt maior omni ſolutione, excepta aliqua diuinatione, ac proinde litera affirma- 49.
tiua amplectenda eſt, qua retenta, non obſtat dubium ſupra relatum tactum *à Bartolo in dict* §. *quod vulgo*, quia ipſe reſpondet, ideo hoc augmentum prodeſſe legatarijs, & impedire Falcidiam, quia prouenit ex diſpoſitione legis propter factū teſtatoris; Cōtrarium vero, in alio augmento, quod prouenit ex induſtria hæredis, ponit exemplum in ſpecie *legis In lege Falcidia* 9. *D. eodē titulo*, vbi fructus, qui erant maturi tempore mortis teſtatoris, ideo augent hæreditatem, quia fuere ſeminati per teſtatorem, & ſic ab ipſius facto traxerunt originem, ſed melius reſpondent alij ſcribentes ad *dict. leg. Etſi contra tabulas*, ideo augmentū augere legata coniunctorum, Falcidiamque remouere, quia regulare eſt augmentum ſequi naturam ſui præexiſtentis, cui accedit, *iuxta l. Inter ſocerum* §. *Cum inter D. de Pactis dotalibus*, *l. Quod in rerum* §. *Quod ſi poſt D. de legatis* 1.

Ex qui-

Ex quibus sic breuiter resolutis consequitur Falcidiam cessare in legatis coniunctorum, quoties petita fuerit bonorum possessio contra tabulas, quando à pupillo legata erant relicta, tam coniunctis, quam extraneis, sequendo literam affirmatiuam, quam veriorem dicimus *add. l. Filium §. Si legata*, supponendo tamen, quod portio pupilli fuit hoc modo augmẽtata.

Restat ergo, vt perquiramus, Vtrum, si pupillus habeat substitutum, idem in substituto sit resoluẽdum, quod dicimus in persona pupilli, supponimus enim, quod per bonorum possessionem a pupillo
50. petitam, substitutio pupillaris non extinguitur, sed adhuc integra cõseruatur *leg. Ex duobas* 34. *§. final. D. de vulgari*, *Cuiac. ad Africanum tractat.* 5. *super dict. leg. Etsi contra tabulas, & ad leg.* 5. *in principio D. de legatis præstandis*, *Faber* 5. *de coniectur. cap.* 1. *à principio, & ante illos Goueanus super dict. §. final. & ad leg. Etsi contra tabulas num.* 2. supponimus etiam substitutũ obligatum non ex sua persona, sed tanquam hæredem pupilli, & in hac quæstione videtur dicendum, substitutum eademmet obligatione con-
stringi, quia qualitas obligationis
51. non mutatur ex persona hæredis, *iuxta dict. leg.* 62. *§. Ex his D. de verborum obligat. leg. Postulante* 44. *versiculo, cur non D. ad Senatus consultum Trebellianum*, *Menoch. lib.* 4. *de præsumptionibus præsumptione* 201. *numer.* 19. Sed pupillus petendo bonorum possessionem, facit cessare Falcidiam, quoad relicta coniunctis, quæ augentur ex portione, quæ extraneis non soluitur, iuxta supra dicta: igitur pariformiter idem in substituto erit dicendum, maxime, quia substitutus legata à pupillo relicta soluit, tanquam æs alienum, *iuxta textum in leg. In ratione* 11. *§. Quod vulgo, versiculo, quanuis, D. ad legem Falcidiam, leg.* 1. *Cod. bonis authorit. iudic. possidendis leg. Seruo alieno.* 116. *§. Sed si pater D. de legatis primo.* Deinde facit, quod obligatio legatorũ, quæ à filio sunt relicta non potest augeri in persona substituti pupillaris, *docet Vlpianus in leg. Qui fundum* 86. *§. qui Filium in, versiculo si vero*, ibi (*non ampliora legata debet substitutus, quam quibus pupillus obligatus fuerit, quia non suo nomine obligatur, sed defuncti pupilli*) Tandem facit *textus in dict. leg. Filium D. de legatis præstandis, in principio, versiculi, quæritur*, vbi Iureconsultus proponit regulam, scilicet substitutum solum teneri præstare legata coniunctis, quæ in persona pupilli fuerunt relicta, quemadmodum ipse pupillus solum erat obligatus soluere, *iuxta l.* 1. *eod. tit.* Nam cum hæc obligatio originaliter producatur in persona pupilli, sequitur necessario dicendum transmiti virtute substitutionis ad substitutum eodem modo, quo residet in persona pupilli,

Ex aduerso tamen stat Iurecon-
sulti Scæuolæ responsum *in l. final.*
52. §. 1. *de legatis tertio*, vbi in eisdem terminis propositis quando pupillus fuit in vncia institutus, & ab eo legata relicta, si postea per bonorū possessionē eius portio fuerit augmentata, quanuis ipse pupillus extraneis nihil persoluat, tamen eius substitut⁹ ex illa vncia, in qua pupillus a patre fuit institutus, omnibus etiam extraneis soluere tenetur ibi (*exuncia omnibus, &c.*)

53. Propter quam difficultatem *Bartol. in dict. leg. Filium ad finem, principij, post aliquos antiquiores, quos refert*, existimat *dict. l. vltimam*, §. 1. etiam procedere in persona ipsius pupilli; ita vt si eius portio fuerit augmentata per bonorum possessionem, quanuis in augmento solis coniunctis teneatur, nihilo minus in illa parte, qua fuit à patre institutus, omnibus etiā extraneis, obligetur, quia cum obligatio substituti sit eadem, nec alia possit reperiri in persona substituti, quæ non sit in persona pupilli defuncti, necessario eadem obligatio, quam Scæuola imponit substituto, etiam debet incumbere pupillo, *iuxta dict. §.*

Verum *hæc Bartoli* consideratio à cæteris post eum scribentibus reijcitur, vt constat ex *Baldo, Angelo Immola, Aretino in dict. leg. Etsi contra tabulas*, qui omnes agnoscunt cum veritate, filium quantumcunque eius portio augmen-

tetur nullo modo extraneis esse obligatum, nec etiam in illa parte, in qua à patre fuit institutus; *quia leg. 1. D. de legatis præstandis*, solum coniunctis seruat specialiter legata. Deinde, *lex. Etsi contra tabulas, in versiculo, quemadmodum*, solum coniunctis, & non extraneis supponit pupillum obligatum: tandem, quia non datur locus Iuris Ciuilis, vbi filius acceptā bonorum possessione teneatur extraneis pro vncia scripta, cum adhuc in illa succedat contra voluntatem patris, & ideo tam exportione accrescente, quam exportione scripta solis coniunctis tenetur.

Quare *Cuiacius 3. obseruat. cap. 9.* 54
& tract. 5. ad Africanum super dict. l. Etsi contra tabulas, & in dict. leg. 5. in principio D. de legatis præstandis, scribit totum vice versa, ab opinione *Bartoli*, nempe quod in casu proposito non solum pupillus non tenetur extraneis pro vncia, seu parte scripta, sed nec etiam eius substitutus, considerat enim ex cōtrario duo sequi absurda, primum est, substitutum in plus obligari ex persona pupilli, quam ipse pupillus, secundum est, quia si portio, in qua pupillus fuit institutus diminuatur, prout si fuisset scriptus ex dodrante; & propter concursum emancipati ad semissem rediret, adhuc teneretur substitutus legata extraneis pro semisse persoluere, quod omnes negant, per

dict. l.

dict. leg. Et si contra tabulas, versicul. nam quemadmodum. Et ad *textum in d.* §. 1. respondet, ibi non agi de legatis relictis à persona pupilli, sed de relictis à persona substituti, quia putat verba textus male esse cõposita, & dicit legenda esse (*si filius ex vncia hæres scriptus sit, & habeat substitutum, & ab eo legata, &c.*) quasi verba illa, *ab eo*, referenda sint ad substitutum, non autem ad filium, deinde putat delenda esse altera verba ibi (*sed ex vncia omnibus, ex reliquis coniunctis, &cæt.*) legendumque esse, *& verius est ex semisse liberis, & parentibus*, adijciens cætera verba non esse Iureconsulti Scævolæ, sed alicuius imprudentis interprætis, in quam lectiuram consentit *Faber lib. 5. de coniecturis d cap. 1. columna 2.* licet ad securiorem recurrat asylum.

Sed hæc *Cuiacij* interprætatio non placet, quia est contra fidem omnium librorum, maxime cum apud omnes Iuris interprætes literarum corruptio sit semper suspecta.

55. Tertio loco *Antonius Goueanus Lusitanus noster vir magni ingenij, & eruditionis in dict. leg. Et si contra tabulas à numer. 5. & sequenti*, scribit, ideo substitutum ex vncia teneri etiam extraneis legata præstare, quia substitutus admittitur ad pupillarem substitutionem, quasi filius hæres patris extiterit; nam vt *ipse Goueanus ait*, pupillaris substitutio eam habet conditionẽ, si filius patri hæres erit, quasi filius per bonorum possessionem intelligatur hæres patri extitisse. Constat ergo, quod si filius patris hæreditatem adijsset, extraneis teneretur lega præstare, ita similiter substitutus, qui pupillo succedit, ac si ipse hæres patri fuisset, extraneis tenebitur legata præstare, ex ea parte, in qua pupillus fuit instituitus; Pro incremento vero, quod ex prætoris beneficio accedit, solis coniunctis teneatur, quibus solummodo ipse prætor legata conseruauit. Sed licet hic intellectus acumen ingenij doctissimi viri ostenstat, nihilominus veritatem directe non tangit: nam substitutus nõ succedit pupillo necessario sub illa conditione, si hæres erit, cum certum sit ipsum patri hæredẽ non esse petendo bouorum possessionem contra tabulas, cum non ex iudicio, sed contra iudicium patris in omnibus succedat, vt infra constabit.

Vera igitur resolutio in hac materia illa est, quam ex alijs scripsit *Aretinus, in dict. l. & si contra tabulas, columna penultim.* cum quo prosequuntur recentiores ibidem, ita vt constituenda sit differentia inter filium, & eius substitutum, ita vt filius licet eius portio augeatur de vncia vsque ad dimidiam, exceptis solum modo teneatur legata præstare, substitutus vero tenebitur extraneis pro illa vncia, in qua pupillus fuit à patre institutus, & 56.

ipſe ſubſtitutus. Ratio differentiæ ea eſt, quia filius accipiendo bonorum poſſeſsionem contra tabulas, in totum reſcindit iudiciū patris, ita vt nec pro vncia, ſeu parte, in qua fuit a patre ſcriptus dicatur ſuccedere ex voluntate, & iudicio patris, ſed potius contra illud, *iuxta deciſionem, l. 1. D. de legatis præſtandis*, ibi (*iudicium patris reſcindunt*) & ideo ſolum tenetur illa legata præſtare, quæ prætor ex ſuo edicto ſpecialiter conſeruauit, ſcilicet cōiunctis *d. l.* 1. At vero ſubſtitutus, tametſi conſequatur prætoriæ poſſeſsionis beneficio vnciam, quam ei teſtator reliquerat, tamen negari non poteſt, quod in illa vncia in qua fuit ſubſtitutus ex voluntate teſtatoris ſuccedat, argumento *l. Qui fundum* 87. §. *Qui filios, verſic. cum iudicio, D. ad leg. Falcidiam*, Nec mirum videtur, ſi prætor eximat ſolum perſonam filij à præſtatione legatorum extraneis relictorum, cum ſit certum, quod vel per bonorum poſſeſsionem, vel querelam in officioſi ſemper eandem partem obtineret, ac ſi veniſſet ab inteſtato, argumento *l. Non putauit* §. *Non eſt nouum D. de bonorum poſſ. contra tabulas*, ſubſtitutus vero ſi nō haberet pro ſe patris volūtatem in illa vncia pupillo aſsignata, in nihilo erat ſucceſſurus: ergo optima ratione prætor, qui cōſeruauit ſubſtituto voluntatem patris in vncia ſcripta, vt per illam pupillo ſuccederet, etiam in accreſcente portione, illū grauauit, vt ex vncia ſcripta omnibus etiam extraneis legata perſoluere teneretur, aduertimus tamē quod ſubſtitutus tunc ſolum extraneis tenebitur ex parte ſcripta legata præſtare, quando per bonorum poſſeſsioné a pupillo petitā fuerit augmentata, quia tunc ſolū procedit *regula d. §. fin.* prout bene intelligit *Antonius Faber. lib. 5. de coniecturis cap. 1. in medio.* Quidquid credat *Cuiacius* ſupra relatus, & refutatus, quem ſequitur *Gothofred in notul. ad d. §. fin.* Ratio huius dicti ea eſt, quia prætor eo tantum caſu grauauit ſubſtitutum extraneis perſoluere, quo portio fuerit augmentata per bonorum poſſeſsionē petitam, quaſi compenſando grauamen cum augmento. Vnde conſequitur quod ſi portio, in qua pupillus fuit inſtitutus non augeatur, ſed minuatur per bonorum poſſeſsionem petitam, ſubſtitutus tantum tenebitur coniunctis legata præſtare, quemadmodum pupillus etiam præſtaret, quod probatur *per textum in l. Filium, 5. verſiculo, & ſiquidem, D. de legatis præſtandis*, vbi filius fuit inſtitutus ex aſſe, & per concurſum fratris præteriti fuit reductus ad ſemiſſem, in hoc caſu merito decidit Vlpianus, legata ab impubere relicta præſtanda a ſubſtituto ſolis liberis, & parentibus, aduertit bene *Faber dict. cap. 1. poſt medium*, ceſſat enim in hoc caſu augmētum portionis, propter quod prætor in perſona ſubſtituti conſeruauit grauamen

57.

59

men soluendi legata extraneis, vt supra diximus, *argumẽto regulæ cap. Cum cessante de Appellationibus.*

Consequitur etiã secundo, quod si per bonorum possessionem pu-
58. pilli portio, nec augeatur, nec diminuatur, prout contingeret si pupillus esset scriptus in semisse, & extraneus in altero semisse, commisso edicto per fratrem præteritum, qui in partem extranei per prætorem subrogabitur, non tenebitur substitutus legata extraneis soluere, sed tantum coniunctis, prout ipse pupillus, Ratio est, quia similiter defecit augmentum, quod diximus fuisse in causa, propter quã prætor substitutum grauauerat, extraneis ex parte scripta præstare, secundum Scæuolæ responsum *in d. §. fin.* Nec contra supra dictam resolutionem obstant, quæ supra tetigimus: nam ad primum respondetur qualitatem obligationis non mutari in persona hæredis; & dicimus hanc regulam limitari in terminis propositis, ex ratione, quæ mouit prætorem ad sic decidendũ, *vt cum Fabro, & recentioribus supra diximus.* Nec aliquid facit in contrarium *d. §. Qui filium, versicul. si vero;*
59. Nam in casu illius, filius non petiuit bonorum possessionẽ, nec eius portio fuit in aliquo augmentata, solum enim proponitur ipse vltradodrantem grauatus, tũc ait textus substitutum solum teneri ad solutionem, ad quam impubes tenebatur, licet in alio sit textus ille difficillimus, vt infra videbimus, similiter etiam respondetur *ad d. §. quod vulgo. Ad l. filium §. Quæritur, versic. & si quidem, iam* plene supra *cum Fabro dictum est*, ibi, portionem impuberis non auctam, sed potius diminutam fuisse propter fratris cõcursum, sed adhuc videtur obstare 60.
d. l. & si contra tabulas, vbi legata ab instituto pupillo relicta augentur in persona substituti, quia dupliciter satisfieri potest, primo, vt intelligatur in legatis relictis à solo substituto, in quo procedũt statim resoluenda vt voluerunt præceptores ibidem, & antea dixit *Goueanus post antiquiores ibi num. 3.* Secũdo, vt intelligatur etiam de legatis ab ipso pupillo relictis, prout necessario intelligendam ait *Faber d. cap. 1. post medium*, quod videntur sonare verba illa, ibi (*quemadmodum, & ipse filius plus exceptis personis deberet*) & hoc sensũ admitto, nullum est inconueniens, imo est necessarium, vt *Africanus in d. l. Etsi contra tabulas, intelligatur*, secundũ distinctionem Scæuolæ, *in d. l. vltim. §. 1.* iunctis de proximo resolutis, iunctis etiam ijs, quæ interminis tradit *Faber dict. cap. 1. columna 3.* vbi latius.

Quid autem dicendum circa legata, quæ non à persona pupilli, sed à persona substituti fuerunt relicta, supponimus enim filiũ institutum in certa parte, & ei datum substitutum, qui fuit grauatus vltra dodrantem in eadem parte, ita vt

Falcidia locum haberet, nisi bonorum possessio fuisset petita? In qua
61. quæstione regulam affirmatiuam constituimus, quod petita per pupillum bonorũ possessione, & augmentata illa portione, in qua fuit scriptus, legata à substituto relicta augentur, & Falcidia remouebitur, quæ alias erat admittenda, nisi portio augeretur, deducitur hæc regula *ex visceribus legis & si contra tabulas D. de vulgari, in versiculo sic, & cæstere*, vbi proponitur accrescentẽ portionem ex bonorum possessione per pupillum petita, efficere, vt legata à substituto relicta augeantur, & remoueatur Falcidia, per quam eadem legata erant defalcãda, quod idem docet *Vlpianus in d. l. filium, versiculo, quod si impubes, D. de legatis præstandis*, vbi propter accrescentem portionem augentur legata à substituto relicta; Ratio est quia licet pupillus petita bonorum possessione solis exceptis, quibus prætor conseruat legata, teneatur præstare, quia contra iudicium pa-
62. ternum succedit, substitutus tamẽ, nõ contra iudicium paternum, sed potius secundũ illud, & per cautam hæreditatem dicitur consequi totam pupilli hæreditatem, argumẽto *textus in dl. Qui fundum §. Qui filios, versiculo, cum iudicio, D. ad leg. Falcid. iuncta l. Ab ex hæredati 126. D. de legatis primo*, ideoque merito legata ab ipso relicta augẽtur. Nec replicet, quis quod substitutus tantum habet pro se iudicium patris in portione, ex qua pupillus fuit scriptus, non vero in augmento accrescente per bonorum possessionem, quod præsentit Iureconsultus, *in d. versiculo, quod si impubes*, satisfit enim dicẽdo quoad augenda legata in persona substituti, idem esse pupillum à principio esse à patre in stitutum in vncia, si per bonorum possessionem ascendat vsque ad semissẽ, vel quod sit institutus in eadem dimidia, in qua ei successit substitutus *d. versicul. si impubes, d. l. Abex haredati, tradunt glossa, verbo, legati, & ibi Immola columna 3. in d. l. Et si contra tabulas, versiculo, & ideo, Paulus super §. vltimo, l. Præcedentis, nu. 3. postea Cuiacius tract. 5. ad Africanum super eadem l. Et ad l. filium de legatis præstandis post principium, Faber d. cap. 1. column. 3.* Nec obstabit dicere lucrum pupillo obueniens ex bonorum possessione sibi tãtum prodesse, nec legata augere in persona ipsiusmet pupilli *d. l. Filium §. Si legata, secundum literam negatiuam*, similiter ergo non augere legata à substituto relicta, quia licet litera supra dicta esset verior, quod vix dicemus, adhuc substitutus debet legata præstare vsque ad conuenientem portionem augmenti, deducta sibi quarta, propter diuersam rationem, quam in eo considerauimus, iuncta dispositione *d. l. Ab ex hæredati, ibi perinde, &c.* & sic etiam cessat aliud inconueniẽs, quod poterat considerari, nempe augmentum proueniens extra iudicium

testatoris

testatoris non computari in Falcidiam, nec legata augeri, quia ex proxime dictis satis constat, substitutum etiam in augmento reputari à patre institutum, *d. l. Abex hæredati d. §. Quod si impubes*, secundum quæ iura substitutus tenetur legata a se relicta soluere, iuxta quantitatem hæreditatis testatoris, quæ ex substitutione ad ipsum peruenit, insimul cum augmento in persona pupilli acrescente; Ratio est, quia legata relicta à substituto per inde censentur, ac si relicta fuissent à pupillo, in primo testamento, *l. In ratione* 11. §. *Quod vulgo ad finem, D. ad legem Falcidiam*, sed relicta in primo testamento solum debentur pro modo portionis à testatore obuenientis, igitur idem in persona substituti est dicendum.

63. tutum etiam in augmento reputari à patre institutum, *d. l. Abex hæredati d. §. Quod si impubes*, secundum quæ iura substitutus tenetur legata a se relicta soluere, iuxta quantitatem hæreditatis testatoris, quæ ex substitutione ad ipsum peruenit, insimul cum augmento in persona pupilli acrescente; Ratio est, quia legata relicta à substituto per inde censentur, ac si relicta fuissent à pupillo, in primo testamento, *l. In ratione* 11. §. *Quod vulgo ad finem, D. ad legem Falcidiam*, sed relicta in primo testamento solum debentur pro modo portionis à testatore obuenientis, igitur idem in persona substituti est dicendum.

64. Celebris est inter Doctores altercatio. Vtrum sola sint consideranda in persona substituti bona, quę pater reliquit tempore mortis, ita vt solum pro concurrente quantitate illorum sint legata soluenda; ad effectum introducendæ Falcidiæ, an vero considerentur etiam bona pupillo obuenientia extra iudicium paternum, in quibus substitutus simul successit; Pro parte affirmatiua quod etiam de nouo adquentitia sint connumeranda stant sequentia: Primum, quia pater po-

65. test grauare substitutum pupillare; vsque ad quantitatem bonorum pupilli; *iuxta l. Si titio* 95. §. *fin. D. de legatis primo, Costa cap. si pater, gl.*

debitæ à numer. 14. *diximus in* 1. *part. num.* 556. igitur legata relicta a substituto pupillari, si bona patris non sufficiant soluēda sunt ex patrimonio pupilli. Secundum, quia testamentum patris censetur testamentum filij *l. Patris D. de vulgari* §. *Igitur, Inst. de pupillari*, ibi (*tanquam si ipse filius sibi hæredem instituisset*) sed si filius maior factus substitutū sibi hæredem grauaret legata præstare, dubitandum non erat quin teneretur ipse legata integra soluere ex bonis pupilli, si patris non sufficiāt, & sic excludatur Falcidia, Vltimū adducitur ex *leg. Filius qui patri* 121 *versiculo, itaque D. de vulgari*, vbi si filius repudiet patris hæreditatem, & fratris impuberis accipiat, tenetur soluere legata in secundis tabulis relicta, non ex patrimonio patris, sed ex bonis, quæ pupillus reliquit, ita vt in his habeat locum Falcidia, si fuerint grauata vltra dodrantem, vt bene prosequitur *Goueanus ibidem*, igitur grauamen à patre impositum substituto pupillari, ex bonis pupilli suplendum est, si paterna non sufficiant ad remouēdam Falcidiam.

66.

Pro parte negatiua, quod bona pupilli non sint cōputanda in Falcidia, sed tantum illa, quæ pater reliquit, expenduntur *l. In duplicibus* 79. *D. ad legem Falcidiam*, vbi tam in testamento patris, quam in testamento filij, quoad introductionem Falcidiæ, solum considerantur bona, quæ pater reliquit tempore mortis,

67.

mortis, non autem, quæ pupillo aliunde accrescunt, expendit *Gouea nus in d. §. Quod vulgo num.* 1. Deinde facit *l. Qui fundum* 87. *§. Qui filiū D. ad legem Falcidiam, in versiculo, quod si extranei,* vbi ad eundem effectum attenduntur tantum bona, quæ pater reliquit tempore mortis ibi, *(quia semper substituti rationem legis Falcidiæ, ex quantitate bonorum, quæ pater reliquit, adducet.)* Tertio expendo *d. §. Quod vulgo* in medio, ibi (*vel quod longe plus*) iuncta explicatione *Goueani ibidem,* super eodē verbo, *& Zazij in lib. singularium intellect. super d. §. Quod vulgo num.* 5. *quam sequitur Duarenus titul. de lege Falcidia cap.* 8. §. *In computatione,* secundum quos constat ex illo textu, quod si a principio consideratis bonis patris Falcidia erat deducenda, non remouebitur ex eo, quod postea pupillus aliunde acquirat hæreditatem, vel aliud augmentū, addo, quod licet ad alium effectum patris, & filij testamentum consideretur, testamentum impuberis, tamen quoad rationem legis Falcidiæ, solum testamentum patris consideratur, & ad bona, quæ ipse solus reliquit tempore mortis habetur respectus. Vltimo, quia nullibi apud Iurecōsultos, qui de augmento sunt locuti legitur, aliqua mentio facta de bonis pupilli, cum semper legatur de bonis patris, vt videre est, *in d l. Etsi contra tabulas, d. §. Quod si impubes d. l. vltima* §. 1. *D. de legatis tertio,* quod certe non omisissent Iureconsulti, si necessarium duxerint, *argumento textus in l. Item apud* §. *Ait prætor versiculo ea enim D. de iniurijs.*

Variæ solutiones reperiuntur scriptæ *per Accursium, Bart. Paul. & alios in d. §. Quod vulgo, vbi Immol. num.* 14. *& Alex. num.* 22. *quos vidē,* ex quorum mente bene resoluit *Zazius in glossa d. §. Quod vulgo nu.* 4. retinendam esse partem negatiuam indistincte, secundum modo pro illa allegata. Nec obstant supra adducta; ad primum enim de *textu in d l. Si Titio* §. *final.* Respondetur, quod quanuis lex permittat patri, vt substitutum filij impuberis grauare possit pupillariter in bonis eiusdem pupilli, noluit tamen, vt ea bona in computationem quartæ Falcidiæ venirent, ex regula illa certissima, quod patris, & filij testamentum vnā tantum patitur Falcidiam, *iuxta d. §. Quod vulgo,* & hæc tantum permittitur deduci ex bonis, quæ pater reliquit tēpore mortis, *d. l. In duplicibus, iuncta l. In Ratione* 30. *eodem titulo.* Nec ad hunc effectum bona pupilli considerantur, vt ex illis augeantur legata, & excludatur Falcidia; Nam licet pater imponere possit grauamen filij substituto, in bonis ipsius filij, vt modo diximus, efficere tamen nō potest, vt bona computetur in Falcidiam, vt illam impediant, contra decisionem *d. l. In duplicibus,* & hoc quantumcunque velle contrarium pater exprimat, quia hoc potest, prout

68.

prout nequit facere quo minus testamentum suum ac filij, vnum ac idem censeatur, *iuxta dict. l. Patris cum similibus*. Ad secundū dicimus eodemmodo valere pupillare testamentum, quod pater fecit nomine pupilli, ac si idem pupillus illud fecisset *dict.* §. *Igitur, dict. l. Patris* sed inde inferri non potest, ad limitandam regulam illam, quæ docet in patris filij testamento solummodo vnam Falcidiam induci, & in ipsius computatione sola bona paterna cōsiderari, iuxta supradicta, neque in hoc casu, censetur aliud testamentum patris, aliud filij, sed vnum semper patris dicitur, *dict.* §. *quod vulgo, d. l. In duplicibus*. Ad vl-
69. timum *de l. Filius, qui patri D. de vulgari*, facile respondetur si aduertas in terminis illius textus fratrē substitutum solum obtinuisse bona pupilli ex substitutione, non autem se immiscuisse paternæ hæreditati, hocque, ex speciali beneficio prætoris, qui hoc in casu separationem filio concessit, vt fratri succede posset, repudiata patris hæreditate, quæ separatio est contra iuris regulas, quæ dicant filium non posse impugnare iudicium patris, & ex substitutione fratris hæreditatem acceptare, absque vitio in dignitatis, *leg. 2. D. de his quibus vt in dignis*, præcipue cum existentia sui hæredis pupillares tabulæ confirmentur, vt notant omnes *ad dict. leg. filius. Costa cap. si pater, verbo, deferantur, num. 2. Caldas l. si curatorem, verbo, sine curatore, numer. 43. Menchac. succes. creat. §. 21. à num. 183. Gutier. in §. Sui Inst. de hæred. qualit. & differen. à num. 55. Pichard. §. Ita demum Instit. de hæred. quæ abintestato defer. numer. 30. & à nu. 12. Fachin. 4. cap. 71. Leual. quæst. 602. Faber 1. de coniectur. cap. 10. Gouean. 1. variar. cap. 4.* Et ideo nihil mirum si occurrente casu detrahedæ Falcidiæ, solum bona filij, non patris in illo textu attendantur, & inde inferri non potest ad nostrum casum, vbi in vtroque testamento sola bona patris considerātur, quod ampliandum est, etiam si constet de intentione patris, quod voluerit, vt bonorum pupilli ratio haberetur. Ex quibus sic præiactis colligere potest amicus lector, quinā sint casus, in quibus cesset Falcidia, propter augmentum accrescens circa eandē hæreditatem, id est vnius hæredis.

Nunc restat, vt agamus de alio articulo, quando cessat, vel non, Falcidia, propter portionem cohæredis accrescentem ex iudicio testatoris, secundum quod, vno ex tribus capitibus portio accrescere potest portioni, vel ex substitutione vulgari expressa, aut tacita, vel ex pupillari, veldeniq; ex iure accrescendi, in quo articulo, qui de omnibus totius iuris Cæsarei difficilibus, primus est, solent communiter Doctores distinguere, inter eū casum, quo portio non grauata accedit portioni grauatæ, & inter

casum,

casum, in quo portio grauata vltra iustum accedit non grauatæ, vt testatur *Faber lib.* 4. *de coniecturis, cap.* 13. *in principio*, in qua perplexitate nos breuiter, quid sentiamus, sequentibus conclusionibus absoluemus.

Sit igitur prima conclusio in hac materia. Portio non grauata accedens portioni cohæredis vltra do- 70.
drantem grauatæ, facit cessare Falcidiam, & auget legata. Probatur hæc conclusio singulis partibus, Primo, vt intelligatur, quod augmentum operabitur hunc effectū, siuè proueniat ex substitutione vulgari, siuè pupillari, siuè ex iure accrescendi, prout in vulgari probat textus expressus *in l.* 11. §. *id, quod ex substitutione D. ad legem Falcidiam*, qui textus loquitur de vulgari expressa; De tacita *est textus in leg. qui fundum* §. *qui filium, versiculo, quod si extranei, iuncto principio eodem titulo*, de pupillari *est textus, in d. versic. & placet D. eodem titulo*, vbi Iureconsultus æquitatem attendit. Ratio suprapositæ cōclusionis illa est, quia postquam pars cohæredis alteri cohæredi accrescit, per quodcunque ius, ex supradictis, consideratur tota hæreditas testatoris in persona illius hæredis, ideo de tota hæreditate sunt soluenda legata, Is enim hæres similis est hæredi instituto in duabus hæreditatibus, in prima, pure, in secunda subconditione, si cohæres non adiuerit, cū ei inuito accrescat, *l. Si quis hæres* 35. *D. de acquir. hæreditate*, præstatur hæc ratio à Iure consulto *in d.* §. *Id quod ex substitutione*, vbi (*is enim hæres similis est ex parte pure, ex parte subconditione hæredi instituto*) quo casu certum est legata augeri, & excludi Falcidiam, *iuxta textum optimum in l. In ratione* 11. §. *quæsitum, versiculo, & aliam causam, illo titulo ad l. Falcidiam*, & melius *in principio versiculi, dixi*, ibi (*nullam fieri posse separationem cum communi calculo subijciantur, & inuicem inducant contributionem*) cum ergo in hoc casu hæres per accrescentem portionem, quartam, & amplius hæreditatis retineat, quæ tota consideratur in ipsius persona, consequitur necessario integra legata ab eo esse soluenda, exclusa in totum Falcidia; agnoscunt communiter scribentes in locis supra relatis, *Bart. Paul, & Alex, ad d.* §. *Id, quod ex substitutione, vbi Gouean. à principio Cuiacius* 15. *obseruat. cap.* 15. *& lib.* 61. *Saluij Iuliani super dict. leg. qui fundum*, §. *qui filium, Faber lib.* 4. *de coniecturis cap.* 13. *à principio*, & est in dubitabilis apud Doctores resolutio, vt per supracitatos, quæ intelligenda est, tā in casu, quo portio non grauata 71.
accedat portioni grauatæ, vel non grauata in totum, vel non grauata in parte, finge enim, quod portio cohæredis valeat. 20. sit grauata in decem, tūc accrescat ipsa portioni cohæredis exhaustæ, in hoc casu dicetur accrescere non grauata in quinque; Nā ex viginti accipiuntur

piuntur quinque pro Falcidia, & desumuntur decem pro legatis in quinque, ergo tantum faciet augere legata, & excludet Falcidiam, ita vt semper portio accrescens pro rata, quæ ex illa vltra Falcidiam ad cohæredem peruenit, augere faciat legata, & Falcidiam cessare; Si vero tantum quarta pars portionis accrescentis cohæredi obueniat, Falcidia non cessabit, nec legata augebuntur, quia quarta consumitur in Falcidia, ad quod est textus à Doctoribus maxime cōmendatus, qui vtrumque probat *in leg. Si pupillus* 21. §. *final. D. ad legem Falcidiam*, ibi (*proderit, quod ex portione eius ad me peruenit supra Falcidiam eius portionis*) expendit in terminis, *Goueanus ad leg.* 1. §. *Id, quod ex substitutione, numer.* 1. addo *textum in leg. Qui fundum* 87. §. *final. D. ad leg. Falcidiam secundum intellectum Glossæ primæ ibidem*, vbi substitutus pupillaris fuit cohæres, qui post restitutionem legatorum, & detractionem Falcidiæ in sua parte, hæres extitit ex substitutione in portione pupilli, quæ legatis non erat exhausta, & propter accrescentem fit de nouo contributio legatorum, mihi videtur verissimus sensus, *dict. §. final.* quem fuit amplexus *quidam antiquus præceptor ad dict. §. Id, quod ex substitutione*, qui magis confirmabitur, si legamus cum *Cuiatio dict. lib.* 15. *cap.* 15. verba illa, *& semis, nec semis*, quod iterum scripsit *in leg.* 4. *versiculo, pupilli, D. de vsucapionibus*, & secundum hanc literam concordat *dict. §. final. cum dict. leg. Si pupillus*, §. *final*, licet hunc intellectum reprehendat *Robertus primo recept. cap.* 8. cum quo transit *Gothofred. ad dict. §. final. litera. T.* & iam antea scripsit *Gouea-nus ibidem*, & postea sequitur idem *Cuiacius lib.* 61. *Saluij Iuliani super eodem textu*, quasi Iureconsultus, probet etiam, quando portio accrescens est exhausta legatis, debet fieri de nouo contributio, quasi substitutus a principio fuisset hæres scriptus à testatore in primis tabulis, sed hic intellectus patitur magnam difficultatem, prout fatetur (*Cuiacius, vbi proxime*, ad quid enim fit de nouo contrabutio si portio accrescens in nihilo auget legata, ad quam obiectionem euitandam, priorem lecturam magis amicam literæ illius textus dico, ita vt quemadmodum pars, quæ cohæredi obuenit, vel ex substitutione, vel ex iure accrescendi, in totum libera facit pro tanta quantitate cessare Falcidiam, & legata augeri, ita illa, quæ non in totum libera, sed solum in aliqua parte, pro tanta quantitate faciet cessare Falcidiam, & sic intelligunt Doctores communiter *textum illum, in in dict. leg. Si pupillus* § *final. post glossam ibi, Paul. Alexand. num.* 1. qui textus patitur difficultatē, quatenus dicit contributionem partiū esse faciendam, postquam cohæres

legata iam restituerat, pro parte sua licet defalcata per Falcidiam, si postea per pupillarem succedat pupillo, quia in hoc casu quarta legitime fuit detracta secundum legum censuram, quæ quartam hæredi reseruant: ergo reuocari non
73. valet, quod à principio legitime factum est, *iuxta leg. 2. D. de Itinere, actuque priuato* quam late exornant *vtra gloss. in regula factū legitime lib. 6. Gomes l. 53. num. 35. Tiraquel. in l. Si vnquam verbo donatione largitus numer. 282. Surd. de aliment. titul. 8. priuil. 61. à princip. Caldas de potest. elig. cap. 11. nu. 9.* maxime, cum ibi cohæres iam non succedat immediate testatori, sed mediante persona pupilli, *principium Instit. de Pupillari substitutione*, ibi *(tunc ipsa filio fit hæres)* ac proinde videbatur dicendum contributionē dari non posse in hoc casu, quia in diuersis hæreditatibus non procedit, *iuxta regulam leg. Quod supra 10. D. Ad legem Falcidiam*, quod magis roboratur *ex decisione dict. §. vltim.* dum textus dicit *in versic. ne aliter*, quod legata defalcata per hæredem, qui postea ex substitutione cohæredi successit, ideo augentur ex portione accrescente, quia obuenit ex substitutione vulgari, per quam testatori succeditur immediate, *iuxta leg. 1. D. de vulgari*, quam difficultatem *attingit Bartol. & Paulus in dict. §. final.* Respondetur enim quoad hunc effectum contributionis, idem esse succedere per substitutionem vulgarem, ac succedere per pupillarem, vt bene textus ille probat, ratio formalis huius decisionis est, quia ad imponendam legem Falcidiam, lex non attendit ad pupilli aditionem, patet ibi *(perinde ratio habetur, ac si patri hæres extitisset)* vbi solummodo considerantur bona patris, & non pupilli, *iuxta leg. In duplicibus D. Ad legem Falcidiam*, & supra dixi, licet, quoad alios effectus considerentur bona pupilli, trādunt *Bartol. Paul. & Alexand. in dict. §. final. & cum ipsis aliqui recentiores ad lecturam leg. Et si contra tabulas, super dict. §. Id, quod ex substitutione, & postea Donel. lib. 8. cap. 23. §. Et Hæc, Cuiacius, etiam super dict. §. final.* qui latius prosequitur. Declaranda sunt tamen omnia supra resoluta, vt solum modo pro sit ad augenda le-
gata illud, quod supra quartam ac- 74
cedit, iuxta tenorem *dict. leg. Pupillus, §. final. & tenorem dict. §. final. leg. Qui fundum 87. D. ad legem Falcidiam*, dum generaliter inducit contributionem, & vt integra ratio Falcidiæ ponatur, in vtraque portione simul iuncta, vt per Doctores ibi, prout optime explicat *(Cuiac. super dict. §. vltimo*, quicquid alium anfractum sequatur *Antonius Goueanus, ad §. Id, quod ex substitutione versiculo, quid si duo.* Nec secundo loco obstat *textus in leg. Inratione §. Quæsitum, versiculo, ideoque D. Ad legem Falcidiam, de quo opponit Glossa in dict. §. vltimo, vbi Paulus*, dum

lus, dum ibi cohæres succedit pupillo, & tamen quarta retinetur nomine pupilli, nec fit contributio, sed satisfit ex disparitate terminorum, prout infra, Deo dante, dicemus *conclusione 3. in ampliat.* Nec similiter obstabit *textus in dict. leg. Qui filium*, §. *Qui filium, versiculo si vero*, vbi etiam legata, de quibus ibi, non augentur, licet cohæres succedat pupillo pupillariter, quia intelligitur, secundum terminos longe diuersos, prout infra apparebit.

75. Secunda conclusio, primæ contraria in hac materia, sic habet. Quoties portio grauata ex vulgari substitutione tacita, vel expressa, vel ex iure accrescendi, coniungitur portioni non grauatæ: datur confusio vtriusque portionis, & legata portionis grauatæ augentur ex portione non grauata, cum qua vnitur, & cessat Falcidia. Probat conclusionem *textus in l. Qui fundum.* 87. §. *qui filium in principio D. ad legem Falcidiam*, vbi portio accrescens augetur ex portione, cui vnitur, & assignatur ratio ibi a Iurisconsulto, scilicet propter confusionem vtriusque semissis, de cuius decisione miratur *Paulus ibi, num.* 3. *prosequitur Cuiacius dict. lib.* 1. *Saluij Iuliani super dict.* §. *qui filium Faber. dict. lib.* 4. *de coniecturis cap.* 14. Sed patitur hæc conclusio graues difficultates: *primo de textu difficili in l. quod si alterutro, versiculo, si vero, D. ad legem Falcidiam*, vbi portio grauata, quæ defectur ex iure accrescendi, in quo tacitam contineri substitutionem probat *lex Si Titio* 63. §. *Iulianus D. de legatis secundo*, licet committeatur alteri portioni cohæredis non grauatæ, adhuc patitur Falcidiam, nec legata augentur, ex portione, cui accedit. Deinde obstat, quia, vt tangit *Cumanus in dict.* §. *qui filium*, legata, quæ relinquuntur ab instituto, censentur repetita a substituto cum eisdem qualitatibus, ac eodem modo, quo ab instituto relinquuntur, *iuxta generalem, & famosam regulam, leg. Licet Imperator D. de legatis primo, iuncta leg. Cum pater* §. *Instituto. D. de legatis secundo. Menoch. lib.* 3. *consilio* 291. *numer.* 18. *Peregrinus de fideicommissis articulo* 16. *numer.* 58. *Vaconius declarationum iuris, declarat.* 54. *Gratianus forens. cap.* 662. *Menoch. iterum lib.* 4. *præsumption.* 108. *& consilio* 152. *Faber. de coniecturis, lib.* 18. *capit.* 15. sed primus institutus poterat deducere quartam Falcidiam, igitur etiam substitutus illam deducere poterit. Vltimo, obstat *dictus* §. *Id, quod ex substitutione, in versiculo, sed ea*, vbi legata augentur, licet portio grauata accedat non grauatæ.

Quibus obiectionibus volens occurrere *Paulus in dict.* §. *Filium*, 76.
ad finem, dicit ideo in proposito fieri contributionem, & augeri legata portionis grauatæ, quando non grauatæ accessit, quia, in ca-

ſu *dict.* §. *qui filium*, concurrebat duplex ius, ſubſtitutionis, ſcilicet, & iuris accreſcendi, at vero *in dict. verſiculo, ſi vero, l. quod ſi alteruter*, ſolum concurrebat ius accreſcendi, & ideo nihil mirum, ſi *in dict.* §. *qui filium*, fiat contributio, ibi autem minime, & fatetur *Paulus*, ſe non videre aliter poſſe reſponderi, & quod vtrumque ius concurrat, *in dicto* §. *qui filium*, probatur ex litera ipſius, vbi Titius fuit cohæres, cui certum eſt competere ius accreſcendi, *leg. Unica* §. *His ita Cod. Caducis tollendis*, & inſimul fuit ſubſtitutus, placuit hæc interpretatio *Alexand. ibi num.* 5. qui ponderat, *leg. qui patri* 59. *D. de acquirendâ hæreditate*, vbi hæres patris præ mortuus fuit pupillo, & tamen eius hæres ex ſubſtitutione ſucceſsit pupillo poſtea mortuo, nõ ex vi tantum ſubſtitutionis, quia hæc per ſe ſolum non poterat operari acquiſitionem, argumento *textus in leg. Qui habebat* 47. *D. de vulgari*, ſed illam operatur ex eo, quia ſimul iuncta eſt cum iure accreſcendi, quod tranſmiſsibile eſt, *ex regula leg. Si pluribus, D. de ſuis, & legitimis hæredit. Duaren. ad titulum de acquirend. hæredit. cap.* 5. *Faber. de errorib. pragmatic. decad.* 31. *error.* 5. *in fine, & decad.* 49. *error.* 1. *& decad.* 50. *error.* 1. *Cuiac. in poſthumis ad leg. vnicam* §. *His ita Cod. Caducis tollendis. Emanuel Mendes Cardoſo, ad* §. *Si eadem Inſt. de legat. illat.* 23. *num.* 27. *Peregrin. de fideicommiſſ. articul.* 13. *numer.* 19.

Sed intellectus ſuprapoſitus labitur ex vtroq; fundamento, quia quoad intentum non eſt facienda differentia inter portionem accreſcentem per ſubſtitutionem, & ius accreſcendi ioſimul, & inter illam, quæ tantum defertur iure accreſcendi, cum vtroque caſu, eadem detur iuris diſpoſitio, Nec *dict. leg. Qui patri*, facit differen- 77
tiam ſuprapoſitam, cum certum ſit in eo textu, ſolummodo durare ius accreſcendi, ex quo vtraque portio poſt mortem cohæredis ſubſtituti vnitur, vt *per gloſſam vltimam*, ibi, *Bartol. Paul. Immol.* de quibus *Gutierres, leg. vnica Cod. quando non petentium partes num.* 50. Et videndi ſunt poſt eum *Donellus in leg. Quidam Cod. de iure deliberandi numer.* 6. *Faber. dict. decad.* 31. *error.* 6. vbi late deſcntiunt materiam, & intellectum, *dict leg. qui patri.*

Neque etiam quadrat *Angeli* 78
dictum in leg. 1. §. *Si cohæredis D. ad legem Falcidiam*, dũm ait ideo legata augeri in terminis *dict.* §. *qui filium*, quia ſubſtitutus ſuccedit ex voluntate teſtatoris; at vero *in dict. verſiculo, ſi vero*, ideo non augeri, quia acceſsio fit ex diſpoſitione legis, quæ introduxit ius accreſcendi, *iuxta notata per Alexand. in leg. Si in teſtamento* 5. *ad finem, per textum ibi, D. de vulgari, Menchac. de ſucceſsion. creatione*, §. 3. *numer.* 6. quæ reſponſio placet *Fabro* 80.

Fabro in d. cap. 14. colum. 2. quia cõfunditur *ex d. §. qui filium*, vbi substitutus successit ex vulgari tacita, quæ à lege introducta est, *iuxta l. 4. D. de vulgar.* maxime, cum ius accrescendi etiam dependeat ex vo-
79. luntate testatoris, *vt ex Bart. adducit Fachin. lib. 10. controuers. cap. 69. versiculo 6. adducitur. Emanuel Medes Cardoso eleganter ad § Eade Inst. de legat. in prelud. num. 24. & illat. 25. num. 24. Mantica de coniect. lib. 4. tit. 11. à num. 2. Duar. de iure accresc. lib. 2. cap. 16. Graf. §. Ius accrescend. quæst. 2.*

Qua propter semper sequenda est in hoc difficili puncto mens *Raphalis Cumani, in dict. §. Qui filium, quam eleganter de more post Goucan. in d. l. 11. §. si coheredis, prosequitur Iacobus Cuiacius in lib. 29. responsorũ Papin. super d. l. In ratione §. Quæsitum in principio*, qui faciunt distinctionem, inter legata, quæ relinquũtur per nomen proprium, à persona instituti, & inter legata, quæ relinquuntur per nomẽ appellatiuum, ita vt, si sint relicta per nomen proprium, tũc si portio grauata accrescat nõ grauatæ, legata minime augebuntur, sed sunt soluenda cum
80. diminutione Falcidiæ facienda à substituto, quemadmodum institutus eam facere deberet, si adijsset, & in hoc casu proprie intelligũtur contraria iura nostræ conclusioni, nempe *textus in d. §. Id quod ex substitutione, versiculo, sed ea*, vbi nominatim relicta ab instituto, non augẽtur in persona substituti, licet eius portio nõ sit exhausta, similiter intelligitur *versiculus, si vero, leg. quod si alterutro, licet Antonius Faber lib. 4. de coniecturis cap. 14.* similiter credat *d. versiculum, sed ea*, nõ agere de portione accrescente ex iure substitutionis, sed ex iure accrescendi, nec legata fuisse repetita, quod postea retractare merito non erubuit. *lib. 18. cap. 15. col. 5. sequendo sententiam insignis Iacob Cuiacy, vbi proxime.*

In secundo vero casu, quando legata relinquuntur per nomen appellatiuum, augentur in persona 81.
substituti, & sic procedit nostra cõclusio deducta *ex §. Qui filium.* Ratio suprapositæ distinctionis est, quia primo casu, quando legata nominatim sunt relicta, non debentur a substituto ex dispositione testatoris, sed debentur *ex rescripto, de quo in l. Licet Imperator D. de legatis primo*, quod in relictis per nomen proprium etia procedit, *vt per Menochium lib. 4. præsumpt. 168. nu. 24. cum Paulo Cumano, & alijs, de quibus Iason. in d. l. Licet num. 36. Fachin. lib. 5. cap. 13.* licet communis sententia *Bartol. & aliorum* contra dicat, *vt per Ias. supra citato loco*, qui non habent textum fauorabilem suæ opinioni *in d. §. Id, quod ex substitutione, versiculo, sed ea*, vbi Iureconsultus clare insinuat legata, de quibus ibi, licet nominatim ab hærede essent relicta, nihilominus censeri reperita à substituto, & solũ ibi fuit dubitatum vtrum augerentur, nec

responsio, quam præstat communis, suportari potest, dum dicit legata de quibus *in dict. §. Id, quod ex substitutione*, non supponi repetita à persona substituti, nec esse valida, quia Iureconsultus solum ait, non augeri, non vero supponit valere; quia ad hoc replicatur, quid. ineptius, si non valent, quam dubitare dē augmento illorum, dicendum ergo est, ipsa censeri repetita ex vi rescripti, quod iam à tepore Pauli Authoris *d. §. Id, quod ex substitutione*, erat promulgatum; vt ingenuè fatetur *Faber lib. 4. de coniecturis cap. 14. column. 1. ad finem*, proindeque secundum nostram sentētiam soluenda sunt legata a substituto, eodē modo, quo soluerentur, si institutus hæreditatem adijsset, quod procedit ex natura repetitionis, de qua *per textum in d. l. licet iuncta leg. Cum pater. 79. §. Ab instituto D. de legatis secundo optime Peregrin. artic. 16. nu. 58. cum supra citatis*, ex quibus fit sequens syllogismus. Legata licet sint repetita a persona substituti, & ipse ex sua persona maneat obligatus ad illa soluenda, nihilominus eodemmodo illa soluere tenetur, quo tenebatur institutus, Sed institutus deductibus erat quartam Falcidiam, igitur eodem modo substitutus illa deducere potest, *iuxta d. §. Id quod ex substitutione, versiculo, sed ea*, qui ita solum modo saluari potest. Hoc ipsum ad vnguem resoluendum est, quando portio
83. accedit per ius accrescendi in terminis *d. l. Quod si alteruter, §. Si vero*, vt procedat in portione grauata legatis relictis nominatim ab hærede, quia eadem datur ratio in hoc casu nam succedens per ius acrescēdi, dicitur succedere per substitutionē *iuxta l. Si Titio §. Iulianus D. de legat. 2. Doctores 4 part. n. 46.* ita vt per methodū *d. versic. sed ea*, sit regulanda *decisio, d. versic. si vero*, quo etiā modo intelligēdus est *textus in §. Si coheredis l. 1. D. ad legem Falcidiam, secundum. summarium Bartoli, & Alex. ibidem, post glossam 1. sequitur Cuiacius 15. observat. cap. 14.* licet ipse *quarto observat. cap. 35.* contendat apponēndam esse particulam, *Nō; sententia Antonini*, quasi ipse dicat non commiscendas portiones, sed fuit immemor scripturæ, quam posuit *d. cap. 14. & lib. 61. Salui Iuliani super d. §. qui filium in fine*, vbi fatetur Antoninum iudicasse confundendas esse portiones, *sequitur Faber lib. 4. de coniectur. cap. 14. Gothofredus ibidem.*

In secundo autem casu, quando legata sunt relicta per nomen appellatiuum, hæres non succedit per repetitionē rescripti, sed expresse
84 per testatorem est grauatus iuxta naturam nominis appellatiui, notant Doctores *ad dict. l. Si plures de legat. 3. & in l. Quæ conditio 39. D. de Condit. & demonstrat. Menoch lib. 4. præsumpt. 108. nu. 2. Peregr. d. artic. 16. num. 59. post Cumanum in dict. l. Licet Imperator, num. 7.* Vnde euidens fit, quod substitutus in hoc

casu

casu censetur grauatus in persona propria, & ideo si institutus non adeat hæreditatem, substitutus eius vices obtinet, cum ergo in eius persona concurrant duæ partes hæreditatis, altera, in qua fuit institutus, altera, quæ deficit, & ei accrescit, sequitur necessario faciendam esse contributionem illarum duarum partium, vt vna per alteram augeatur, & legata soluantur integra, Falcidia exclusa, nec in hoc casu substitutus potest vti Falcidia, prout poterat institutus, quia supponimus illum grauatum, ac si esset institutus, in quo concurrunt duæ partes hæreditatis, argumento *textus in dict. leg. In ratione §. Quæsitum versiculo, aliam causam, D. ad legem Falcidiam.* Hæc est ratio vnica, & fundamentalis nostræ conclusionis, & verus sensus *dict. §. Qui filium*, vbi supponimus legata fuisse relicta à filio, tanquam ab hærede, & nomine appellatiuo. Nec faciat dubiũ verbum, de quo in *dict. §. Qui filium*, ibi (*à filio totum semissem legauerat*) quod videt magis denotare nomen proprium filij, quam appellatiuũ, quod videtur destruere totam nostram resolutionem, Maxime, cum solus filius, & non cohæres sit grauatus, argumento *l. 2. D. de liberis, & posthum. l. Fundus, qui D. de fundo instructo*, & sub nomine filij, quia adhuc contendimus cum Doctoribus supracitatis, filium *in dict. §.* solum fuisse grauatum sub nomine appellatiuo filij, id est hæredis, non autem nomine proprio, quod demonstrare contendimus euidenter ex eo, siue sequamur communem, *de qua Menoch. d. præsumptione* 108. *num.* 24. *Peregrinus artic.* 16. *nu.* 59. dum dicit sola legata relicta nomine appellatiuo censeri repetita, nõ autem quæ nomine proprio, siue sequamur contrariam, scilicet, etiã relicta nomine proprio, censeri repetita per rescriptum, *dict. l. Licet*, semper est vetũ dicere, legata fuisse relicta nomine appellatiuo, *in dict. §. Qui filium*, quia communis negat, etiam post rescriptum repeti, quæ nomine proprio relicta fuerunt, contraria non potest verificari *in dict. §. Qui filium*, cuius decisio, est Iuliani, qui floruit ante rescriptum, vt omnes fatentur, ac proinde non potuit quæstionem decidere secundum illud, quod Imperatores postea de nouo Constituerunt, vt bene pungit *Faber. dict. lib.* 5. *cap.* 5. *ad finem*, reprobando *Accursium, & lib.* 18. *cap.* 15. *column.* 5. Vt ergo legata censeantur repetita, *in dict. §. Qui filium*, necessario supponenda sunt relicta nomine appellatiuo, quæ interpretatio confirmari potest, ex optimo simili, *de textu in leg. Lucius, §. Mœuia secundo, D. Ad Trebellianum*, vbi clarissime probatur relicta à filijs sub nomine filiorum, censeri relicta tamquam ab hæredibus, in illo textu reliquerat testator filijs fideicommissum, 85.

quos ex diuersis partibus scripserat hæredes,& decidit Consultus,non in viriles,quasi nomine proprio eis fuisset relictum,agumento *l. Turpia §. final. de legatis primo*, sed pro hæreditarijs partibus tanquam hęredes succesſuros *iuxta §.& si ex disparibus Inst. de Vulgari substitutione*, ex qua consideratione satis stabilitur supra posita interpretatio *ad §. Qui filium.*

Ex quibus pullulat nostra conclusio defensa, vt procedat, quando legata sunt relicta nomine appellatiuo,*d.* §. *Qui filium*, colligitur etiam ex supra dictis,quod si legata sint relicta nomine proprio,non augentur legata,si portio grauata accedit non grauatæ *d. l. quod si alterutro, d. §. Id, quod ex substitutione, versiculo sed ea*, Doctores supra citati,cum rationibus factis, quicquid *Cuiac. in d. lib. 61. Saluij Iuliani dicat*, post multam, & variam mētis suæ agitationem huc, & illuc, *in d. versiculo, sed ea*, supponi vtrumque cohęredem grauatum legatis, & tūc solum non augeri legata, sed potius minui,si dodrantem excedant, quia æquum est, vt si pars grauata ex vulgari accedat non grauatæ;legata augeantur, quemadmodum augentur, quando pars non grauata succedit
86. grauatæ, sed reijcitur *Cuiac.* ad quid enim ponit Consultus particulam (nominatim) si legata nō possunt augeri, ex eo,quia vtraque portio est grauata,cum tamen certum sit, non augeri, licet possint in totum solui, salua Falcidia ,iuxta supra dicta.

Aduertendum sane est, conclusiones supra positas, quibus contendimus legata augeri, & Falcidiā excludi, procedere solūmodo,quādo illa portio,quæ superuenit est eiusdem hæreditatis,quia si sit diuersæ hæreditatis,nunquā Falcidiam excludet,nec augebit legata. Probatur hæc aduertentia *ex textu optimo in l. quod supra* 10. *D. ad lege Falcid.* 89.
vbi ponitur casus hæredis grauati vltra dodrantem, qui erat substitutus pupillo ex hæredato, *iuxta l.* [illegible] *§. 1. D. de vulgari*, & tamen decidit Papinianus hæreditatem pupilli, si ei ex substitutione hæres succedat, non excludere Falcidiam in hæreditate paterna, ex eo,quia hæreditas,quæ ex substitutione ad substitutū ex persona pupilli obuenit,nō ex bonis testatoris, sed aliunde accreuit, notāt Doctores communiter; *vt per Paulum ibi, d. versiculo sed certe Cuman. & Alex. Gouean. excellenter Cuiac. lib. 20. quæstionum Papiniani super eodem textu, & postea Gothof. litera. N.*

Verum oppositum videtur probari *ex textu in l. In ratione* 11. *§. vlt. vbi glossa, 2. D. ad legem Falcidiam*, quæ clare docet, legata relicta ab hærede instituto, augeri per hæreditatem pupilli ex hæreditati,cui à patre pupillaris fuit substitutus datus,saltem quando ab eo,vt a substituto fuerunt relicta, *glossam sequuntur Bartol. in leg. Qui fundum. §. final.*

§. *final. num. 6. Immol. in d. l. In ratione* §. *quod vulgo, Paulus sibi contrarius, super* §. *final. eiusdem legis*: pro quibus videtur facere, §. *quaesitum eiusdem l.* vbi pupilli, & substituti portio computatur in Falcidiam.

Sed huic obiectioni bene satisfit
88. negando opinionem *glossæ, & eius sequacium*, quę nullo iure probatur, quinimo in contrarium stat regula *l. In duplicibus D. ad leg. Falcidiam*, vbi hæreditas pupilli non venit in computatione Falcidiæ, quæ æqualiter comprehendit casum, quo legata sint relicta à substituto, tanquam tali, vel tãquam ab instituto cũ semper sit diuersa hæreditas pupilli, sine contemplatione patris ei acquisita, ab hæreditate patris, maxime, quia pater non potest grauare legatis substitutum exhæredati, quatenus est substitutus, *iuxta l. Ab exhæredati D. de legatis 1. l. Cum quidam Cod. de legat.* Nec *d.* §. *vltim.* probat intẽtum *glossæ, & sequacium*,
89. quia textus solum dicit omnia legata relicta à substituto ex hæredati, tàm in primis, quam in secundis tabulis, contribuenda esse, vt Falcidia deducatur, in qua contributione, solum considerantur illa bona, in quibus substitutus fuit à patre institutus, sed ex prędicta ratione inferri non potest, quod bona pupilli ex hæredati, sint computãda in contributione, vt Falcidia excludatur, & legata augeantur, contra supra resoluta, *notat optime Goueanus ibidem*, vbi ait male notasse *Accursium* portionem pupilli esse commiscendam cum portione substituti. Nec in super obstat *dict.* §. *quæsitum in principio*, quia lõge sunt diuersi termini illius textus, ibi enim, eadem erat portio, in qua pupillus fuit a patre institutus, & cohæres fuit substitutus, & legata à patre relicta de eadem portione, tam a persona pupilli, quam a persona cohæredis, non quatenus cohæres est, sed quatenus substitutus est pupilli, & ideo merito textus ait contributionem esse faciẽdam, quę contributio non fit de diuersis portionibus, prout nostra declaratio continet. Nec denique obstat, *l. qui fundum*, §. *qui filios D. eodem*, vbi substituto exhæredati legata recte præstantur, ocurrit enim diligenter *Goueanus vbi proxime*, in terminis *d.* §. *qui filios* ex hæredatum fuisse substitutũ fratri scripto, quæ est principalis exceptio *d. l. Ab exhæredati & d. l. Cum quidam, secũdum Cuiacium dict. lib. 61. Iuliani super dict.* §. *Qui filios*, cum quo prosequere.

Tertia conclusio. Si portio grauata accedit portioni non grauatæ ex substitutione pupillari, postquã scilicet pupillus adiuit, legata non augentur, nec cessat Falcidia, nec portiones confunduntur, sed substitutus pupillaris, & insimul cohæres potest deducere Falcidiã, prout illam poterat deducere pupillus ex persona propria; hanc conclusionẽ probat textus *difficillimus, in d. l. qui* 90.

b. qui fundum §. *qui filium, versiculo, si vero, D. ad legem Falcidiam*; Ratio huius conclusionis est, quia pupillus per aditionem hæreditatis manet obligat⁹ legatarijs ex illo quasi contractu, de quo *in* §. *Hæres. Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu*, & cum hæc legata cæperint deberi ex persona pupilli instituti, eodem modo, & cum eadem causa hæreditaria transeunt ad substitutum pupillarem, *iuxta principium Instit. de Pupillari substitutione*, & ideo, *in l. In ratione* §. *quod vulgo. D. eodem titulo*, expenditur, quod substitutus debet legata à pupillo relicta, tanquam æs alienum, quia scilicet in persona hæredis non mutatur qualitas obligationis *iuxta l.* 2. §. *Ex his D. de verborum obligationibus*, nec obligatio, quæ non fuit radicata in persona pupilli instituti, potuit transmitti ad personam substituti, ex quibus sequitur, substitutum, qui successit pupillo vltra dodrantem grauato, post aditam hæreditatem per pupillum, posse deducere quartam Falcidiam, prout ipse pupillus poterat, *iuxta, d. versiculum, si vero*, Nec in hoc casu fit contributio vtriusque portionis, vt legata augeantur, & cesset Falcidia, agnoscunt communiter Doctores, vt per *Bartolum, Paulum, Alexand. in d.* §. *qui filium, vbi etiam Cuiacius lib.* 61. *ad Iulianum, &* 15. *obseruat. cap.* 15. *post Goueanum in l. In ratione*
61. §. *quæsitum n.* 1. Sed contra huiusmodi conclusionem videtur obstare difficilis textus tam scholaribus, quam Doctoribus *secundum Paulum, ibi in principio, in d. leg. In ratione* §. *quod vulgo. D. ad leg. Falcidiam, in versiculo, quid ergo*, vbi Iureconsultus probare videtur, quod si portio pupilli grauata vltra dodrantem, accedat portioni cohæredis non grauatæ per pupillarem, legata à pupillo relicta augentur ex portione substituti, & Falcidia remouetur, patet ibi (*de suo quadrante nimirum dabit substitutus, quod pater legauit de suo*) intelligendo substitutum fuisse insimul cohæredem, ne alias demus absurdum, quod sine lucro cohæres se implicuit oneribus hæreditarijs, *contra* §. *Sed quia, Inst. de fideicommiss. hæredit.* quam difficultatem contra me expendit, inpublico certamine repetitionis nostræ in hoc puncto, accutissimus, ac sapiētissimus Doctor Petrus Cabral Collega nostri sacri Collegij quem fors immature abstulit cum magno Reipublicæ literariæ detrimento, quæ sane difficultas terrorem incuteret cuicunque, nisi, vt tunc diximus, respondeamus explicando mentem *dict.* §. *quod vulgo secundum Duarenum in titul. ad leg. Falc. cap.* 8. §. *in computatione, Cuiac. lib.* 29. *quæst. Papiniani, & Zazij post singulares intellectus, in glossa, super d.* §. *quod vulgo, & Donel. lib.* 8. *de iure Ciuili cap.* 23. *in glossemat. ad dict.* §. *quod vulgo*, quod in eo textu non fit contributio portionum, sed tantum legatorum certum est enim

in iure

92. in iure duas dari contributiones diuersas, & diuersos operantes effectus, *docet Zazius in leg. Cohæredi* §. *Cohæres*, *numer.* 11. *D. de vulgari.* Nam alia est contributio legatorũ, quæ semper fit in vna, & eadẽ portione ad Falcidiam introducendã, quando legata relinquuntur à pupillo, & ab eius substituto in eadẽ portione, & de hac agitur *in d.* §. *Quod vulgo, & in* §. *Quæsitum à principio vsque ad versiculum, ideoque exclusiue, eiusdẽ legis*, vt testatur *Surd. consil.* 265. *num.* 21. de qua non agimus in nostra conclusione supraposita. Altera contributio fit portionum diuersarum tam illius, in qua pupillus fuit hæres scriptus, quam illius, quæ postea per beneficium bonorum possessionis accreuit, quæ erat substituti, quatenus cohæres erat, in quo casu per portionem accrescentem remouetur Falcidia, prout in nostra prima, & secunda conclusione diximus, & de hac cõtributione agit etiam hæc nostra tertia conclusio, exornant Doctores, quos supracitauimus in principio huius conclusionis. Reuertamur ergo ad explicationem *dict. versiculi, quid ergo, d.* §. *Quod vulgo*, & aduertendum est in specie illius, quædam legata fuisse relicta a persona pupilli in primis tabulis, ita vt in his terminis nõ sit admittenda Falcidia, pone portionem pupilli continere ducenta, ab eo legata 100. certum est enim in hoc casu Falcidiam non deduci, cũ adhuc remaneant centum penes pupillum, postea pater ab eius substituto pupillari alia centum legatorum nomine reliquit, quæ etiam si considerantur per se, non faciunt locum Falcidiæ, si tamen pupillus intra pupillarem decedat, fit contributio omnium legatorum tam in primis, quam in secundis tabulis relictorum, ita vt si excedant vtraque iuncta dodrantem, Falcidia introducatur, habito semper respectu ad illa bona, quæ pater reliquit tẽpore mortis *iuxta leg. In duplicibus.* 79. *D. ad legem Falcidiam*, & hanc contributionem *docet Papinianus in d.* §. *Quod vulgo*, dicendo quod quãuis substitutus videatur obligatus soluere legata à pupillo in primis tabulis relicta, tanquam æs alienũ, de quo Falcidia nõ deducitur, *l.* 1. 93.
C. de bonis authorit. iud. possidendis, *l. In imponenda* 6. *C. ad legem Falcidiam*, tamen multoties patiuntur Falcidiam prout in casu supra posito, nempe quando a substituto sunt etiam relicta alia legata, tunc enim fit contributio omnium legatorum, & Falcidia, si habeat locum, deducitur de omnibus, nec legata in primis tabulis debentur hoc in casu, tanquam æs alienum, propter contributionem, quinimo diminuuntur pro rata per Falcidiã, propter contributionem, *& hic est sensus literæ illius textus vsque ad versiculum, secundum quod*, postea prosequendo, *ait Papinianus* ex effectu contributionis multoties euenire, 94.
vt sub-

vt ſubſtitutus multo plus cõſequatur ex ſubſtitutione, quam Falcidiam, prout ſi pupillus augeat bona paterna, vel alia de nouo acquirat, tunc enim ſubſtitutus lucrabitur Falcidiam, & ſimul à pupillo de nouo acquiſita, ea enim non faciunt ceſſare Falcidiam, ſi conſideratis bonis paternis à principio habebat locum *d.l. In duplicibus, & iã ſupra diximus*, multoties etiam ex prædicto effectu oritur, vt ſubſtitutus minus, quam quartã retineat, finge pupillum antequam legata relicta ſolueret, bona diſsipaſſe, & poſtea, ſubſtitutum adijſſe, ita vt facta illa contributione omnium legatorum, bona remanentia non ſufficiant ad ſolutionem legatorũ, & inſimul ad replendã Falcidiam, propter diminutionem à pupillo factam, cum tamen bona á patre relicta tempore mortis eſſent ſufficientia, tam ad ſolutionem legatorum, quam ad Falcidiam, & in hoc caſu determinat Papinianus ſubſtitutum teneri per ſoluere omnia legata, vſque ad concurrentem quãtitatem Falcidiæ, etiam nihilo nomine quartæ ſuperſtite, & hoc eſt, quod ſonant illa verba ibi (*de ſuo quadrante nimirum dabit ſubſtitutus, quod pater legauit de ſuo*) Ratio eſt, quia quemadmodum in primo caſu, bonã à pupillo ſuper lucrata nõ faciunt ceſſare Falcidiam, ſed vtrũque patrimonium penes ſubſtitutum præcipuum manet, ita etiam diminutio à pupillo facta cedere debet damno ipſius ſubſtituti, vt vſque ad quantitatem Falcidiæ teneatur, argumento *l. Secundum naturam D. de reg. iur. l. Plautius D. de cond. & demonſtrat.* & denique, *ad finem d. §. quod vulgo*, remouet Papinianus obiectionem, quæ fieri poterat, ſcilicet, neminẽ vltra vires patrimonij teneri, argumento *l. 1. §. Si is, qui D. ad Trebellianum*, quia reſpondetur quod nõ ſoluit ſubſtitutus vltra vires hæreditarias patrimonij, quod pater reliquit tẽpore mortis, quod in præſenti cõſideratur, licet ſoluat vltra vires patrimonij, quod ex perſona pupilli ad illũ deuenit. Vnde recte ſentiũt ſupracitati Doctores, dum intelligunt *d. §. Quod vulgo*, de ſubſtituto tantum, nõ autẽ de ſubſtituto inſimul cohęrede: Nam cum ille attento tempore antiquo, tantum teneretur intra vires patrimonij, *d. §. Si is, qui*, ceſſat in conueniens, ſupra conſideratum, & ſi vellis contendere fuiſſe cohæredem, cum aliquibus antiquioribus, adhuc non offendit noſtram concluſionem, quia tantũ decidit ſubſtitutum teneri replere legata de quadrante, quod ex portione, quę ſibi ex inſtitutione obuenit ex ſubſtitutione deducitur, non autem de alia portione, quæ ſibi ex inſtitutione obuenit, quia non datur hoc caſu contributio portionum, vt ſtatim ſubijcimus. Ex quibus venit reijcienda conſideratio *Goueani ſuper dicto §. Quod vulgo*, dum contendit eſſe reijciendam particulam

culam illam, quadrantes quasi imperiti interpretis, merito enim cõtrarium scribunt omnes supracitati, maxime, *Cuiacius dict. cap.* 34. *quem sequitur Gothofredus ibidem litera. A.*

Ex qua declaratione sic præstita *ad d.§. quod vulgo*, sub infertur ampliatio ad nostram tertiam conclu-
95. sionem, vt procedat etiam quando portio pupilli non est exhausta legatis à se relictis, sed etiam facta cõtributione legatorum, quæ à persona substituti de eadem portione fuere relicta, adhuc enim substitutus, & insimul cohæres potest quartam Falcidiam deducere, de hac portione, in qua fuit substitutus, licet aliam portionem, in qua fuit hæres institutus integram retineat, ita probat *textus difficilimus in d. l. In ratione §. Quæsitum, versiculo, ideoque*, ibi *(quartam pupillo datæ portionis habere, quanuis suam partẽ habeat, vt institutus)* agnoscit, *Paulus, ibi, & Alexand. cum quibus tradit insignis Lusitanus noster Antonius Goueanus ad d.§. Id quod ex substitutione, adde eundem Gouean. in d.§. Quæsitum nu. 1. prosequitur Cuiacius lib. 29. Respons. Papiniani super eodem textu Zazius in l. Cohæredi* 41. *§. Cohæres de vulgari num.* 25. ita vt adhuc in his terminis procedat decisio *d. versiculo, si vero*, ex eo, quia facta contributione omnium legatorum, quæ ex portione grauata fuere relicta, tam a pupillo, quam a substituto, pars grauata accrescit cohæredi ex pupillari post acquisitionem pupilli, quo casu diximus separationem portionum dari, nec legata ex diuersa portione hæredis augentur, sed potius cohæres solum tenetur eadem legata soluere de portione, in qua pupillus fuit institutus, eodem modo, quo pupillus soluere tenebatur, si omnia legata à se fuissent relicta, *dict. versiculo, ideoque*; tene tamen mente, quod si legata fuerint relicta a cohærede substituto, non tanquam substituto, sed tanquam ab hærede scripto in sua portione, tunc non potest fieri cõtributio legatorum, quæ proponitur *in dict.* §. *Quod vulgo, & in dict.* §. *Quæsitum versiculo, dixi*, sed potius Falcidia, si habeat locum, admittetur in vtraque portione, *iuxta regulam leg. In singulis.* 77. *D. eodem titulo notat bene Paulus num. ad finem in dict.* §. *Quæsitum, versiculo, sed legata*, cuius versiculi hæc est propria mens prout optime explicat *Zazius in leg. Cohæredi* 41. §. *Cohæres num.* 13. *D. de vulgari.*

Limitanda tamen est hæc tertia conclusio, ne procedat, si pars pu- 96.
pilli sit grauata non a persona ipsius, sed à persona cohæredis substituti, in hoc enim casu licet portio pupilli sit grauata vltra dodrantem, non practicabitur Falcidia, sed potius cessabit, probatur hæc limitatio ex textu *singulari in iure in l. Cohæredi* §. *Cohæres D. de Vulgari à principio vsq; ad versiculum, non idem*, Ratio est, nã quoties eidem hæredi

relinquuntur duæ portiones eiusdē hæreditatis, licet altera sit legatis grauata tamen legata augentur ex alia parte non grauata, & Falcidia remouetur, *d.* §. *quæsitum, versiculo, aliam causam*, sed in proposita specie coheres in sua parte fuit pure institutus, in altera pupilli subconditione, si pupillus intra pupillaria decesserit, *iuxta d.* §. *Cohæres*, ibi (*perinde præstabit, ac si pure partem, & subconditione partē accepisset*:) ergo merito in hoc casu fiet contributio portionum vt Falcidia excludatur, *post Bart. & antiquiores, Paulus in d.* §. *Cohæres, vbi Zazius nu.* 12. *& nu.* 4. *Goueanus in annotationibus ad eundē, Cuiacius in titulo de vulgari ad illum textum, & lib.* 6. *responsorū Papiniani super eodem.* Neque obstat regula suprapositā in tertia conclusione, dum habet, quando portio grauata ex pupillari defertur portioni liberæ non fit contributio portionum, *d. versiculo, si vero*, quia satisfit dicendo in proposito portionem nō fuisse grauatam in persona pupilli, quod requiritur, vt procedat *d. versiculus, si vero*, sed tantū supponi grauatā in persona cohæredis substituti, quod longe diuersum est, constat enim pupillum non fuisse grauatum, nec Falcidia vti posse, minimeque hoc ius; quod non fuit radicatum ad persona pupilli, potuit transmitti in personam cohæredis, vt probat *d.* §. *Cohæres*, cuius, hic est genuinus sensus, agnoscit, *Cuiacius* 4. *Obseruat. cap.* 36. licet alium variando sequatur *lib.* 29. *quæst. Papiniani* supra *d. l. In ratione* 11. §. *quæsitum post principium D. ad leg. Falcid.*

Limitant Doctores secundo nostram conclusionem, ne procedat quando substitutus succedit in dua 67.
bus portionibus eodem iure substitutionis pupillaris, puta si fuerit substitutus duobus impuberibus, si infra. 14. annum decedant, in hac specie, licet portio, quæ vltimo loco accedit grauata proponatur vltra dodrantem, legata augentur, & Falcidia relegatur, ex portione, quæ prius libera fuit scripta, siue singulæ per se, siue vtraq; simul ad substitutum perueniat, vt probat *textus formalis in l. Pater filiam* 14. §. *vltimo D. ad legem Falcidiam, fatentur glossa* 1. *Bart. & Alex. ibidem, vbi Paulus, versiculo, sed oppono, Goueanus*, ibi *excellenter de more, Zazius in dict.* §. *Cohæres num.* 20. *Cuiac.* 9. *Responsorum Papiniani super eodem.* Quæ limitatio ardua est inter scribentes, propter sequentes difficultates. Imprimis refragatur, *leg. In singulis.* 77. *D. ad legem Falcidiam*, §. 1. *Instit. eodem titul. de quibus Donel. lib.* 8. *commentariorum cap.* 23. *à principio*, dum iubent in diuersis portionibus, diuersas admitti Falcidias: ergo si prior portio non grauata ad substitutum deueniat, & postea ei accrescat alia portio onerata, ex qua pupillus, si viueret, posset Falcidiam deducere, videbatur dicendum posse substitutum,

etiam

etiam quartã deducere, ex vi transmissionis, *leg. Hæredem D. de regulis iuris, regula, Is, qui in ius. De regulis iuris in 6.* Deinde, quia portio grauata, quæ ex pupillari substitutione non grauatæ accedit, non excludit Falcidiam *dict. versiculo, si vero,* & nos diximus tertia conclusione. Sed in proposito supponimus partem, quæ accedit, grauatã defferri ex pupillari: ergo videbatur admittenda decisio *d. versiculi, si vero, & d. versiculi, sed legata.*

98. Quæ difficultates adeo torserũt *Immol. in dict. §. vltimo,* vt diuinare cogatur, pupillum, cuius porro fuit grauata, prius decessisse, posteaverο obijsse alterum, cuius portio non fuit grauata, vt sic portio non grauata accresceret oneratæ, *in terminis dict. leg. Qui fundum §. Qui filium versiculo, quod si extranei, & diximus supra in prima conclusione*; Nec putat aduersari *dict. §. Quæsitum,* quia cohæres ibi iam habebat suam partem ex institutione liberam, & postea accepit alteram grauatam, partim à se, partim à pupillo, ideo saltem a persona pupilli, poterat quartam deducere, sed hæc consideratio merito ipsi auctori displicuit, & ideo ad aliam confugit, scilicet, *in dict. §. vltimo,* non constare, quæ nam portio prius ad substitutum deueniret, grauata, an libera, quo casu decidit Consultus vtranque portionem contribuendam, vt cesset Falcidia. Sed & hæc secunda interpretatio, eodem vitio, quo prima laborat.

Quare *Gloss. 1. Bart. in dict. §. vltimo, Paulus dict. versiculo, oppono, Alexand. in dict. §. Quæsitum num.* 2. dicunt faciendam esse differen- 99.
tiam, inter illum casum, quo vna, & altera portio defertur substituto per idem ius institutionis tantum, vel substitutionis tantum, & inter casum, quo vtraque portio diuerso iure deuenit ad substitutum, quia scilicet altera venit ex institutione, altera ex substitutione. Primo casu procedit *dict. §. final. & nostra limitatio,* in secundo procedit, *dict. §. Quæsitum dict. versiculo, si vero.* Hucusque communis, quam veram fatemur; sed quærimus vlterius rationem differentiæ, inter prædictos casus, quam, licet communis non præstet, supplere possumus ex supradictis: nam substitutus, qui duobus pupillis datus fuit, habetur in hac parte, ac si in duabus partibus hæreditatis fuisset institutus, quo casu, si ambæ perueniant ad illum, vna per alteram augetur, & Falcidia excluditur, vt probatur *ex d.l. In ratione, §. Quæsitum, versiculo aliam causam,* vbi casus decidit, nec vllus habetur respectus, quod pars grauata accedat prior, aut posterior, cum vtroque modo cesset Falcidia, & quod substitutus censeatur hæres institutus sub eõditione, si pupillus intra pupillaria decedat, probant *leg. Cohæredi, §. Cohæres D. de vulgari, dict. versiculo,*

quod si extranei, ibi (*ac si cuilibet cohæredi substitutus fuisset, eoq; omittente hæreditatem ex asse hæres extitisset*) *iuncto d.§. quod vulgo, in fine*, maxi-
100. me,quia substitutio impleta conditione,sub qua concipitur reducitur ad intellectum institutionis, *d.l. In ratione, §. Si filio ibi (substituti subducta persona pupilli reuocandi sunt ad intellectum institutionis)* igitur bene infert limitatio nostra, secundum quam cessat prima ratio dubitandi, *de dict. leg. In singulis*. Secunda autem tollitur dicendo citata iura bene procedere quando à principio plures fuerunt instituti hæredes, licet postea alterius portio, ex substitutione ad cohæredem perueniat, sed in casu proposito vnus est duobus tantummodo substitutus sub conditione, quia impleta consetu solus institutus in diuersis portionibus, & ideo cessabit Falcidia, legata augebuntur, *dict. §. Quæsitum versiculo, & aliam, dict. §. vltimo*. Nec instes adhuc ex supradicta ratione, nempe substitutum esse sub conditione institutum nec possedari differentiam inter casum *dict. §. vltimi, & dict. versiculi, si vero, leg. Qui fundum*, quia maxima datur: Nam *in dict. §. vltimo, vt diximus*, vnus solus censetur institutus in diuersis partibus, *iuxta proxime dicta*, at vero, *dict. versiculo, si vero*, plures fuerunt a principio instituti, & sic iam dabatur locus *leg. In singulis*, licet ex pupillari postea succedatur,& tota hæreditas penes eundem remaneat; deinde alia datur differentia, quia *dict. §. Qui filium, versiculo, si vero*, solum militat,quando portio grauata accedit non grauatæ, *at dict. leg. Pater filiam, §. final in principio*, procedit etiam si portio non grauata accedat grauatæ.

Ex quibus infertur,quod si substitutus duobus alteri tantum suc- 101.
cedat, cuius portio fuit grauata,poterit Falcidia vti eodem modo,quo poterat pupillus, hoc probatur ex eo, quia qualitas obligationis non mutatur in persona hæredis, *leg.2. §. Ex his D. de verborum obligat.* & quod dicimus in instituto, dicendum est in substituto, *d. versiculo, si vero*,ac proinde in his terminis procedit, *leg. In singulis 77. D. ad leg. Falcidiam*, dum habet quod in singulis portionibus habet locum Falcidia; quemadmodum, & si plures substituti fuissent pluribus hæredibus,& vnusquisq; suo hæredi succederet, procederet regula, *d.l. In singulis*, & non procederet *d. leg. Pater §. vltimo*, quod clarè probatur *ex d.l. Cohæredi §. Cohæres D. de vulgari, in versiculo, non idem*, vbi si substitutus qui non fuit cohæres succedat pupillo, potest deducere quartam, prout pupillus illam poterat deducere, *Cuiac. in annotationibus ad d. §. Cohæres vbi Zazius num. 24.*

Aduertendum tamen ducimus has tres conclusiones bene procedere, quando portio defertur portioni, vel ex substitutione vulgari,

vel ex

vel ex pupillari, vel ex iure accrescendi, vel ex alia via iuris, cum qua concurrat mens tacita, vel expressa defuncti, quia si detur concursus duarū portionum in persona vnius Cohæredis præter intentionem testatoris, concludendum est, prout in sequentibus assertionibus.

101.

102. Sit igitur quarta cōclusio. Quoties portio accedit hæredi præter intentionem testatoris, videlicet ex dispositione legis, non fit portionū contributio, nec cessat Falcidia, quanuis portio non grauata accedat grauatæ. Probatur hæc cōclusio *ex textu in leg.* 1. §. *Cohæredem D. ad legem Falcidiam*, vbi habetur, quod si hæres institutus cohærede suum arrogauerit, ex qua arrogatione alia portio ei obueniat *ex titulo de acquisitione per arrogationem*, tale augmentum non faciet cessare Falcidiam, nec augebit legata, sed potius si habeat locum in singulis portionib⁹ admittitur Falcidia *iuxta d. l. In singulis*, nec etiam cessabit Falcidia, si post acquisitionem ex testamento, alter cohæres alteri hæres existat *iuxta dict.* §. *Si cohærede*, agnoscunt hanc conclusionem Doctores communiter *ad d.* §. *Si cohæredem vt per Alexand. ibi num.* 1. *post Paulum ad finem* §. *Sed qui ex substitutione & in leg. Qui duos num.* 5. *D. de vulgari, Goueanus in d.* §. *Si cohæredem num.* 1. Cuius rei ea est ratio, quia prout ex diuersis testamentis ius coniunctionis non resultat, argumento *l. Si sub conditione D. quibus modis vsusfructus amittatur vt prosequitur Ripa in leg. Re coniuncti delegat.* 3. *post Bartol. ibi num.* 157. *Balduin. & Minsinger. numer.* 3. *in* §. *Si eadem inst. delegat. vbi Pichard. num.* 108. *Mendes Cardoso illatione* 17. *num.* 2. *Peregrin. de fideicommiss. articul.* 9. *numer.* 9. ita etiam duæ portiones, quæ diuerso iure aduenium in persona vnius commisceri non possunt, *iuxta decisionem, d.* §. *Si cohæredem*, accedit in confirmationem *textus in dict. leg. Pater filiam* §. *vltimo, versiculo, quod si pater D. ad legem Falcid. & ibi Cuiacius*, vbi substitutio fuit facta forma consueta duobus impuberibus, ei, qui supremus moreretur, quo casu voluit pater ius legitimæ successionis inter eos conseruare, *iuxta leg. Vel singulis D. de vulgari,* §. *Vel singulis instit. de pupillari*, & tamen si pupillus, qui non fuit grauatus decedat, cui ab intestato alter successit, cuius portio fuerat exhausta legatis, si contingat casus substitutionis, potest substitutus deducere quartam nomine pupilli, nec per accrescentem portionem augebuntur legata, aut cessabit Falcidia, quod fatentur Doctores, ex eo, quia portio, quæ pupillo defertur ab intestato prouenit præter intentionem testatoris, ex dispositione legis, & ideo hæreditas, quæ defertur ab intestato dicitur legitima, quasi secundum legem, *l. Is, autem.* 11. *D. de iure patronat. leg.* 3. §. *De illo D. Prosocio*

103.

notant *Doctores ad l. Legitima D. de Pactis, Rebuffus in l. Lege obuenire D. de verborum significat.* vbi *Alciat. & 4. paradox. cap. 76. Budeus in dict. §. de illo Menchac. de creat. in principio num. 16. Couar. 1. part. rubr. de testament. nu. 15. Pinel. l. 2. de rescindend. in principio num. 14. Robles de repræsentatione cap. 16. numer. 8. lib. 3. post Donel. lib. 9. cap. 1. in principio, ita post alios Paulus in leg. Qui duos D. de vulgari,* vbi allegat *textum in leg. Qui fundum §. Qui filios, versic. quid ergo, ibi, aut ex lege, D. ad leg. Falcid.*
104. vbi supponit, nō posse substitutum exheredati grauari, licet ipse fratri suo abintestato succederet, quia nō ex voluntate patris, sed ex legis dispositione succedit.

In contrariū tamen obstat, quia portio pupilli prius decedentis per aditionem confusa est cum parte alterius, qui vltimo loco decessit; *l. Sed si plures §. Filio ibi, iuncta enim cepit esse)* de vulgari, ergo cum hæres substitutus habeat quadrantem de tota hæreditate Falcidiam nō deducet. Secundo obstat, quia, vt diximus supra cōclusione tertia quando substitutus succedit duobus, eodem iure, cessat Falcidia, & legata augentur *d. l. Pater filiam §. vltimo, in primo casu,* sed in proposito succeditur eodem iure in vtraq; hæreditate: igitur. Minor probatur, quia postquam hæreditas fuit tota iuncta substitutus ex vi substitutionis succedit in vtraque portione, *d. l. qui duos D. de vulgari,* ibi *(in hæreditate nouissimi eius fratris, qui mortuus est, substitutus hæreditatē inueniet) l. Qui duos D. de rebus dubijs.* Vltimo, quia portio pueri prius præmortui, si nō accedit posteriori ex voluntate testatoris expressa, accedit saltem ex tacita, argumento *textus in l. Conficiuntur D. de iure Codicillorum l. 1. §. final. D. de legatis* 3. & ideo leges dicunt patrem voluisse conseruare inter filios ius legitimæ successionis, *d. l. Vel singulis, iuncta nouiori decisione, l. penultim. Cod. de impuber, & alijs substit. de qua eleganter Peregrinus artic. 13. de fideicommissis num. 25. Couar. cap. Raynucius §. 8. num. 4. Cald. de nomination. quæst. 3. num. 10. Menoch. lib. 4. præsumpt. 62. & 186. à num. 16. Mantic. 4. de coniect tit. 7. num. 6. Mench. de progres. §. 25. n. 60. Fab. de coniect. lib. 13. cap. 19. Cardoso de iure acresc. illat. 34. num. 8.* igitur ex omnibus proxime dictis infertur, quod portio pupilli præmortui debet excludere Falcidiam, & legata per illam augenda sunt.

Quibus non obstantibus vera est conclusio supraposita, nec difficultates formatæ nos cogunt à recta via deflectere, quia ad primam respondeo, verum esse, pupillarē substitutum inuenire portionem pupilli prius decedentis in hæreditate posterius mortui, sed negamus ex tali comistione dari contributionē ad Falcidiam excludendā, & legata augēda in persona substituti, cū ipse pupillus, qui ponitur grauatus 105.

posset

posset ipse quartam deducere non obstante acquisitione facta ab intestato alterius portionis, quæ cum deueniat ad ipsum substitutū præter intentionem testatoris, non potest operari, vt legata augeantur, & Falcidia excludatur iuxta nostram conclusionem, quod ius cum fuerit radicatum in persona pupilli, transmissum est in substitutum, *iuxta l. Hæres in omne D. de acquirenda hæreditate Donel. l. 2. C. hæred. act. num. 1. & lib. 7. com. cap. 11.*

Ad secundam difficultatem amplectimur maiorem, *d. §. vltimo in prima parte*, sed negamus minore, in hunc sensum, quia substitutus, qui vltimo pupillo morienti succedit, solum ipsi dicitur succedere ex vi substitutionis, primo autem mortuo non succedit ex substitutione, vel ex testamento, sed tanquam substitutus fratris sui, qui illam portionem obtinuit iure legitimo ab intestato, & solum ei dicitur succedere, quatenus in hæreditate postremo morientis eius hæreditatē inuenit, *iuxta d. l. Qui duos D. de vulgari*, quæ sic intelligenda est, *secūdū Gouean. ibi & Cuiac. lib. 1. definit. Papin. super eadem lege*, quæ quidē hæreditas fratri fuit delata, non ex intentione, & voluntate patris, sed potius ex lege præter talem voluntatem, seu *vt ait Cuiac*, iure aduentitio, ex quibus colligitur, quod sicut in persona filij alterius fratris hæreditas non facit cessare Falcidiam, ita etiam in persona substitu-

106.

ti illam nequaquam faciet cessare, & euitatur supradicta difficultas, quæ responsio optime confirmatur ex instantia, quam scribit *eminentissimus Gouеanus ad dict. leg. Pater filiam § final*, dum ait multum differre alicuius bona obtinere, & hæredem alicui existere *iuxta d. l. Qui duos*, maxime, quia pupillus priori decedenti iam extitit hæres, neq; amplius talis desinere esse potest, *ex regula l. Ei, qui soluendo 81. D. de hæredibus instituendis. Molina de primogen. lib. 1. cap. 14. n. 10.* ergo bene sequitur quod substitutus ei iterum non potest esse hæres, nisi improprie ex regula, *l. vltim. C. de hæredibus instituendis.*

Ad tertiam difficultatem fate- 107.
mur successionem abintestato aliquam tacitam in se continere voluntatem testatoris, vt satis euincunt iura supracitata, sed contendimus illam tacitam voluntatem non sufficere, vt legata augeantur, & Falcidia excludatur per cōfusionem duarum portionum, quia ad hanc contributionem faciendam non sufficit tacita voluntas, nisi cōcurrat cum illa causa testamenti, prout in exemplo *d. l. Quod si alterutro, D. ad l. Falcid.* in iure scilicet accrescendi, quod ex testamento inducitur per tacitam substitutionem, de qua *in d. l. Si titio §. Iulianus D. de legatis 2.* & ideo hæc venit in contributionem, illa vero minime, quinimo in proposito dicere possumus non concurrere causam

testati, cum causa intestati, *iuxta l. Quandiu D. de regulis iuris*, prout eleganter considerat *Alexand. §. vlt. in finalibus verbis*; Si autem vterque
108. pupillus simul perierint, tunc erit locus contributioni, quia substitutus vtriq; succedit eodem iure pupillaris substitutionis, *iuxta d l. Qui duos, in principio D. de vulgari, & practicabitur dict. §. vltimus in principio iuxta tertiam regulam suprapositam, Limitat. 2. explicat. Cuiac. super d. l. Qui duos.*

Solent Doctores adducere limitationem ad nostram quartam cōclusionem, ne procedat, quando portiō non grauata defertur grauatæ, ratione dominicę, vel patriæ po testatis, quæ iam vigebat tempore
109. conditi testamenti, quo casu licet portio accedat ex legis dispositione nihilominus fiet contributio portionum, & legata augebuntur, cessabitque Falcidia, probatur hęc limitatio ex textu singulari *in l. Si pupillus* 21. *§. vltim. D. ad legem Falcidiam*, vbi dominus, & seruus proponuntur instituti, & portio domini grauata augetur ex portione serui, quæ remanet libera supra dodrātem. Cuius decisionis ratio est, quia portio serui licet deferatur domino ex legis dispositione, *iuxta l. Placet D. de acquirenda hæred.* nihilominus, quia testator sciebat, quod hæreditas, seu portiō, quæ seruo relinquitur statim domino acquiri censetur, illa portio magis ex voluntate, quam præter voluntatem testatoris domino accedere videtur, quæ ratio confirmatur ex decisione *textus in l. Cum filio* 11. *de legatis primo*, vbi dominus vel pater, quorum seruo, vel filio hæreditas relinquitur, potest fideicommisso grauari, ex eo, quia tacito testatoris 101.
iudicio, bona ad ipsos deueniunt secundum communem intellectū, *de quo post Marcum Antonium ibi n.* 16. *Ripa nu.* 28. præstant communiter Doctores hanc rationem ad nostram limitationem prout videre est *per Angelum, Immol. Alexād. in d. l.* 1. *§. Si cohæredem, Paul. in d. §. vltim. Zazius in dict. §. Cohæres num.* 15. *ad finem Goueanus in d. §. fin.*

Sed obstat, quia pater, & dominus non dicuntur venire ad hæreditatem defuncti ex ipsius iudicio, quinimo hæreditas ipsis defertur mediante persona filij, vel serui, vt aperte colligitur, *ex l.* 3. *l. Qui liberis §. Hæc verba D. de vulgari*, notat *Caldas ad §. Tam autem Instit. de inofficioso testamento, num.* 32. ibi, *quia nō ex iudicio veniunt*, ergo videtur dicendum, quod portio serui, vel filij nō debet contribui cum portione domini, vel patris, ad Falcidiā excludendam, cum illa portio nō accedat ex testamento, sed ex lege, quod non sufficit, vt fiat contributio, iuxta supradicta in nostra quarta conclusione.

Qua difficultate non obstante, limitatio est verissima, quia vel sequamur communem intellectum, de quo post *Ripam, d. num.* 28. &

Alexand.

Alexand. num. 3. *ad dict. l. Cum filio*, dum resoluit patrem, & dominum in hoc casu habere pro se tacitum iudicium defuncti, quod etiam sequuntur *Donel. de iure Ciuili lib.* 8. *cap.* 10. §. 1. vel sequamur *Caldas d. num.* 32. *cum Veiga Duareno, & alijs in dict. l. Cum filio*, dum contendunt patrem, & filium ibi posse grauari, non ex eo, quia habent tacitū iudicium, sed magis ex eo, quia eis defertur commodum, *iuxta leg. Si alienus* 64. *D. delegatis secundo*, sem-
111. per est verum dicere, hoc commodum seu portionem domino, vel patri acquiri mediante testamento, quanuis virtute legis principaliter illud obtineant, quod sufficit, vt portio serui, vel filij, quæ ex causa testamenti patri, vel domino acquiritur, veniat in contributionem cum portione, quæ proponitur grauata penes patrem, vel dominum, non aliter, quam si pater, vel dominus in vtraque fuisset institutus, *iuxta d. §. vltimo.*

Nec bona fit instantia *de d. l.* 3. *& de d. §. Hæc verba*, quia ex mente
112. testatoris, collegit Iure consultus, ibi solum esse admittendos, qui expresse fuerunt in testamēto scripti hęredes, quod pater, vel dominus non habent, *iuxta l.* 31. §. *Hoc autem iudicium D. delegatis præstand. l. Legatum nulli* 21. *D. de Adimendis legatis, optime Caldas d. §. Tam autem dict. num.* 32. *4 principio*, licet ad eos commodum hæreditatis deueniat, cui receptissimo intellectui nō repugnat, *leg. Si in testamento*, 5. *D. illo titulo de vulgari*, dum ibi Iureconsultus dicit in eademmet clausula, quisquis mihi hæres erit, succedere cohæredem ex iure accrescendi, quod inductum est per tacitum defuncti iudicium, vt *probatur ex l. Si Titio* §. *Iulianus D. de legat.* 2. *de quo textu præter ordinarios Menoch. lib.* 4. *de præsumpt. præsumptione* 108. *nu.* 9. *Peralt. nu.* 4. *Sarmiento* 8. *in l. Celsus* §. *final. D. eodem tit.* quia respondet vnanimiter *præceptores in dict. l. Cum filio*, id prouenire, nō ex tacita, sed expressa mente defuncti, qui hæredem ibi in parte scripsit, qui expresse etiam in accrescente censetur institutus, argumento *Regulæ l. Iuſ. nostrum D. de reg. iuris*, sed loquuntur contra *d. §. Iulianus*, quare rem altius præscrutando, melius dicendum censeo, ius accrescendi in hoc casu assimilari aliuuioni argumento *textus in l. Si titio.* 33. *D. de vsufructu*, quæ sequitur naturā prioris partis per institutionem acquisitæ, *per l. Cum fundus D. de legat.* 2. & cum priori identificatur, ita vt merito dicatur hæres succedere in portione accrescente, quasi si scriptus esset iuxta proxime dicta.

Neque replicet quis, *de textu in d. §. vltimo, versiculo, quod si frater*, vbi portio fratris tacito iudicio defuncti fratri ab intestato defertur, & tamen portiones, non contribuuntur, quia occurimus dicendo, quod quando seruus, vel filius instituuntur, qui tempore conditi testamēti 113.

erant

erant in poteſtate domini, vel patris, hæreditas deuoluitur ad illos ex cauſa teſtamenti diſpoſitiue,mediante lege, & ideo fit cõfuſio portionum,quaſi ipſi fuiſſent hęredes, ſcripti, iuxta ſupradicta,ſed in caſu *d.*§.*vltimi*, nulla ibi datur voluntas diſpoſitiua ex teſtamento, ſed ſolummodo qualiſqualis permiſsiua, quæ permittit, vt leges ab inteſtato obſeruentur, dũ teſtator de illa non diſponit, quod facere poterat, *d.l.Conficiuntur*, quæ ſic debet explicari.

Per contrarium vero ſi portio
114. ſerui,vel filij grauata accedat portioni patris vel domini non grauatæ,in hoc caſu non fit contributio, nec legata à filio, vel ſeruo relicta augentur ex portione paterna, vel dominica,nec Falcidia excluditur, ſed pater deducit quartam de perſona ſerui,vel filij, licet ſuã habeat non grauatam,probatur hæc reſolutio *ex d.l. Si pupillus* §. *fin.verſiculo, ex contrario,in fine*, ibi(*nam quartam retineo ex perſona ſerui, quanuis de mea portione nihil exhauſtum* ſit) Ratio huius reſolutionis eſt, quia lex non defert portioni ſerui grauatæ portionem domini liberam prout in caſu ſuperiori, nec in hoc caſu cõcurrit iudicium defuncti, vt vna portio ad aliã accedat,& ideo merito in vnaquaque ponenda eſt ratio Falcidiæ,*iuxta d.leg. In ſingulis* 77.*D. ad legem Falcidiam*, nec lex voluit, vt fieret contributio, quia veriſimile erat patrem, & dominũ ſi teneretur de ſuis portionibus ad implere legata à ſeruis, & filijs relicta, facile repudiaturum, vel dicendum eſt rationem eſſe, quia portio ſerui grauata, ſi accedat portioni domini, debet accedere ex iure accreſcendi,quia dominus non debet iuberę ſeruũ adire damnoſam hæreditatem, & ideo cum legata ſint relicta nominatim à perſona ſerui,vel filij non tenetur pater vel dominus ad implere de ſuo, argumento *l.Quod ſi alterutro,verſiculo ſi vero, D. ad legem Falcidiam*, vel ſi ſeruus adeat, dominus tamen tenetur ſoluere ex perſona ſerui,quæ cum ſit grauata vltra dodrantem, non tenebitur reſarcire de ſuo, argumento *d.l.Qui fundum*, §. *Qui filium,verſiculo ſi vero,D.ad legem Falcidiam*,quia in hoc caſu ſemper dominus tenebitur ex perſona ſerui, qui ſi ſolus eſſet hæres inſtitutus, quartam deducere poterat, & eius perſona ita cõſideratur,ac ſi domino non acquireret, *vt Goueanus ait ſupra d.*§.*vltimo, & Cuiac.* 12. *quæſt. Pauli ibidem.*

Secundo limitant Doctores no-
115. ſtram quartam concluſionem, ne procedat quando portio non grauata accedit grauatæ ex facto per quod eneruatur aditio hæreditatis ſemel facta, quia licet hic modus ſit á lege inductus, nihilominus per illum ceſſabit Falcidia,& legata augebuntur,exemplum deſumitur *ex textu in l. Ex contractu D. de re. iudicata*, vbi proponitur caſus

pupilli,

pupilli, qui à patre scriptus, & post additionem factam abstinuit se, & dicit textus ipsius bona ad substitutum deuolui, & à fortiori si ipse substitutus sit cohæres, quia in hac hipothesi, si portio cohæredis sit grauata augebuntur legata, & cessabit Falcidia ex accrescente portione, quæ licet proueniat ex legis dispositione, tamen in proposito admixtum habet iudicium testatoris, quia portio, quæ de nouo accrescit, perinde est, ac si adita non fuisset, quo casu militat. *leg. Quod si alterutro, versiculo, placet D. ad legem Falcidiam, iuncta dict. l. Qui fundum §. Qui filium, in principio eodem tit.*

Et in hoc casu datur adhuc ius accrescendi, ac si hæreditas non fuisset adita, vt probatur *ex dict. l. Ex contractu* 44. *docet Corras. n.* 14. *in l. post aditam Cod. de impub. & alijs substit.* Et portio quæ accedit, dicitur peruenire ad cohæredem ex voluntate testatoris, quo casu locũ habent resoluta supra in prima cõclusione, quod quando portio non grauata accedit ex voluntate testatoris portioni grauatæ, augentur legata, & Falcidia excluditur, *d. leg. quod si alterutro, d. §. qui filium*, tenent hanc resolutionem *Immola, & Alexand. in d. §. si cohæredem*; cõtra quos non obstat *leg. Etsi sine §. Papinianus D. de Minoribus*, vbi licet minor restituatur contra aditionem hæreditatis, nõ desinit esse hæres, quia satis est vt minor desinat esse hæres, quoad actiones vtiles, licet quoad nudum nomen hæredis hæres maneat, *d. §. Papinianus*, quod nudum nomẽ quemadmodum impedire nequit, vt bona ad coheredem deueniãt ex iure accrescendi, *d. l. Ex contractu*, ita non potest efficere, quominus vtraque portio contribuatur, vt cesset Falcidia, & legata augeãtur, iuxta proxime resoluta. Nec replices de *leg. Si minor. 61. D. Acquirenda hæreditate*, vbi portio à minore repudiata nolenti cohæredi nõ accrescit, quia fatemur, sed supponimus illum volentem, cui, *nulla fit iniuria ex regula scienti, lib. 6.* alias autem prætoris beneficium fuisset cohæredi damnosum *in terminis d. l. Si minor*, vt circa eius intellectum tradũt *Gutier. in l. vxica Ci. quando non petent. part. num. 39. Faber. dec. 50. err. 9. Eman. Mendes Cardoso ad §. Si eadem Inst. de leg. Illat. 26. num. 7. insignis præceptor Lourenço ad l. Cum auus D. cond. & dem.* 211

Aliud exemplum huius secundæ limitationis ponit *Angelus in d. §. Si cohæredem, quem refert Alex.* ibi, in hærede negligente, qui non impleuit iussa testatoris intra annũ 116.
postquam à iudice fuit monitus, in terminis *Authentici de hæredibus, & Falcidia, §. Si quis autem non implens coll. 1. & in Authentica, hoc amplius Cod. de fideicommiss.* quia post sententiam priuatiuam iudicis, per quam ipse negligens priuatur hereditate, ipsa applicatur cohæredibus, vt cõstat ex dictis iuribus, quo

casu

casu si portio hæredum fuerit grauata augenda erit ex portione de nouo obueniente, secundum mentem Angeli; Ratio huius exempli est, quia certum est legem efficere posse vt sic priuatus amplius non consideretur hæres, quo casu perinde est, ac si à principio cohæres, cui lex dificientem portionem applicat, totam hæreditatem acciperet, vnde Falcidia cessat, & legata augentur, *iuxta doctrinã glossæ, verbo, forte, in l. In substitutione* 31. *D. de vulg. communiter recepta per Alexãd. num.* 8. *ibi, & multos, quos refert Tiraquelus, l. Si vnquam, verbo, reuertatur, num.* 327. *Padilla, in Authentica hoc amplius, Cod. de fideicommissis, num.* 2. *Gouean. ibidem.*

117. 2. Sed contra secundum exemplũ *Angeli*, insurgit *Immola, & Alex. in d. §. Si cohæredem* dicentes in hoc casu portionem hæreditatis, qua hæres negligens priuatur, licet ad cohæredes deueniat, non excludere Falcidiam neque legata per ipsam augeri. Rationem assignant, quia iuxta supra dicta, in nostra quarta conclusione, portio, quæ defertur cohæredi ex legis dispositione, præter voluntatem testatoris, expressam, vel tacitam, non contribuitur cum portione cohæredis, *iuxta d. §. Si cohæredem*; sed hæc portio, de qua agimus in hoc secundo exemplo, defertur ex legis dispositione præter testatoris intentionẽ, vt constat *ex d. §. Si quis autem non implens, d. Authent. hoc amplius*; igitur, quia vt fieret contributio portionum in hoc casu necessario fieri deberet, vel ex iure accrescendi, vel ex substitutione, nec illo, nec isto fieri potest igitur, &c. Probatur illa minor quoad ius accrescendi, quia illud solum habet locum ante acquisitionem factam *iuxta leg. 1. § Interdum D. de vsufructu accrescendo, l. Si minor* 61. *D. de acquirenda hæreditate l. Duobus* 87. *D. legat. 1. §. Si eadem Inst. de legat. in principio ibi scinditur inter eos legatum Crass. §. Ius accrescendi quæst.* 15. *num.* 21. *Menchac. de creatione §.* 8. *num.* 12. *Petrus Gregor. in syntagm. lib.* 46. *cap.* 11. *num.* 9. *Caldas de potest. elig. cap.* 13. *nu.* 36. *Cardoso in d. §. Si eadem ill.* 2. *num.* 1. vbi plures, & nos supponimus acquisitionem, & possessionem per annum in hærede priuato, quo ad substitutionem etiam patet, quia substitutio vulgaris, de qua solum 118
loquimur non potest habere locũ post aditionem, *iuxta regulam leg. post aditam C. de impuber. & alys substit. ornatam post scribentes ibi Cost. cap. Si pater gloss. obliqua num.* 41. *Fachin. lib.* 4. *controu. cap.* 72. *Trentacinquius de substitutionibus* 1. *part. cap.* 16. Nec in hoc casu sufficit, vt portio alteri cohæredi deferatur, quia cum hoc augmẽtum proueniat ex legis dispositione, *iuxta doctrinam celebrem glossæ, verbo, substitutis, in d. Authentica, hoc amplius, communiter receptã ibi ex Bart. & alys, vt per Padilla ibi num.* 3. Ex quibus facile eneruatur fundamentum *Angeli*, quia eius 119.

opinio

opinio admitti nequit, licet lex ipso iure priuaret hæredem sic negligentem hæreditate, *secundū opinionem Iason. n. 7. in d. Authent. hoc amplius*, cum tamen contraria verior videatur recentioribus, *Padillæ ibi nu. 22. Couar. cap. si hæredes num. 8. de testamentis.* nec sequitur, lex potest priuare ipso iure hæredem negligentem, & applicare hæreditatem cohæredi: ergo contributio faciēda est, quia licet fateamur, prout fatemur, legē deferre in hoc casu hæreditatē coheredi; tamen contributio nō potest habere locū, iuxta rationes supra factas, quia cohæres in hoc casu non succedit ex voluntate defuncti, & ideo debet habere locum regula *d. §. Si cohæredem.*

Infertur ergo ad tertium caput huius tertiæ partis de Falcidia, quæ deducitur de legatis cōditionalibus ad materiam, *l. In lege Falcidia.* 45. eodem, cuius elucidatio adeo est difficilis, vt eademmet Iurisconsul torum responsa videantur inter se contrariari, quæstio est an scilicet lex Falcidia cesset in legatis pure relictis. propter alia sub conditione relicta, quæ si pure relinquerentur, absque dubio statim Falcidię locus esset, in hac quæstione, *Iurcōsultus Proculus* existimauit legē Falcidiā
119. statim admitēdā esse, quia debebat fieri æstimatio illius spei adimplementi conditionis, quæ spes æstimatur in iure *iuxta l. Spem C. donationibus §. Ex cōditionali Inst. de verb.* habetur opinio *Proculi in dict. l. In lege Falcid. 45. D. ad l. Falc.* (*ibi in his legatis quæ sub conditione relicta sunt Proculus putabat, cum quæritur de lege Falc. tantū esse in legato, quanti venire possunt, quod si est, & deductio sic fieri potest, vt tantū videatur videberi, quanti nomen venire potest,*) quæ opinio etiā repetitur in varijs locis, nempe, *in l. Si propter 53. D. eod. tit.* (*si propter ea, quæ sub cōditione legata sunt pendet legis Falcidiæ ratio, præsenti die data nō tota vendicabuntur,*) reperitur etiam *in l. Is, cui 31. versic. sed & secundum illo tit.* Secūdo facit pro hac parte, *l. In quantitate 73. §. Magna dubitatio, versiculo, sed hoc iure vtimur*, vbi *Caius* fatetur opinionem cōmunē receptam, & ius obseruatum ibi; *sed hoc iure vtimur, &c. D. eod. tit.* Tertio videtur probari etiam hæc sententia *ex l. 3. §. Si in plures D.* (*si cui plusquā per l. Falcidiam, &c.* ibi (*cum in plures dies pecunia legata est, cum certum sit legē Facidiam locum habere, nō stipulationi, sed computationi locum esse Pedius ait, vt æstimetur quātū sit, quod in diē legatū est, & tantū cedatur esse legatū efficit æstimatio, vt pro modo eius ex omnibus legatis statim legis Falcidiæ ratio habeatur,*). quibus Vlpianus aperte videtur significare legata conditionalia deseruire computationi Falcidiæ, vt tanti sint æstimanda, quanti vendi possint, vel quanti sint: nam tantum videbatur à testatore legatum, quanti spes illa vendi poterat, ac proinde reductis omnibus legatis sub conditione relictis, ad certam summa, &

quantitatē ex ipsis, ac ex alijs pure relictis, statim detrahenda erat Falcidia, ita explicat hanc veterum sententiam *Gouean. in d.l. Si propter, quem citat Gothofred. ibi litera. V. post Alex. Immol. & alios in dict.l. In lege Falc. & in d.§. Magna dubit. Cuiac. lib. 60. ad edictum Pauli super ead. l.*

Sabinus vero, & discipuli eius contrariam opinionem sequebantur, nēpe legata conditionalia non 120. subijci, pendente conditione, legi Falcidiæ, sed potius illam in suspēso detinere, dum eadem conditio pendet, ita vt nec ex ipsis legatis cōditionalibus, nec ex puris detraheretur Falcidia, pendente cōditione, sed opus fuit cautione prætoria, de qua *in tit. D. si cui plusquā per l. Falcidiā, &c.* vt legata pura solueretur, ad effectū, vt si conditio postea adueniret, & faceret locum legi Falcidiæ, tenerentur legatarij, quibus à principio integra legata pura fuere soluta restituere hæredi illud plus, quod de ratione legis Falcidiæ illis præstitit, hāc sentētiā tenet expresse *Cassius Iureconsultus in d.l. Is, cui 31. D. ad legē Falcidiā, Iulianus in l. 1. §. Si legata D. si cui plusquā per legē Falcidiam, &c. l. 3. §. Quoties D. eod. Paulus in d.l. In lege Falc. 45. Celsus in d.l. Si propter 53. Gaius in d.l. In quantitate §. Magna dubitat. D. ad l. Falcidiam, confirmat Paulus in d.l. In legē Falcid. sequenti argumento*, si legatum conditionale æstimandum esset, vt Proculus aiebat, similiter æstimaretur debitū, quod testator debebat sub conditione, sed debitū conditionale non æstimatur, neq; quasi æs alienum consideratur pendente conditione, ideoq; non detrahitur de hæreditate tēpore mortis, ergo neque legatum conditionale æstimari debet, dum pendet conditio, vt secundum iustam æstimationē legi Falcidiæ subijciatur. Maior argumenti Pauli ab æquiparatione inter legata, & debita conditionalia certa est, Minor cōstat *ex d.§. Magna dubit. vbi Iurecōsultus*, facta mentione prius de opinione Proculi, patet ex *versic. sed hoc iure vtimur*, tandem refert remediū cautionis prætoriæ, ad quá recurrendum est, vt negotium per illam cautionē expediatur, ita si cōditio non impleretur recte facta sit solutio, at vero si cōditio adueniret, tenerētur legatarij reddere hæredi illud, quod supra debitū Falcidię sibi solutū fuit, quod æqualiter in legatis, ac indebitis cōditionalibus procedit: nam onera, & legata ad vires hæreditatis reducenda sunt, *iuxta l. Si quis testatamēto 79. §. 1. deleg. 1. l. Si vero cōposita 18. D. militari testamento*: ergo cū debitū conditionale nō sit numerandum pendēte conditione inter bona difuncti creditoris, pauperior extabat ei⁹ hæreditas, ac per consequēs legatarij minus cōsequebātur ratione legatorū, si forte vires hæreditarias excederēt, quia necessario ad quantitatē patrimonij reducēda sunt, & ita intelligendus est *d.§. Magna dubitatio*, quasi *Gaius*

Iurecōsultus, ibi, dum aliá opinionē
121. refert, *in versiculo sequenti*, ibi (*& cautionibus res explicari potest, &c.* se conformet cum opinione *Pauli in d. l. In lege Falcidia* 45. *D. eod titul.* quia sæpe opinio, quæ vltimo loco scribitur a Iureconsultis, censetur approbata, *glossa celebris in l. Qui filium* 74. *D. ad Trebellianum verbo, & alia, de qua Garcia Falconius regula* 487. *Molina de primog. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 24. *insignis præceptor Brito ad cap. potuit de Locato* §. 1. *nu.* 12. Nec verba illa de quibus *in d.* §. *Magna dubitatio*, ibi (*sed hoc iure vtimur, &c.*) obstant in contrarium, dum *Caius* Iureconsultus in illis ostendere videtur, vsitatū esse apud Iureconsultos Iuris Ciuilis professores, vt æstimentur legata conditionalia, ita vt cōputata tali æstimatione, statim sit, vel non sit locus legi Falcidiæ, quasi *Proculi* sentētia per vsum sit approbata; nam verum est prædicta verba sonare prima facie in opinionē *Proculi*, sed si recte ad viscera intueantur forsan contrariū facile affirmabimus, quia ad effectum quē *Caius* cōsiderat, recte dixit, loquebatur enim de debito cōditionali, iūcait, tantū videri censura iuris bonis creditoris accrescere, quāti species debiti conditionalis vendi potest, & hæc æstimatio, non cōputatur statim inter bona creditoris, ad effectum, vt Falcidia admittatur, vel non, quia quoad hunc effectū, solū bona præsentia considerantur, & legata similiter pura, & ideo recurrēdum est ad cautionem tituli, *si cui plusquam, &c.* vt cautionibus res cōponatur, & si legata conditionalia, sicut etiam debita purificata conditione debeātur, & præstentur, ita vt hæres si plus retinet, reddat, vel legatarij, si plus receperint, restituāt qui intellectus suadetur *ex versic. sed & si legata, d.* §. *Magna dubitat.* vbi referens, *idē Gaius* eundémet casum, ait (*quo casu magis in versicul. est solui quidem pure legata perinde nulla alia sub conditione fuissent legata, cauere autem legatarios, &c.*) vbi cōsidero verba, *magis in versiculu est*, quasi etiam in hoc casu, magis obseruetur opinio *Pauli, & Sabini*, quod postea apertius declarauit *Paulus in d. l. In l. Falcid.* 45. Secundū quā interpretationē facile conuincitur antiquorū opinio *Raynerij Nicolai de Napolitanis, Iacobi de Rauen. quos sequitur Alex. in d.* §. *Magna dubitatio nu.* 5. *& 6. post Paul. & Immol. n.* 2. dū expresse faciunt differētiā in terminis *d.* §. *Magna dubit.* inter debitū conditionale, & legata conditionalia, quasi debitū conditionale æstimetur statim de præsenti, quāti vendi potest, argumento §. *Ex conditionali, Instit. de verborum, l. Quoties Cod. de donationibus quæ sub modo*, ita vt illa æstimatio cōputetur, vel etiam vtatur heres cautione, at vero quādo agitur de computatione legati conditionalis, non æstimetur quāti vendi possit, quasi minus sit in legato, quam in debito, sed solū sit locus cautionibus, & hoc siue hæ-

res,& legatarij concordẽt, siue discordent,& sic intendunt esse intelligendum *dict.* §. *Magna dubitatio, versiculo, sed hoc iure vtimur, iuncto* §. *Sed si legata, statim sequenti*, qui omnes ponunt rationem differentiæ, in eo, quod debitum conditionale firmius, est legato conditionali, dũ transit ad hæredes; *d.* §. *Ex conditionali*, legatum vero minime, *l.* 1. §. *Sin autem sub conditione. Cod. de caducis tollend. optime Peregrin. de fideicom. artic.* 51. *num.* 20. *Barb.* 1. *part. rubr. de solut. matrim. num.* 34. *Donel. de iure Ciuili lib.* 7. *cap.* 22. *Auendañ o l.* 40. *Tauri gloss.* 18. *num.* 22. *Molin. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 16. *Valasc. de iure emph. quæst.* 50. *num.* 44. *& consultat.* 122. *Ægid. l. Ex hoc iure tom.* 2. *cap. vltim. conuenient*; 5. *Cuiac. in leg. Si filius* 78. *de verb. vbi etiam Donel. Faber. de coniect. lib.* 15. *cap.* 6. *&* 7. *Robles de repræsent. lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 34. ita *ex Angelo, Immola d. num.* 2. & in hanc partem videtur inclinare, *Gouean. ibidem, & Paulus Castrensis.* sed falluntur prædicti Doctores, quia licet debitũ nõ cõditionale ex contractu transeat ad hæredes, non autem legatum, tamen quoad effectum computationis *in l. Falcidia* nullum discrimen inter vnum, & alterum admittendum est, vt supra diximus. Nec *d.* §. *Magna dubitatio, in d. versicul. sed hoc iure vtimur*, aliud euincit, secundum nostrũ verisimũ intellectu, que satis aperuit *Cuiac. d. lib.* 60. *ad edictum Pauli, super d. leg. In lege Falcidia columna finali.*

Retenta igitur hac posteriori sẽtentia, non multum yrgent fundamenta cõtraria: Nam ad primum 123.
de textu in l. In lege Falcidia 45. §. 1. *l. Si propter* 53. *l. Is, cui* 31. *cum similibus.* Respondemus verum esse in prædictis locis referri opinionem *Proculi, quæ à Sabino*, & eius schola reprobata fuit, vt patet in eadẽmet *leg. In lege Falcidia in d.* §. *Magna*, *prosequitur Cuiac. vbi proxime.* Nec aliud probat. *d. l. Si propter*, ibi, *Non tota vendicabuntur*, quia licet *Goueanus*, ibi, *quem sequuntur Gothof. litera. O.* dicant legendum esse, *tamen tota vendicabuntur, secundum veteres Iurecõsultos*, tamen facilius dicendũ est, textum illum solũmodo repetere opinionẽ *Proculi*, cuius discipulus fuit *Celsus Auctor d. l. Si propter, vt testatur Cuiatius d. loco in medio*, reprobato intellectu *glossæ vlt. & cõmuniter scribentium ibidem*, qui ad textum illum supplent, vt facile legenti apparebit. Ad secunduũ fundamentum *de d.* §. *Magna dubitatio*, satis supra satisfecimus, ibi videto. Ad tertium *de textu in l. Tertia* §. *Si in plures D. si cui plusquã per legem Falc.* omissis alijs intellectibus, dicẽdum 124.
est, textũ illum nõ agere de legato cõditionali, quale est legatũ annuũ; quod pro primo anno est purum, pro sequentibus vero cõditionale, quia semper subintelligitur conditio, si legatarius vixerit, *leg.* 1. §. *Si in annos singulos* §. *Si cohæredem D. ad l. Falc. l. Si in singulos* 4. *D. annuis legat. l. In singulos* 8. *vers. illud D. eod.*

leg. *Cum in annos singulos* 11. *eode tit.* leg. *Cum in annos* 1. *D. quando dies legati*, adnotat *Castillo de vsufr. cap.* 8. *num.* 3. *Couarru. variarum. cap.* 9. *num.* 10. *Madeira animaduers. iuris. cap.* 19. *Aureolus lib.* 2. *sentent. cap.* 26. *Surdus cons.* 123. *numer.* 5. *Peregrin. lib.* 2. *consilio* 81. *num.* 1. *Cuiacius ad l.* 1. *C. quando dies legati cedit*, & 13. *responsor. Papiniani, super l. Quod de bonis* §. *Idcirco D. ad l. Falcidiam Gothofred. ad dict. l. Quod de bonis* §. *Non idcirco litera. Q. D. ad legem Falcidiam*, sed loquitur de legato relicto ad certos, & determinatos annos, quo casu non resultat legatum annuum conditionale, sed potius in diem, & huius legati semel tantum, non vero per diuersa tempora cedit dies, neque pro annis solutionis subintelligitur conditio, si legatarius vixerit, quia testator ex onerandi hæredis gratia solutionē legati per plures annos diuisit, & ideo licet legatarius moriatur trāsmittit legatum, *leg. Si cum præfinitione* 20. *in principio, versiculo, si vero, leg. Firmio Eliodoro* §. *Pater D. quando dies legati cedit*, quemadmodum etiam si legatum relictum sit annua, bima, trima die, quo casu non tria legata sed vnum tantum tamē diuisum in tres solutiones reliquit testator, *leg.* 3. *in principio D. de annuis legatis*, & ideo semel cedit dies ipsius legati, *leg.* Neque *semel* 12. *ad finem versiculo, nisi forte, D. quando dies legati cedit*, quia dilatio non imposita est legato, sed solutioni fauore hæredis; prout fieri in dubio cēsetur, *iuxta textum in l. Legata in viliter D. de legatis primo*, ibi *sed vt die vilibus prorogaret, l. Talis scriptura in principio*, ibi, *ex hac adiectione prorogabitur D. eode tit.* nio, exornat *Couar. lib.* 2. *variar. cap.* 11. *numer.* 5. *Goueani. lib.* 2. *var. cap.* 28. & ex eademmet litera *d.* §. *Si in plures*, apertius constat de veritate huius rei, ibi (*quod in diem legatum est*) & ibi (*ante diem venientem*) *iuncto versiculo, nam si conditio*, ibi (*si autem dies super est, iam hic inter capedinis temporis habitatione, atque æstimatione, sic de Falcidia disputabimus*, cum ergo, *in dict.* §. *Si in plures*, agatur de legato in diem, non autem de legato conditionali statim fiet imputatio Falcidiæ, vt statim latius dicemus, si autem ageret de legato cōditionali diuersam scriberet Vlpianus decisionem, vt supra comprobamus.

Constat ex supradictis verisimā esse nostram resolutionē, dum ait propter legata conditionalia detineri Falcidiam in suspenso, remq; cautionibus temperandam, Contrarium tamen resoluendum est, 125. si legata ad diem soluenda relinquantur, tūc Falcidia minime suspendetur, sed legata statim subijcientur Falcidiæ, æstimanda secundum æstimationem præsentem deducto inter vsuria medij temporis, quod hæres habituus esset, si legata ipsa sic relicta propter Falcidiam non soluerentur legatarijs statim, vt probatur manifeste *ex textu*

in d.l. 3. §. Si in plures D. si cui plus quam per legem Falcidiam, dict. l. In quantitate. 73. §. Magna dubitatio, versicul. in diem D. ad legem Falcidiā, deducitur autem commodum medij temporis, quia tanto minus ex bonis defuncti erogari videtur, quantum ex fructibus legati in diē relicti hæres percipere potuisset; Nec in hoc cassus res per stipulationem prætoriam temperanda est, notant scribentes communiter *ad dict. §. Magna dubitatio, vt per Immol, ibi in principio, Paul. ibid. Alexand. 3.*

Nec contra hanc resolutionem obstat textus *in dict. §. Si in plures in fine,* ibi (*& committi stipulationem dicemus*) vbi loquitur de legato in diē 126. vt supra expendimus, & tamen ait cōmitti stipulationem quasi de notet stipulationem illius tituli, etiam in legatis ad diem relictis locū sibi vendicare, quia occurrit obiectioni *Accursius ibi, verbo, dies, quem sequitur Goueanus in l. 1. §. Si in annos versicul. sub conditione D. ad leg. Falcidiā* aduertendo, in verbis præcedentibus, *d. §. penult.* duplicem esse casū, primum, de legato cōditionali, ibi (*nam si conditio in mora est expectabimus conditionem, quoad existat,*) tunc mutat casum ad legatum relictum in diē, ibi (*si autem dies super est, &c.*) & verba illa vltima supra relata, nō sunt referenda ad legata in diem vltra relicta, de quibus *in d. versiculo si autem,* sed potius referenda ad legata conditionalia, de quibus, *in versiculo, nam si conditio,* in quibus habet locum cautio prætoria illius tituli, & quæ faciunt stare in suspenso Falcidiam, donec conditio impleatur, ipsa vero impleta, committitur stipulatio, vt scilicet legatarij reddant hęredi illud, quod pro rata detrahendum erat per Falcidiā ex legatis.

Ex prædicta resolutione infert *Cuiacius lib. 13. responsorum Papiniani super l. Quod de bonis. 15. §. Non id circo D. ad legem Falcidiam colum. 2.* intellectum ad textum *in l. Pœnales 32. §. annua D. ad leg. Falcidiam,* dū 127. Martianus ibidem constituit, quod si alicui legentur centum annua, bima, trima die, Falcidia detrahi debet ex omnibus summis non solū posterioribus, sed etiam priobus, cuius rationem ponit in eo, quia hoc legatum non est conditionale, sed ad diem certam relictum tribus æqualibus pēsionibus per soluendum, vt constat *ex l. 3. D. de annuis legatis,* nec est legatum annuū, cuius conditio cedit a die cuiusque anni, sed potius est legatum vnicum, cuius dies cedit a morte testatoris, & ideo licet legatarius moriatur ante solutiones omnes sibi factas, nihilominus transmittit futuras ad hæredes, *dict. §. Magna, versiculo, in diem relicta, vbi Alexand. num. 3.* & ideo cum sit legatum certum, statim subijcitur legi Falcidiæ, non solum quoad posteriores, sed etiam quoad priores pēsiones.

Nec con-

Nec contrarium probat textus *inl. Lex Falcidia 47. D. ad l. Falci-*
128. *diam*, vbi Vlpianus fatetur legem Falcidiam non habere locum in prædictis legatis, nisi si ex post facto appareat ipsam non esse admittendam à principio, sed ex post facto, quasi debeat Falcidia stare in suspenso, & res componenda sub cautionibus, donec vltima solutio fiat, ex qua appareat sit nę locus Falcidiæ, vel non, ad quod etiam conducit *textus in d. leg. Quod de bonis* §. *Non id circo, & l.* 1. §. *Si in annos D. eodem*, vbi expresse desideratur cautio in legatis annuis, vtpote conditionalibus, vt ibi præter antiquiores notat *Goueanus noster*. Quia respondemus faciendam esse maximam differentiam, inter legatum relictum annua, bima, trima die, quod non est conditionale, vt supra notauimus, & inter legatum annuum, quod conditionale est, pro quolibet anno, nec dies illius semel tantum cedit, sed per quemlibet annum, *l.* 4. *D. de annuis legat. leg. Neque semel D. quando dies, &c.* prout cedit in priori, & ideo primum, de quo *d.* §. *Annua*, statim subijcitur legi Falcidiæ, nec illam detinet in suspenso, *in d.* §. *Annua*, cuius hic est verus sensus. Secundum vero, de quo agitur *in d. l. Lex Falcidia* 47. non statim subijcitur legi Falcidiæ, sed pendet ex euentu annorum futurorum: Nam si pro primis annis non habuerit locum Falcidia, & habuerit pro sequentibus, detrahetur pro omnibus ex postfacto, prout fieri solet in alijs legatis conditionalibus, quorum conditio adhuc pendet, vt probatur *ex d. l. In lege Falcidia* 45. *supra eodem titulo*, & quæ supra diximus, & expresse probat *d.* §. *Si in plures l.* 3. *D. si cui plusquam per legem Falcidiam, &c.* ibi (*nam si conditionem moram est expectabimus conditionem quod existat*) similiter fit in legatis annuis, quę sunt conditionalia ad imponendam rationem Falcidiæ, expectabimus annum illum, cuius aduentu appareat Falcidiæ esse locum, & testatorem vltra dodrantem legasse, & ita ex prioribus pensionibus nihil detrahitur, sed ex pensione vltimi anni, per quam aperta est via ad legem Falcidiam, facta scilicet, contributione seu cōmistione omnium pensionum, seu legatorum, & ita est declaranda, *d. l. ex Falcidia* 47. *D. ad legem Falcidiam*, ibi (*euenit vt retro omnia legata singulorū annorum minuantur*,) & ita intelligendus est *textus in d.* §. *Non idcirco & in d.* §. *Si in annos*, *Gouean. in d.* §. *Non idcirco*, *Cuiacius*, *qui optime explicat ibidem*, ita vt licet in prioribus annis nihil hæres detraxerit, tamę ex vltima pensione retinebit pro rata omnium præcedentiū, sic alias fieri videmus, quod si testator alicui leget plures res, si hæres quasdam soluerit nō deducta Falcidia, poterit ex reliquis, quas non dum soluit plenam pro omnibus Falcidiam retinere, vt docet *Scæuola in l.*

Si ex pluribus 16. *D. Ad legem Falcidiam, d.* §. *Non idcirco*, ſicuti etiam ex vna relegata, ſi pro parte fuerit ſoluta, ex reliqua poteſt Falcidia redintegrari, *dict. l. Si ex pluribus in* 2. *part. Cuiacius in d.* §. *Non idcirco.*

Dubium tamen quam maximū eſt inter ſcribentes an deciſio *d. l. Si ex pluribus*, poſsit procedere *poſt Authenticam ſed cum teſtator Cod. ad legem Falcidiam in 2. part.* vbi de nouo conſtitutum eſt, quod ſi hæres ſoluat aliqua legata relicta alicui, & poſtea ex alijs nō ſolutis velit detrahere Falcidiam, hoc efficere nō poſsit, *iuncto corpore, vnde ſumitur, in Authentico de hæred. & Falcid.* §. *Non autem collat.* 1. verba *dictæ Authenticæ* ita ſe habent (*etiamſi hæres*
129. *quædam legata ſubſtantiæ ſuæ menſuram ſubtiliter agnoſcens, præſtet in ſolidum; neque ex alijs permittitur retentio, niſi inopinatum quid emergat*) cū ergo Imperator iubeat omnia legata ſolui integre per hæredē, qui à principio illa integra ſoluere incepit, abſque deductione Falcidiæ, iam deciſio, *d. l. Si ex pluribus*, & *d.* §. *Non idcirco*, ſtare non poſſunt, dū contrarium determinant, & ita tenuit *Accurſius, verbo, emergat, in d. Authentica ſed cum teſtator*, *Paulus*, & *communis, in d.* §. *Non idcirco*, ſequitur *Gothofred. ſub litera. P. ibidem.* Sed verior eſt contraria ſententia quod ſcilicet etiam hodie procedat deciſio *d.* §. *Si ex pluribus*, & *d.* §. *Non idcirco*: Nā caſus diuerſiſsimus eſt, vt patet, quia *textus in d.* §. *Non autem*, & *d. Authentica*, loquitur, quādo hæres ſciens, & prudens vires patrimonij, & legata pluribus deberi, ſequendo voluntatem defuncti aliquibus integra legata perſoluit, tunc inquit Imperator, cum iā aprobauerit voluntatem defuncti, integra legata prioribus legatarijs perſoluendo, ita etiam teneatur integra alijs perſoluere, quia cum ſemel circa priora approbauerit, amplius diſplicere non conuenit, in quo verum eſt correctū eſſe ius antiquum, de quo *in l. In imponenda. 6. in fine, verſiculo, nec ſi quid C. ad legem Falcidiam*, vbi ſi hæres, qui retentionem Falcidiæ habebat, aliquibus legatarijs legata non defalcata præſtat, ſibi quoad reliquos nō præiudicabat quominus, pro rata Falcidiam detrahere poſsit, quod ius emendatum eſt *per dict.* §. *Non autem, d. Authenticam, ſed cum teſtator*, at vero quoad aliū caſum quando hæres teneretur ſoluere eidem legatario plura legata, ſi vnum, vel duo perſoluat integra, vel partem vnius, adhuc hodie poteſt de reliquis totam Falcidiā retinere, prout olim poterat, non obſtante Imperatoris *deciſione, de qua in d.* §. *Non autem, & in d. Authent. ſed cum teſtator in 2. part.* ac proinde minime correcta dici poſſunt, *d. l. Si ex pluribus, d.* §. *Non idcirco*, quā interpræ-tationē ſentit *idē Accurſius in ſcholio vlt. ad d l. Si ex pluribus*, cuius mētem apertius oſtendit, & ſequitur *Cuiac. ſup. cit. loco ad d.* §. *Nō idcirco.*

Aduer-

Aduertendum tamen duxi, in
130. specie *d.l. Si ex pluribus & d.§. Non idcirco*, magnam considerari differentiam inter legatū speciei, & inter legatum quantitatis; Nam si legatæ sint species, & hæres aliquas persoluat, non potest fieri resecatio totius Falcidiæ in cæteris non solutis, nisi per retentionem, opposita scilicet, doli exceptione, patet *ex d. l. Si ex pluribus*, ibi (*per doli exceptionem retinere potest.*) At vero si legata fuerint quantitatis, siue sint annua, siue non, semper ex parte non soluta, ipso iure tota pars hæredis retineri potest, vt colligitur *ex d. l. lex Falcidia 47. ibi* (*vt retro omnia legata singulorum annorū minuantur*) rationē differētiæ assignare possumus, quia, si quādo plures res legātur, ex vna posset hæres plenā Falcidiam deducere ipso iure, resultaret quam maximum inconueniēs, videlicet, si Falcidia compleret pro omnibus legatis fundum, vel domum, & legatarij interfit fundum habere in patrimonio, sequeretur, quod illo careret, admissa compensatione ipso iure, quæ de specie ad speciem non admittitur, *iuxta leg. vlt. C. compensationibus, Barbosa in l. Diuortio §. Ob donationes D. solut. matrimon. num. 5. in principio, & omnino num. 12. Castillo tom. 4. cap. 40. à nu. 69. cum sequentibus*, & ideo merito Scæuola declarat, quod hæres in hoc casu, non ipso iure, sed per retētionem debet petere ab hærede, opposita exceptione doli mali, vt sibi totam Falcidiam redintegret, alias, si hæres non soluat, opposita exceptione doli, retinebit ex legato non dum soluto totum, quod sibi per Falcidiam debetur; In legato vero quantitatis diuersum procedit, quia in hoc, ipso iure admittitur resecatio, vt probat *textus expressus in l. Lineam 26. l. Plautius D. ad legem Falcidiam Peregrin. artic. 47 num. 42.* ita communiter notant Doctores *ad d.l. Si ex pluribus*, vbi *Alexander. num. 2.*

Ex supra dictis notandum est, quod legata pura, & annua conueniunt in eo, quod si concurrant cū alijs legatis conditionalibus, sub eadem forma persoluentur: Nam 131.
legata pura præstantur, data cautione de restituendo illud plus, quod supra Falcidiam persoluitur, vt cōstat *ex l. 1. §. Iulianus, & per totum D. si cui plusquam per legem Falcidiā, l. 1. §. Si in annos, l. In quantitate §. Magna versiculo, sed si legata, D. ad legem Falcidiam*, ita similiter, si legata annua alicuius quantitatis relinquantur, priorum annorum pensiones soluuntur sub prædicta cautione, *l. 1. §. Si in annos, d. l. Quod de bonis §. Non idcirco D. ad legem Falcidiam, iunct. d.l. Lex Falcidia 47. D. eodem. titul. Gouean. & Cuiacius ind. §. Non idcirco*, ex ea ratione, quia dies horum legatorum cedit, viuēte legatario, & iam eodem modo debentur, ac si essent pura, & cū ex futuris annis pendeat conditio, dotēnetur Falcidia in suspenso, donec

implea-

impleatur, vt fiat locus legi Falcidiæ, & legatarius virtute cautionis pro omnibus legatarijs cogatur resarcire hæredi suam partem.

Verum hæc resolutio, quæ ex supradictis colligitur videtur maxime destrui *ex textu difficillimo ad propositum in l. Cum Titio, 55. D. ad l. Falcidiam*, vbi Marcellus expresse 132. decidit in eisdem terminis, quod si relinquatur legatum annuum, & agatur de introducenda lege Falcidia, non sunt præstanda priora legata sub cautione illa *tituli, si cui plusquam per legem Falcidiam licuerit legetur*, sed aliam viam multum diuersam sequẽdam esse, scilicet, debet æstimari, quantum viuere possit legatarius, consideratа incertitudine vitæ, vt tantum legatum dicatur, quantum vendi potest æstimatio illa annua, mortuo vero legatario, æstimari debet quod ex prædicta causa ab hærede debetur; qui textus iterum videtur renouare antiquorum opinionem, cuius autor fuit *Proculus in dict. l. In lege Falcidia*, & nos latius supra diximus, & in totum confundit resolutionem *textus in d. l. Lex Falcid.* 47. dum probat, pro legatis annuis nõ esse faciendam æstimationem pro vita legatarij, sed potius priores pẽsiones integras soluendas esse sub cautione prætoria, & ex posteriore in totum detrahẽdam Falcidiam, at vero *d. l. Cum Titio*, nullam cautionem admittit, sed iubet æstimationem pro incertitudine vitæ legatarij faciendam esse, cum æqualiter agat de legato conditionali, cuius dies in initio cuiuslibet anni cedit, *d. l. 4. l. Si in singulos D. de annuis legatis*, quasi insinuet Marcellus legata conditionalia statim subijcienda esse legi Falcidiæ, quam difficultatem præsensit *glossa, verbo, victurus, in d. l. Cum Titio*, & sex responsiones assignat quarum neutra admitti potest, vt si legas, & consideres, facile apprehẽdes, vltra quas communis Doctorum torrens di- 133. stinguit inter legata conditionalia, quorum dies, non semel tãtum, sed per singulos annos cedit, qualia sunt legata annua, vt cõstat *ex Immola ibid. & Alexand. num. 2. ante finem super glossa*, ita vt legatũ conditionale, quorum dies quotannis cedit, statim facta æstimatione, quanti vendi possit, subijciatur legi Falcidiæ, In alijs vero contrarium sit dicendum, ponunt Doctores rationem differentiæ in eo, quia in legatis conditionalibus, quorum dies semel cedit, lex nihil præsumit circa adimplementum cõditionis, vel defectum ipsius, & ideo semper stant sub euentu fortunæ, qui nõ potest æstimari, & ideo non potest subijci Falcidiæ: vt vero species legati conditionalis, cuius dies quotannis cedit, habet pro se iuris præsumptionem, secundum quam quis præsumitur viuere vsq; ad centum annos, *iuxta l. vlt. C. de sacros. Menoch. de præsupt. lib. 6. præsumptione 49. num. 9. late Sanches de Matrim.*

Matrim. lib. 2. disp. 46. num. 1. Pereg. de fideicommiss. artic. 43. num. 44. Et ideo cum legatum hoc annuum secundum hanc vitæ legatarij præsumptionem possit æstimari, merito statim æstimatur, secundū præsentem statum, & computatur in Falcidia, *ita ex Angelo, & alijs sequuntur Paulus in d. l. Cum Titio,* refert *Alexand. ibidem num. 2. qui cum Immola, Rayner. & alys ibidē,* distinctionem communem sequuntur, licet rationem differentiæ ponant in alio, vt videre est apud ipsos.

Sed hæc communis opinio, & eius distinctio difficultatem non
134. tollit, imo fortiorem reddit: nam Doctores, qui admittunt legata cōditionalia non æstimari statim, sed detinere Falcidiam in suspenso, quoad legata pura, quæ sub cautione præstantur, necessario, & inuiti admittere debent, idem dicendum in legatis annuis, quia verè conditionalia sunt, *iuxta d. l. 4. D. de annuis legat. l. Si singulos D. eodem titul.* Deinde quia *textus in leg. 1. §. Si in annos D. ad leg. Falcidiam, d. l. Lex Falcidia.* 47. loquuntur de legatis annuis conditionalibus, & tamen expressè decidunt priorum annorū solutiones faciendas esse sub cautione prætoria, & ex vltima solutione, per quam fit locus Falcidiæ, detrahendam esse totam quantitatem, quod nullo modo adaptari potest legato conditionali, cuius dies semel venit, nec in hoc casu iura illa admittunt æstimationem totius legati. Denique, quia distinctio illa communis reincidit cum opinione *Proculi,* quæ reprobata est per alios Iureconsultos, vt constat *ex l. Ix lege Falcidia* 45. *D. ad legem Falcidiam d. l. In quantitate,* §. *Magna dubitatio,* & nos late supra diximus. Nec tertio loco admitendam dico solutionem *Bart. d. l. Cum Titio, opposit. prima,* qui *cum glossa in dict. l. Lex Falcidia si interuenerit, Raynerio, Dyno, Oldrad.* tenet faciendam 135.
esse distinctionem, inter eum casum, quo æstimatio fit inter hæredem, & alios legatarios, & inter alterum casum, quo fit inter hæredē, & legatarium, cui annuum legatū relictum est, ita vt quando estimatio, seu computatio facienda est inter hæredem, & alios legatarios, æstimatio fiat de præsenti, pro illo, quo venire potest, & sic intelligatur *dict. l. Cum Titio, ibi (& iudex legis Falcidiæ rationem inter hæredem, & alios legatarios habeat)* quasi aliud sit dicendum, quando fit computatio inter hæredem, & ipsum legatarium, cui legatum annuum relictum est, quo casu intelligunt prædicti auctores *textū in d. l. Lex Falcidia si interueniat,* nam cōputatio, & æstimatio, de qua in dictis iuribus æqualiter in vno, ac in altero casu procedit, vt statim constabit, & ideo inepta est *Bartoli, & antiquorum* distinctio. Omittendam etiā dico solutionem *Alex. in d. l. Cum Titio in principio,* dum existimat casum *d. l. Cum Titio* esse explicādum

per ca-

per casum, *dict. l. Lex Falcidia* 47. cum totum oppositum decidatur in vtroque.

Pro cõciliatione huius cõtrarietatis,distinguẽdum existimo inter eum casum,quo constat ex multi-
136. tudine legatorum, quæ pure, vel etiam in diem in eodem testamento relinquntur, vt necessarium nõ sit expectare conditionem legati cõditionalis, vel annui, ad effectũ, vt Falcidia deducatur, quia etiam sine tali legato annuo, vel conditionali à principio locum habet, & inter alterum casum, quo propter legata pura non est locus Falcidiæ sed expectatur adimplementũ conditionis, vel aduentus diei, in legatis conditionalibus, vel annuis, vt omnibus cõmixtim computatis, Falcidia locum habeat. In primo casu legata annua æstimantur quãto vendi possunt, secundum præsentem statum, & de tali æstimatione detrahetur pro rata, quarta Falcidia,quod cedit in commodũ aliorum legatariorum, ne ipsi patiantur maiorem detractionem, si hæc legata conditionalia nõ essent æstimanda,& hic est genuinus sensus,& casus *dict. leg. Cum Titio*. 55. Nec in hoc casu vtẽdum est aliqua cautione prætoria,quia cum detraheretur Falcidia,necessaria fuit æstimatio legati annui,vel conditionalis,vt pro æquali portione deduceretur de legatis pure relictis. In secundo vero casu,cum à principio ex legatis puris non esset detrahẽda Falcidia, sed necessariũ fuit expectare existentiam cõditionis legati conditionalis, vel aduentum vltimæ solutionis introducatur lex Falcidia, tunc solutio priorum legatorum, seu annorum præstatur sub cautione prætoria,*d.l. Lex Falcidia si interuenerit* 47. cuius hic est intimus sensus,quia ratio legis Falcidiæ,cum in hoc casu dependeat à futuro euentu,detinetur in suspẽso,donec conditio impleatur, per quam possit Falcidia introduci. Rationem differentiæ poterit curiosus lector colligere ex eo, quia primo casu,iam propter legata pura Falcidia admittenda est, & ideo necessario facienda est computatio legati annui,licet sit conditionale, & sit in certum quanto tempore victurus sit legatarius,nam cũ Falcidia solũmodo detineatur in suspenso, quando pendet ex futuro euentu,an propter legatum conditionale sit elargitum a testatore vltra dodrantem,sequitur,quod quãdo habito respectu, ad legata pura iam Falcidia habet locum,non est cur ipsa detineatur in suspenso, sed potius æstimetur legatum annuum conditionale,quanti vendi possint vt tantum deducatur ratione Falcidiæ, habito respetu ad æstimationem qua vendi possit,docet textus optimus in hoc casu,*in l.* 3. §. 1. *D. si cui plusquam per legem Falcidiam*, ibi (*cum certum sit legem Falcidiam locum habere, non stipulationi, sed computationi locum esse*) *& in versiculo, quoties,*

quoties, ibi (& palam fit ante diem venientem Falcidiam iam locum habere, ante diem venientem, totics computatio eius fit:) vnde si à principio ex computatione legatorum, quæ pure in eodem testamento relicta sunt, cõstat Falcidiam esse practicandam, fit æstimatio legati conditionalis, & annui, vt palam fit, quantum detrahendum sit pro rata ex omnibus, *dict. leg. Cum Titio* 55. In secundo vero casu quando necesse est, vt expectetur conditio legati conditionalis, vel dies legati annui, vt computato etiam legato conditionali, practicanda sit Falcidia, tunc quia incertum est, quanto tempore legatarius victurus est, expectatur conditio, & annus ille, seu dies soluendæ pensionis, per quam admittenda est Falcidia, & ideo priora legata soluuntur sub cautione prætoria, quia cum lex Falcidia interim sit in suspenso, si postea veniat casus, quo ipsa sit admittenda, hæres securus sit suæ portionis, & ideo in hoc secundo casu, non æstimatur legatum annuum, vt colligitur *ex verbis, dict.* §. 1. *versiculo, quoties,* ibi (*nam si conditio in mora est, expectabimus conditionem quoad existat*) *vt supra* tetigimus, & ideo legatum annuum quoad hanc computationem, sequitur naturam legati conditionalis, constat *ex dict. leg. Lex Falcidia* 47. *in principio D. ad legem Falcidiã,* quia vtrunque, conditione pendente, non æstimatur, sed datur remedium cautionis prætoriæ: si autem ex decursu temporis post multiplicatas solutiones annuales, vel ex conditione adimpleta aperiatur locus legi Falcidiæ, tunc ex 137.
omnibus, vt supra diximus pro rata defalcandum est, vt aperte demonstrat Vlpianus, *in dict. l. Lex Falcidia, ibi (sed hoc ex post facto apparebit, vt puta in annos singulos legatum relictum est, quandiu Falcidia nondum locum habet, integræ pensiones annuæ dabuntur,) iunctis verbis sequentibus,* ibi *sed si annus venerit, quo fit, vt contra legem Falcidiam vltra dodrantem aliquid debeatur, &c.* Ex quibus constat à principio non habuisse locum legem Falcidiam, sed ex post facto decursu præstationum annalium, ipsa introducatur, & ideo, a principio non est locus cõputationi, seu æstimationi; per contrarium vero, in terminis *dict. leg. Cum Titio, à principio,* Falcidia locum obtinet, & necessaria fuit æstimatio legati annui, vt veniret ad computationem Falcidiæ, pro illa æstimatione qua saltem vendi posset, *iuxta supradicta.*

Ex quibus colligitur limitatio *ad textum in dict. l. Lege Falcidia* 45. *D. ad leg. Falcid.* dum Paulus ibi decidit legata annua, & conditionalia non esse computanda inter 138.
cætera legata, vt fiat computatio legis Falcidiæ, sed potius ipsam legem Falcidiam detineri in suspenso, donec conditio impleatur, vel

tur, vel dies plurimarum ſolutionum annualium veniat, vt ipſi fiat locus, ne ſcilicet hæc reſolutio procedat, quando à principio conſtiterit locum eſſe legi Falcidiæ, propter multitudinem legatorum pure, vel in diem certam relictorum, per quæ dodrans exceditur, per teſtatorem; nam tunc cum conſtet Falcidiam eſſe deducendam, facienda eſt computatio legati conditionalis, vel annui, pro illa quantitate, qua vendi poteſt, vt decidit *Marcellus in dict. leg. Cum Titio D. ad l. Falcidiam, & Vlpianus in dict. l. 3. §. Si in plures D. ſi cui pluſquam per legem falcidiam, &cæt.* quibus iuribus ſcribitur prædicta limitatio ad ſupradicta, proſequitur ſubtiliter vt ſolet de more *Goueanus in d. leg. In lege Falcidia à principio*; Vnde nulla facienda eſt diſtinctio, inter legata conditionalia, & legata annua, quoad intentum, vtraque enim conditionalia ſunt, & ideo ſi conſtiterit legem Falcidiam ſtatim à principio locum habere, æſtimari debent, quanti vendi poterunt, ſecundum prædictam æſtimationem facienda eſt computatio, *dict. leg. Cum Titio*, quæ in vtroque legato procedit, vt patet, & videtur confirmari *ex dict. §. Magna dubitatio, dict. leg. In quantitate*, ibi, (*ſed ſi legata, quædam pure quædam ſub conditione relicta efficiant, vt exiſtente conditione, lex Falcidia locum habeat, pura legata ſub cautione reddantur*) ex quibus verbis aperte colligitur, legata conditionalia tunc præſtanda eſſe ſub cautione, quando à principio lex Falcidia habuerit locum, ſed eſt expectanda dies, vel conditio legatorum conditionalium, vt practicetur Falcidia, ſic à contrario ſupponens legata conditionalia ſtatim computanda eſſe, ſi conſtet à principio, Falcidiam eſſe introducendã, propter multitudinem legatorum purè relictorum, ita *Goueanus vbi proxime.*

139.

Magna tamen inter ſcribentes eſt controuerſia, an huiuſmodi legata conditionalia, vel annua, quæ æſtimata computatur vt ſupra diximus, ſint ſtatim ſoluenda legatario, ac ſi purificata eſſent, per aduentum conditionis, vel ceſſionem diei, an vero adhuc ſolutio differenda ſit donec conditio, vel dies adueniat, in qua quæſtione *Paulus de Caſtro d. leg. Cum Titio, & communis, vt per Immol. Alex. ibidem*, tenet quod quãuis legatum annuum æſtimetur modo, de quo ibi, tamẽ illa æſtimatio nõ fit ad alium effectum niſi, vt Falcidia detrahatur de cæteris legatis puris, non autem de æſtimatione legati conditionalis, quia ante quam æſtimatio legatorum annualiũ fieret, *iuxta terminis d. l. Cũ Titio*, Falcidia detinebatur in ſuſpẽſo, & legata pura ſoluebãtur ſolum modo ſub cautione prætoria, ſed Falcidia non derrahebatur, nec etiam ex ipſis legatis puris, quia incertum erat, quãdiu victurus erat legatarius, ſeu quantas

140.

penſiones

pensiones soluere posset hæres, ad vitandam igitur præictã in certitudinem, lex inuenit hoc medium, vt æstimaretur legatum annuum, & censeatur tantum legatũ à testatore, quanti spes illa vendi, & æstimari possit, qua facta æstimatione, reducitur hoc legatum annuum ad certam quantitatem legatam, quæ insimul iuncta, & contributa cum reliquis legatis puris, facit, vt ex reliquis detrahatur pars Falcidiæ, nõ tamen ex ipso legato annuo, quia cum adhuc incertum sit, an debeatur, diminui non potest per Falcidiam, in præiudicium hæredis, qui interim dum dies, vel conditio nõ aduenit, dominus est rei legatæ, *l.* 1. §. *Sin autem D. ad syllanianum, leg. Non ideo minus D. de hæredibus Instit. Caldas for. quæst.* 27. *à principio, & quæst.* 39. *Barbos. leg. Si constante in principio numer.* 20. *de soluto matrimonio, Ægidius leg. Ex hoc iure* 2. *tom. cap.* 11. *conuen.* 7. *Cardoso de Iure acres. illatione* 17. *num.* 11. *Fab. de coniectur. lib.* 15. *cap.* 6. Nec hæres præstare cogitur legata conditionalia, ante diem legati cedentẽ, *leg.* 1. §. *Dies incertus D. de condition. & demonstrat. l. Cedere diem cum vulg. D. de verborum signific. l. Imperator, per locum ab speciali D. ad Trebellian.* Ita apertè supponit *Castrensis Falcidiam* nõ deduci ex legato annuo, & conditionali sic æstimato, quia scilicet, tale legatum non debet restitui per hæredem antequam dies veniat.

Secũdo facit pro opinione *Pauli, & communis*, vltra illa, quæ expendimus, scilicet, legata cõditionalia non esse restituenda per hæredem ante aduentum cõditionis, *dict. leg.* 1. §. *Sin autem D. ad syllanianum, dict. leg. Cedere diem cum vulgaribus, de verborum significatione*, quia hæres grauatus legato annuo, solum modo cogitur per singulos annos legatam quantitatem præstare, atqui, si facta æstimatione, cogeretur statim plares futuras pensiones annuas persoluere, iam grauatur soluere plus tempore, contra mentem testatoris, & contra regulam §. *Plus Instit. de actionibus, leg.* 1. *in fine D. quando dies vsusfructus legati cedat, Barbosa in l.* 2. *Cod. præscript.* 30. *num.* 138. maxime, cum legata annua habeant illam tacitam conditionem, si legatarius viuat, *dict. l.* 4. *leg. In singulos D. de annuis legatis*, ita vt, si decedat legatarius, futuras pensiones non transmittat ad hæredes, ex quibus videtur insurgere iniustitia contra hæredem, si cogeretur restituere prædicta legata annua, vel cõditionalia, ante adimplementũ conditionis, cum possit conditio deficere, & ipse liberetur ipso iure, vel saltem, tardius debeat. Deniq; aliud absurdum sequitur, quod hæres, qui verbi gratia, grauatus est soluere speciem, præstet æstimationem inuito creditore, contra notissimam *regulam leg.* 2. §. 1. *D. si certũ petatur, de qua late Castill. tom.* 4.

cap. 10. *num.* 48. *Ioannes Baptista Azimus tractat. de Execut.* §. 7. *cap.* 128. *& sequentibus.*

Ex quibus infert *idem Paulus*, quod si postea deficiat cōditio, ita vt hæres non teneatur legata contionalia, vel annua præstare, teneatur ipse hæres reficere legatarijs, quibus legata pure fuere relicta illud, quod ratione legati conditionalis, plus per Falcidiam detraxit, nam certum est in iure, quod si hæres plus detraxit ex legatis, postea teneatur restituere, *iuxta leg. Sed si non seruus* 36. §. *final. D. Ad legem Falcidiam* legendo verba illa, (*Falcidia admittenda est*) affirmatiuè, vt delegato conditionalis libertatis sua pars ratione Falcidiæ pro parte detrahatur, ita vt, si adueniat conditio, reddat hæres illud, quod plus ratione Falcidiæ detraxit, ita similiter argumentatur *Paulus* circa æstimationem legatorum, quæ ad annos relinquuntur, vt derrahatur Falcidia de alijs puris, ita vt si deficiat conditio, iterum restituatur plus, quod hæres cæpit ex illis.

142.

141

Contra Paulum tamen faciunt omnia supra per nos resoluta, circa intellectum *dict. leg. Cum Titio*, vbi firmauimus *in terminis dict. l. Cum Titio*, legem Falcidiam habere locum, facta sola contributione legatorum, quæ pure in eodem testamento fuerint relicta, & æstimationem legati conditionalis, seu annui solummodo ibi considerari quo ad quotam, & quantitatem maiorem, vel minorem, quæ ex ipsis legatis puris detrahenda erat, computato etiam legato conditionali, vel annuo. Deinde contra *Paulum* facit, quia quotiescunque Falcidia in suspenso detinetur, hæc suspensio fit æqualiter, quoad omnia legata, tam pura, quam conditionalia, nec aliqua interim defalcantur, vt probat manifeste *textus in l. In quantitate* 73. §. *Magna, D. legem Falcidiam. leg.* 1. §. *Iulianus: D. si cui plusquam per legem, &c.* Et è conuerso quotiescunque Falcidia non suspenditur, sed potius admittitur ex omnibus legatis detrahitur, ideoque *Marcellus in dict. leg. Cum Titio*, decidit legatum annuū æstimandum esse, vt statim ex illa quantitate, & æstimatione detraheretur Falcidia, prout quando *Proculus Iureconsultus*, de quo supra existimauit, legata conditionalia æstimanda esse, fuit solummodo ad illum effectum, vt statim subijcerentur legi Falcidiæ, vt constat ex reprobatione, *Pauli, de qua in dict. leg. In lege Falcidia* 45. *D. ad legem Falcidiam.* Ita dicendum est assertiue quod quando propter multitudinem pure relictorum, vel in diem certam, iam certum est legē Falcidiam practicādam esse, & statim ex omnibus legatis pro rata diminuendum esse. Iureconsulti viā excogitarunt, per quam, etiam legata conditionalia, & annua ad certam summā, & quantitate reducerentur,

143.

terentur, vt tanquam certa, & pura statim computarentur cum cæteris, & ex illis etiam Falcidia deduceretur, & cum nulla melior via ad inueniri possit, circa legata annua, & conditionalia, quam ut æstimarentur, tanti, quanti vendi poterant, in illo casu solummodo, quãdo à principio constat legem Falcidiam locum habere, propter alia legata pura, quæ in eodem testamento dodrantem excedebat; vnde necessario fatendum est, non bene sensisse *Paulum supra*, dum aliud sequitur iter, quod tutum nõ est, sed potius a veritate deuium, dum *Paulus* dicebat ex legatis conditionalibus, non defalcari ratam Falcidiæ statim, cum hucusque extensum sit, ex ipsis sicut ex puris detrahendã esse; Conuincitur etiã quia ipse intendebat legata hæc conditionalia non esse, quantumuis æstimata, legatarijs restituendæ, dum non venit conditio, cum tamen contrarium firmandum sit, quod in hoc casu post factam æstimationem, & defalcationem Falcidiæ pro rata, soluenda est æstimatio legatario, ac si conditio scripta non esset, & quanuis Doctores hoc non scribant, tamen ex mente *ipsius legis cum Titio*, deprehenditur: Nam si Iure Consultus iubet, vt Falcidia detrahatur ex illa æstimatione, necessario in consequentiam iubere debet, vt tale legatum soluatur legatario, etiam ante aduentum conditionis, frustra enim sine obligatione restituendi; permitteretur hæredi inducere Falcidiam.

Neq; obstant quæ pro cõmuni sententia *Pauli*, supra considerauimus, quia ad primum satisfit, dicendo legatum conditionale, seu annuum, in casu supra scriptõ, non considerari tanquam conditionale, vel annuum, sed tanquam purũ & præsens, ac proinde æqualiter soluendum est, etiam si nulla conditio adiecta esset, & tanquam purum debet statim solui, & subijci legi Falcidiæ, vt aperte colligitur, *ex d. l. Cum Titio*, nã cum lex iubeat æstimari spem illam futuram, & cõditionalem, tam legati annui, quã legati conditionalis, & reduci vtrũque ad certã æstimationẽ, iam ipsa lex remouet omnem incertitudinem, & conditionem, & facit tale legatum certum, & præsens redactum ad quantitatem æstimatã, ac si testator præsenti die illam legasset; quod cõfirmatur ex opinione *Proculi, de qua ind.* §. *Magna*, dũ existimabat debitum cõditionale, quod testator debebat, æstimandũ esse tanquam purum, *d.* §. *Magna, ibi aut ita ratio habeatur, tanquã pure debeatur*,) vnde cum lex in hoc casu, de quo loquimur, iubeat, vt legatum conditionale, vel annuum considereturtanquam purũ, remota cõditione, necessario dicendum est, soluendum esse legatario, iuxta quantitatem æstimatam, de qua etiam detrahitur Falcidia, sicut etiã 144.

fit in legato annuo, nam remota in certitudine vitæ legatarij, reducitur ad certam quantitatem iunctam, quæ æstimata fuit, & ideo, quēadmodum, si tota quantitas à testatore semel fuisset legata, ita similiter legatum illud, supposita æstimatione, cōsideratur vnicum, & statim soluendum detracta Falcidia, vnde suppositā hac resolutione, minime dicendum est, aliquod sequi inconueniens, vel præiudicium hæredis, cum ipse statim teneatur soluere, quia lex transtulit legatum conditionale in purum, cum obligatione solutionis, ac si per testatorem fuisset relictum pure; vnde cum lex dicat partem Falcidiæ statim detrahendā, quæ detrahitur, quando legatum soluitur, sequitur hæredē statim vbi facta est æstimatio, teneri soluere prædictam æstimationē, quā cogitatio cessare facit omniā absurda, quæ supra pro communi sententia consideravimus, quia nō soluit plus tempore, nec aliud pro alio, sed præstat æstimationem, qnam statim lex soluere iubet, argumento *l. Si ita fideiussorem* 43. *D. ac fideiussoribus.*

Dubium tamen moueri potest, suppositā prædictā nostra sentētia, an legatarij, quibus hæc legata sub conditione relicta tanquam pura soluuntur, virtute æstimationis inductæ per legem, teneantur cautionem præstare de restituendis illis legatis si conditio postea deficiat? in quo dubio communis sentētia, *vt per Paulum in d. l. Cum Titio, & ibi Vicentius, Alexand. num.* 1. *not ab.* 2. tenent, legatarios teneri cauere hęredi de restituendo plus, quod perceperint, si conditio non adimpleatur, sicut è contra, hæredem teneri cauere legatarijs de integrando legato, si quid plus in eo cōtineatur, quam per æstimationem solutum fuit, si conditio impleatur, vel legatarius plus viuat, quam æstimatum sit, qua satisdatione interposita, nec hæredi, nec legatarijs aliqua iniustitia oriri potest, quia vbi primū constiterit, vel legatarios, vel hæredem pati detrimentum, virtute cautionis redintegrari debēt, prout resoluunt Doctores circa cautionē, quæ à legatarijs præstatur hæredi, quando propter pendentiam conditionis suspenditur Falcidia, *iuxta totum titulum D. si cui plusquam per legem Falcidiam, &c. l.* 1. §. *Si in annos, leg. In quantitate* 73. §. *Magna D. ad legem Falcidiam*, quæ communis sentētia licet loquatur expresse in eo casu, quo solum intenditur, vt Falcidia deducatur ex legatis puris, tamē ex ipsorum authorum mente satis colligitur, vt procedat etiam, quando æstimatur legatum conditionale, vt tam de illo, quam de puris Falcidia detrahatur, atque ita ex mente communis dicēdum est, quod si ex euentu fortunæ res varietur, quia conditio legatorum conditionalium impleta est, vel defecta, & in legato annuo legatarius plus, vel minus vixit varietur

145.

etiam

etiam solutio ex post facto, quia si hæres plus soluit, repetit, si minus, persoluet, ad quod citari potest *doctrina glossæ, verbo*, triginta annorũ, *in l. Hæreditatum D. ad legem Falcidiam, magis communiter recepta secundum Couar. 3 variar. cap. 9. à num.* 8. quæ ait, si alicui relinquatur legatum alimentorum, & fiat computatio ætatis iuxta formam præscriptam *in d. l. Hæreditatũ*, si postea contingat legatarium plus viuere, vel minus de nouo augeri, vel diminui æstimationẽ factam, maxime,
146. cum dispositio *d. l. Hæreditatũ*, habeat locũ in omni materia, in qua agitur de taxandis relictis in testamento, vel promissis In contractibus ad vitam, *vt prosequũtur Alciatus regul. 1. præsumptione* 44. *Roland. lib. 4. consilio* 29. *num.* 25. *Gomez. 3. tom. cap. 3. num.* 38. *Lara in l. Si quis à liberis §. Sed si filius à num.* 109. *& sequentibus, Baptista de Ratione ratæ quæst. 1. Gracian. for. tom. 1. cap.* 55. *cum multis alijs, quos citat, & sequitur Castillo tom. 4. cap.* 13. *num.* 15. Ergo, sicut computatio alimentorum variatur ex futuro fortunæ euentu, ita similiter solutio, & computatio, de qua, *in d. l. Cum Titio*, variari debet ex futuro euentu, iuxta mentem communis sententiæ.

Sed quicquid communis existi-
147. met, mihi semper cõtrarium visum est, ex eo, quia lex, quæ iubet, vt legata conditionalia, & annua tanquam pura soluantur, facta illa æstimatione, considerato euentu fortunæ, vita legatarij, cum omnibus cæteris circunstantijs, quæ possunt augere, vel diminuere æstimationẽ legati, non debet postea retractari; dubius enim euentus fortunæ rem ad æqualitatem reduxit; nam sicut certum est, conditione impleta, totum deberi legatario, ita si deficiat, nihil ei debetur, æstimatur ergo hic dubius euentus, & nec legatario, nec hæredi fit iniustitia, quia quemadmodum totum potest debere hæres, ita etiam nihil potest debere, quod equaliter de legatario dicendum est, quod pariformiter de legato annuo resoluendum est; vt quemadmodum plus viuere potest legatarius, ita similiter minus viuere potest. vnde facta æstimatione, neutri fit iniustitia, etiamsi ex postfacto pro euentu fortunæ res varietur, maxime quando facta est authoritate legis, vt contingit in venditione legati, seu fideicõmissi conditionalis, iuxta notata per Doctores *ad textum ibi in l. 1. Cod de Pactis, textum optimum in l. de fideicommisso.* 11. *Cod. de transactionibus; de quibus in* 2. *part. facit textus, in l. Si iactum D. de actionibus empti, & quæ Menoch. de præsumptionib. lib. 4. præsumptione* 76. *à num.* 15. *& præsumptione* 169. *à num.* 7. *Peregrinus de fideicommissis articul. 28. num. 7. & art. 52. num.* 14. *Donel. in d. l. 1. num.* 6. *& 7. Faber. de error. decad. 26. err. 5.* Deinde circa legatum annuum à mẽte communis recessit *Angelus, & Ioannes de Immol. in d. l. Cum Titio not. 1.*

notab. 1. *Alex. in l. Cum quo D. ad legem Falcidiam, idem Immol. in d. l. Hæreditatum num.* 1. *refert, & sequitur Couar. d. cap.* 9. *num.* 9. qui expẽdunt, quod *textus, in d.l. Cum Titio,* in legato annuo iussit vt dubiũ durationis legati decideretur, facta illa æstimatione, quanti venire potest: ergo illud, quod legitimè, & authoritate legis factum est, rectractari non debet ex futuro euentu, argumento *l.* 2. *D. de itinere actuque priuato, regula factum legitime de reg. iuris lib.* 6. *l. Qui furere D. de statu hominum cum vulgaribus, Surdus de alimentis tit.* 8. *priuilegio* 61. *à principio:* ergo quemadmodũ hæres impleta cõditione legati nõ tenetur maiorem summam soluere, ita bono animo pati debet, si repetere non possit æstimationem, quam semel præstitit, si ex post facto deficiat conditio legati conditionalis, nam in Iure Ciuili non auditur ille, qui lucrum amplectitur, damnum vero ferre recusat, *iuxta leg. Vnicam* §. *Pro secundo Cod. de caducis tollendis,* in simili *Surdus de alimentis titul.* 9. *quæst.* 41. *num.* 21. ac proinde semper hæc pars sequenda est. Nec obstabit *doctrina glossæ in d.l. Hæreditatum,* quia statim de veritate ipsius disputabimus.

Subintrat ergo dubitatio, quam omnes communiter scribentes *ad d.l. Computationi, seu hæreditatũ,* priuidere, est illa, quare Iureconsulti 148. *in d.l. Hæreditatum* non admisit eãdem computationem, seu æstimationem legati conditionalis alimẽtorum, de qua in eadem *l. Hæreditatum,* quam fecit circa alia legata conditionalia, *in d.l. Cum Titio,* vbi æstimatur spes, quãti venire potest, *& in d.l. Hæreditatum,* longe aliter se res habet, & per varias temporũ ætates res deciditur, ita vt si legatarius adhuc existat, intra viginti annos, fiat computatio pro triginta, v.g. Titio minori viginti annis decem fuere relicta, censentur relicta in tali legato trẽcenta, facta computatione vsque ad triginta annos, admissa contributione cum cæteris pure relictis, admittetur, vel non Falcidia, certum est enim legem induxisse remedium *d. l. Hæreditatum,* vt liquido constare possetsan Falcidia admittenda sit, vel non, quod minime constare poterat, nisi facta certa contributione, secundum diuersitatem annorum, de qua *in d.l. Hæreditatum:* nam dato legato alimentorum præstando in singulos annos, incertum omnino erat, an legatarius esset victurus parum amplius, & nullo modo poterat certa computatio dari alimẽtorum, nec apparere poterat an Falcidia esset admittenda, ne ergo legatarij cogerentur tam longum tẽpus expectare, Iureconsulti illud medium ad inuenerunt, de quo *in d.l. Hæreditatum;* Sed prædictæ quæstioni videtur posse responderi ex mente communis sententię, *de qua Bart. in d.l. Cum Titio num.* 2. *Iason. in l. Si constante D. sol. matrim. n.* 234.

Fabian.

Fabian. de Monte tract. de emptione 4. part. princip. quæst. 2. Bertolameus Socin. consil. 58. maxime num. 11. Cordubal. Si quis à liberis §. Parens. num. 59. Tiraquel. de retract. §. 26. glossa 1. num. 72. late Surd. de alim. tit 8. privilegio 55. num. 3. & sequent. quod non æstimentur, quanti vendi possint, quia non sunt alimenta transmissibilia, nam alimenta variantur in persona emptoris, *l. Cum hi §. Modus 02. D. de trãsactionibus*, & ideo videtur dicendum non posse transferri in alterum, sicut vsusfructus, qui personæ cohæret, *l. Si vsusfructus D. de Iure dotium, §. Finitur Instit. de vsufructu*, similia exẽpla refert *Surdus d. privilegio 55. n. 7.* vbi a communi recedit, ex eo quia idem ius consideratur respectu alimentorum in cessionario, quod datur in cedẽte nec forma debiti mutatur, cum emptor, vel cessionarius succedat in locum cedentis, *l. Emptor Cod. hæreditat. vel actione vendita*, & reputatur in iure eadẽ persona *l. Si donatæ §. 1. D. de donat. inter vir.* & consequitur solummodo illa iura, quæ habebat cedens, *l. Idemq; §. Si cui mandauero D. mandati, leg. 1. Cod. de nouat. l. 2. Cod. de donat. leg. Si ager. D. de Reiuendicatione*, maxime, cum regulare sit quem libet posse cedere actionem, quam habet, *leg. vltim. Cod. de hæredit. vel actione vendita, l. 2. Cod. de litigiosis l. 3. D. fam. herciscund. Surdus supra à principio*, quod etiã procedit in iuribus personalibus, prout est restitutio minoris, *l. Quod si minor in principio D. de minorib. vbi glossa, & Bart. Tiraq. d. glossa 3. num. 2. Surd. priuilegio 55. num.* 2. quemadmodũ etiam operæ famulorum, licet personæ cohæreant, nihilominus in alterum trãsferri possunt, *docent Bartol. Angel. Fulgos. Alexand. in l. Si non sortem §. Libertis D. de condictione indebiti, Paul. in l. 2. D. solut. matrim. Tiraq. d. §. 26. glossa 3. num. 36.* Nec placet instantia alimentorũ, quia speciale est in alimẽtis futuris, ne cedi possint, vel aliter in alium transferri, *iuxta l. Cum hi in principio, & §. Modus D. de transactionibus, vbi refertur.* Epistola Diui Marci. *Surdus proxime privilegio 56. à num. 4.* vnde non potest admitti ratio differentiæ cõsiderata per Doctores communis sententiæ in quæstione nostra.

149.

Quare dicẽdum existimo, quod cum alimẽta sint adeo fauorabilia in iure, vt multoties in illis fallant regulæ ordinariæ, ideo computatio annorum, etiam diuersa fuit, ab æstimatione legati annui, nam cũ spes illa vitæ esset adeo incerta, vt patet, & multoties paruo pretio venderetur contra intentionem testatoris, aliquando etiam vix inueniret emptorem, constituit lex, vt fieret computatio modo prædicto, de quo *in d. l. Hæreditatum*, ne contingeret, vt propter minimum pretium, quis amitteret magnum lucrum alimẽtorum, iuxta prædicta, in alijs vero legatis annuis, de quibus in *dict. l. Cum Titio*, cessãt hæc

150.

151.

ratio,

ratio, & ideo alia fit computatio, quanti vendi posſit,in quo lex certum medium elegit,ne longiſsima vita hominum attenderetur vſque ad centum annos, *iuxta l. vltim. C. ſacroſ. Eccleſ. Menoch. præſumpt. lib. 6.quæſt.49. Sanches de matrimon.lib. 2 diſput. 46. à principio, & verſiculo, ſed hæc*,nec etiam triſtis euentus prę maturæ mortis cogitaretur, *contra l. Inter ſtipulantem §. Sacram in fine D.de verborum oblig.* & ideo licet tẽpore antiquo Iuris cõſultorum fieret computatio à prima ætate, vſq; ad viginti annos, vt ſolueretur æſtimatio triginta annorum, & poſt ætatem v ginti octo annorum, cũ reliquis d minutionibus,de qu'bus
152. ibi, attamen poſt compilationem Iuſtiniani, à prima ætate, vſque ad trigeſsimum annum computatur eadem præſtatio triginta annorũ, ab ætate vero poſt trigeſsimum annum tot præſtationes c mputãtur, quot ſunt anni, qui d fuerunt ad com,plendum ſexag ſimum, & hoc modo nunquam computatio annorum tranſg edit r triginta annos,etiã ſi legatu ſit Reipublicæ relictum, vt infra latius proſequemur; conſtant dicta *ex d. l. Hæreditatum,verſiculo, ſolitum*,quod ſi quis ſexageſsimum annũ tranſierit,fiet computat o vſque ad ſexageſsimũ quintum, rout antiquitus fieri ſolebat,vt patet *ex d. l. Hæreditatum, verſiculo, ab annis ſexaginta*,vlterius autem nulla admittitur computatio, quem ordinem computationis ſequendum eſſe exiſtimo, ſi modicus vſusfructus ratione alimentorum fuerit legatus,*in terminis l.Cum hi §.Si in ſingulos, verſiculo Caterum D.de tranſactionibus*, in quibus terminis identice loquitur *textus in d. l.Hæreditatum, verſiculo, eoque nos iure vti, Vlpianus ait*, quæ litera dum legit, vſusfructus, communis, & vera eſt,*ſecundum Gothofred. ibidem*, licet *Gouean. in dict. l. Hæreditatum legat. vſum, pro vſufructu*, ſed quocunque modo legatur,ſemper verũ eſt computationem faciendam eſſe vſque ad æſtimationem triginta annorum, quod cõputationis genus procedit æqualiter in legato 154.
vſusfructus ciuitati relicto: nam æſtimandum non eſt quanti vendi poteſt, *in terminis dict.l. Cum Titio*, ſed fit computatio vſque ad æſtimationem triginta annorum,conſtat *ex d.l. Hæreditatum, verſiculo,denique*, cuius decidendi ratio appareret ex eo, quia licet legatum vſufructus ciuitati relictum duret per ſpatium centum annorum vt probant *l. An vſusfructus 69. D. de vſufructu, leg. Si vſusfructus municipibus D.de vſufructu legato Couar.lib.3.var. cap.9.num.8.& 10. Peregrin.de fideicommiſsis artic l.30.num.11. Caſtillo tom. 1. cap. 61. numer. 19.* tamen ſi occurrat ratio legis Falcidię, fiet computatio vſque ad 30.annos ſolummodo, *d. verſiculo, ſic denique*, qui ſic intelligendus eſt, & conciliandus, cum *d.l. An vſusfructus*,licet *Accurſius* in vtroq; textu, falſo
155. t
ſcribat,

scribat, quod siciuitas non sit passa capitis diminutionem post primos 30. annos completos, alij triginta computabuntur, & sic deinceps, donec toti integri centum anni cōpleantur, sed fallitur *Accurs.* quia centum anni, de quibus loquitur *d.l. An vsusfructus, & d.l. Si vsusfructus*, considerantur quoad durationem vsusfructus, computatio vero triginta annorum sit solum ad effum, vt si Falcidia sit detrahēda ex vsufructu, minor quantitas detrahatur, quod in fauorem Reipublicæ legatariæ introductum esse manifestū est, vt optime scripsit *Cuiac. in tract. de præscriptionibus, & terminis cap.* 34. *Couarru.* 3. *var. cap.* 9. *num.* 8. *Peregrin. de fideicommiss. articul.* 11. *numer.* 64. Nam si computatio fieret de totis centum annis completis, multo maior detrahenda foret, vt per se patet, ac proinde veritas est, quod computatio *d. l. Hæreditatum*, nunquā transcendit metas triginta annorum, vt statim latius prosequemur circa legata Reipublicæ.

Controuertunt etiam Doctores, an si vsusfructus legatus sit, & veniat in dubium, an æstimandus sit ad computationem legis Falcidiæ, sit ne facienda æstimatio secundum terminos, *dict. l. Cum Titio*, quanti scilicet vendi possit, an vero vsque ad æstimationem triginta annorum, *iuxta terminos dict. leg. Hæreditatum*, quod necessario
155. resoluendum est, ex eo, quia quantumuis velit legatarius vsum à se abdicare minime valet, *iuxta principium, & §. 1. Institut. de vsu, & habitat.* ac proinde semper recurrendum erit ad æstimationem, *d. leg. Hæreditatum*, quando fuerit necessarium estimare tale legatum, vt dignoscatur habeat ne locum Falcidia, vt de illis, sicut de reliquis pars detrahatur, sicut in alimentis supra resoluimus.

Maius dubiū oritur circa vsumfructum alicui legatum extra rationem alimētorum circa intellectū, *l. 1. §. Si vsusfructus D. ad l. Falcidiā*, nam *Aristo in d. §. Si vsusfructus*, ait 156.
legatum vsusfructus non esse æstimādum, quia vsusfructus diuiduus est, sicut quælibet alia res diuidua, vt probat *textus in leg. Si vsusfructus* 80. *D. ad legē Falcidiā l. Vsusfructus* 5. *D. de vsufruct.* ibi (*ait enim posse quartam partem ex eo, sicut ex corporibus retineri, idque Iulianus recte probat*, & ideo defalcandum esse de Vsufructu pro rata existimat *Aristo*, sicut de quocunque alio legato in corpore consistente; reprobat, & veterum Iureconsultorum opinionem, qui putabant legatum vsusfructus quoad contributionem legis Falcidiæ, æstimandum esse pro tempore vitæ legatarij, seu vsque ad triginta annos, *secundum terminos dict. leg. Hæreditatum*, ibi (*veteres æstimandum totum vsumfructum putabant, & ita constituendum quantum sit in legato, sed Aristo à veterum opinione recessit,*)

quare

quare contrarietas, quæ prima facie dari videtur, *inter d. §. vſusfructus*, ita componenda eſt, videlicet quod ſi teſtator totum patrimoniũ legatis exhauſerit, ex vſufructu, ſicut ex reliquis corporibus legatis detrahenda eſt Falcidia, in quo caſu recte procedit *opinio Ariſtonis in d. §. ſi vſusfructus*, qui ita intelligendus eſt, *ſecundum Alex. & cõmunem ibidem*; Si autem totum patrimonium teſtatoris legatis non fuerit exhauſtum, ita vt maneat aliquid in hæreditate, tunc non poteſt hæres deducere quartam ex ſingulis legatis, quia tunc excederet deductio Falcidiæ quantitatem, facta cõtributione cum remanente hæreditatis, ideoque in hoc caſu æſtimabitur vſusfructus, quia diuiduus eſt, vt ſupra diximus, & ita de illa æſtimatione vſusfructus, ſicut de reliquis corporibus legatis deducetur, pro rata portio Falcidiæ, & in hoc caſu procedit veterũ prædicta opinio, & ſententia, de qua *in d. §. Si vſusfructus*, ibi (*imo, & in vſufructu, ſi quæratur, quantum ad cæterorũ legatorum æſtimationem, aut etiã huius ipſius, ne dodrantem excedat, legatum, neceſſario ad veterum ſententiam reuertenaum eſt*) id eſt ad computationẽ omnium legatorũ, quæ in hoc caſu circa vſumfructum facienda eſt, ſecundum tenorem *d. l. Hæreditatum*, vt *per Goueanum*, ibi *Duaren. ad titul. ad leg. Falcidiam pag.* 508. *Caſtillo de vſufruct. cap.* 60. *num.* 5. *Riminald. conſ.* 170. *à nu.* 18. *lib.* 2. *Caualcanus de vſufructu mulieri relicto num.* 225. quia alio modo computatio legis Falcidiæ fieri non poterat. Quæ reſolutio de plano procedit in legatis, quæ recipiunt diuiſionem, & ſunt tranſmiſsibilia, ad alias perſonas præter legatarios: nam ſi non fuerint tranſmiſsibilia, prout eſt vſus, alimenta, & ſimilia quæ nequeunt transferri in alium, *iuxta d. §. 1. Inſt. de vſu, & habit.* tunc ſemper recurrendum eſt ad cõputationem, de qua *in d. l. Hæreditatũ*, quæ in his terminis recte procedet.

Similiter etiam recurrendũ eſt ad æſtimationem legati, quãdo legantur operæ ſeruorum, quia hoc legatum indiuiduum eſt, nec in 157.
partes ſcindi poteſt *leg. 2. verſiculo, quemadmodum D. de annuis legatis, l. 3. D. de operis ſeruorum, l. Stipulationes non diuiduntur verſiculo idem puto D. de verborum oblig. l. Si libertas* 15. *D. de operis libert.* quia ſcilicet conſiſtunt in facto, quod tale dici non poteſt, antequam ſit conſummatũ, *l. Si is, qui quadraginta* 81. *§. 1. D. ad legem Falcidiam poſt Ordinarios in d. l. Stipulationes non diuiduntur, Alciat. ibi num.* 68. *Donel.* 13. *Pichard. ad §. Si finium Inſtit. de officio iudicis nu.* 193. *& ſeq. Gouean. in d. l.* 1. *§.* 1. *D. ad leg. Falcidiam num.* 4. *Polydorus Rypa ad l.* 4. *§. Cato D. de verborum ſect.* 21. *à num.* 11. Sed obijcitur *de l.* 5. *D. de operis ſeruorum*, vbi Iurecõſultus docet, quod legatis operis, vſus ſerui legatus cenſetur, *& in l.* 3. *&* 4. *D. illo titul.* quod operæ ſeruorum pertinent

tinent ad vsum fructum eorum, ergo videtur semper admitenda in hoc casu computatio legati operarum, secundum terminos *dict. leg. Hæreditatum.* Nam pro respõsione aduertendum est multum differre
159. legatum operarum, a legato vsus, vel vsus fructus, quia vsus non potest locari, vel alteri cedi, *principiũ, & §. 1. Instit. de vsu, & habitatione, vbi communis per Richard. num. 6. Visconte Horoman. & alios post Pinel. in l. 1. part. 2. Cod. bonor. mat. num.* 57. *Gregor. l.* 20. *titul.* 31. *part.* 3. *glos.* 10. *Forcatulus leg.* 1. *D. seruitut. num.* 15. *Petr. Gregorius syntag. lib.* 4. *cap.* 2. *Surd. consil.* 103. *num.* 13, *plures per Castill. tom.* 1. *cap.* 28. *à num.* 10. & 14. Sed operæ seruorum legatæ locari possunt *l.* 2. *D. de vsufructu legato,* Item vsusfructus extinguitur per capitis diminutionem maximam, & mediam, & per non vsum longi temporis, §. *Finitur Instit. de vsufructu, l. Corruptionem Cod. de vsufructu l. penult. & vltim. Cod. de seruit.* operæ vero legatæ, nec per capitis diminutionem, nec per non vsum legatarij pereunt, *dict. l.* 2. *D. de vsufructu legato, l.* 2. *D. de operis seruor.* imo nec morte legatarij finiuntur, quia transeunt ad hæredes *dict. l.* 2. *D. de vsufructu legato, vbi (uman. & post omnes late prosequitur Cuiacius lib.* 17. *quæstionum Papiniani super dict. l.* 2. & vtrunque docet Iureconsultus *in d. l.* 1. §. *Si vsusfructus D. ad legem Falcidiam, in versiculo, sed operis, ibi (cum neque vsus, neq; vsusfructus in eo legato esse videatur.*) Ad obiectionem *d. l.* 5. *de operis seruorum* omissa responsione *Goueani lib.* 1. *variarum* 160.
cap. 7. *& in d.* §. 1. *num.* 7. qui liteã mutat, legendo, ibi, *vsum, id est, vsumfructum,* quasi operæ seruorũ pertineant ad vsumfructum, quia tota mutatio literæ etiam a mediocriter doctis reprobatur, maxime cum nulla fides librorum illã iuuare possit, quia in omnibus legitur, vsum; melius respondetur, prout cum adhuc in Iure Ciuili tyrones essemus in lecturam *cap.* Suã *de pœnis diximus,* quod licet operæ seruorum nõ contineãt vsum, vel vsumfructũ formaliter, cum dẽtur differẽtiæ, de quibus supra, attamẽ vsus datus censetur in tali legato, quia quemadmodũ vsus est indiuiduus, nec pro parte vti, & pro parte vti non possumus, *l. Vsus pars D. de vsu, & habitatione,* ita etiam opera serui pro parte vti nõ possumus, quia indiuidua est, *d.* §. *Si vsusfructus,* ibi, *(nec pars operæ intelligi potest, quia cõsistunt in facto, quod est indiuiduum)* itẽ quia vsusfructus serui consistit in operis; nã præter operas, & mercedes earũ, nihil cõmoditatis percipitur ex vsufructu serui *d. l.* 2. *D. de vsufr. leg. d. l.* 3. *D. de operis seruorũ.* Ratio differẽtiæ ponitur in eo, quia ex legato vsusfructus cõstituitur ius reale super re, & res illa debet seruire tẽ legatario *l.* 1. *D. de seruit.* At vero ex legato operarũ nullum ius reale cõstituitur in seruo, sed tantũ datur actio personalis legatario, vt cogat

hæredem ad persoluendas operas seruii: vnde si seruus vsucapiatur ad huc durat in eo vsusfructus, *leg. Locum* 21. §. *Proprietarius D. de vsufr.* si vero vsucapiatur, legatum operarum extinguitur *d. l. 2. in fine D. de vsufructu legato, vbi Cuiac. latius prosequitur post Cumanum ibidem, & Fulgosium ad d. §. Proprietarius n.* 2. cum quibus prosequere, maxime cum *Cuiacio*, reliqua circa materiā *d. l.* 2. quare operæ transmittatur ad hęredes, & quando earum dies cedat.

Reuertāmur ergo iterum ad materiam *d. l. Hæreditatum*, an scilicet in illis casibus, quibus fit æstimatio vsque ad 30. annos, sint omnes pensiones statim soluendæ legatario, & ex omnibus sit detrahenda
61. statim Falcidia? In qua difficili quæstione communis sententia firmat omnes pensiones soluendas ēsse statim tempore cōputationis, sed si legatarius decedat ante totos integros triginta annos cōpletos, repetendum esse illud plus, quod fuit solutum, sicut etiam quando contingeret, quod legatarius plus vixisset, soluendum esset ei illud restans, quod defuerit, & ideo necessario interponendæ erant cautiones reciprocæ, inter hæredem, & legatariū, vt hæres si legatarius plus viuat; restituat, quod defuerit; legatarius vero, si minus viuat reddat, quod plus accepit, argumento *l. Inquantitate*, § *Magna, D. ad legē Falcid.* Et confirmatur, quia *d. leg. Hæreditatum*, procedit ex præsump-

tione, quod legatarius viuet vsq; ad illos triginta annos, & ideo si postea veritas in contrarium apparuerit, stabitur veritati contra præsiptionem, argumento *cap. Veritate* 8. *dist. l. Cum de indebito D. de Probationib. ita ex mente glossæ, verbo, triginta annorum, tenet Bartolus nu.* 2. *Immola* 3. *Alexand.* 7. *& communis in d. leg. Hæreditatum, Afflictis decis.* 34. *in fine, Surdus de alimentis tit. l.* 9. *quæst.* 41. *num.* 18. *Couarru. variar. cap.* 9. *num.* 8. *versiculo, hinc deducitur.* Declarat tamen communis sententia prædictam resolutionem, ne hæres teneatur simpliciter soluere omnes illas pensiones, sed potest deducere interusurium, quod medio tempore ex prædictis solutionibus lucrari poterat, argumento *textus in l. Si constante* §. *Quoties D. soluto matrim. melior textus in l. Circa* 66. *D. ad leg. Falcidiam, vt prosequitur Cuiacius lib.* 60. *ad edictum Pauli super l.* 45. *D. ad leg. Falcidiam*, ad quod facit doctrina *Accursij, in l. Si quis argētum* §. *Sin autem donator C. de donationib.* in verbo, *præstet*, quam sequuntur Doctores communiter, ibi vbi interminis *d.* §. constituit donatorem debere lucrari interusurium medij temporis, & hæc sunt fundamenta communis.

163.

Sed contra communem *glossæ, Bart. & aliorum, tenet Alexand. d. nu.* 7. *Immol. num.* 2. *in d. l. Hæreditatum*, qui in terminis dictæ quæstionis eximant, quod si occurrat 162.
ratio legis Falcidiæ, debet fieri compu-

computatio legati alimentorum, vsquè ad triginta annos, sed hæres non est cogendus omnes pensiones statim insimul integras persoluere, sed singulis annis persoluet quantitatem legatam, & desumet ex ea quartam Falcidiã, prout dies cuiusliber legati cesserit, *iuxta regulam textus in l. Pænales* 32. §. *Annua D. ad leg. Falcidiam*, & hanc sententiam *insinuat etiam Accursius sibi varius in d. leg. Hæreditatum, in verbo, Vlpianus, in secundo responso*, nec in hoc casu necessaria erit cautio illius tituli *D. si cui plusquã per legem Falcidiam*, quia legatario alimentorum nihil plus præstatur, sed solum illud, quod ratione temporis ei cedit, soluitur, potius autẽ in his terminis tenebitur hæres præstare cautionem legatario alimentorum, de præstando legato quotannis, vsque ad triginta annos; nam huiusmodi legatum conditionale est, *leg.* 4. *D. de annuis legatis*, in quibus terminis hæres tenetur cauere legatario de restituẽdo legato, idque cautione fideiussoria, *iuxta totum titulum vt legatorum, seu fideicommissorum nomine caueatur, leg.* 1. *& per totum D. illo titul.* quæ cautio adhuc in praxi obseruatur *Molin. lib.* 1. *cap.* 15. *à principio*, quicquid in debite cõtrarium scribat *Valasc. consultat.* 184. *num.* 162. vnde si hæres voluerit præstare prædictam cautionem, cogendus est, vt soluat, insimul iunctas omnes pensiones pro illis triginta annis, detracto interusurio medij temporis, vt in terminis considerat *Alexand. dict. num.* 7. Deinde hæc opinio principalis fulcitur ex eo, quod hoc legatum alimentorum pro singulis annis, est conditionale, *d. leg.* 4. *D. de annuis legatis*, & contingere potest, quod legatarius ante trigesimum annum decedat, quo casu non transmittit ad hæredes suos pensiones sequẽtium annorum, quia licet contractus conditionalis ad hæredes trãsmittatur, *iuxta* §. *Ex conditionali Inst. de verb.* tamen legata conditionalia non transmittuntur, *leg. Vnica* §. *Sin autem sub conditione Cod. de Caducis tollendis, Mantica de coniecturis lib.* 11. *titul.* 20. *Surdus de alimentis titul.* 8. *priuilegio*, 77. *Peregrin. de fideicommissis articul.* 31. *à num.* 6. *Accat. in Rubrica de condit. part.* 4. *à num.* 7. *Menochius lib.* 4. *præsumption.* 183. *à num.* 14. & potest hæres conqueri de iniustitia sibi facta, si præsenti die cogatur persoluere pensiones sequentium annorum, quas postea debet repetere, si tanto tempore non viuat legatarius, vt communis sententia dicit, nam multum interest, potius non soluere, quam solutum repetere, vt ait Iure Consultus *in leg.* 3. *D. de compensation.* Nec ratio interusurij in hoc casu, quam communis sentẽtia admittit multum æstimanda est, quia argumentum desumptum *ex dict. leg. Si constante*, §. *Quoties*, non quadrat nostro intentui, ex eo, quia

163.

162.

164.

165.

debitum, de quo ibi, certum erat, & solum differebatur solutio ad trienium tempore Digestorum, licet postea tantum ad annum restringeretur, *l. Unica* §. *Ex actio C. Rei vxoriæ actione, optime insignis Barbosa leg. 2. in 1. part. à principio D. soluto matrimonio*, at vero legatum alimentorum, de quo *ind. leg. Hæreditatum*, conditionale est pro sequentibus annis, *dict. leg. 4. D. de annuis legatis, leg. Si cum præfinitione D. quando dies legati cedit*, ideoque pendente conditione non potest hæres cogi ad soluendum, imo si soluat, repetere valet, *leg. Sub conditione 16. D. de condiction. in deb.* ergo si hæredi competit actio ad repetendum, à fortiori competet exceptio ad retinendũ pendente cõditione, quod non procedit in debito in diem, quia si soluatur, cessat repetitio, *leg. In diem D. de condictione in debiti, Padilla leg. Cum quis Cod. Iuris, & facti ignorantia num. 24. Barbos. leg. Diuortio* §. *final. in 2. part. numer. 17.* ex quibus resoluunt supra citati Doctores minime cogendum esse hæredem de præsenti soluere pensiones, pro tempore futuro, nec etiam deducto interusurio, vt communis sententia declarat, ad doctrinam autem *Accursij in dict. leg. Si quis argentum*, §. *Sin autem Cod. de donationibus, verbo præstet*, satisfit cum communi *Bart. Immol. Alexand. in d. leg. Hæreditatum*, qui *glossam* reprobant.

In prædicta quęstione quicquid existimet communis, & altera sententia modo relata, pro constanti teneo, quod hæres, si detur casus introducendæ Falcidiæ, *in terminis dict. l. Hæreditatum*, facta computatione, de qua ibi, tenetur persol- 166.
uere omnes pensiones vsque ad triginta annos integras sine aliqua cautione, ita vt licet ex postfacto legatarius, plus, vel minus viuat, de obligetur hæres ab aliqua præstatione, neque etiam repetere possit, si minus duret legatarius, quod satis deducitur ex verbis, & mente, *d. leg. Hæreditatum*, ibi *à prima ætate vsque ad annum vigesimum, quantitas alimentorum triginta annorum cumputetur, eiusque quantitatis Falcidia præstetur*) quæ vltima verba manifeste declarant pensiones integras totius temporis soluendas esse, vsque ad triginta annos, & ex illis sic per solutis deducendam esse integram portionem, quæ pro rata contingere ppteſt Falcidiam, vnde manifeste patet omnes pensiones statim soluendas, & respectu illius quantitatis quarta Falcidia deducenda est per hæredem à legatario, quæ resolutio optime cõfirmatur ex altera, quam supra veram esse ostendimus circa legata annua, in quibus si ocurrat ratio legis Falcidiæ imponendæ, æstimatio admittitur secundũ illud, quod vendi possunt, & ex illa æstimatione deducitur Falcidia, *iuxta dict. l. Cum Titio, D. Ad leg. Falcidiam.*

Nec

Nec ex postfacto variatur æstimatio ex euentu fortunæ, vt supra late diximus. Ita similiter in legato alimentorum, quod etiam pendet ex vita legatarij, vt voluntas testatoris melius ad effectum perducatur, & Falcidia cum maiori certitudine deduceretur, adinuenit ius ciuile remedium illud computationis, iuxta modum præscriptum *in dict. leg. Hæreditatum*, in qua computatione maiorem fauorem impendit lex legatario alimentorum, quam ei, cui legata annua fuere relicta, *in terminis dict. leg. Cum Titio* 55. quia legatum annuum à communiter accidentibus paruo pretio æstimari contingit, propter incertitudinem vitæ legatarij, at vero legatum alimentorum certam ætatem habet à lege præfinitam, vsque ad triginta annos, quod specialiter fauore alimentorum introductum existimo, prout iam supra tetigi, in eo tamen æqualia sunt, quod postfactam æstimationem amplius, nec crescunt, nec decrescunt, id est, quod siue legatarius plus viuat, quam etiam fuit taxatum, nullum potest aduersum hæredem habere regressum, vt de nouo aliquid præstet, sicut etiam hæres, si minus legatarius viuat aliquid repetere non potest, ita *cum Couarru. lib. 3. variarum, cap. 9. num. 8. versiculo hinc deducitur, qui citat Cæpolam cons. 14. column. vltim. Barbos. leg. Maritum num. 12. D. soluto matrimonio, Cracta consil. 194. nu. 6.* *confirmat Couarru. ex eo*, quia huiusmodi computatio legitime facta est, igitur ex futuro euentu retractari non potest, *ex regula leg. 2, D. de itinere actuque priuato, regula factū legitime lib. 6.* ac proinde nulla iniuria in hoc casu fit legatario, vel hæredi, nam sicut poterat plus viuere, ita citius poterat decedere, & sicut in hoc casu eius hæredes, nihil tenentur hæredi restituere, ita si plus viuat, nihil ab hærede vltra consequi potest, quia lex certam illam quantitatem præfiniuit, quam legatarius excedere nequit. ac proinde legatarius propter dubium aduentum vitæ æquo animo ferre debet hac æstimationem, argumento *l. Unica §. Pro secundo Cod. de Caducis tollendis, leg. De fideicommisso Cod. de transact. leg. 1. Cod. de pact. vbi Donel. numer. 6. & 7.* Vnde non obstat fundamētum communis sententiæ, dum existimabat *d. l. Hæreditatū*, fundari in præsumptione, quæ ex futuro euentu vincebatur á veritate, ac proinde prædictam taxationem debere variari, quia facile tollitur, si dicamus *dict. leg. Hæreditatum*, licet moueretur ad diffiniendum ex præsumptione longioris, vel breuioris vitæ legatarij, tamē post diffinitionem, nulla præsumptio versatur in tali computatione, quia lex illud, quod antea erat incertum, postea ad illam quantitatem certam reduxit, ac si testator illud certum legasset; Verum adhuc restat dubium 167.

contra hanc noſtram veriſsimã reſolutionem, quod legatum alimẽtorum in ſingulos annos conditionale eſt, cui ineſt de ſui natura cõditio, ſi legatarius vixerit. vt probat *d.l.4.D. annuis legat.* ergo hæres cogi non poteſt antę diem cedentem legatũ perſoluere, quia adhuc retinet verum,& proprium dominium ipſius, *iuxta regulam leg.Non ideo minus 65. D. de reiuend. Caldas recep. quæſt. 39. num. 2. Peregrin. de de fideicommiſſ. articul. 40. num. 6.* in quo dubio pendet totum fundamentum contrariæ ſententiæ ſupra contra communem ſcriptæ. Sed facillime occurimus dicendo, quod vbi primum occurrit ratio legis Falcidæ imponendæ, *in terminis dict. leg. Hæreditatum,* illa quantitas alimentorum, quæ à principio relinquebatur conditionaliter, ex poſtfacto reducitur ad legatum purum certæ quantitatis; Nam ſatius viſum fuit voluntatem teſtatoris per illud medium adimplere, quam pendere ex euentu conditionis; nam ſi conditio legati expectaretur, neceſſario quarta Falcidia in ſuſpenſo detinenda erat, quod inconueniens viſum fuit, nã aliquando fideicommiſſum conditionale, pendente conditione fideicommiſſario reſtituitur, vt contingit quando hæres diſsipat res fideicommiſſo ſubiectas, *leg. Imperator 50. D. ad Trebellian. Molin. lib.1. de primogen. cap. 16. à num. 2. P. Molin. de iuſtitia diſput. 655. Peregrin. de fideicommiſſis articul. 40. num.16. Barboſ. in leg. Maritum 13. D. ſolut. matrimon. num. 19. Caldas ad leg. Si curatorem verbo, Læſis, num. 96.* vnde lex ciuilis conſiderata in certitudine legati propter legem Falcidiam, illud reduxit ad illam certam quantitatem, ac ſi pure, & præſenti die relinqueretur, vt iam ſupra ſcripſimus, circa legata annua, quando lex iubet, vt fiat eorũ æſtimatio. Ex quibus ſatis eneruatur prædicta dubitatio. Nec aliquo modo admittenda eſt variatio ex poſt facto, *in terminis d. leg. Hæreditatum;* quia propter ſupra dicta maneret eius diſpoſitio eluſoria; nec omitteret Iureconſultus adeo notabilem declarationem, quia illa, quæ notabilia ſunt omitti non ſolent, *leg. Item apud labeonem, §. Prætor edixit, verſiculo ea enim D. de Iniurijs.*

Ex qua reſolutione planc conuincitur illud, quod cõmunis ſententia exiſtimabat, ſcilicet hæredem, & legatarium teneri adinuicem cauere de reſtituendo, quod plus acceperint, *iuxta terminos tituli D. ſi cui pluſquam, &cæt.* quia ex noſtra reſolutione conſtat prædictã quantitatem ſolui, ac ſi a principio fuiſſet pure relicta, in quibus terminis nulla cautio eſt neceſſaria, vt patet, nec aliquid accepit legatarius, quod poſtea teneatur reſtituere, quia lex reduxit alimenta in certa ad illam certam quãtitatem, ac proinde iuſtiſsime illam retinet, 168.

argumen-

argumento, *l. Iuste possidet D. acquir. possessione*, & infra etiam quod hæres non potest deducere interusurium medij temporis, ex pensionibus solutis, quia cum per legis dispositionem teneatur præsenti die omnes pensiones persoluere, lex, quæ talem solutionem constituit, remouisse etiam censetur quodcunq; commodum inter vsurij, quod hæres prætendere possit, ac si legatum pure relinqueretur, vt considerat *Salycet. in d. l. Si quis argentum* §. *Sin autem C. donationibus.*

Vt totam literam *d. leg. Hæreditatum* absoluamus, superest, perquirere, quomodo procedat, *in versiculo, sic denique*, vbi disponit, quod
169. si vsusfructus Reipublicæ relinquatur, debet fieri computatio vsque ad tẽpus triginta annorum, prout in legato alimentorum constitutũ fuerat, nam dubiũ oritur, quia vsusfructus ciuitati relictus durat per cẽ tũ annos, vt probat *textus in l. An vsusfructus* 63. *D. de Vsufruct.* vbi illud tempus præfiniri scribitur ad exemplum longioris vitæ hominis, *leg. Si vsusfructus* 7. *D. de Vsufructu legato, post Couar. variar. cap.* 9. *num.* 8. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 11. *num.* 64. *& artic.* 30. *num.* 11. *& num.* 6. *Cæphalus consil.* 441. *num.* 110. *Parisius consil.* 74. *à num.* 85. *lib.* 3. *Simon de Pretis de interpret. vltim. vol. lib.* 4. *solut. vltim. num.* 11. *flures quos sequitur Castillo de Vsufr. cap.* 61. *numer.* 19. *consonat. leg.* 26. *tit.* 31. *part.* 3. *vbi Gregorius Auen-*
63. *daño de censibus cap.* 4. *num.* 14. *& sequenti.* Sed dicendum est, quod quanuis legatum vsusfructus ciuitati relictum duret per centum annos, tamen si occurat ratio legis Falcidiæ imponendę æstimandum est prædictum legatum ad certam æstimationem triginta annorum, quæ quãtitas integra (deducta Falcidia) ciuitati præsenti die soluenda est, prout in legato alimẽtorum resoluimus. Nec obstat, quod lex ideo reduxit illam computationẽ, de qua *in dict. l. Hæreditatum*, ad illud medium, quia in certum erat, an legatarius plus, vel minus viuere posset, quæ ratio cessat in legato ciuitati relicto, quia ciuitas nõ moritur, sed semper perpetuatur per suos ciues, *iuxta regul. leg. Proponebatur.* 77. *D. de Iudicys vbi late prosequitur insignis Barbosa à numer.* 18. ac proinde ex hoc capite non erat eadem determinatio annorum cõstituenda in ciuitate, quæ constituitur in hominibus priuatis, sed occurritur huic obiectioni, dicendo, non esse considerandam differentiam quoad materiam *dict. leg. Hæreditatum*, inter ciuitatem, & homines legatarios: nam quemadmodum homines perire possunt, ita etiam ciuitas extingui valet, veluti si crimen proditionis ex consilio decurionum committat, quo casu potest ciuitas euerti, & funditus extirpari, vt antiquitus in more fuit per inductionem aratri, de quo fit mentio *in leg. Si vsusfructus ciui-*

tati D. quibus modis vſusfructus amittatur, vt notat *Budæus, & poſt eum Couarru. variarum 3. cap. 9. num.* 8. *Celius Rodogin. lection. antiquar. lib.* 14. *cap.* 5. *Petrus Gregorius in ſintagmate iur lib.*4. *cap.*5. *num.*16. *Caſtill. dict. cap.* 61. *numer.* 23. ac proinde, quemadmodum propter incertitudinem vitæ lex approbauit illā computationem vſque ad triginta annos, ita etiam propter periculum dirutionis, quod ciuitas pati poſſet, eadem diſpoſitio inducenda eſt, ita vt etiamſi ciuitas ſalua maneat, non poſsit amplius aliquid ab hærede petere, nec ipſe aliquid præſtare tenetur, vt ſupra ſcripſimus circa alimenta perſonis relicta *optime Peregrin. dict. articul.* 11. *num.*64.

Ex quibus infertur veriſsimus intellectus ad *textum in dict. leg. Si quis argentum* §. *Si autem donator, verſiculo, in reditibus, C. de donat.* ibi
170. (*in reditibus autē annuis, in quindecim annos æſtimationem præſtet*) quæ verba aperte ſignificant ſolutionem non eſſe faciendam per diſcurſum omnium annorum, ita vt ſingulis annis quantitas promiſſa ſit ſoluēda, vt tentauit *Accurſ. verbo, præſtet, in prima ſolutione*, quem Doctores communiter ſequuntur *teſte Surdo tit. 9. de alimentis quæſt.* 41. *num.* 18 Sed potius æſtimationē quindecim annorum ſtatim præſenti die eſſe ſoluēdam a donatore pauperi, quod in ipſius fauorem introductum, tenendum eſt, ita vt teneatur donator ſolam æſtimationem quindecim annorum præſtare, etiam ſi donatarius per plures annos poſtea viuat, quaſi lex hanc compoſitionem faciat in fauorem donatoris, ne ex ſua liberalitate moleſtetur, vt bene explicat *Salycet, ibidem Petrus, & Cyn. Alber. & alij, quos ſequitur Couarru. dict. lib.* 3. *variar. cap.* 9. *num.*5. *verſiculo, ea tamen deciſio, Tiraquelus de retract. lib.* 1. §. 1. *gloſſa* 6. *num.*20. *Pinel. leg.* 2. *C. de reſcindenda* 3. *part. cap.*4. *num.* 32. *Surd. dict. quæſt.*41. *num.* 19. *& ſequenti.* Et ſi perquiras, quare non fit computatio, *in dict. verſiculo, in reditibus*, vſque ad ſpatium 30. annorum, vt fieri videmus *in dict. l. Hæreditatum*, Reſpondent aliqui, *leg. Hæreditatum*, ſolum procedere in vltimis voluntatibus, quādo teſtator exhauſit totum patrimoniū legando, ita vt neceſſario inducenda ſit quarta Falcidia, quia ſi hæredi relinquantur bona hæreditatis. ex quibus quartam deducere poſſit, minime recurendum erit ad æſtimationem, *dict. leg. Hæreditatum*, vt conſtat, *ex leg.* 1. §. *Si vſusfructus D. ad leg. Falcidiam*, & ſupra ſcripſimus: at vero, *dict. verſiculo, in reditibus* ſolum procedit in contractibus vt ſcribit *Afflictis deciſ.* 34. ſed verior reſponſio eſt, quod, *dict. verſiculo, in reditibus*, procedit in fauorem libertatis donatoris, vt bene defendit *Surd. dict. quæſtion.* 41. *num.* 22.

Reſtat quæſtio valde cōtrouerſa

inter

inter Doctores, an deciſio *dict. leg. Hæreditatum*, procedat non ſolum in alimentis,& vſufructu,ſed etiam in quibuſcunque bonis, quæ durare debent ſolum ad vitam cuiuslibet, in qua quæſtione affirmatiuã, ſententiam, quod in omnibus procedat, tenent communiter Doctores, *cum gloſſa, verbo, bonorum, in leg. Omnium D. de vſufructu, gloſſa, verbo cum juuene, in l. Cum hi §. Modus D. de tranſactionibus, Iaſon. in leg. Cum pater num.* 8. *Cod. in officioſo teſtamẽto Palat. in repetitione Rubric. §.* 25. *num.* 2. *Pinel. dict. leg.* 2. 3. *part. cap.* 4. *num.* 32. *Lara in l. Si quis à liberis §. Sed ſi filius num.* 109. *&* 122. *D. de liber. agnoſcendis, Suar. in leg. Quoniam in prioribus ampliat.* 3. *à numer.* 9. *qui citat Bart. & Paulum pro hac opinione, Padilla, quem citat Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 39. *in Authent. Res, quæ Cod. communia de legatis num.* 3. *Surdus dict. quæſt.* 41. *num.* 16.

171. Sed Doctores magis communiter tenent opinionem contrariam, videlicet, quod diſpoſitio, *dict. leg. Hæreditatum*, ſolum procedat in legatis alimentorum,& vſusfructus, de quibus ibi, nec in alijs locũ ſibi vendicet, Ratio eſt, quia diſpoſitio *dict. leg. Hæreditatum*, procedit ſpecialiter in caſu, quo Falcidia ſit detrahenda, nec ad alios caſus trahi poteſt, *ex regula leg. Ius ſingulare D. de legibus.* Ex quo fundamento, *ita poſt Iaſon. in leg. Eum, qui ita, §. Qui ſtipulatur num.* 11. *D. de Verborum,* *Immol. & Alexand. in dict. l. Hæreditatum, Afflictes deciſ.* 34. *num.* 2. *Couar. d. lib.* 3. *variar. cap.* 9. *num.* 8. *optime Molin. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 40. *inſignis Barboſa in l. Maritum num.* 12. *D. ſoluto matrimon. agnoſcit Surd. d. quæſt.* 41. *nu.* 15. *&* 16. licet dubius; Ex qua reſolutione inferunt ſupradicti Doctores ad varios caſ°: nam ſi alicui relinquantur alimenta annua, nec agatur de Falcidia deducenda, ſed velit legatarius vendere, non debet fieri æſtimatio ſecundum diſpoſitionem *d. leg. Hæreditatum*, ſed potius æſtimabitur iuſtum prætium, conſiderata ætate, & valitudine venditoris, *vt per Couar. ſupra num.* 7. Infert etiam *inſignis Barboſa dict. num.* 12. quod deductio, quæ fit de dote, quando mulier illam repetit propter diuortium ad alendum maritum in terminis, *d. leg. Maritum cum ſimilibus*, debet fieri ſecundum ætatem mariti, ita vt ei ſub miniſtret neceſſaria per totum tempus vitæ ſuæ, nec aliqua habetur conſideratio ad æſtimationem, quæ habetur ſcripta *in d. leg. Hæreditatum.* Infert *etiam Molin. dict. numer.* 29. *&* *ſequenti.* quod ſi ad aliquem caſum occurẽtem bona maioratus ſint æſtimanda ad vitam poſſeſſoris, non eſt attendentum *ad d. leg. Hæreditatum*, ſed ad communem æſtimationem *iuxta leg. Pretia rerum D. ad l. Falcidiam*, arbitrio boni viri, perpenſa ætate, ac validitate poſſeſſoris, maioratus, & alijs circunſtantijs, quæ in

172.

quæ in casu occurrere possunt. Infero tãdem, quod si in nostro Regno agatur de æstimandis annuis redditibus, qui à dominis soluuntur, vulgo, tencas, si sint restricti ad vitam alicuius, non sunt regulandi *per d. l. Hæreditatum*, sed per communem nostri regni æstimationem, secundum varias circunstantias, quæ arbitrio boni viri multoties solent augere, vel diminuere pretium, licet antiquitus hi redditus in nostro regno æstimarentur, octo pro vno; hodie vero, si ad vnam duntaxat vitam sint restricti, æstimantur ratione vnius pro decem, si vero redditus in duas vitas sunt constituti æstimantur pro vno duodecim, de quo ad est principis rescriptum in hoc regno. Quæ de materia dixisse sufficiat: *finis 3. part.*

SVMMA-

SVMMARIA QVARTÆ PARTIS CAP. I. DE LEGITIMÆ IMPVTATIONE.

IMputatio legitimæ, vel fit de rebus donatis per contractum, vel de relictis per vltimam voluntatē. n. 1.

Definitio legitimæ. num. 2.

Legitima filiorum de iure Digestorum erat solum quarta, de iure Codicis augmentata est ad tertiam, & ad dimidiā de iure vero Regni sunt duæ partes. num. 3.

Legitima calculatur tempore mortis parentum. num. 4.

Falcidia etiam vt calculetur tēpus mortis expectatur. num. 5.

An si bona patris augeantur ante aditam hæreditatem, debeat etiam legitima augeri pars negatiua. num. 6.

Intelligitur l. Serui 43. D. ad l. Falcid. ibidem.

Pars affirmatiua, & vera d. quæstionis. num. 7.

Respondetur fundamentis contrarijs. num. 8.

L. 3. §. finali, l. Si patronum §. vltim. D. bon. libert. procedunt in augmento extrinseco. ibidem.

Pater in vita non cogitur assignare legitimam filys. num. 9.

Verum si legitima in vita assignetur filio, & postea bona augeantur debeat iterum augeri, pars negatiua. n. 10.

Defenditur contraria, & affirmatiua sententia. num. 11.

Respondetur ad l. Cum quo §. final. D. ad leg. Falcid. num. 12.

Renunciatio legitimæ regulariter improbatur. num. 13.

L. 1. §. Si vel parens D. si quis aparente fuerit manum. intelligitur. n. 14.

Differentia inter quotam bonorum, & quotam hæreditatis. num. 15.

Vtrum legitima sit quota bonorum affirmat. num. 16.

Defenditur negatiua quod sit quota hæreditatis. num. 17.

Intelligitur leg. Papinianus §. Quarta autem D. in offic. num. 18.

Intelligitur l. 2. §. Illud D. collatione bonorum. num. 19.

Filius institutus in legitima non potest contrauenire alienationi paternæ. num. 20.

Imputationis materia vtilis, & quotidiana est. num. 21.

Relicta titulo institutionis imputantur in legitimam. num. 22.

Vtrum legatum imputetur, pars negatiua. num. 23.

Probatur contraria affirmatiua. n. 24.

Intelligitur, l. à patre Cod. collationibus. num. 25.

Intelligitur, l. Filiam Cod. eodem titul. ibidem.

Fideicommissum filio à patre relictum imputatur. num. 26.

Allegatum, vel fideicommissum conditionale

ditionale imputetur affirmant plures.num.27.
Proponitur sententia negatiua, & vera.num. 28.
Donationes causa mortis imputantur in legitimam. num. 29.
Si res aliena.legetur filio non tenetur illam imputare.num.30.
Sed contrarium verius est.num.31.
An data causa implendæ conditionis imputentur, proponitur pars affirmatiua. num.32.
Contraria est communis. num.33.
Resoluitur sub distinctione.num.34.
Idem in dato vt modus impleatur.n.35.
Agitur de intellectu l. Papinianus §. Si conditioni D.inofficio. testamēt. num.35.
Pretium habitū ex re hæreditaria imputatur.num.36
Acquisita ex pupillari substitutione non imputātur in legitimam n.37.
Idem circa acquisita ex substitutione exemplari. ibidem.
Quid,circa acquisita per substitutionē vulgarem proponitur pars negatiua. num. 38.
Proponitur communis contraria.n.39.
Sed defenditur prima sententia.n. 40.
Filius non imputat quæ capit ex substitutione reciproca, vel fideicommissaria. num.41.
Idem dicendum circa acquisita ex substitutione legatario facta.num. 42.
Proponitur contraria sententia.n.43.
Componitur contrarietas sub distinctione.num.44.
Filius non tenetur ad imputationem etiam quando legati conditio defecit ante petitionem suplementi.nu.45.
Vtrum acquisita iure acrescendi veniat imputanda,affirmat comunis.n.46.
Proponitur alia negatiua.num.47.
Agitur de l.Scimus §. Repletionem C. in officioso, ibi vt puta vsusfructus. ibidem.
Vsusfructus qui consolidatur proprietati nō imputatur filio in legitimā. num. 48.
Quæ filius consequitur à patre ex testamento alterius nō imputatur. n.49.
Relicta ab extraneis filio non imputantur. ibidem.
Limitatur nisi sint relicta contemplatione patris.num.50.
Donata inter viuos regulariter de iure non imputantur.num.51.
Sed authori contraria regula placet. num. 52.
Agitur de intellectu l Si quando §. Generaliter C. inofficioso.num. 53.
Dos filiæ data semper imputatur.n.54.
Agitur de intellectu l. Pomponius 35. D.famil. erciscund.ibidem.ad finē.
An dos aduentitia imputetur. nu.55.
Agitur de intellectu, l.Filiæ dotem C. collationibus. ibidem.
Dos à matre profecta imputatur per filiam.num. 56.
Idem per nepotes. num.37.
Donatio propter nuptias imputatur. num. 58.
Arrhæ apud nos imputantur.nu.59.
Augmentum dotis anuli,torques,vestes imputantur.num.60.
Sumptus pro obtinenda dispensatione impedimenti existentis inter contrahentes matrimoniū imputātur.n.61.

Amplia-

Ampliatur etiam si ab alijs cõtemplatione parentum facta sint tales expensæ. num. 62.

In Lusitania donationes factæ filijs regulariter non imputantur si fiant ab extraneis. num. 63.

An dos ab auo data nepti imputetur filio in legitima destinguitur. n. 64.

Reprobatur distinctio. num. 65.

Defenditur posterior distinctio. nu. 66.

Refertur alia communis sententia. numer. 67.

Respondetur ad l. Pater filiam 14. in principio D. ad leg. Falcid. n. 68.

L. si vero 9. D. de in rem vers. intelligitur. ibidem.

Si auus doset neptem ex filio diuite tenetur filius imputare secundum cõmunem. num. 69.

Contraria sententia verior, & cõmunis. num. 70.

L. Pater filiæ 71. D. euictionibus explicatur, ibidem.

Intelligitur. l. Nesenius 22. D. negot. gest. num. 71.

Limitatur communis quando dentur coniecturæ auum dotasse contemplatione filij. num. 72, 73.

Quid si neptis dotata veniat ad hæreditatem aui an teneatur imputare negatur. num. 73.

Quando cum patruis concurrit. ibidem.

Si vero concurrat cum fratribus tenetur imputare. n. 74.

Quod si auus dotet ea conditione ne imputet in legitimam. num. 75.

Neptis imputat dotem ab auo profectam quando pater inops est. numer. 77.

Contrarium erit si adhuc dederit contemplatione neptis. num. 78.

Quod de iure Lusitaniæ non procedit. num. 79.

Si auus leget dotem nepti tenetur filius præd. dotem imputare. n. 80.

Sed defenditur contrarium. nu. 81.

In dubio relictum præsumitur contemplatione legatarij. n. 82.

Agitur de intellectu l. Ut liberis C. de collationib. ibidem & nu. sequenti.

Legatum relictum debitori alicuius si animo liberandi relinquatur liberationem producit n. 84.

Utrum neptis dotem ab auo relictam teneatur imputare quando succedit. num. 85.

Resoluitur negatiue. num. 86.

Respondetur fundamento cõtrariæ sententia. num. 87.

Declaratur neptem teneri imputare si pater præmortuus sit. n. 88.

Nulla facienda est differẽtia inter auũ paternum aut maternum quoad intentum. num. 89.

Dotes filiarum quæ ingrediuntur religionem imputantur. nu. 90.

Etiam accessoria ad dotem imputatur. num. 91.

An annuales præstationes pecuniæ vulgo tenças debeant imputari. n. 92.

Patrimonium filij non imputatur. numer. 93.

Defenditur contrarium. num. 94.

Expẽsæ factæ cum filio in die nouæ rei factæ non imputantur. n. 95.

Expensæ quæ fiunt in expeditione bullarum beneficialium de iure cõmuni non imputantur. n. 96.

Sed de iure nostro Lusitaniæ contrariũ resoluitur. ibidem.
Militiæ ciuiles vendi consueuere. numer. 97.
Officia publica in Hispania succesſerũt in locum militiæ ciuilis. num 98.
An officia imputentur destinguitur. ibidem.
Explicatur regula l. Apud Iulianum. §. Constat. D. legatis primo. n. 99.
De iure Lusitaniæ officia à principe, vel magnatibus donata non imputantur. num. 100.
Annonæ ciuiles à principe donatæ non imputantur. n. 101.
Officium emptum à patre, & postea de licencia principis in filium translatum non imputatur. num. 102.
Sed resolũitur contrarium. num. 103.
Officium de licentia principis emptum pro filio confertur quoad pretium. num. 104.
Officium à principe datum filio contemplatione meritorum patris debet imputari. num. 105.
Expensæ factæ pro dignitate filij doctorata Magisterio religione Rodoensi, vel simili non imputantur. nu. 106.
Ampliatur etiam de iure regio. n. 107.
Limitatur quando filius habet bona de quibus pater erogare censetur. num. 108.
Expensa quæ fiunt cum filio pro gramatica perdiscenda non imputatur. num. 109.
Expensæ factæ pro scientia filij etiam non imputantur. n. 110.
Limita nisi constet de contraria voluntate patris. n. 111.
Limitatur etiam quando filius habuerit aduentitia. n. 112.
Pater cogi potest præstare filio alimenta in studio quando à principio filium ad studium misit, in quo proficiebat. num. 113.
Si autem à principio non misit contrarium est tenendum. ibidem.
An quando pater inuitus cogitur filiũ alere in studio, teneatur filius expensas imputare distinguitur quod de iure communi teneatur, contrarium vero de iure regni. n. 114.
Libridati aduocato filio, vel iudici non impuantur, secus si adhuc scholari. num. 115.
Contrarium approbatur. nu. 116.
Declaratur vt sit necessaria traditio. num. 117.
Expensa factæ cum filijs circa mechanicas artes perdiscendas non imputantur. n. 118.
Expensa factæ pro pia peregrinatione filij non imputantur. n. 119.
Idem de expensis pro longinquis regionibus percurrendis. ibidem.
Expensæ factæ ratione belli nõ imputantur. nu. 120. declaratur prout. ibid.
Expensæ factæ cum filio seruienti principi non imputantur. n. 121.
Limitatur nisi filius habeat vnde expedat. num. 122.
Quando quis dicatur Regi seruire. numer. 123.
Expensæ pro redimendo filio à captiuitate non imputantur. n. 124.
Expensæ factæ pro condemnatione delicti filij, vel pro ipso à carcere liberando non imputantur. n. 125.

Proqoni-

*Proponitur contraria sententia.n.*126.
*Confirmatur prior resolutio.num.*127.
*Limitatur si constiterit de contraria voluntate patris.n.*128.
*Limitatur etiam si filius habeat bona aduentitia.num.*129.
*Limitatur etiam quando pater ex vi legis cogitur soluere.n.*130.
*De iure Lusitaniæ nunquam tales expensæ venient imputandæ.n.*131.
*Si pater pro filio fideiubeat valet obligatio.num.*132.
*Et si soluat pro filio tenetur filius imputare.num.*133.
*Peculium filio datum imputandum est. num.*134.
Quæ filius consumpsit Ludendo, vel meritricando, de bonis patris tenetur imputare.ibidem.
*Donationes filijs factæ non imputantur secundum communem antiquorum.num.*135.
*Sed contraria verior est.num.*136.
*Donatio facta filio in potestate statim non valet.n.*137.
*Donatio facta filio emancipato statim valet.n.*138.
Reprobatur distinctio plurium Doctorũ. ibidem.
*Donatio facta siue suo, siue emancipato semper imputatur.num.*139.
*Agitur de intellectu leg. Filiæ cuius Cod.famil.erc. cum lege si donatione Cod.de collationibus. num.*140. *vbi latissime, & nu.sequenti.*
*Intelligitur, l.pen. versic. finali Cod. collat.num.*142.
*Respondetur ad l. Ut liberis C.collationibus.num.*142.
*Intelligitur §. Generaliter l. Si quando C.inofficioso testam.n.*144.
*Intelligitur, l.Si non mortis D.inofficioso.num.*145.
*Intelligitur authentica ex testamento Cod.collationibus, ibi aliorum Datorum. nu.*146.
*Alimenta non imputantur.num.*147. & 172.
*Donationes filius famil. factæ si pater decedat confirmantur à principio. num.*148.
*Filius in potestate tenetur imputare fructus perceptos ex donatione, emancipatus vero non.num.*149.
*Donatio facta filio ob benemerita non imputatur.num.*150.
*Contrarium existimarunt plures. numer.*151.
*Confirmatur prima sententia. nu.*152.
*Benemerita eatenus obligant quatenus probari possunt. num.*153.
Et declaratur hanc donationem de toto asseruo deducendam esse.ibidem.
*Relicta à patre filio pro compensatione damni dati in bonis aduentitys non imputantur.num.*154.
*Filius tenetur imputare quæ iniuste cõsumpsit de bonis paternis.num.*159.
*Filius non tenetur imputare vsumfructum aduentitiorum suorum, quem pater ei remisit.n.*156.
Nec pater amplius potest reuocare. ibidem.
*Ampliatur vt procedat prædicta resolutio etiam quando pater post acquisitionem, illum remisit.num.*157.
*Proponuntur aliqua fundamenta in contrarium.num.*158.

Summaria

Defenditur prima sententia. n. 159.
Intelligitur, l. Cum oportet §. Sin autē C de bon. quæ lib. ibidem.
Quid dicendum, quando pater non donauit sed dissimulauit, affirmant plures esse imputandum. n. 160.
Sed resoluitur contrarium. num. 161.
Respondetur fundamentis prioris sententia. n. 162.
Intelligitur, l. 3. §. 1. D. quæ in fraude cred. ibidem.
Vt censeatur facta remissio vsusfructus requiritur, vltra taciturnitatem aliqua coniectura. num. 163.
Si pater donet filio fructus iam collectos tenebitur illos imputare. n. 164.
Fructus percepti ex maioratu tradito in vita patris filio, no imputantur de iure regio. num. 165.
Sed de iure communi contrarium est verius. n. 166.
Respondetur contrarijs fundamentis. num. 167.
Intelligitur, l. Patrem D. quæ in fraudem credit. ibidem. & l. Debitorem eodem titul. l. Si sponsus 5. §. Si quis rogatus D. donat. inter.
Intelligitur, l. Prætor §. Si quid in diē D. quæ in fraudem credit. nu. 168.
Intelligitur, l. Fideicommissa 11. §. Si cui D. legat. tertio. n. 169.
Quomodo æstimandi sunt prædicti fructus. num. 170.
Filius tenetur imputare fructus feudales, quos pater ei donauit. n. 171.
Si pater donet fructus alicuius rei filio titulo dotis, vel simili, non imputantur. num. 172.
Defenditur contrarium. num. 173.
Filius tenetur imputare emphiteusim de iure communi. n. 174.
Proponitur contraria sententia. n. 175.
Respondetur fundamentis prioris. numer. 176.
Declaratur l. Omnimodo §. Imputari C. inoffic. ibidem.
Declaratur, l. Sed si plures §. In arrogato. D. de vulgari. ibidem.
Probatur supradicta sententia negatiua de iure regio. n. 177.
Emphiteusis de nouo à patre acquisita, de iure imputatur. n. 178.
Defenditur contrarium. num. 179.
Emphiteusis empta pecunia paterna imputatur. n. 180.
Ampliatur, vt intelligatur quocunque titulo oneroso pater prad. emphiteusim acquisierit. n. 181.
Imputatur emphiteusis etiam quando pater illam renunciat in manibus domini directi, vt illam nouo titulo renouationis filio concedat. n. 182.
Ampliatur supraposita resolutio etiam ad emphiteusim regiæ coronæ. numer. 183.
Panes ciuiles vulgo (tensas) non imputantur à filijs, si procedant à principis liberalitate, secus si titulo oneroso sint acquisiti. ibidem.
Ordinatio lib. 4. titul. 36. §. penultim. & lib. 4. titul. 97. §. 12. Explicantur. ibidem.
Quantuncunq; pater acquirens sit vltima vita, & renouatione obtineat, adhuc filius tenetur imputare. n. 184.
Si pater tradat emphiteusim in vita filio titulo dotali tenetur filius illam imputare. num. 185.

Quocunq;

Quocunq; modo pater efficiat filiũ possessorem emphiteusis in vita sua imputanda est. n.186.

Interpretatur Ord.d.§. 22. ibi outro titulo. ibidem.

Ampliatur etiam si pater renunciet in manibus domini vt filio renouetur. num.187.

Filius nõ tenetur imputare emphiteusim cuius fructus pater in vita percepit, quantuncũq; filium irreuocabiliter nominasset. n.188.

Idem quod resoluimus in filio circa imputationem resoluendum est in nepote. n.189.

Si emphiteusis veniat imputanda ex eo quod sit tradita à patre in vita, est electio filij, vel emphiteusim imputare, vel æstimationem tempore tantũ traditionis. n.190.

Si emphiteusis imputatur ex eo quod sit empta per patrem, eliget filius, vel imputare pretium quo fuit empta; vel æstimationem tempore traditionis. ibidem.

Si pater prælegando voluit meliorare filium in emphiteusi, nõ tenetur filius imputare secus si tamũ nominauit. num.191.

Æstimatio emphiteusis non est faciẽda solum pro tempore vitæ patris, sed pro tota duratione ipsius. n.192. & se-

Ordinatio Regia nullum habet respectũ circa augendum pretiũ in imputatione ad ius renouationis. n.193.

Quãdo emphiteusis acquisita fuit emptione, vel fuit data in dotẽ æstimata, vel alio titulo oneroso fuit acquisita habet filius electionem quo tempore sit imputanda. num.194.

Emphiteusis semel tantum imputatur, vnde si pater imputauit nepos non. num.195.

Reprobatur, ibi Cald. & Valasc.

Scribitur modus, quo procedendũ est in partitionibus circa imputationem pretij inter cõiugem, & filios. n.196.

Si per mortem vnius coniugis medietas pretij sit imputata, postea filius nominatus post mortem alterius solam medietatem soluit. n.197.

Idem quod decimus in pretio dicendum est circa melioramenta. ibidem.

Filius tenetur imputare omnia melioramenta emphiteusis, in qua successit. num.198.

Circa imputationem meliorationum habet filius electionem, an soluat melioramenta, an illud in quo emphiteusis pretiosior facta est. n.199.

Expensæ repetendæ sunt secũdum illud plus, quo res pretiosior facta est licet expensæ fuerint maiores. n.200.

Solutio expensarũ possessori maioratus, emphiteutæ, fideicommissario, & similibus semper fit secundũ æstimationem tempore restitutionis. n.201.

Ampliatur etiam si res meliorata plus melioretur quam expensum est. ibid.

Proponitur contraria sententia quod solum illud quod expensum est debet deduci. n.202.

Sed defenditur cõtraria sentẽtia. n.203.

Ordinatio lib. 4. tit. 27. §. 22. vers. & no cazo exorbitat à regulis iuris.

Æstimatio melioramentorum fieri debet tempore restitutionis emphiteusis. num.204.

Contrarium probant multi. num.205.
Defenditur prior sententia. num.206.
Intelligitur, cap. 1. §. Si vassallus hic finitur lex Corradi. ibidem.
Intelligitur, l. Et in totum D. impens. in rebus dot. ibidem.
Intelligitur text. in l. Sed an vltro §. 1. D. negot. gest. l. Necessarias D. pign. act. num.207.
L. 3. §. Sufficit D. de contrar. & vtil. act. num.207.
Dominus directus, si ad ipsū vadat emphiteusis, tenetur persoluere hæredib⁹ emphiteutæ expensas vtiles. n.208.
Filius tunc solum imputat melioramenta emphiteusis, quando est hæres patris. num.209.
Modica melioramenta non imputantur. num.210.
Filius non tenetur imputare melioramenta, quæ pater de iure communi facere tenetur. num.211.
Filius quando teneatur imputare meliorationes factas à patre in emphiteusi ex lege contractus. num.212.
Vtrum autem dominus teneatur soluere expensas, quando in contractu cautū erat, vt res libere ad dominum reuertatur cum melioratiōibus. n.213.
Emphiteusis perpetua regulariter imputatur. num.214.
Confirmatur Cōsuetudo diuidēdi prad. emphiteusim. num.215.
Emphiteusis etiam perpetua cōcessa pro se, & descendentibus non est hæreditaria, secus, si pro se, & hæredibus. num.216.
Prad. Emphiteusis hæreditaria semper imputatur. ibidem.
Emphiteusis de iure communi est diuidua. num.217.
Intelligitur, l. Communi 7. D. cōmuni diuidundo. ibidem, & num.218.
Ordinatio lib.4. titul.96. §.23. est contraria iuri communi, ibidem.
Sed defenditur contrarium. nu.218.
Intelligitur d. l. Communi. ibidem.
Intelligitur, leg. Item predia D. fam. erciſc. ibidem.
Incapitatio emphiteusis non seruatur in regione interamnensi. num.219.
Feudū hæreditariū imputatur. n.220.
Feudum de pacto, & prouidetia, & hæreditariū, quale sit, ibidem remisiue.
Feudum de pacto, & prouidentia, si nouum sit, imputatur in legitimam. num.221.
Proponitur contraria sententia n.222.
Defenditur prima, quæ communis est. num.223.
Feudum de pacto, & prouidentia non imputatur. num.224.
Feudum mixtum pro se, & descendentibus hæredibus. nu.225. imputatur.
Maioratus non imputatur. num.226.
Maioratus si excedat tertiam, quando de nouo fuit institutus, imputatur. num.227.
Expensæ factæ in maioratu soluuntur à successore. num.228.
Expensæ factæ pro conseruatione maioratus imputantur. num.229.
Castrensia bona, quæ sunt, & non imputantur. n.230.
Filius solutus de iure regio non imputat donata à patre, causa militiæ, secus vxoratus si eques sit. n.231.
Limitatur, nisi res donatæ extēt adhuc penes

penes filios, vel fuissent venditæ in Regno. num 232.

Differentia assignatur inter donata, & consumpta pro bello, & proseruitio intra palatium Regis. nu. 233.

Peculium quasi castrense non imputatur. num. 234.

Salaria publica ministrorum dicuntur quasi Castrensia. n. 235.

Lucrata ex aduocatia, vel ex consilijs, non imputantur. num. 236.

Lucrata etiam per rabulas etiam non imputantur num. 237. secus acquisita per procuratores. ibidem.

Intelligitur l. vltim. C. in officioso ibi (à gentibus in rebus.) ibidem.

Quidquid filius Clericus acquirit intuitu clericatus, dicitur quasi Castrense, & non imputatur. n. 238.

Filius clericus testari potest de quibuscunque bonis. num. 239.

Clericus tenetur reseruare legitimã parentibus. nnm. 240.

In aduentitijs clericorum non acquiritur patri vsusfructus. n. 241.

Ampliatur regula supra posita ad omnes clericos, etiam primæ tonsuræ. num. 242.

Proponitur contraria sentẽtia circa clericos primæ tonsuræ num. 243.

Conciliantur prædictæ sentẽtiæ. n. 244.

Donata à principe, seu regina efficiũtur quasi Castrensia, nec imputantur. num. 245.

Ex bonis à principe donatis non quæritur patri vsusfructus. n. 245.

Utrum filius famil. possit de illis testari, affirmat communis: negant plures. ibidem.

Idem in donatiuibus factis à quacunq; republica, vel domino supremo. n. 247

Explicatur Ordinatio lib. 4. tit. 97. §. 10 ibidem.

Ampliatur etiam si donatio à principe fiat, contemplatione patris ne imputetur. num. 248.

Ordinatio d. tit. 97. §. 10. versic. nemlhe. explicatur ibidem.

Limitatur si à donatore exprimatur, vt conferatur. n. 249. Ordinatio d. tit. 97. §. 11. ibidem.

Panes ciuiles non imputantur. n. 250.

Explicatur Ordinatio lib. 4. titul. 97. §. 12. ibidem.

Stipẽdia quæ filius fam. acquirit intra palatium non imputantur. n. 250.

Aduentitia hodie non acquiruntur patri, nisi quoad vsumfructum. n. 252

Digestorum tempore, emancipati conferebant aduentitia. num. 253.

Aduentitia hodie non imputantur. n. 254. & ibi intelligitur l. Vt liberis C. collationibus,

Acquisita ex industria filij vel ex stipẽdio seruitij, non imputantur. n. 255.

Utrũ acquisita ex turpi quæstu veniãt imputanda. n. 256. vbi negatiue.

Consumpta per filium emancipatum in causis inhonestis, de bonis paternis imputantur. num. 257.

Assignatur cautela, vt filij possint retinere illud, quod pater male consumpsit. num. 258.

Ampliatur in filio in potestate, qui etiã tenetur imputare. num. 259.

Idem resoluitur circa peculium male cõsumptum. n. 260.

Si pater tradat filio legitimam in vita,

& ipſe conſumat tenebitur imputare. num. 261.

Pater in vita poteſt ſed non tenetur legitimam filio tradere. n. 262.

Et ibi agitur de intellectul. Cum quo §. fin. D. ad leg. Falcid.

Pater vſufructuarius tenetur impendere pro colligendis fructibus. n. 263.

Vſufructuarius tenetur ad modicas expenſas. n. 264.

Impẽſas magna à patre factas in rebus aduentitys tenetur filius imputare. n. 265. & à n. 263.

Si expenſæ fuerint voluptariæ filius nõ tenetur imputare. num. 266. poteſt tamen pater abradere. ibidem.

Intelligitur quando filius non erat facturus quia ſi eſſet facturus imputantur n. 267.

Si pater faciat magnas expenſas etiam neceſſarias tenetur filius imputare. num. 268.

Filius non tenetur imputare expenſas ſiue magnas, ſiue paruas, quas pater eragauit pro defenſione litis ſuper vſufructu aduentitiorum. n. 269.

Lucrata per filium ex pecunia parentis ipſi parenti acquirit, & tenetur imputare. n. 270.

Ordinatio lib. 4. titul. 97. §. 16. deuiat à iure communi. ibidem. & n. 272.

Excipietur ab hoc lucro, quod competit induſtriæ filij quia non eſt imputandum. num. 271.

Filius emancipatus quod percipit pro induſtria ex lucro acquiſito pecunia paterna non imputat. n. 272.

Lucrum acquiſitum per filium in poteſtate, ex pecunia patris ſine eius conſenſu imputatur in noſtro Regno, ſecus de iure communi. num. 273.

Acquiſita per filium emancipatum ex pecunia paterna patre inuito, non tenetur imputare. n. 274.

Filius cum matre cohabitans ſi cum pecunia materna negotiatur demidiũ pro induſtria lucrabitur nec tenetur imputare. num. 275.

Particula vel diſiunctiua eſt ibidem.

Ord. d. §. 16. intelligitur vtroque parẽte viuente. n. 276.

Acquiſita per filium fam. ex pecunia paterna per negociationem illicitam patri non acquiruntur, nec filius tenetur imputare. n. 277.

Secus dicendũ, ſi pater iubeat negotiari. nu. 278.

Quid ſi pater dedit fundum filio pro alimentis, & induſtria filij magnos tulit fructus, an reſiduũ imputetur negatiue. n. 279.

Particula, ex, denotat cauſam immediatam. n. 280.

Filius qui patri inſeruit ſi aliquid accipiat pro ſalario tenetur imputare. num. 281.

Pater tenetur alere filium, & ideo alimenta non imputantur. n. 282.

Filius matri in ſeruire non tenetur imo ab ea ſalariũ petere poteſt; quod imputandum non eſt. n. 283.

Idem reſpectu priuigni, & nouerca. ibidem. & 274.

SEQVI-

SEQVITVR QVARTA PARS,

TRACTATVS DE VNA, ET ALTERA QVARTA, IN QVA DISCVTITVR MATERIA IMPVTATIONIS LEGITIMÆ, FALCIDIÆ, ET TREBELIANICÆ.

CAP. I. DE LEGITIMA.

AGendum nobis est in hac quarta parte de imputatione tã legitimæ, quã Trebellianicæ, quã etiam Falcidiæ, pro complemento nostri opusculi. Et descendendo ad imputationem legitimæ notãdum est, quod ipsa procedit ex rebus, quæ filijs, vel descendentibus, quibus ipsa debetur, relinquuntur per vltimam voluntatem, vel quæ ipsis, per contractum inter viuos, donantur. Aggrediendo igitur materiã prius agemus de relictis per vltimam voluntatem, & ante omnia supponẽdum est, legitimam communiter definiri, vt sit portio rerũ defuncti lege determinata certis personis, *vt per Fabianum in Authentica nouissima C. inofficioso testamento. num. 9. Cæsar ad. l. In quartam C. ad l. Falcidiam. num. 295.* Hæc licet de iure Digestorũ, & Codicis solummodo esset quarta pars bonorum parentum, *iuxta l. Papinianus 8. §. Quoniam, & §. Quarta autem D. inofficioso testamento, l. Cum quæritur Cod. eodem titul.* de iure verò Authenticorum aucta est, & tertia pars patrimonij paterni assignata est pro legitima, si filij sint quatuor, aut pauciores, si autem prædictum numerum excẽdant, tunc semissem substantiæ pro legitima obtinebũt, vt constat *ex Authentico de Triente, & semisse, collatione tertia, in principio*, vnde sumpta fuit *Authentica nouissima Cod. inofficioso*, & vtrobiq; scribentes,

bentes, post repetentes *ad dictam l. In quartam, vbi Berengarius à n.* 107. *Cæsar num.* 131. *Fabianus in dicta Authentica nouissima à num.*39. *Valascus de partitionibus cap.* 17. *num.*2. *Rojas in Ephythome de successionibus cap.* 3. *à principio, Peregrinus de fideicommissis articul.*36. *num.*2. *& tom.*1. *cons.*42. *num.*24. *& consil.*71. *num.*5. *versiculo, sexto. Ioannes Antonius Mangilius de imputationibus, quæst.* 2. *à principio, Faber de erroribus decade* 12. *errore* 1. *Martha de successione legali quæst.*25. *artic.*2. De iure verò nostri regni legitima, siue paucorum, siue plurium filiorum occupat duas partes hæreditatis, id est octo vncias totius assis, relicta parte tertia parentibus, id est quatuor vnciis, de quibus ad libitum disponere valent, vt apud nos constituit. *Ordinatio lib.*4. *tit.*82. *in principio, aduertit Valascus dict. nu.*2. *& cap.* 23. *num.*16. *Costa in cap. si pater glossa, absque deductione num.* 8. *& in §. Et quid si tantum* 1. *part. nu.*47. *Phabus tom.*1. *decisione* 35. *nm.*10. Ad cuius calculationem, tempus necessario attendendum, dicitur tempus, quo parentes moriuntur, vt probatur *ex d. l. Cum quæritur, l.*2. *§. Interdum D. vulgari, & pupil. l.*1. *§. Sed nec impuberis D. collatione bonor. l. Lex Cornelia* 128. *D. vulg.* notant omnes *per text. ibi in l. fin. D. liberis agnoscendis, iuncta dict. Authentica nouissima Cod. in officioso, vbi Fabianus à nu.*79. *Cæsar d. l. In quartam num.*323. vbi testatur hanc traditionem contra adictorem nõ habere, *Menchaca de successionum creatione §.*18. *nu.*34. *Menoch. consil.*1149. *à principio, Surdus consil.* 128. *num.*9. *Valasc. dict. tract. cap.*21. *num.*21. *Matiençol.*3. *tit.*6. *glossa* 4. *lib.*5. *recupil. Castillo tom.* 4. *cap.*35. *num.* 50. *Mangilius d. tract. de imputationibus quæst.*9 *à num.* 15. *& à nu.* 52. *& videtur deduci ex Ord. lib.*4. *tit.*97. *§.*4. *ad fin.* sic similiter Falcidia, vt calculetur quãtitas bonorum, quæ reperitur tẽpore mortis testatoris inspicitur, vt probatur *ex l. In quantitate* 73. *l. In ratione* 31. *l. Cum quo* 56. *D. ad l. Falcid. de quibus Peregrin. artic.*36. *nu.*19. 5.

Circa quam disputãt Doctores, an si bona patris defuncti post eius mortem ante aditam hæreditatem augeantur, aut diminuatur, debeat similiter augeri, vel minui legitimã filij? In qua quæstione communis̃ sententia negatiua est, cuius principalis author est *Curt. sen. cõsil. vlt. Alexand. Iason. & alij de quibus Corneus consil.* 188. *num.*13. *Ripa in cap cum M. de constit. nu.*38. *Alciat. cons.* 116. *lib.* 5. *Cephal. consil.* 320. *num.*30. *Peregrin. de fideicommiss. articul.*36. *n.*19. *Fabian. in Authent. nouissima quæst.*3. *Paris. Dec. Aff. Riminal. l un. Beret. & alij quam plurimi, quos refert, & sequitur Mangil. d. tract. quæst.* 9. *à nu.*19. *cum sequentibus, qui ex Curt. & Beret. dictis locis,* affirmat sequendam tam in iudicando, quam in consulendo; docet ergo prædicta communis sententia adeo tẽpus mortis expectari 6.

circa

circa taxationem quantitatis legitimæ, vt quantumuis ipsa augeantur bona, tamen legitima non augetur, sed cedit augmentum lucro hæredis, si detur instituus insimul cum filijs. Quam sententiam consulendo, amplexus est *Menoch. lib. 2. consil. 1149.* pro qua expedunt *text. in l. Si patronum 44. §. final. & l. Etiam. 3. §. Si debita D. bonis libert. vbi Cuiac. lib. 5. quæstion. Paul. in d. §. fin. d. l. Si patronũ*, qui ibi intelligit *l. Serui. 43. D. ad leg. Falcid.* vbi augmentum hæreditatis prodest legatarijs, vt non defalcentur legata detractione Falcidiæ, quia in hoc casu legata non augentur vltra volũtatem testatoris, sed tollitur Falcidia in legatis ex eo, quia hæres percipit suam quartam ex bonis accrescentibus, & ideo cautè *Vlpian. in dict. l. Serui posuit verba illa, quoad Falcidiam pertinet*, quasi contrarium denotet quoad legem Papiam, ex qua patronus percipit tãtum suam legitimam sibi iure legati relictam deducendam, secundum intentionem testatoris, de bonis inuentis in hæreditate tempore mortis, quod ad legitimam filiorum resoluunt Doctores communiter, vt per *Peregrin. d. artic. 36. nu. 22. Mangilium d. quæst. 9. num. 23. ad finem Fachin. lib. 4. cap. 26. num. 2.* Ex quibus sic ponderatis constat legitimam patroni esse solam demetiendam secundum bona reperta in hæreditate tempore mortis, nec bona accrescentia illam augere, sed potius cedere augmentum lucro hæredis instituti; Denique, quin, vt supradiximus, legitima æstimatur secundum tempus mortis *d. l. Cum quæritur cum supracitatis Faber d. error. 1.* ergo augmẽtum ad hæredem spectare debet.

Sed in terminis nostræ quæstionis augmentum, saltem intrinsecũ, hæreditatis augere legitimam filiorum defendunt grauissimi Doctores, *Corneus consil. 205. dubio 2. lib. 1. Gratus consil. 79. n. 14. lib. 2. Bertrand, consil. 7. colum. 2. lib. 8. Curtius iunior. Bertazol. & alij, quos refert, & sequitur Peregrin. d. artic. 36. num. 26. versicul. contrarium*, vbi testatur apud Venetos multoties fuisse receptum, & sic, post illos, consuluit *doctissimus Joannes Petrus Surd. tom. 1. cons. 128. per totum, maxime à nu. 12. Menoch. casu 149. num. 18. Berengarius Fernandes in repet. l. In quartam nu. 123. Fachin. d. lib. 4. cap. 26. versicul. contrariam sententiam Marcus Antonius Cucus tract. de legitima §. An legitima augeatur aucto patris patrimonio n. 3. cum alijs, quos refert Petra de fideicommiss. quæst. 15. num. 136. Brunus de augmento conclusione 15. nu. 2. Auendanõ l. 23. tauri glossa 1. Aluarado de coniecturata mente defuncti lib. 3. cap. 2. n. 38. Pelaes 1. part. de maiorat. quæst. 52. à num. 1. Castill. tom. 4. cap. 35. nu. 52.* qui nituntur in eo, quod filij habent quartam legitimæ in singulis rebus hæreditatis paternæ, *auxta l. lineam margaritarum D. ad l. Falcid.* vt est communis sentẽtia,

quam

quam omnes scribentes admittunt *in l. Scimus C. inofficioso, vbi Menchac. lib. 3. de succes. progress. super dict. leg. Scimus num. 1. Mangilius, qui plures adducit dict. quæst. 9. num. 36. & 82.* Sed quando augmẽtum est intrinsecum, augẽtur ipsæ res, in quibus pro parte filij habent suam legitimam: igitur augmentum ad illos pro rata pertinere debet. Secundo, quia portio illa, quæ filijs pro legitima assignatur, ipso iure per legẽ eis applicatur, vt probatur *ex text. capitali in d. l. Scimus C. in officioso, ibi (ipso iure,) & in §. Cum autem ibi, quia nostra constitutio omnem dilationẽ censuit subtrahendam, vt quarta pars pura, & mox filio restituatur*) igitur si res ipsæ intrinsecum recipiũt augmentum, ipsum pro parte filijs contingere debet. Denique, quia siue res augmentatæ à tempore mortis patris assignatæ sint filijs, siue ex postfacto nihil interest, quia semper augmentum pro rata cedit lucro filiorum, quia solutio debet fieri secundum æstimationem, & taxationem a tempore mortis, vnde si filij habent duas partes in fundo æstimato tempore mortis 300. & postea tempore traditionis fundus æstimatur 600. lucrum illud intrinsecum ipsius fundi ad filios transire debet, insimul cum ipsa re, & sic dictat ratio naturalis, ex quibus etiam in rigore hæc pars verissima apparet, loquimur verò de augmento intrinseco, in quo procedit quæstio:

Nec retenta hac parte obstant fundamenta prioris magis cõmunis, quia ad iura, quæ adducit facilis est responsio; nam *d. l. 3. §. final. d. l. Si patronum §. vlt. D. bonis libert.* loquuntur solummodo in augmẽto extrinseco, quod accreuit corpori hæreditatis, post tertiã patrono assignatam, saltẽ à lege, in quibus terminis eadem resolutio procedit in legitima filiorum, nam tũc augmentum cõsideratur tanquam res diuersa à cæteris bonis, quæ nõ potest filijs accrescere; in quo sensu procedit prior sententia, vt explicat. *Fachin. suprà n. 2.* At verò quãdo augmentum fuerit intrinsecum procedit nostra sententia, cũ Doctoribus supra relatis, quæ vltra supra scripta, confirmatur ex eo, quia si valor rerum, hæreditariarum intrinsece minuatur vsque ad assignationem legitimæ, procul dubiò nocebit ipsis filijs, quia res perit ei, cuius est iuxta, *l. Pignus C. pignoratitia actione*, sed filij habent pro rata portionem in singulis rebus hæreditatis paternæ: igitur ipsis nocere debet decrementum; ita in terminis resoluunt *Paul. & Alex. num. 6. in l. In ratione à 2. D. ad leg. Falcid.* quos multis alijs citatis sequitur *Peregr. d. artic. 36. num. 33. Mangil. d. loco num. 57. Surd. d. loco num. 9.* ergo si ipsi Doctores communioris sententiæ fatentur diminutionem bonorum cedere incommodo filiorum, cur augmentum eis denegare possunt contra regulam, *l. Secundum*

cundum naturam D. regulis iuris, re-gula Qui sentit lib. 6. quæ resolutio procedit in legitima, quæ filio debetur à morte parentis.

Alia quæstio ventilatur circa legitimam, quam pater in vita sua assignauit filio, nam licet pater co-
9. gi nequeat illam filio assignare, *iuxta leg. 1. §. Si impuberi D. Collatione bonorum, & quæ Surd. de alimentis, titul. 8. priuilegio 26. à principio, Mencha. primo illustrium cap. 27. Peregr. articul. 36. num. 14. Ceuall. quæstion. 828. Marta de successione legali, quæstion. 25. artic. 8. Caldas, §. Sed hæc Instit. inofficioso num. 17. Castill. tom. 1. cap. 64. num. 11. Robles de repræsentatione lib. 3. cap. 14. num. 30. Pinel. lib. 2. selectar. cap. 4. à num. 30. & sequentibus*, si de facto illam præstet, facta computatione secundu præsentem statum, & postea bona paterna augeantur, vt si computatio fieret tempore mortis, maior portio filio deberetur. Vtrum in his terminis detur filio remedium ad incrementum? In qua quæstione,
10. supposito quod nulla interuenit renunciatio iurata prout in terminis *cap. Quamuis de pactis in 6.* vbi post *Couarru. & Guter. Castillo tom. 3. quotid. cap. 2.* qui excellenter pertractat. Negant plures filium aliquid esse consecuturum de augmento postea aduenient, *vt post Iacobum Butric. in leg. Pactum quod dotali Cod. collat. tuetur Tellius Fernandes in d. 23. Tauri à num. 16. cum Romano, & Immola in leg. Stipulatio hoc modo num. 21. D. de Verborum*, qui testatur de communi *Guilhelm. in cap. Raynucius, verbo (duas habens filias) num. 242. Gramaticus decisione 87. à num. 34. refert Valascus de partition. cap. 21. numer. 22. Facchin. lib. 4 controuersiarum, cap. 27. à principio Alexand. in dict. leg. Pactum, ad finem, & consilio 180. num. 4. lib. 3. Caldas ad §. Sed hæc Instit. de inofficioso 1. part. num. 20. Bald. l. 2. de adopt. num. 8. & in leg. Quamquam, Cod. ad l. Falcid. & in Authentica Res quæ n. 16. Cod. communia de legatis, & ibi Paulus exclamat* nunquam obliuioni tradendum *num. 9. Iason. consilio 104. lib. 4. Fabian. in dict. Authentica Nouissima, numer. 87. Ripa responso 6. num. 4. Alexatus in leg. Bonorum n. 9. de Verborum significatione, Suar. Nata, Cornæus, Cranetas & plures alij*, quos citat, & testatur tenuisse *Cæsar Fium agidus in d. leg. In quartam numer. 300.* vbi testatur hanc crebriorem, & in puncto iuris receptiorem, plures *per Ceuall. quæstion. 202.* Mouetur hæc communis opinio *ex textu in leg. Cum quo de peculio 56. §. final. D. ad leg. Falcidiam*, vbi probatur, quod, si testator in vita sua dedit quartam partem bonorum hæredi, quem postea instituit donatio illa facit cessare Falcidiam, quasi testator in vita prospexerit hæredi, vt quartam retineat. Deinde quia filius accepiendo legitimam, iuxta quantitatem bonorum, quæ pater possidebat tempore donationis

sibi debet imputare, nec ex inde se læsum conqueri potest quod pater alia bona quesierit, poterat enim amittere,& in paupertate mori: ergo cum lucrum, & in commodum depẽdeat ex futuro euentu, decepcio allegari non potest, argumento *leg. 1. Cod. de pactis, vbi optime Donel. & in leg. De fideicommisso, 11. C. transact. plures retulimus supra in 2. f. n. 354. & 359.* Tertio, quasi patris facultates diminuantur, filius non erit obstrictus aliquid de recepto restituere, quia actus regulatur secundum tempus, quo celebratur, *iuxta leg. Si voluntate Cod. rescindenda vendit. leg. Habitationum D. periculo, & commodo,* cum ergo tempore traditæ legitimæ pater haberet sufficientia bona dicendum est ipsum non teneri postea aliquid restituere, si tempore mortis paternæ diminutæ inueniantur ipsius facultates, vt resoluit *Boerius decisione 62. & Andreas siculus in cap. Cum M. de constit. num. 165.* Vt ergo æqualis sit conditio augmenti, & diminutionis videtur concludendum amplius post acceptam legitimam non habere regressum ad supplementum petendum aucta postea paterna substantia. Vltimo, quia legitima rectè assignari potest in vita patris, *iuxta leg. 1. §. Si parens D. si quis à parente fuerit manumissus,* quo casu non secundum tempus mortis, sed secundum tempus assignationis, quod subrogatur in locum mortis, §. *Fuerat de actionibus,* debet mensurari. Deinde quia sequeretur filium habere duas legitimas, vnam tempore assignationis, alteram tempore mortis, quod esset maximũ inconueniens; quod iura, & Doctores non patiuntur.

Sed quidquid *Tellius* contendat supradictam sententiam receptiorem esse; contraria, & affirmatiua magis communis, & recepta est, *vt post Bald. in dict. leg. Pactum oppositione 6. & in leg. Quanuis Cod. fideicommiss. num. 8. Corneus in d. leg. Pactum num. 9. Paul. & Alexand. in dict. leg. In ratione D. ad leg. Falcid. Iason. in l. Si quando §. Illud, & in Authentica Nouissima num. 9. Cod. de inofficioso, Ripa in dict. cap. Cum M. num. 39.* qui omnes sunt contradictores *Cassaneus Burgundiæ titulo de successione Rubric. 7. §. 2. gloss. Dutrespassi numer. 6.* vbi ait contrariam esse falsam, *sequitur Conarrus in cap. Quanuis 3. part. §. 8. num. 7. Et in cap. Raynut. §. 1. numer. 8. Menchac. de creatione §. 18. num. 84. vbi fatetur receptiorem, Valascus dict. cap. 21. numer. 20. Facchin. dict. cap. 27. Peregrin. dict. articul. 36. num. 18. Gabr. consil. 136. num. 23. Menoch. casu 149. numer. 18. Cephal. consil. 263. num. 17. Ceuall. quæst. 202. Castillo tom. 1. cap. 64. num. 12. Mangilius d. quæstion. 9. num. 74. Martha de successione quæst. 25. artic. 8. Faber. decad. 23. errore 4. maxime nu. 11.* Mouetur hæc magis recepta sententia *ex leg. Si quando §. Illud Cod. de*

11.

Cod. de inofficioso testament. vbi non valet pactum, per quod filius promittit patri amplius ad suam hæreditatem nō retrogredi: cum ergo supponamus filio legitimam assignatam cum hoc pacto, sequitur pactum non valere, & filium posse petere augmentum. Secundo, quia tempus a iure statutum, vt calculus legitimæ fiat, est solummodo tempus mortis, *dict. l. Cum quaritur dict. Authentica Nouissima*, & diximus supra, ergo etiamsi filius acciperet legitimam in vita patris, adhuc tempore mortis potest agere ad augmentum. Tertio *ex l.* 3. §. *deficientia D. muneribus, & ex leg. Honoribus*, §. *Auctis D. vacatione munerum*, vbi si vacatio sit propter paupertatem concessa, reuocatur propter facultates auctas postea: ergo similiter assignatio legitimæ facta tempore mortis, ex incremento substantiæ paternæ. Quarto, quia si pater plus filio in vita tradidit, quam legitima reciperet, cogeretur filius illud plus alijs fratribus resarcire, facta computatione tempore mortis, vt communiter resoluunt omnes *in dict. Authētica Nouissima, & constat ex proxime citatis Fachin. dict. cap.* 27. *ad finem Mangil. supra num.* 77. *Peregrinus dict. articul.* 36. *num.* 18. *Corneus consil* 265. *num.* 1. *Petra de fideicommiss. quæstion.* 15. Quinto, quia pactum non est modus assignandi legitimam, *iuxta leg. Hæreditas Cod pact. conuent.* ergo nihil in conuenit, vt filius tempore mortis paternæ iterum petat supplementum, vt præxi vidisse seruatum merito testatur *Valasc. dict. cap.* 21. *num. finali, in vltimis verbis*; Et de rigore est verissima sententia.

Retenta igitur hac sentetia à modernis, & a nostris magis recepta, non multum vrgebunt contraria fundamenta. Nam ad primum *de lege Cum quo de peculio*, §. *final.* 12
respondemus, textum in nihilo iuuare intentionem Doctorum, qui priorem sententiam sequuntur, solum enim decidit, quod, si testator per donationem in vita integram quartam hæredi assignauerit, postea illum instituat, & grauet in dodrantem, non potest hæres deducere Falcidiam, quia testator visus est prospexisse hæredi, circa illam, per donationem, sed hæc decisio regulanda est, secundum terminos suos, sunt etenim quando testator integrè quartam hæredis per donationem repleuit, ita vt nullum supplementum supereſſet, si autem daretur, non est dubium heredem illud posse deducere, quēadmodum filius illud petere potest, vt cum veriori sententia resoluimus, & tenet *Cæsar Fiumagal. ad l. In quartam à num.* 70. *Fab. dict. errore* 4.

Ad secundum satisfit, ideo filiū agere posse ad supplemētum, quia pactio, siue expressa, siue tacita, per quam renuntiat hæreditati paternæ a lege improbatur, *d. l. Si quando* 13
§. *Illud*,

§. *Illud*, & §. *Generaliter cum vulg.* Et d cinde, quia si pater in vita assignauit filio quantitatẽ excedentẽ taxam legitimæ, debet, & tenetur filius illud plus cæteris filijs compensare, vt inter illos æqualitas seruetur, *iuxta l. inter filios Cod. famil. erciſc.* Vt resoluunt communiter Doctores, & tenent citati in quarto fundamento nostræ sententiæ; nec argumentum, *leg.* 1. *C. de pactis*, applicari potest huic materiæ; quia ibi pactum à lege fouetur; hic verò improbatur. Ad tertium negamus assumptum, quia veritas est in contrarium, certum est enim tempus assignandi legitimam filijs restrictum esse ad tempus mortis, *d l. Cum quæritur* cum supra resolutis; iura verò, ibi citata procedunt in contractibus, prout in emptione, vbi respicitur tempus, quo celebratur, vt meliusl læsio insurgens certificetur, nec doctrina *Boery*, & *Siculi* admitti potest quia communiter reprobatur per Doctores proxime citatos.

Ad quartam dicendum est *d.* §. *Si parens* magis pro nostra, quàm
14. pro contraria sententia esse declarandum, ait Vlpianus ibi (*si parens vel accepit peculium, vt emancipa-*
.ret, vel postea vnus in eum filius, quã-
tum satis est contulit, ne iudicia eius inquietaret, exceptione doli repelletur) probat ergo Vlpianus quod pater, qui ex æquitate prætoria admitte batur ad contrarabulandum testamentum filij emancipati ad exemplum patroni præteriti, repelletur, si appareat filium tempore emancipationis patri dedisse quotam legitimæ, vnde si filij facultates postea augeantur, & pater detegatur minus accepisse, nullo modo repel letur à petitione supplementi, quia *d.* §. *Si parẽs* accipi necessario debet, quando pater integram ligitimam accepit a filio, vt verba Vlpiani satis demonstrant, ibi *quantum satis est*, sufficiebat autem tempore illo legitimam quocunque titulo accipere, ante nouam decisionem Iustiniani *in Authentico, vt cum de appell. cogn.* §. *Aliud quoque capitulum*, vnde apparet *decisionem. dict.* §. *Si parens* nostram confirmare sententiam; nec illud, quod bona illa á patre filio tradita subrogantur in locum legitimæ, aliquid facit, quia hæc subrogatio fit solum modo quoad imputationem, non verò quoad quantitatem, quia verũ est omnia a patre accepta in legitimam imputari, *leg. Quoniam nouella Cod. inofficioso, Ordinatio lib.* 4. *titulo* 97. Sed imputatio non tollit supplementum debitum ex bonis poſtea augmentatis. Nec dici potest in terminis filium habere duas legitimas, quia vnam tantum percipit coniuncto supplemento. Denique allegari non potest, quod hæc assignatio legitimæ non est pactum de non succedendo, sed quædam antecipatio solutionis legitimæ debitæ tempore mortis, quam solutionẽ nulla lex reprobat,

vnde

vnde ex postfacto, scilicet post mortem, de illa agi non potest, quia replicamus per huiusmodi anticipatam solutionem legitimæ, nō præcludi filijs regressum ad augmentū bonorum, quæ pater de nouo acquisiuit, quod est intentum a lege prætensum, & satis apparet ipsi contrariū, quod minime admittendum est, *iuxta regulā, Cum quid vna via lib. 6.*

Superest, vt agam⁹ de alia quæstione, an legitima sit quota hæreditatis, an vero quota bonorum, nam si est hæreditas, filius pro parte tenetur creditoribus iuxta, *l. 1. Cod. si certum pet. l. Si quis seruum. 8. §. fin. de legat. 2.* quia hæreditas est successio in vniuersum ius defuncti, *l. Hæreditas D. verborum significat. vbi Alciat. & Rebuf. &* in heredem transeunt omnes actiones actiuæ, & passiuæ, *leg. Hæreditatem D. donat. l. Hoc amplius. §. fin. de leg. 1. totus titulus C. hæreditar. act. & vt actiones ab hæredibus, & contra hæred.* si autem sit quota bonorum, ad nulla onera tenetur filius, *d. §. fin. cum l. sequenti*, ex eo, quia quota bonorū est quid particulare deducto ære alieno, *l. Subsignatum §. Bona, l. Princeps bona D. verbor. signif. Alciat. in l. Bonorum D. verborum significatione, num. 7. Menoch. supra nu. 6. Cost. cap. Si pater verbo subsequenter filia, nu. 24. Sarmiento in d. §. final. Couar. 2. variar. cap. 2. Peregrinus de fideicommiss. art. 3. n. 13. & artic. 5. à num. 26. & artic. 34. num. 18. Faber. de coniect. lib. 18. cap. 18.* & quanuis *Valasc. de partitionibus. cap. 17. à n. 4.* late agat de hac quæstione, nos succincte de illa agemus, addendo scripta nouiora, & quia *Valasc.* supra tenet, quod sit quota bonorum cum communi opinione *Bart. in l. Ex facto 35. num. 2. D. hæred instit. Paul. & Fulgos. in l. Papinianus §. quarta autem D. in offic. Costa in cap. si pater glos. subsequenter, n. 24. Mantica de coniect. lib. 7. tit. 8. nu. 5. Menchac. lib. 2 de succes. §. 20. num. 210. Castill. dict. lib. 4. cap. 35. num. 54. Cæsar. d. l. In quartam num. 475. post Berengar. ibidem num. 114.* magis communis sententia secundū *Alexand. in l. Ita tamen §. Si patronus D. ad Trebel. vbi Imola Segura in l. Cum patronus num. 49. D. legat. 2. Corras. in l. Humanitatis Cod. impub. & alys num. 14. Peralt. in d. l. Cum patronus num. 39.* melius omnibus *Ioannes de Rojas in Epitome succes. cap. 9. à principio Suar. in leg. 1. titulo de las arras num. 5.* acerrime pro hac sententia pugnat *Menoch. consil. 1149. à num. 9. Antonius Cucus tract. de legitima, & quota bonorum à principio, Surd. consil. 128. & 342. nu. 3. Cald. de nominat. quæst. 9. nu. 7. & 8. Fab. decad. 15. errore 9. Peregrinus tom. 1. consil. 42. num. 24.* Et probatur hæc pars ex textu capitali *in l. Papinianus §. quarta autem D. in offi. testam.* vbi Vlpianus sic ait (*quarta autem accipietur scilicet deducto ære alieno, & funeris impensa*) cum ergo quarta, id est legitima, deducatur sublato

15.

16.

prius ære alieno, rectum fit conſequens non poſſe dici quid vniuerſale hæreditariū, quod permixtim cum ære alieno tranſit, ſed neceſſario debet conſiderari, vt quid particulare, ac proinde quota bonorū, id ipſum probatur *ex lege cum emancipati. 2.§.Illud D. collat. bonorum leg. Mulier 72. de iure dotium* cum ſimilibus: *facit l.2.§.Si quarta ibi (neque hæres) D. famil. erc.* Vnde inferunt Doctores, vt per *Berengarium in d. l. In quartam nu.* 117. filium inſtitutum in legitima non teneri creditoribus, & a fortiori non tenebitur legatarijs, quia legitima minui nequit propter legata, etiam pia, *cap. vlt.* 17. *quæſt.*4. nec etiam propter libertates, vt decidit Imperator, *in Authentico detriente, & ſemiſſe §. Prohibemus, vbi gloſſa, verbo, relinquat*, per quem textum abrogata eſt deciſio *d.§. Quarta autem*, dum permittebat legitimā defalcari propter libertates relictas, vt notat *ibi Paulus num.*8. *Valaſc. d. cap.* 17. *n.*7. *& n.*9. *poſt Berengar. ſupra nu.* 118. Vnde plures Doctores contendunt filium poſſe legitimam acceptare, repudiando reliquam hæreditatē paternam, vt contendit *Roman. in l.* 1. *D. de vulg. num.*12. *Bald. in d. §. quarta autem Corraſ. in l.*3. *num.*33. *Cod. impub. & alijs*, quos refert *Menoch. de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*101. *à n.*55. vbi teſtatur *ex Bald.* vbi proxime ſic aliquando cenſiſſe *Bart* & fatetur in rigore diſputationis defendi poſſe, alios refert *Trentacinq. de ſubſtitutionibus p.*1. *cap.* 10. *n.* 24.

In contrarium tamen ſtat altera communis ſententia, quæ contendit legitimā filiorum dici quotam hæreditariā, *vt per Corraſ. in l. Hæres inſtituta Cod. impub. & alys colum. fin. Alex. in l. Quia poterat D. ad Trebell. Menchac. de creat. lib.* 2. §. 20. *n.* 211. *Valaſc. d. cap.* 17. *nu.* 12. *Angel. in l. Ita tamen. §. Si patronus D. ad Trebel. Pereg. ſibi contrarius de fideicom. art.* 11. *nu.* 24. *Bald. in l. Quoties C. hæred. inſtit. Burſat. conſil.* 8. *n.* 10. *Petra de fideicom. q.* 15. *n.* 27. *Craſſ. §. Legitima quæſt.*1. *Rota Romana part.*1. *deciſ.* 474. *n.*3. *vbi teſtatur* de magis communi *Aretin. in l.* 1. *D. de vulg.* quē citat *Menoch. d. præſumpt.*101. *n.*59. *Fachin. lib.*12. *controu. cap.*4. *ſequitur Mangilius d. q.*9. *n.*7. *poſt Petrum Caballinum conſil.* 129. *nu.* 4. quorum præcipuum fundamētum eſt, quod legitima neceſſario relinquēda eſt titulo inſtitutionis, per textum *in Authentico vt cum de appellatione cognoſcitur §. Aliud quoque capitulum, collat.* 8. ergo filius velit, nolit hæres eſt, acceptando legitimam. Secundo, quia legitima patroni etiam dicitur quota hæreditatis, *vt probat l. Quandiu* 23. *D. bonis lib. leg. Ita tamen* 27. *§. Si patronus D. ad Trebell. l. Si eius* 64. *§. vltim. l. Cogi* 16. *§. Et generaliter. D. eodem.* Deinde. quia ſi filius inſtituatur inſimul dato cohærede, & cohæres non adeat, tota hæreditas accreſcet ipſi filio, *ex regul. leg.* 1. *§. Si ex fundo D. hæred. inſt.* quod effici nequiuiſſet, niſi filius fuiſſet

17.

fuisset hæres; quia inter diffinitos nō datur ius iacticiendi, secūdum vulgaria *l. Huius modi* 86. §. *Quib.* D. *legat.* 1. notāt præterordinarios; ibi *Menoch. de succes. creat.* §. 10. *n.* 114. & *n.* 151. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 1491 *n.* 13. *Peregrin. de fideicommiss. articul.* 9. *num.* 2. *Emanuel Mendes Cardoso in* §. *si eadem Instit. de legat. illatione* 8. *à principio, & illat.* 16. *num.* 11. *ad finem.* Vnde filium eo ipso, quod acceptat legitimam statim effici hæredem patris per additionem, merito resoluit communis sententia, *de qua Menochius de præsumpt.* 101. *à num.* 59. quia non potest filius acceptare legitimam citra ius, & nomen hæredis, interminis, *l. Gerit, & l. Pro hærede D. de acquirenda hæreditate*, & ideo acceptando legitimā, quæ est pars hæreditatis, non potest nō acceptare reliquam ex *reg. leg.* 1. *& 2. D. d. Acq. hæreditat.* resoluit alia cōmunis, de qua *vltra Menoch. supra n.* 42. *& consil.* 77. *n.* 20. *Marta, qui plures refert d. q.* 25. *art.* 6. *Trentacinq. d. cap.* 10. *n.* 24. *Fachin. lib.* 4. *contr. cap.* 45. *Menchac. d.* §. 20. *n.* 212. *vbi Bart. Succin. & plures quos sequitur Peregr. d. lib.* 1. *consil.* 67. *n.* 26. vbi fatetur cōmunē, satisfaciūtq; argumēto aliquorum, quos supracitauimus, cōtendentiū posse filium legitimā acceptare, & cæterā hæreditatē repudiare, ex eo, quia filius dicitur creditor in legitima, *l.* 1. §. *Si impuberi, D. Collat. bon. late Tiraq. l. Si vnquam verbo, susceperit liber. n.* 113. Facit quia filius debet institui in legitima, *d.* §. *Aliud quoque capitulum*: ergo legitima est quota hæreditatis. Sed creditor potest debitū accepta re, reliqua hæreditate repudiata, *l. Vt debitor C. de hæred. act. vbi Donel.* ergo similiter, & filius. Quia satisfacit *Ripa in l.* 1. *D. de vulgari n.* 158. *Iaf. cons.* 181. *lib.* 2. *Alciat. in d. l. Inquartam. n.* 25. *Menoch. d. loco n.* 56. & 57. *Fachin. d. cap.* 65. *vers. sic. sed omissis*, nullam similitudinē dari inter filiū respectu legitimæ, & cęteros creditores: nā filius non potest dici creditor, quia quod ei debetur non est quid diuersū ab hæreditate, quod vero alijs debitū est, nihil habet cōmune cum hæreditate, & ideo hi possunt retento debito hæreditatē repudiare, filius vero minime. Vltimo, quoniā remediū, *l. vlt. C. de edicto Diui Adriani tollendo*, quod solū hæredi conceditur, cōpetit filio in legitima instituto, *vt tenet Bald. ibi n.* 38. quē sequitur maior numerus Doctorū, quos sequitur *Menoch. adipisced. remed.* 21 *q.* 22. *alias n.* 158. Ex quibus apparet hāc secundā opinionē veriorē esse, & magis cōformem principijs iuris, quicquid distinguāt plures *Menoch. Suar. Petra.* quos sequi videtur *Valasc. d. cap.* 17. *à n.* 17.

Qua retenta nō obstāt argumēta contrariæ, quia ad primum de *text. in d.* §. *quarta autem* dū probat quartam, seu legitimam esse considerādam deducto ære alieno, respondet *Fachin. lib.* 12. *cap.* 4. legitimā esse in hoc priuilegiatam, vt deducatur 18.

post alienum, non autẽ semper talẽ considerari; sed tantum secundum subiectam materiã titulo de inofficioso: nam ad exclusionẽ querelæ, requiritur, vt filius habeat suã portionem integram, *iuxta textum in eade l. Papinianus* §. *Si quis mortis*, & *in l. Si non mortis D. eodem titula*, ad cuius computationem requiritur, vt prius deducatur æs alienum, vt recte intelligunt *Menchac. d. n.* 211. *Valasc. d. cap.* 17. *numer.* 12. *Castill. tom.* 4. *cap.* 35. *num.* 54. Sed inde inferri non potest vniuersalis propositio: ergo legitima est quota bonorum, cum verior sit cõtraria opinio, quia non valet consequẽtia, legitima deducitur, ære alieno deducto: ergo est quota bonorũ, quia quarta Falcidia deducitur, ære alieno prius deducto, §. *vlt. Inst. ad leg. Falcid. l. In imponenda C. eodem titul.* & tamen est quota hæreditatis *l.* 1. *ibi (quartam partem hæreditatis) D. ad legem Falcidiam*; Nec *l.* 2. §. *Illud D. Collatione bonorum* aliquid euincit,
19. solũ enim probat, quod filius emãcipatus si velit ad hæreditatem paternam venire, debet conferre bona sua, quæ non considerantur nisi deducto ære alieno, argumento *l. subsignatum D. de verborum significatione*, qui textus loquitur de bonis, quæ emancipatus conferre debet, non autem de legitima, quæ non tanquam bona, sed tanquam hæreditas consideratur, maxime quia in terminis *d* §. *Illud*, emancipatus tenebatur conferre fratribus quicquid aliunde quæsierat, secundum formam edicti collationis bonorũ, de quo *in leg.* 1. §. *Cum prætor D. de collat. bonorum*, & ideo bona illa ab emancipato quæsita veniunt ad collationem, non tanquam portio hæreditaria, sed tanquam quid particulare ab emancipato quæsitum, ideoque merito deducitur æs alienum, secũdum quæ *Costa* §. *Et quid si tantum.* 3. *part. nu.* 529. Denique, *leg. Mulier*, ibi citata nihil probat pro priori communi sententia, vt legenti constabit; vnde licet, iudex partitionum consultius agat separando ex toto aceruo hæreditatis bona, ex quibus debita satisfiant, assignando illa specialiter vni hæredi, vel filio *iuxta leg.* 3. *in principio D. familiæ erciscundæ*, *vt ait Valasc. d. loco num.* 19. & si filius fuerit institutus insimul cum hærede extraneo vniuersali vtilius sit filio, & creditoribus æs alienum hæredi vniuersali applicare, tamen, si prætermittat, & nulla facta deductione, bona diuidat, tenebitur filius pro rata ad solutionem æris alieni, quia est hæres patris, & titulo hæreditario legitimã percipit, iuxta magis communem sententiam, quam sequimur, quicquid *Valasc. d. cap.* 17. *num.* 20. scribat cum alijs, quos citat: nam cum filius sit hæres ipso iure diuiditur æs alienum inter ipsum, & reliquos hæredes *l.* 1. *C. si certum petatur Peregrin. artic.* 48. *num.* 1. Vnde nihil inconuenit de rigore iuris, vt debita deducãtur pro rata,

pro rata, etiam inter filios, vt tenet *Menoch. dict. remed. 4. num. 163. ad finem.*

Ex quibus sequitur filium institutum in legitima non posse con-
20. trauenire alienationi paternæ, etiã factæ de re propria, vt bene scribit *glossa celebris in l Cum à matre C. Reiuendicat.* quam ibi sequuntur communiter Doctores, *vt per Iasonem, & Corneum, Iacobinum, & alios ibi,* quos citat, & imitatur *Valasc. consult. 69. à num. 7.* vbi testatur reprobatam esse communiter *glossam, in l. vltima §. In computatione C. iure deliberandi,* quam sequitur *Pinel. in l. 1. part. 3. de bon. mat. num. 80.* & hanc opinionem contra *glossam ind. §. In computatione* ab omnibus receptam testatur *Valasc. supra, Couar. in cap. 1. de testament. nu. 13. ad finem. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 1. num. 26. Peregrin. de fideicommiss. artic. 33. n. 13. tenet Barb. l. Lucius 39. num. 20. D. soluto matrimonio.* Ratio huius communis sententiæ est, quia emptor, si ab eo res euincatur per filium efficitur creditor paternus ex euictione ad pretium, & interesse, *iuxta l. Re euicta. 70. D. de euictionibus,* cũ similibus, sed certum est creditorẽ anteponi filijs institutis in legitima, *vt probat d. §. quarta,* Ideoque filio agenti ad rẽuendicãdam rem à patre alienatam obstat exceptio, *leg. Vendicantem. 17. de euictionibus,* quam de euictione tenet actio eũdem agentem repellit exceptio. Deinde obstat *reg. l. Ex qua persona D. de regulis iuris,* ex qua deducitur, neminem posse impugnare factũ illius personæ, à qua commodum sentit, cum ergo filius institutus in legitima commodum sentiat ex hæreditate paterna, eius factũ impugnare nequit, quod etiam ad casum, quo ipse filius inuentarium faciat ampliat *Peregrin. d. num. 13. cum Gabrieli cons. 125. num. 12. Hondedo consil. 3. num. 53.* Nec obstat quod filius non potest grauari in legitima, *l. Quoniam in prioribus vbi omnes Cod. inofficioso testamento,* & si filius non posset reuocare alienata à patre, daretur hac via grauamẽ in legitima, quia plene satisfacit *Valasc. dict. num. 7.* illud onus intelligi circa legata, fideicommissa, conditiones, & similia, quæ ipso iure reijciuntur, sed non respectu æris alieni, quod ante omnia deducitur, *d. §. Quarta autem,* maxime, quia filius in legitima non est proprius creditor, vt post *Padilha ind. leg. Si emancipata Cod. iuris, & facti à n. 32.* eleganter probat *Valasc. d. consult. 69. num. 8. Peregrin. artic. 36. n. 150. Valasc. de part. cap. 17. nu. 20.* & velit restingere ad filium hæredem vniuersalem institutum.

Quibus sic prẽhabitis persequamur institutum nostrum, circa materiam imputationum, quam ma- 21.
teriã vtilem, & quotidianam appellat *Fabian. in d. Auth. nouissima à num. 89.* & commendant omnes *ad l. In quartam D. ad leg. Falcidiam, vbi Bart. à nu. 10. Picus à num. 112.*

Beren-

Berengar. inſpection. 3. *à nu.* 64. *Ripa à num.* 130. *Caſar. à num.* 350. *Alciat. à num.* 31. *Menchac. de creation. lib.* 2. §. 30. *à num.* 202. *Peregrin. d. artic.* 36. *à num.* 103. *Valaſc. de part. cap.* 13. *à num.* 13. *Mangil. quæſt.* 12. *Pichard. in* §. *Quædam Inſtit. de actionibus artic.* 3. *vbi præceptores noſtri*, & reliqui ordinarij, *Caldas* §. *Sed hac Inſt. de inofficioſo* 2. *part. per totam.*

Deueniendo igitur ad intētum, materiam totam duobus articulis concludemus: In primo agemus de relictis per vltimam volūtatem; in ſecundo de donatis per contractum, & vtrobique de aduentitijs, quæ contemplatione patris, filijs relinquuntur. Et quoad primum articulum, regula eſt certiſsima inter Doctores, filium teneri imputare in legitimam omnia, quæ pater
22. ei reliquit titulo inſtitutionis, vt notant omnes *per textum in d. Authentico*, vt *cum de appellat. cognoſcitur* §. *Aliud quoq; capitulum*, ex quo ad validitatem teſtamenti præciſe requiritur, vt pater filiū inſtituat hæredem, licet in re particulari ſub pæna nullitatis teſtamēti *vt proſequitur Menchac. d.* §. 30. *à num.* 79. *Barboſ. in l. Si cum dotem* §. *Si pater, nu.* 10. *D. ſoluto matrimon. Mang. dict. quæſt.* 12. *nu.* 3. *Craſſ. in* §. *Legitima quæſt.* 32. *num.* 2. *Paul.* quem commemorat, & ſequitur *Cagnol. in d. l. Papinianus* §. *quarta n.* 2. *Cephalus conſil.* 95. *à num.* 9. *Præceptor Veiga ad* §. *Quadam. Inſt. de actionibus*, quod ſic à patre relictum tenetur filius imputare in legitimam, vt notant cōmuniter ſcribentes *ad d. l. In quartā vbi poſt Bart. Angel. Alexand. Picus. n.* 179. *Berengar. d. inſpect.* 3. *n.* 90. *Ripa* 140. *Caſar. num.* 367. *Mangil. d. quæſt.* 12. *num.* 4. *Menchac. d.* §. 30. *à num.* 243. *Alciat. d. l. In quartam num.* 31. *Peregrin. d artic.* 36. *n.* 112. *Fabian. in dict. Authent. nouiſsima à num.* 90. *Marta de ſucceſſione legali quæſt.* 25. *articul. vltimo à principio*, & per iura expreſſa *in d. Authent. nouiſsima. Cod. inofficioſo teſtament. leg. Omnimodo Cod. eodem titul. leg. Scimus* §. *Repletionem eodem l. Etiam* §. *Si debita D. de bonis libert.* vbi in terminis probat in legitima patroni, ex qua argui poteſt ad legitimam filiorū, *iuxta l. vltim. verſiculo etenim C. inofficioſo.* Ratio eſt quia pater naturalis debitor eſt neceſſarius legitimæ filiorum, *iuxta l. Cum ratio D. de portionib. quæ liber. damnat. textus noſter, d. cap. Raynucius ſupra eodem, gloſſa in l. Si emancipata C. iur. & facti vbi Padilla num.* 32. *Caldas in* §. *Si tutor. Inſtit. de inoffic. num.* 8. *Craſſus* §. *legitima quæſt.* 14. *Robles de repræſentat. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 28. ac proinde cenſetur relinquere animo compēſandi, *iuxta l. Si cum dotem* §. *Si pater D. ſoluto matrim. Auth. Præterea Cod. vnde vir, & vxor*, notat in terminis *inſignis Barboſ. in d.* §. *Si pater à principio, & melius num.* 7. *cum ſeqq. Mantica de coniectur. lib.* 10. *titul.* 2. *Menoch. lib.* 4. *præſumptione* 110. *à n.* 4. *Fachin. lib.* 5. *controuerſ. cap.* 33. *Gaſpar ad Fabr.* 2. *tract.* 13. *quæſt.* 2.

Caſtillo

Castillo tom. 4. cap. 32. num. 55. & tomo 1. de vsufructu cap. 46. à num. 5. Surd. consil. 7. & consil. 112. Peregrin. art. 33. num. 41. & ab hac communi resolutione neminē vidisse recedē-tem, imo cum ea transire omnes testatur *Ripa dict. leg. In quartam, num. 187.*

Dubium tamen est an à patre profectum per viam legati, quod pater filio à coherede relinquit imputandum sit, quando pater filium instituit in parte minore legitimę, ita vt filius agere possit ad supplementum, & videtur dicendum nō imputari *per textum in l. Patre C. de Collationibus*, vbi probatur legatum filiæ à patre relictum nō venire ad collationem, nec similiter imputari in legitimam, *notat Gom. leg. 29. num. 4. cum Paulo in l. 1. Cod. de collat. Decio in Authent. ex testamento Cod. eodem, Caldas de potestat. eligendi cap. 12. num. 23. Valasc. de partit. cap. 13. num. 102. & nu. 142. Menoch. cons. 1. 166. num. 3. Peregrin. tom. 1. consil. 66. num. 1. Faber. decad. 40. error. 4. Gaspar lib. 2. tractat. 13. quæst. 14.* vbi nemine relato transit cum hac doctrina, quasi de mente patris colligatur nolle, vt accepta per eius iudicium titulo legati imputentur in legitimam, in qua licet pater ipse sit debitor, tamen si ex mente debitoris constet noluisse compensatione vti, minime compensabitur, vt notant Doctores *ad l. Creditorem 87. D. de legatis secundo, Barbos. d. §. Si pater num. 2. Mantica de coniecturis lib. 10. titul. 2. numer. 1.*

23. Sed contraria sententia verior est, imo filium, cui pater in testaméto reliquit legatum teneri illud imputare in legitimam, ratio est illa, quam supra posuimus, nulla enim causa differentiæ assignari potest, cur magis relictum titulo institutionis debeat imputari in legitimam, quam relictum titulo legati, cum vtrunque descendat ex patrimonio patris, & in vtroque ratio compensationis ex necessitate cū debito militet: igitur: Deinde quia ita probant Imperatores *in l. Scimus vers. querebatur C. inofficioso testamento, ibi (in legatis, vel in testamento) l. Omnimodo §. Et hæc quidem ibi (in hæreditate, vel legato fideicommisso) iuncta Authentica Nouissima eodem titul. ibi (quoquo relicti titulo,) Authentico de Triente, & semisse §. Si vero*; ex quibus satis insinuant Imperatores etiam relicta titulo legati esse imputanda, & ita resoluunt communiter Doctores *cum Bart. in d. l. In quartam num. 10. Picus ibi nu. 79. Berengar. num. 90. inspectione 3. vbi Paulus, & alii mole. Menchac. d. §. 30. n. 243. Cæsar. in d. l. In quartam num. 367. Gabriel. cons. 109. nu. 121. Surd. de alimentis titul. 9. quæstion. 34. à num. 21. Mantica d. titul. 12. n. 6. Mynsinger quæst. 48. num. 14. assignatis Barbosa in l. Si cum dotem, §. Si pater num. 11. & in l. Post dotem num. 50. ad finem*, & apud me est indubitabilis propositio, ex fundamentis, de quibus supra, quæ bene expedit

Surd.

Surd. vbi proxime; Nec obstant *d. l. à patre. & d. l. Filiam Cod. de collationibus*, dum eximūt filiam ne imputet legatum, quia si recte aduertas, iura illa non loquuntur de filia, quæ legitimam deducit de bonis paternis, sed loquuntur quando filia habebat dotem, qua fuit contenta; nam certum est, quod quando filia habet dotem æquiualētem legitimæ potest se abstinere ab hereditate patris, retenta dote, *iuxta l. vltim. D. collatione dotis, Gomez l. 29. num. 32. Menoch. lib. 4. præsumpt. 101. num. 62. Valascus de partitionib. cap. 13 num. 20. Molina de iust. disp. 239.* nec in hoc casu filia potest dici hæres patris cūm cōtenta sit dote sua, & tunc iam cessat mens patris volentis compensare; nam cum ipsa haberet legitimam, id est dotem, & pater sciens ei reliquit legatum, procul dubio censetur velle, vt vltra legitimam, legatum etiam consequatur, quæ resolutio colligitur ex mente *insignis Barbosæ in l. Post dotē, num. 50. D. soluto matrimonio*, vnde idem in alijs filijs resoluemus etiā non dotatis; si enim pater filium in legitima instituat, insimul cū alijs, & vltra legitimam, ei legatum assignet, non tenebitur tale legatum imputare, sed potius illud præcipuū insimul cū legitima deducet, quod satis deducitur *ex d. l. à patre* explicata vt supra, & in terminis scripsit *Gabriel. dict. num. 21. Surd. d. quæst. 34. num. 10. & 15. & 20. cum his, quæ Mantica lib. 6. de coniecturis tit. 2. num. 13. Peregrin. d. lib. 1. consil. 66. num. 5.* 25.

Hinc consequenter subsequitur tandem solutionem sequendā circa fideicommissum: nam cum proueniat ex substantia paterna, & in eo verificētur omnes rationes, quæ pro legato supra expenduntur, eisdem regulis metiendum est, maxime quia *textus in d. l. Omnimodo §. Et hæc quidem*, expresse loquitur de fideicommisso, & *textus in d. Authent. Nouissima*, in verbis ibi *(quoque titulo)* etiam fideicommissum comprehēdit, nec in eo aliqua differentiæ ratio excogitari potest quoad intentum, & ita ex mente *Bartoli tradit Alciat in d. l. In quartam, num. 31. Menchac. d. num. 243. Peregrin. dict. articul. 36. num. 121.* & est de mente omnium, quos proxime citauimus, præcipue *Mangilij d. num. 14.* qui communiter pertranseunt cū hac doctrina, quæ est verissima, si intelligatur de legato, & fideicommisso pure, & sine aliqua cōditione relicto, in quo fatur communis. 26.

Circa legata vero, & fideicōmissa, quæ sub conditione relinquuntur, potest controuerti, an in legitima debeant computari, supponendo prius terminos habiles, v.g. si testator instituat filium suum in dimidia legitimæ, & ab alio cohærede prælegeret titulo legati, vel fideicmōissi, reliquam dimidiam subconditione, vel in die, in his terminis quæstio versabitur, an à tēpore mortis 27.

mortis paternæ debeat filius habere dimidiam sibi titulo institutionis relictam, & in simul supplemẽtum ex reliquo aceruo hæreditatis, ita vt legatum, seu fideicommissum conditionale quoad supplementum non consideretur, sed statim repleatur legitima, & postea aduenięnte die, vel conditione etiã lucretur filius legatum, & fideicõmissum, nec teneatur illud in legitimam imputare. An è contra teneatur filius legatum, seu fideicõmissum sic conditionale in legitimã statim imputare? Et quod statim sit imputandum reiecta conditione, vel die tenet *Menchac. d.* §. 30. *num.* 244. *argum. l. Quoniam in prioribus Cod. eodem titulo de inofficioso testam.* vbi à legitima reijcitur omnis cõditio, & grauamen ipso iure; ergo legatum, & fideicommissum in legitimam imputatur, vt supradiximus, sequitur conditionẽ reijciẽdam esse de illo, ac de legitima, & videtur hæc opinio colligi ex mente *Bart. in d.l. In quartam n.* 14. vbi ait in hoc casu reijci conditionem ex supplemento legitimæ.

Sed merito Doctores communiter docent contrarium in his terminis, legitimã esse supplendã de bonis, & substãtia paterna, & deinde si cõditio adueniat posse filium
28. etiam vltra legitimam legatũ, seu fideicommissum lucrari; quod probatur ex eo, quia legitima statim supplenda est de substantia patris *textus capitalis in l. Scimus* §. *Repletionem C. inofficioso testamento*, quod statim a tempore mortis inducendum est *iuxta d.l. Cum quaeritur Cod. eodem titul. l.* 1. §. *Si impuberi, D. de Collat. bon. l. final. D. de liber. agnoscend. Caphal. consilio* 148. *num.* 29. sequitur nõ posse in hoc supplemẽtum imputari illud, quod adhuc acquisitum nõ est pendente cõditione, quia imputatio supponit rem iã acquisitã, *l.* 1. *&* 2. *D. de Compensationibus*, & sine alijs philosophyæ documentis *probat text. expressus in d. l. Scimus* §. *Cum autem*, vbi iubet imperator, vt si filio sit vniuersale fideicommissum relictum ab herede scripto potest statim legitimam integram, nulla dilatione impediẽte percipere, deinde adueniente cõditione reliquum acquiret. cum ergo eadẽ sit dispositio de parte, quæ de toto *l. Qua de tota D. de Rei vẽdicatione*, fit consequens Mathematicũ, quod in terminis nostris filius debet percipere supplementum legitimæ, mox sine aliqua dilationẽ vel conditione spectata, postea autem si conditio adimpleatur accipiet legatum, vel fideicommissum, nec tenebitur illud imputare *d.* §. *Cum autem*, & euidentius demonstratur quia potest non adimpleri conditio, quo casu nihil legati nomine deberur, & si hoc legatum imputaretur iam minus esset in legitima, quod esse non potest, & hanc partem sequuntur, sicut dixi communiter Doctores, vt per *Cephalum, cons.* 183. *num.* 25. *Paris.*

conſ 56. *numer.* 19. *lib.* 3. *Cæſar in dict. leg. In quartam numer.* 122. & *tenet Menchac. ſibi contrarius* §. 10. *numer.* 388. *Peregrin. dict. articul.* 36. *num.* 112. *Poſt Bald. & Salycet. in dict.* §. *Repletionem, Corneus conſil.* 106. *ad finem. lib.* 2. *Roland. conſil.* 29. *n.* 15. *lib.* 4. *Ripa in d. l. In quartā num.* 218. *Mangil. d. quæſt* 48. *num.* 21. *& ſequent.*

Nec fundamentum *Menchac. ſupra num.* 244. aliquid probat quia ſi dubitationem aliquam habere poſſet, eſſet ſolummodo ante deciſionem *dict.* §. *cum autem*, ſed poſt illā omnis dubitandi occaſio præcluditur, vt ipſe tenuit *dict. n.* 388.

Infertur etiam data á patre per donationem cauſa mortis imputāda eſſe in legitimam. Ratio eſt, 29.
quia donatio cauſa mortis magis accedit vltimæ volūtati, *iuxta principium. Inſtit. de donat. l. vltim. Cod. de donat. cauſa mortis, poſt Couarru.* 3. *part. Rubricæ de teſtamentis Matiença l.* 7. *titul.* 10. *gloſſa* 2. *à num.* 3. *lib.* 5. *Molin. de iuſtia diſputat.* 288. *Pich. in dict. principio à nu.* 13. Sed regulam poſuimus ſupra quod omnia peruenientia ad filios ex ſubſtantia paterna in legitimam imputātur quouis titulo per vltimam voluntatem, *dict. Authentica Nouiſſima igitur*, &c. *tradit Cæſar. in dict. leg. In quartam num.* 369. per duo iura, quæ citat *in leg. Si non mortis à contrario ſenſu D. de inofficioſo, leg. Papinianus* §. *Si quis mortis eodem, Picus in d. l. In quartam à num.* 201. *Corraz in leg. Filium quem habentem Cod. Familiæ erciſc. Mangil. quæſtion.* 36. *num.* 25. *vbi citat leg. Etiam*, §. *penultim. D. de bonis libertor.* arguendo de patrono ad filium, & apud me res eſt indubitabilis.

Difficilior caſus eſt, ſi pater inſtituat filium in re aliena, vel ei leget, vel fideicommiſſum reiinquat, vel donationem cauſa mortis efficiat, an hæc res aliena debeat imputari in legitimam, & negant cōmuniter ſcribentes *cum Bartol. in dict. leg. In quartam vbi Picus num.* 59. teſtatur cōmuniter receptum, ex quo refert *Menchac. d. loco num.* 240. *per textum in dict. leg. Scimus* §. *Repletionem Cod. de inofficioſ.* vbi probatur, quod ea; quæ extra patrimonium patris ad filium perueniunt in legitimam non imputantur, idē *ex Authentica Nouiſſima, iuncta Authent. vnde ſi parens Cod. eodem*; cum ergo omnia relicta ſupradicta, non ex patrimonio patris, ſed ex re aliena ad filium perueniant, ſequitur non venire imputanda. 30.

Sed à prædicta ſententia meritо receſſit *Menchac. dict. num.* 140. vbi, nemine relato, tenet legatum ſeu fideicomiſſum de re aliena imputandum, quando hæres tenetur illud lucre, & præſtare filio hæredi, eandem ſententiam tenuit ante ipſum *Berengarius ad d. leg. In quartam num.* 93. *Ripa ibidem, num.* 139. *ſequitur Peregrin. dict. articul.* 36. *numer.* 106. quibus libenter adhæreo. Ratio eſt, quia legatum, & fideicommiſ- 31.

commissum de re aliena relictum valet, & vel res ipsa, vel æstimatio præstanda est, §. *Non solum Institut. de legatis*, *leg. Cum alienam Cod. eodem titulo*, *l. Non dubium D. de legatis* 3. & institutio in re aliena certa facta reputatur legatum, *iuxta l. Quoties Cod. de hæredib. instit.* ac proinde licet relictum sit de re aliena, tamen cum æstimatio danda sit de hæreditate, nō potest dici prouenire extra substantiam paternam, imo ex ipsa. Nec credendum est mentem *Bartoli dicto loco* fuisse aliam, sed solum iuxta terminos *dict.* §. *Repletionem*, cum id, quod ad filium peruenit, nullam dependentiā habeat ab hæreditate patris, vt Doctores proxime citati contendunt.

Quarto infertur controuersum esse, an data conditionis implendę causa debeant in legitimam imputari? & pro parte affirmatiua scripserunt *Menchc. dict.* §. 30. *nu.* 247. *cum duobus sequentibus*, *Torniell. ad leg. In quartam numer.* 19. Moti ex eo, quia licet re vera, datum causa conditionis implendæ proueniat extra patrimonium testatoris, tamen, subtilitate iuris perspecta, ab eo dimanare dicuntur, quia legatarius, seu hæres grauatus fuit illa præstare, argumento *leg. Ab eo Cod. de fideicommissis* §. 1. *Institut. de singulis rebus per fideicommissum relictis*, ergo imputanda sunt secundum regulam, quam supra constituimus. Deinde quia valet argumentum de legitima patroni, ad legitimam filij, *l. vltim. versic. lo eternim Cod. in officioso testamento*, sed in legitima patroni certum est, imputari accepta causa conditionis implendæ, *leg. Etiam* §. *Si patrono D. bonis libertorum.* Vltimo, *per decisionem leg. Papinianus*, §. *Si conditioni D. de inofficioso testamento*, vbi quemadmodum legata, donationes, & aliæ mortis capiones querelam in officiosi excludunt, quia legitimam replent, ita similiter accepta causa implendæ conditionis excludunt querelam, quasi succedant in locum legitimæ, & pro hac parte testatur *Corrasius in l. Filium, quem habentem num.* 95. esse cōmunem sententiam ex mente *Bartol.* & *Fulgosij*, quos citat.

32. Negatiuam tamen sententiam amplectuntur cōmuniter Doctores, quam vere communem esse, & contrariam illi *Corrasius* falso dicit communem, scribit *Menchac. supra citato loco*, *num.* 246. *cum Pico ind. l. In quartam nu.* 67. qui tamen in alio casu loquitur, sed hanc communem *cum glossa in d. l. Filium quē habentem tenet Corras. supra Angel. & Immol. quos sequitur Alexand. num.* 19. *d. l. In quartam*, *sequitur Marta de succes. legali quæst.* 25. *articulo* 11. *num.* 7. *& sequent. Lancelotus Politus d. l. Filium num.* 103. *& ibi Succinus iunior num.* 115. *Casar in dict. l. In quartam à num.* 360. *vbi Ripa n.* 136. *cum sequenti*, pro qua expendunt *d. l. Scimus* §. *Repletionem*, vbi non imputantur 33.

putantur quę veniunt aliunde,quā a ſubſtantia paterna, ſed hæc quæ dantur cauſa conditionis implēdæ veniunt extra patrimonium paternum *l. Paulus* 4. *D. de rebus dubijs, ergo,&c.* Secundo,quia legima ſtatim defertur a die motis paternæ, *l.Quoniam leg.Scimus in principio cum alijs Cod. inofficioſo teſtamento*, ſed ſi adimplementum conditionis expectaretur, iā in legitima hoc modo inducereturdilatio,ne ergo hoc inconueniens ſequatur dicendum eſt,nullo modo eſſe imputāda quæ dantur caūſa conditionis implendæ,& hanc communem ſequitur *Cæſar proxime nu.* 364. maxime per primum fundamentum modo relatum, quod tale datum non prouenit ex diſpoſitione teſtatoris,ſed habetur iure aduentitio, *l. Sed ſi ſic* 6.§. 1. *D.de legatis* 3. *l. Qui fundum* §.*Filios D.ad legem Falcidiam*, & per conſequēs ceſſat imputatio,& hæc opinio vera eſt in datis, & acceptis extra patrimonium paternum iuxta iura modo citata, quando datū prouenit extra bona paterna,prout quando legatarius fideicommiſſarius hæres, vel ſimilis grauantur, dare ſeruum,equum,vel quid ſimile proprium etiā cauſa conditionis implendæ: nam licet grauamen ſit à patre impoſitnm, tamen datum non cadit ſub diſpoſitione, *leg. Si quis ſub conditione D. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, &cæt. Mantica de coniectur. lib.*1. *titul.* 2. *num.*4. *Barboſa* 1.*part. Rubricæ D. ſoluto matri-*

monio à num. 42. *Caſtill. tom.* 4. *cap.* 55.*à num.*14. Si autem datum cauſa conditionis implendæ procedat de proprijs bonis paternis, tunc vera eſt prima ſententia, dum ait imputandum eſſe, &ſi attente legatur, *textus in dict. l.Etiam* 3.§. *Si debita D. de bonis libertorum*, in hoc caſu procedit, ibi (*ſi tantum ſit de bonis liberti profectum*) quibus verbis nos docet Conſultus, ibi tunc ſolum data implendæ cōditionis gratia imputari, quando ſunt profecta ex bonis liberti, admiſſo ergo argumento de legitima patroni ad ligitimam filij,ſatis oſtenditur etiā data conditionis implendæ cauſa quando ex bonis paternis proueniunt imputari, facit *textus in leg. Quidam teſtamento* §. *final. D. de legat.* 1. & hanc ſententiam admittunt *Ripa ſupra num.* 138. *Peregrin. dict. artitul.* 36. *num.* 119. *Mangilius quæſtion.*24. *num.* 28. & ſi dubitent de argumento de legitima patroni ad legitimam filij in caſu *leg.*1. *Cod. de his, quæ ſibi aſcr iuncta leg. Si quis legatum* §. *final. D. ad legem Cornel. de falſis*, tamen omnes communiter illud admitunt, maxime *Succin. in dict. leg. In quartam num.* 118. Quærere poteſt quis de ratione differentiæ cur in primo caſu data implendæ conditionis cauſa nō imputentur; In ſecundo vero maxime; Reſpondeo ſecundum principia in hac materia, priori caſu teſtatorem non cenſeri cogitaſſe de imputatione, cum

34.

ſolum

solum grauaret, vt data exirent de bonis alienis propter iuris censurã *d.§. Repletionem* cum qua in dubio visus est se conformare iuxta vulgatam actionem, *l. Hæredes mei §. Cum ita D. ad Trebellianum. de quo Menoch. lib. 4. præsumption. 202. num. 1. Castillo tom. 4. cap. 35. à principio*; ac proinde præsumitur non cogitasse de imputatione, maxime cum nõ posuerit illa in dispositione iuxta supradicta. At vero in secundo casu eadem iuris dispositio dictat esse imputanda, ex eo, quia procedunt ex bonis paternis *d.§. Repletionem. d. §. Si debita*, nec habetur respectus ad dispositionem testatoris, quia licet non sit dispositiua, tamen præsumitur conformis censuræ iuris.

Nec retenta prædicta resolutione obstant argumenta pro prima sententia supra relata; primũ enim, & secundum nobiscum assentiunt, solum *ad §. Si cõditioni l. Papinianus*, de est responsio. Dico ergo *textũ in dict. §. Si conditioni* non excludere
35. filium à querela, de qua ibi erat quæstio, ex eo, quia tenetur in quartam imputare data ab hærede conditionis implendæ causa, sed ex eo; quia censetur accipiendo de manu hæredis illud, quod testator iussit, approbasse paternum iudicium, cõtra quod ex postfacto venire non valet, *ex textu in l. vlt. D. eodem titul. l. Nihil interest 12. D. eod. titul. notat Cald. ad §. Tutor Inst. eod. n. 1. Corneus consil. 167. lib. 4. Menchac. §. 10. lib. 2. num. 535.* Et comprobatur, qua si in illo textu ageretur de imputatione, videndum erat, an data conditionis implendæ causa complerent quartam, vel non, de quo nec verbum ibi per Iureconsultum, & hũc intellectum, quem sequimur, sequitur *Cuiacius in recitationibus ad illum textum*, ex quibus deducitur eandem resolutionem quam circa data causa implendæ conditionis sequimur, ampliandam esse ad data causa modi implendi, ex identitate rationis, quæ in hoc casu datur, *d.§. Debita iuncta l. 1. Cod. de his quæ sub modo vbi gloss. tenet Menchac. d. num. 242. & ante illum Paulus de Montepico, ind. l. In quartam n. 179.* vbi ex mente *Bartoli* videtur nostrã resolutionem amplecti, addo *Magilium quæst. 12. num. 1.*

Consequitur etiam quod si filius institutus in minori parte sibi debi- 36.
ta accepit aliquid expretio alicuius rei, in qua oneratus fuit à parẽte, vt certo pretio venderet Titio, venire in imputationẽ; in terminis, *l. Qui fundum. 86. in principio, l. In ratione 30. §. Tametsi, l. Si dignum 19. D. ad l. Falcidiã*. Nam pretium hoc proculdubio à patris substantia descẽdit, quatenus tale necessario imputandũ est, iuxta cõclusionẽ à nobis firmatã *ex d. §. Repletionẽ docet Bart. n. 3. ind. l. In quartam, Menchac. d. n. 242 in fine*, & est verissima resolutio ex supradictis.

Quærunt etiam scribentes an illud quod filius capit ex substi- 37.
tutione scripta in testamento paterno

paterno, & de bonis ipsius patris, vel etiam filij impuberis, imputandum sit in legitimam? In qua quæ-
37. stione veriſsimam partem negatiuam diximus, quam ſequuntur cōmuniter in ſubſtitutione pupillari *Alexand. num. 20. in leg. In quartam vbi Picus num. 265. Berengar. 117. Ripa nu. 217. Menchac. lib. 1. §. 10. num. 389. Politus in l. Filium quem habentem nu. 129. C. famil. ercisc. de vbi Corras num. 212.* qui de communi teſtatur, *Cæſar d. l. In quartā num. 365. vbi Alciat. num. 33. Peregrin. d. artic. 36. num. 115. Mangil. quæſtion. 12. num. vltim.* Nititur hæc communis in eo, quia hæreditas, quam filius acquirit ex pupillari ſubſtitutione, non dicitur hæreditas patris, ſed hæreditas filij, *iuxta l. Papinianus §. Sed nec impuberis D. inofficioſo teſtamento, §. Igitur Inſt. de pupillari l. 1. §. Veteres D. de acq. poſſeſſion.* ſed conſtat bona illa quæ non proueniunt ex ſubſtantia paterna non imputari in legitimam, *iuxta d. l. Scimus §. Repletionem Cod. inofficioſo teſtament. ergo, &c.* Vnde prouenit, quod ſpurius, quem pater hæredem inſtituere prohibetur *Authentica ex complexu Cod. de inceſtis nuptys*, poteſt ab eodem patre ſubſtitui pupillariter impuberi, *l. Si is 6. D. vulgar, & pupillari. Menoch. lib. 4. præſumpt. 96. num. 14. Coſta cap. Si pater verbo bona omnia à num. 6. Gutier. lib. 5. pract. quæſt. 55. numer. 6. Caldas §. Tam autē Inſt. de inofficioſo teſtamento num. 12. & nu. 24. Cuiac. ad titulum Cod. de infirmand. pœn. cœlibat. addo Gothofred. in dict. leg. Si is.* Denique facit *leg. Sed ſi plures 10. §. Filio D. de vulgari.* Vltimo, quia legitima filij ſubſtituti à die mortis paternæ ſtatim debetur, nulla expectata cōditione ac mora, *d. l. Omnimodo d. l. Quaniā in prioribus*, ſed hereditas, quę prouenit ex ſubſtitutione pupillari poteſt accreſcere poſt annorū ſpatiū, quia impubes adire poteſt, & poſtea decedere intra pupillarem ætatem, tępore, quo iam ſubſtitutus ſuam integram habet legitimam; Nec imputatio admitti poteſt *ex regula leg. Scimus §. Cum autem Cod. inofficioſo teſtamento, Coſta cap. Si pater gloſſa in re certa nu. 34.* & ſupradiximus, ex quibus prædicta reſolutio fit infallibilis, quam etiam Doctores admittunt ex prædictis fundamētis in ſubſtitutione exemplari, quæ filio mente capto fit, *iuxta §. Qua ratione Inſt. de pupillari ſubſtitutione l. Humanitatis Cod. impub. & alijs ſubſtitut. tradit Menchac. d. §. 10. num. 389. Cazar ind. l. In quartam num. 365. ad finem, poſt Alex. conſil. 177. lib. 5.*

Quid firmandum circa accepta per ſubſtitutionem vulgarem? In quo puncto negatiuam ſentētiam 38.
defendunt *Cæſar in d. l. In quartam, 383. cum Menchac. d. §. 10. nu. 384.* cum duobus præcedētibus, ſed ante illos tenet *Coſta in cap. Si pater gloſſa, in re certa, à num. 27. Angel, & Immol. in l. Suus quoque D. de hæredib. Inſt. Suar. l. Quoniam ampl. 9. Ripa d. l. In*

d.l. In quartam num. 214. Mouentur prædicti, quia cum omnis dilatio reijciatur de legitima ipso iure, *d. l. Scimus d l. Quoniam in prioribus*, & lex ipsa statim legitimæ supplemẽtum filio cõdonauit: vnde cum legitima iam sit repleta, sequitur illud quod postea per substitutionẽ vulgarem eidẽ filio accrescit, præciputum remanere penes eundem, *iuxta dict. §. Cum autem*. Deinde quia ad effectum, vt prædicta imputatio per vulgarem substitutione inducatur, præcise requiritur, vt caducet prima institutio, & secundus gradus intret locum illius, vt statim mortuo parente filio deferatur hæreditas iuxta supradicta.

39. Sed contrarium defendunt Doctores communiter *Alciat. in d. l. In quartam num.* 34. *vbi Beregar. in spectatione* 3. *num.* 116. *post Bart. ibi, num.* 14. *optime Picus num.* 264. *Iason. in d. l. Scimus not ab.* 8. *Alexand. num.* 21. *in d. l. In quartam, Corrasius ad d. l. Filium num.* 104. Mouentur, quia filius vulgariter substitutus, qui institutus est in minore quãtitate legitimæ ipso iure censetur institutus in supplemento legitimæ *ex regula d. l. Quoniam, dict. l. Scimus*: ergo tenetur in legitimã imputare illud, quod ex vulgari substitutione ad illum peruenit, sed re bene per spe-

40. cta de rigore, prima sententia noniorum verior est, quia si communis fatetur supplemẽtum legitimæ ipso iure a morte paterna resecari, & accommodari filio instituto in minori parte, iam non succedit filius in tali supplemento iure substitutionis, sed per conditionẽ ex lege, quæ legitimam supplet, quia *lex Quoniã in prioribus*, licet reijciat conditionem de legitima, nõ corrumpit nec mutat formam, & substantiam dispositionis trãsferendo substitutionem in institutionem, etiam si postea hæres scriptus non adeat, illa hæreditas nõ potest imputari tum *ex d. §. Cum autem l. Scimus*, tum etiam, quia legitima repleta est, nec fit locus imputationi. Nec dicas cum communi supplementũ deferri filio ex vulgari substitutione, quia hoc repugnat principijs dictantibus legitimam honorabili institutionis titulo esse relinquendam, nec duplex titulus institutionis potest cadere circa eãdem rem. Vnde licet communis, & altera sententia in effectu idem doceat, tamen maxime discrepant in modo docendi in quo præualet recentiorum sententia, quam secutus fuit *præceptor insignis Barbosa ad titulum de vulg. num.* 26. & 27.

Ex quã resolutione infertur firmandum esse non imputari bona illa, quæ filius capit ex substitutio- 41.
ne reciproca, vel fideicommissaria scriptã in testamento parẽtis, quod probatur, quia filius debet præcise esse institutus in aliqua re *dict. §. Aliud quoque capitulum*, aliter nec testamẽtum, nec substitutio aliqua in illo sustinetur. Deinde lex ipso iure supplet legitimam, *d l. Scimus*,

d. §. *Repletionem*: ergo non potest dari imputatio circa res ex post facto per reciprocam, vel fideicommissariam substitutionem ad filiū peruenientes,*d.*§.*Cum autem*, ita ex antiquioribus scribit *Menchac.d.*§. 10.*num.*385.& 387.*Peregrin.fideicommissis articul.* 36.*num.*116. cum expressa doctrina *Baldi in d.l. Scimus num.* 6. sic firmantis,quidquid inaduertenter contrarium scribat *Mangilius d.quæst.*12.*num.*29.

Subijcitur iam non esse imputādum illud, quod filius capit ex sub-
42. stitutione legatario facta in terminis *l.Vt heredibus D.leg.*2.*l.Si legata C.de legatis*, *Costa cap.Si pater glos. interdum num.*35.*& sequenti*, *Conar. in cap. Raynucius* §. 4. *num.* 1. *Gomes tom.*1.*cap.*3.*nu.*25.*Peralta in l.Celsus de legat.*2.*num.*13.*Peregrin.de fideic. art.*15.*num.*2. *Iosephus in l.Cum auus lib.*6.*cap.*18. *n.*56. *Mateacius lib.*1. *de legatis & fideicommiss. cap.*6.*Faber decad.*47.*error.* 6.*ad finem*, ex præsitato principio, quia legitima est portio à lege taxata tempore mortis filio præstita sine aliquo onere, seu dilatione *d. l. Quoniam cum supracitatis*,constat autem supplemētum legitimæ eodem tempore cōiungendum esse: ergo si substitutionis casus adueniat, non est in legitimam imputandum, ita *Bartol. num.*14.*in d.l.In quartam,quem sequitur Ripa ibi num.*217.*Menchac. d.*§.10.*num.*375.*quem refert Mangilius dict.quastion.*12.*num.*28. vbi testatur esse magis cōmunem *Cer-*
*razius in dict.leg. Filium num.*205.

Verum ab hac sententia recedūt 43.
*Alex.in d.l.In quartam num.*20.*in fine*, *Paulus de Montepico num.* 266. *Berengar num.*218.*idem Alex. cons.* 177.vbi testatur pro ista parte stare communem sententiam *Bart.quem* sequitur *Succinus Iunior*, *dict. l.In quartam num.*147.*Mangil.d.quæst.* 12,*num.*28. Mouentur, quia vel legatarius adiuit, vel non,primo casu,sumus extra quæstionem propter regulam,*l.post aditam Cod.de impub.& alys substit.* Si non adiuit cēsetur legatum à principio filio substituto datum, *iuxta leg. Si tibi homo* 88. §.*Cum seruus D de legat.*1.*de qua Costa cap. Si pater glossa consequenter, & filia num.*32. *Cauallos quæst.*758. *Peregrin.artic.*49.*num.*11. Cum ergo in hoc casu semper censeatur legatum à principio fuisse filij, nihilmirum si veniat imputandū in legitimam, iuxta regulam affirmatiuam, *dict.* §. *Repletionem*, de qua supra.

Sed in hac opinionum contra-
rietate medium sequendum dico,
quod iam scripsit *Menchac.d.num.* 44.
375. *versiculo quid tenendum*, distinguendo inter illum casum, quo legatum caducauit in vita testatoris, ita vt post ipsius mortem statim sit locus substitutioni, & inter illum, quo conditio substitutiōnis ex interuallo post mortem testatoris euenit, Primo casu vera est secunda sententia, *Alex. Pici, Bereng.& aliorum quos proxime citamus.* In se-
cundo

cundo vero prima est verior, vt ex dictis aperte legenti constabit. Ratio distinctionis facile colligitur ex dictis. Nam quando legatum caducauit in vita testatoris filio debetur purè tempore mortis, & imputatur. Quando vero primus legatarius viuit dependet conditio legati ex futuro euentu, quem legitima non patitur *d.l. Scimus cum supra citatis*, ex quibus omnibus constat *vltra d.§. Repletionem*, ibi (*vel ex substitutione*) generaliter summenda esse, ita ut obueniẽtia filio ex quacunq; substitutione siue pupillari, siue vulgari, seu fideicommissaria, siue etiam facta in legato etiam si ex bonis paternis impleatur in illo
45. temporis interuallo a morte testatoris vsque ad tempus, quo filius petat legitimæ supplemẽtum. Adhuc enim lucrabitur bona ex substitutione delata, nec tenebitur illa imputare. Ratio est illa iam sæpius supra inculcata, quia repletio fit ipso iure à morte parentis, *d.l. Scimus in principio iuncto §. Cum autem*; quanuis enim requiratur acceptatio, & petitio eiusdem filij, vt legitima repleatur. *Vt notat Bald. in l. Si constat. C. de compensat. post glossam 2. in d.l. Scimus. Iason. in l. De pupillo §. Qui opus num. 3. D. de nou operis, Tiraquel. l. Si vnquam, verbo, reuertatur, à num. 20. Caldas de extinctione emphit. cap. 17. à num. 4.* hæc acceptatio procedit ad effectum, vt legitima filio irreuocabiliter acquiratur, ad effectum autem repletionis de quo agimus, mox à morte parentis suppletur ipso iure, & ei reuocabiliter acquiritur, etiam ante acceptationem; Vnde recte consequitur filium non teneri imputare prædicta bona, quæ ex casu substitutionis ad illum peruenerunt, etiam antequam peteret hæreditatem, sed ex substantia paterna habebit supplementum, quod lex ei defert ipso iure, & vlterius lucrabitur quod ex substitutione ad illum deuenit medio illo tempore.

Idem circa quæsita ex iure accrescendi quæri solet, vtrum veniãt imputanda? & affirmatiuam parte 46.
sectantur communiter Doctores *per textum in d.§. Repletionem*, ibi (*vel ex iure accrescendi,*) *vbi glossa, Bald. Salycet, Paul. Aretin. & Iason. Bart. d.l. In quartam in fine, iunctis verbis d.§. ibi* (*vt puta vsusfructus,*) quia imperator ibi restringat casum iuris accrescendi ad solum vsumfructũ, in quo specialiter constituit, non imputari, in omni autẽ portione alia quæ per ius accrescendi defertur portioni, in qua filius est institutus, contrariam regulam ponendam esse, videlicet, quod imputetur, & hanc sententiam tenet *Mãgilius d. quæst. 12. num. 10. & sequenti* licet postea rem inuoluat, *Alciat. d.l. In quartam n. 35. in med. Paulus de Montepico ibi nu. 266.* ex eo quia portio, quæ peruenit ad filium ex iure accrescendi dimanat ex substãtia paterna, ex iudicio ipsius patris, quia ius accrescendi dicitur tacita institutio,

institutio, *d.l. Si Titio §. Iulianus D. de legatis secundo, Mantica de coniect. lib.4 titul.* 10. *n.* 13. *Menoch. consil.* 152. *& cons.* 220. *& de præsumpt. lib.4. præsump.* 176. *Cost. glos. legauit, num.* 15. *Surd. de alim. titul.* 8. *priuil.* 5. *Castillo tom.* 2. *cap.*4. *à num.* 121. *Peregrin. art.* 16. *à n.* 58. *Faber. de coniect. lib.* 18. *c.*14. sed regula est, quam supra posuimus affirmatiuã, filium teneri imputare in legitimã omnia, quæ ex patrimonio patris secundum eius iudicium, ad illum peruenlunt: ergo, &c.

Sed ab hac sententia recedunt plures, & grauissimi Doctores, *Bereng. in dict. l. In quartam, num.* 91. 47. *Menchac. d.* §. 10. *num.* 377. & 381. *Peregrin. d. artic.* 36. *nu.* 117. *Cæsar ad d.l. In quartam nu.* 385. quanuis falso dicat, Doctores communiter hoc sentire, & illam defendit *præceptor insignis Barbosa* supracitatus, *in d. titul. de vulgari nu.* 27. *ad finem*, quæ aperte corroboratur ex hucusq; dictis, cũ enim legitima ipso iure repleatur tempore mortis paternæ, non potest dependere ex repudiatione partis accrescentis, vel quia hæres nolit adire, vel quia non posset ex aliquo defectu. Nec sensus *d.* §. *Repletionem* est ille, quem communis assignat, sed alter cum quo transeunt Doctores huius nostræ sententiæ, nempe verba illa, (*vt puta vsusfructus*) non poni ab Imperatore restrictiue, sed tantum gratia exempli, ideoq; non restringunt regulam generalem ad casum speciales vsusfructus, qui cum proprietate consolidatur, verum est enim in eo exemplo manifestam occurere æquitatem, ne filius teneretur expectare consolidationem vsusfructus; in quo datur ius accrescendi, etiam post primam acquisitionem, *iuxta regulam l.* 1. §. *Interdum D. de vsufructu accrescendi*, longaque, ac sera dabatur spes, vt vsusfructus rediret ad proprietatem, vt considerant auctores supracitati, & sentit hanc interpretationem *Cuiacius lib.* 13. *respõsorũ Papiniani super, leg. Quod de bonis* §. *Quod autus D. ad legem Falcidiam column.* 2. Vlterius tamen aduertendũ est, quod si hæc pars accrescens iam tempore mortis paternæ caduca reperiretur, tũc merito imputãda venit, vt supradiximus circa substitutionẽ legatario factam, si vero fiat caduca post mortẽ paternæ recte procedit resolutio supraposita quæ deducitur ex mente *d.* §. *Repletionẽ*, quia ius accrescẽdi nõ procedit in illis portionibus quæ tempore testamenti pro non scriptis habentur, *iuxta l. Si Titio* 7. *l. vltim.* §. *Seco D. legat.* 2. *cum multis alijs, Menchac. de creat.* §. 10. *à num.* 91. *Duaren. in l. Si duobus* 16. *D. leg.* 1. *& lib.* 1. *de iure accrescend. cap.* 18. *Pichard. in* §. *Si eadem num.* 63. *vbi etiã Cardoso illatione* 9. *n.* 5. *& illat.* 23. *num.* 24. *præceptor Veiga ad dict. l. Si duobus.*

Similiter etiam vsusfructus, qui cum proprietate consolidatur, non 48. imputatur in legitimam, vt decidit Imperator

Imperator, *in dict. §. Repletionem*, quocunque modo accipiatur: Nam vsusfructus, licet de bonis defuncti descendat, tamen filio acquiritur iure consolidationis cum proprietate, cui natura sua accrescit, tenet *Menchac, d. §. 10. num. 378. Cuiac. in proxime citato loco*, declarando cum eodem *Menchac.* quando vsusfructus accessit post mortem paternã, quia non tenetur filius illam consolidationem expectare: secus autẽ si iam in vita patris consolidatio facta est, tunc enim tam proprietas, quam vsusfructus imputabitur, vt aduertit *Menchac. vbi supra.*

Ex prædictis apparet non imputari in filiorum legitimam illud, quod filius capit ex quacunq; substitutione etiã scripta in testamẽto paterno, & ita à fortiori quod con- 49.
sequitur ex testamẽto, seu substitutione facta in alieno testamento, & hoc non solum quando extraneus grauatus est, sed etiamsi pater ipse sit oneratus restituere, quod ostenditur, quia legitima deducitur de substantia paterna *d. §. Repletionem d. Authentica Nouissima l. Cum quæritur, Authentica vnde si parens Cod. inofficioso, Costa cap. si pater glossa in re certa num. 15. Menoch. de arbitr. casu 163. Valasc. de partitionib. cap. 19. Peregrin. d. artic. 36. à num. 72. Sigismundus Scacia de iudicys 2. part. cap. 9. num. 1174. Mangilius quæst. 125. num. 36. post Ordinarios, ibi* sed hæc bona, quæ aliunde proueniunt nõ exeunt de substantiã paterna, vt patet: ergo imputanda non sunt, & ita firmant pro regula communiter Doctores *in d. §. Repletionem, Bartol. d. l. In quartam num. 10. vbi Ripa à num. 134. Cæsar n. 358. Menchac. lib. 3. §. 30. num. 241. Peregrin. d. artic. 36. num. 104. & 107. Mangilius dict. quæst. 12. num. vltim.* vnde Doctores inferunt ad varias quæstiones, nempe ad bona, quæ filio debentur ex hæreditate materna, vel ex transitu materno ad secunda vota, vel similia. Nam cum hæc omnia filio acquirantur aduentitio iure, & extra patrimoniũ paternu, etiam effugiunt imputationẽ iuxta communem Doctorum proximè citatorum.

Limitant tamen hanc regulam, quando bona illa ab extraneis relicta ipsi filio fuissent contemplatione parentis, non vero contemplatione filij; nam hæc bona dicuntur profectitia non vero aduentitia, vt probant Doctores communiter, argumento *textus in l. Sed si plures, 10. §. In arrogato D. de vulgari vbi Bart. Paul. Iason. Corneus consil. 81. dub. 2. lib. 1. Roland. consil. 10. Paul. 95. si dicta Cornelia, Picus in d. l. In quartam num. 59. vbi Ripa num. 139. Corras. dict. l. Filium quem habentem num. 98. Menchac. d. §. 30. nu. 249. Peregrin. dict. articul. 36. num. 109.* Ratio est quia datum contemplatione patris dispositione iuris censetur ipsi patri datum, & ab eo ad filium profectum, constat ergo, omnia quæ exeunt a patrimonio pa- 40.

terno,

terno,quando libera filio adueniũt tẽpore mortis imputari,iuxta hucusque dicta,igitur,&c.

Declaranda tamen est hæc resolutio,vt procedat in illis rebus, quæ pure tempore mortis paternæ filio sunt delatæ,non autem in illis,quæ conditionaliter sibi fuerint relictę: Nam quemadmodũ,si de substantia paterna exijssent non imputantur, ita à fortiori,si de aliena quantunuis cõtemplatione patris relinquantur,iuxta vulgare illud propter quod vnumquodque tale, &c. *Authentica multo magis C. sacrosanctis ecclesijs*, quæ dicta sufficiant circa primum articulum de relictis per vltimam voluntatem.

Secundus Articulus.

AGgrediendo secundum articulũ de datis inter viuos, Doctores communiter solent regulam negatiuam de iure cõmuni constituere,nempe quod data filijs inter viuos à parentibus,nõ
51. veniunt imputanda. Mouentur, quia legitima replenda est de bonis paternis, quæ fuissent in patrimonio patris tempore mortis *d.* §. *Repletionem,iunct a l.Cum quæritur C. inofficioso testament. Authentica Nouissima eodem titulo*; sed quæ filius penes se habebat non sunt de substantia patris: ergo non cadunt sub imputatione,ita *Bartol.d.l.In quarram num.* 10. *& ibi Ripa num.* 143. *Torniello num.* 93. *Cæzar num.* 386. *Coras. d.l.Filium num.*214. *Peregrin. d.articul.* 36. *num.*124. vbi adducit textum,quem appellat expressum *in l.Si quando* §. *fin.C.inofficioso testamento*, quem communiter notant Doctores dũ Iustinian⁹ ibi insinuat filium teneri imputare in legitimã donationes paternas, si ea conditione fuerint factę,vt illas teneatur cõferre, quasi si simpliciter fuerint traditæ, non teneatur,probantque per *l. Illud Cod. de collationibus*, vbi tunç solum imputantur donata inter viuos, quando expresso iure id cauetur.

Sed quanuis communis prædictam regulam negatiuã constituat, mihi affirmatiua probanda semper 52.
visa fuit, vt donata à patre simpliciter inter viuos veniant imputanda in legitimam, quod probatur ducto argumento de legitima patroni,ad legitimam filij,*l.final.Cod. inofficioso testamento*, sed in legitimã patroni imputantur donata inter vivos,*l.Etiã* §.*Si debita D. de bonis libertor*:ergo etiã donata filijs imputanda sunt.Deinde probatur *ex leg. Quoniam nouella Cod. inofficioso*, vbi dos,& donatio propter nuptias imputantur. Tertio retorqueo argumentum *de textu in d.l. Illud C. de Collationibus*,vbi secundum genuinum sensum de quo infra suo loco in donatis inter viuos, nisi per donantẽ expresse caueatur, vt veniãt ad collationẽ, venire nõ debent,& melius *ex Authentica ex testamento C.eodem titulo de Collationibus*, vbi

probatur

probatur in omnibus datis, vel ex dote, vel ex alia causa, vel per donationem simplicem, tunc solum cessare collationem, quando pater designauit expresse, ne in collationem veniret, ita vt sensus directus illius *Authenticæ* sit, omnia quocunque modo donata per patrem filijs esse conferenda, & imputãda, quæ pater expresse non designauerit ne veniant imputanda, quicquid communis sententia ibi restringat verba illa (*& aliorum datorum*) ad donationes similes dotibus, & existis fundamentis moti sunt legislatores Lusitani ad hãc regulam sic generaliter proponendam *lib. 4. titul. 97. à principio, sentit Decius in dicta Authentica ex testamento, numer. 6. Cuiacius 3. observation. cap. 30. & in posthumis ad titulum Cod. de Collationibus versiculo, non est omittenda*, vbi ait de iure veteri regulam esse contrariam, *Suar. observat. 33. Valasc. de partit. cap. 13. num. 91. Molin. de iustitia disputat. 243. num. 5. Præceptor Veiga de actionibus super §. Quadam primarius olim Hector Rodriguez, quem refert; & sequitur Mendez à Castro in leg. Cum oportet Cod. de bonis, quæ liberis 1. part. à num. 61. alios citat Surd. consilio 143. à principio, & num. 4. & 5.* pro qua facere videtur *leg. 3. ad finem, tituli 4. part. 5.* & inferius, late de hac regula constabit per discursum omnium donationum. Nec motiua communis etiam de iure Communi plurimum vrgent, quia ad primum satisfit ex eo, quod legitima de bonis paternis censetur repleta, quando penes se habet bona, quæ pater in vita designauit; nam si penes patre fuissent tempore mortis absq; dubio de illis repleretur, si ergo pater non declarauit expresse vt non venirent ad collationem, seu imputationem, *iuxta d. Authent. ex testamento*, necessario imputanda sunt, vt infra dicemus, *Ad leg. Si quando* §. *Et generaliter* respondeo omissis alijs interpretationibus ibi non de sumi argumentum directum in illis verbis, sub ea conditione, vt in quartam imputetur, quasi si conditio non apponatur, non veniant adimputationem, quia verius est venire *dict. Authentic. ex testamento.* Nec argumentum à contrario desumptum viget, cum offendat principia in hac materia, quæstio vero *principalis dict.* §. *Et generaliter* stat solum in eo, quod filius acceptando datum, vel relictum à patre subconditione, ne amplius habeat regressum ad supplementum, possit adhuc illud petere, licet acceptet. & de nouo constituit Imperator, quartam, seu legitimam replendam, licet filius a patre relictum acceptet simpliciter, dum hæredibus non caueat se amplius non petiturum de hæreditate paterna, in quo reuocat, *dict. leg. Papinianus*, §. *Si conditioni D. de inofficioso testamento*; Vnde constat verba illa, (*sub conditione vt in quartam ei computentur*) sonant, hoc

53.

est, vt contentus cum relicto, vel dato loco legitimæ, amplius non petat, sufficiebat enim tempore *Digestorum, & C.* quocunq; titulo legitimam relinquere, vel etiā tradere inter viuos, vt notum est. *Ad l. Illud*, infra respondebimus agentes de donatione.

Ex qua regula primo fit consequens filium, vel filiam teneri imputare in legitimam, quod parētes ei dederunt ob causam dotis, Probatur hæc illatio *ex textu ind. Authentica ex testamento ibi ex causa dotis, l. 2. l. Filiæ dotem 4. l. Vt liberis, l. Filiæ 12. Cod. de Collationibus, leg. prima, & per totum D. de Collatione dotis, leg. Quoniam Nouella Cod. de inofficioso testamento*, notant scribentes communiter vtrobiq; & sequitur *Ordinatio lib. 4. titul. 97. ibi quer emcazamento, Aiora de partit. cap. 3. nu. 14. Valasc. eodem tract. cap. 13. num. 13. Menchac. dict. §. 30. num. 25. Mangilius quæst. 14. in principio. Pichard. §. Quadam Inst. de actionibus à num. 30. Decius ind. leg. Vt liberis ad finem, Paulus Picus ind. l. In quartā, num. 170. & 182. & ibi Ripa num. 148. Peregrin. d. articul. 36. nu. 131. Corraz. ind. l. Filium, quem habentem num. 173. Cæsar dict. l. In quartam num. 406. Faber decad. 40. error. 6. & decad. 41. error. 1. Castillo tom. 4. cap. 16. num. 43.* qui omnes illam rationem adducit, quod dos proueniat ex iuris necessitate *l. Qui liberos D. de Ritu nuptiar. leg. Unica §. Accedit Cod. rei vxor. actione, l. vltim. Cod. de dotis promissione, l. Si extraneus §. Sed & si quid D. de iure dot. Roger. de dote quæst. 2. Padill. in Authent. res, quæ Cod. communia de legatis nu. 56. Pichard. nu. 23. dicto loco, Barb. 4. part. l. 1. à principio*, & ideo semper ex mente dantis præsumitur ea intentione donasse, vt in legitimā imputetur, *iuxta notata ad Authenticam Præterea Cod. vnde vir. & vxor*, quæ ratio de se concludens non erat, nisi de dispositione iuris Ciuilis ita procederet, & hanc resolutionem in dote recipiunt vno ore Doctores *per Cæsarē supra, post Bart. num. 10. d. l. In quartam Berengar. inspect. 3. num. 67. Torniel. num. 96. Succinus iunior num. 123. Bertrand. cons. 74. num. 13. volumin 2. Alex. consilio 73. num. 1. Mantica consilio 239. num. 4. lib. 1. Tiraquel. l. Si vnquam verbo suscepcrit liberos num. 174. Cephal. consilio 165. num. 37. Surdus consil. 192. num. 5. Barbos. leg. Si cum dotem §. Si pater à nu. 32, Castill. tom. 4. controuers. cap. 16. num. 34. & 35. Cuiac. in posth. de collationibus super l. 2. cum sequentibus, illo tit.* & neminē vidisse discrepantē, *ait Fachin. cōtr. lib. 5. cap. 78. concluf. 6.* contra quam resolutionē non obstat *l. Pomponius 35. D. famil. erc.* vbi dos à patre filiæ data non confertur; quia satisfacit *Cuiac. 12. respons. Papin. super eadē l. Faber dec. 40 err. 9.* textū procedere attento iure antiquo Digestorū, secundū quod collatio bonorū nō dabatur in causa testati, donec per Imperatorē *in Auth. de triente, & semisse §. Illud*

54.

§. *Illud coll.* 3. contrariũ fuit disposi-
tum, vnde sumpta est *d. Authent. ex*
testamento, cõprobat *Valasc. cũ alijs*
de part. cap. 14. *à n.* 13. *& cap.* 12. *n.*
28. sic intelligens *l. Ex parte* 40. §.
Ut intestato eodem titul. Peregr. tom. 1.
cons. 66. *num.* 5.

Quæ resolutio an non solũ pro-
cedat in dote profectitia, quã pater
ex bonis proprijs assignauit filiæ,
sed etiã in dote aduentitia, quæ filiæ
55. obuenit aliunde, quã patrimonio
patris controuertitur, propter deci-
sionem Imperatoris *ind. l. Filiæ do-*
tem 4. *C. de Collationib.* ibi (*seu aduen-*
titiam,) vbi affirmatiuè decidit, in
quo textu interpretando laborant
scribentes, ibi: nam *glossa*, *eodẽ verbo*
ait textum illum in eo verbo iam
procedere non posse, quia abroga-
tus est *per l. Vlt. C. eodẽ*, *sequitur Cuiac.*
3. *obseruat. cap.* 30. *à principio*, sed hic
intellectus inducit iuris abrogatio-
nem, & ideo non est admittendus;
alij, vt *Iason. ibi*, *& Corneus*, *quos se-*
quitur Valasc. d. cap. 13. *n.* 22. existi-
mant, aduentitiã dotem, ibi intelli-
gi illam, quã pater filiæ dedit prop-
ter bene merita, quo casu aduẽtitia
dicitur, sed quia processit à patri-
monio paterno, ideo imputatur, &
confertur, sed hanc interpretatio-
nem defendi nõ posse existimo, tũ
quia diuinat, tum quia filius suus,
seu filia nunquã tantum mereri po-
test apud parẽtem, vt dos soluta di-
catur data in remunerationem ser-
uitiorũ, maxime cum filius in om-
nibus teneatur patri obedire secun-
dum legem naturæ, de qua *in l. Ve-*
luti D. de iustit. & iure, ideo *Cuiacij*
iterum in posth. super *d. l. Filiæ* di-
cendum putat *d. l. Filiæ dotem* pro-
cedere in dote, quam mater assig-
nauit eidem, quia cum mater non
teneretur filiam dotare *l. Nec mater*
C. de iure dotium, & hoc respectu di-
ceretur extranea ipsi filiæ, & dos ab
ea profecta aduentitia, quemadmo
dum bona materna aduentitia di-
cuntur filijs, *iuxta l.* 1. *C. bonis mater.*
Vnde hæc aduentitia merito con-
feruntur, & quia hic casus non erat
specialiter decisus cum illa mani-
festatione requisita, emanauit *de-*
cisio leg. Quoniam nouella Cod. inoffi-
cioso testamento, per quam remota
fuit omnis dubietas in hac mate-
ria. Sed hic intellectus *Cuiacij* of-
fendit literam ipsius textus, qui à
perte ait dotem á patre fuisse da-
tam. Quare verius credo textum
illum procedere ante decisionem,
leg. Cum oportet, & leg. vltim. Cod. de
bonis, quæ liberis, & §. 1. *Instit. per*
quas personas, quo tempore omnia
aduentitia filius quærebat patri, &
ideo dos aduentitia, id est quæ pro-
cedebat de bonis aduentitijs patri
per filiam quæsitis imputari, quia
reputabantur acti à patre processis-
sent, sed post iura nouiora per quæ
aduentitia quoad proprietatẽ præ-
cipua reseruantur filijs cõferre, seu
imputare nõ tenebitur: vnde intel-
lectus *glossæ* si ita explicetur verissi-
mus est, quẽ nemine citato sequi-
tur *Pichardus d.* §. *Quædam num.* 44.

Vnde minime admitendam credo interpretationē *Antonij Fabri de err. pragm. decad.* 40. *error.* 6.*& dec.* 42. *error.* 10. qui existimat textum illū procedere in filia emancipata, quæ vult patri succedere insimul cum filijs suis, quo casu ex edicto de collatione bonorum tenetur emancipata omnia bona; & aduentitia conferre *leg.* 1. *D. collat. bon. leg. Eadem.* 6. *l. Si emācipati C. collat.* quia licet doctrina vera sit, tamen minime potest aplicari literæ *dict. l. Filiæ* vbi Imperator testatur hanc dotem etiam aduentitiam fuisse datam à patre, ibi (*seu aduentitiam dotem à patre datam, vel constitutam,*) & ideo supra proximo intellectui semper adhærendum consulo.

Amplianda est ergo suprapositā resolutio, vt procedat etiā in dote à matre profecta: nā licet onus dotandi primo, & principaliter ad patrem pertineat, tamé mater in subsidiū dotat, *vt per insignē Barbos. l.* 1. *p.* 4. *n.* 94. *per textum in d l. Neq; mater C. de iure dotium,* ad quod tamen patris consensus in hoc regno semper requiritur, quia vxor sola, nūquam potest dotare, *Barbos. proxime versiculo, quod si inscio, & dict. l.* 1. *part.* 1. *num.* 28. *Caldas consil.* 1. *per totum contra Valasc. cap.* 13. *numer.* 19. *& à num.* 38. *Cæsar d. l. In quartam num.* 406. & ideo si det dotem filiæ veniet imputanda, *iuxta textum expreßum in d. l. Quoniā nouella Alciat. d. l. In quartā n.* 39. *& ibi Ripa n.* 148. *Menchac. d.* §. 30. *num.* 268. *Roland. consil.* 44. *n.* 31. *volumine* 4. *Mangilius quæst.* 14. *nu.* 36. Et non solum dos imputanda est per ipsam filiā, quādo venit ad hæreditatem patris, sed etiā per neptes, & alios descendentes ex ipsa filia dotata, ne sint melioris conditionis quam eorum mater, *l. Si viua matre C. bon. mat. ita Ripa d. l. In quartam nu.* 147. *Salycet, Bald. Decius in l. Illam Cod. de Collat. Paul. Alex. de Montepico, & alij ind. l. In quartam Barb. l. Post dotem n.* 51. *Capra consil.* 53. *nu.* 6. *Crass.* §. *Legitima quæst.* 23. *num.* 6. *Faber. lib.* 13. *de coniect. cap.* 11. *Surd. consil.* 206. *nu.* 1. *Robles de repræsentatione lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 105. *vbi plures, Cæsar d. l. In quarquam nu.* 417. nisi dos per mortem filiæ fuerit ad auum reuersa, *l. Dos à patre D. soluto matrimon.* tunc enim non tenetur imputare *Bart. d. l. In quartam n.* 12. *Capra d. consil.* 55. *n.* 5. *Paris. consil.* 60. *n.* 45. *lib.* 2. *Menchac. dict. l. Si quando* §. *Illud de inofficioso num.* 58. *Cæsar supra num.* 418. cum quo alios casus minus vtiles videbis, alium casum hic adiunge, de quo per *Valascum. d. cap.* 13. *nu.* 62. apud quem vide.

56.

57.

Ampliatur etiam ad donationes propter nuptias, quas pater, aut mater fecerint filio nubenti; nam cum hæ attento iure communi fierēt in remunerationem dotis, *iuxta textū in Authentica dos data Cod. de donat. ante nupt. Barbos. l. Si constante D. sol. matrimonio num.* 128. §. *Est & aliud Instit. de donationib.* Nam sicut pater tenetur dotare filiam, *leg. vltim. Cod. de*

58.

Cod. de dot. promiſsione, ita, & facere donationem propter nuptias filio *d. l. vltim. Clarus* §. *Donatio quæſt.* 11. *Gom. l.* 52. *à n.* 9. *Molin. de iuſtit. diſp.* 290. *nu.* 9. *Valaſ. conſ.* 2. *n.* 8. *Sanches lib.* 6. *de matrim. diſp.* 1. *num.* 1. *Paſchalius de patr. poteſt.* 2. *part. cap.* 6. quorum dominium conſtante matrimonio tranſibat in vxorem, ſicut dominium dotis in maritum, *l. Doce ancillam Cod. de iure dot. probat Authentica, donationem C. de iure dot. Authentic. promiſſæ C. de donat. ante nuptias, Valaſc. dict. num.* 8. *Barb. l.* 1. *par.* 5. *D. ſoluto matrimonio num.* 48. quæ donationes non ſunt in vſu in tota Hiſpania, vt teſtatur *Gloſſa final. in Authentica, æqualitas Cod. de Pactis cõuentis*, quam omnes ſequũtur, *vt per Gom. l.* 5. *num.* 12. *Azeuedo l.* 12. *titul.* 6. *lib.* 5. *à num.* 4. *Matienço d. titul.* 9. *l.* 1. *gloſſ.* 8. *num.* 8. *Spino de teſtamentis gloſſa* 18 *num* 95. *Auendanho l.* 29. *gloſſa* 2. *num.* 1. *Sanches d. num.* 1. *Valaſc. dict. conſult.* 2. *num.* 11. *& de partit. d. cap.* 13. *à num.* 40. & 43. Vnde hodie apud nos ſucceſſerunt in locũ donationis propter nuptias, donationes illæ, quas faciunt parentes filio vxorem ducenti, quæ vocantur ob cauſam matrimonij, *vt per Aioram de partitionibus* 2. *part. quæſt.* 13. Vel aliæ donationes, quæ vocantur arrhæ, de quibus agit *Ordinatio lib.* 4. *titul.* 47. quę in tota Hiſpania ſucceſſerũt in locum donationis propter nuptias, *vt teſtatur Gregorius Lopes per textum ibi in l.* 1. *titul.* 11. *partita* 4. *Spin. dict.* 58. *num.* 95. *Padilla in Authentica res, quæ Cod. communia de legatis nu.* 95. *Azeuedo num.* 4. *Barboſ. d. l. Si conſtante* §. *Si pater à num.* 11. *Sanches d. num.* 1. *in fine, late Caſtillo tomo* 4. *cap.* 26. *in additionibus numer.* 14. & 16. Hæ igitur arrhæ, vel donationes ob cauſã matrimonij, quę apud nos practicantur in locum donationis propter nuptias, abſque dubio veniunt imputandæ, vt de iure Ciuili probat *textus in l. Vt liberis Cod. de Collationibus*, vbi communiter ſcribentes, *& in l. Quoniam nouella Cod. inofficioſo teſtamento*, Doctores communiter *ad d. l. Inquartam vbi Picus nu.* 196. *Bereng. inſpectione* 3. *n.* 72. *Ruinus conſ.* 42. *Roland. conſil.* 44. *num.* 25. *lib.* 4. *Franciſcus Beccius conſil.* 20. *Torniell. ad leg. Inquartam num.* 47. *Portius Immola, conſ.* 82 *nu.* 24. *Menoch. conſ.* 154. *num.* 7. *Peregrin. d. articul.* 36. *num.* 134. *Mangilius d. quæſt.* 14. *nu.* 44. *Faber decad.* 40. *error.* 8. *& decade* 41. *error.* 1. *&* 2. *Caſtillo, tom.* 4. *cap.* 16. *num.* 43. *Valaſc. dict. cap.* 13. *num.* 43. & 44. & *à numer.* 47. *licet numer.* 49. putet ſecurius eſſe contrarium, qui aliquas adducunt rationes ſuaſorias tantum, nempe patrem teneri ſaltẽ naturali ratione procurare, vt filius melius nuberet, qui non tam facile vxorem nobilem, & dotatã inueniret, niſi pater prædictas donationes faceret, ac per conſequens iam hæc obligatio præcedebat ex cauſa neceſſaria, *iuxta leg. finul. Cod. De dotis promiſsione*, & ſaltem ex mente patris

59.

patris veniunt imputandæ, sed in hoc puncto totum dependet à dispositione iuris, quod sic expresse disponit, ne inter filios inæqualitas admitteretur, *d.l. Ut liberis, d. leg. Quoniam nouella Ordinat. d. titul. 97. in principio*, vltra supracitatos videndus est, *Menchac. d. §. 30. num. 267. Cæsar in d.l. In quartam num. 435. Cuiac. in posthumis super d.l. Ut liberis Pichard. d. §. Quædam num. 45. Molin. de iustitia disput. 238. num. 2.* quanuis plures teneant contrarium *Aymon. consil. 85. Bertand. consil. 91. lib. 2. Decian. consilio. 31. num. 7. lib. 1. Torniellus Portius Immol. d. consil. 82. Tellez. l. 26. Tauri num. 5.* quorum fundamentum est, quia huiusmodi donationes sunt simplices, & ideo non imputantur, quia imputatio solum fit in casibus expræsis *l. penul. Cod. Collationibus*, & quanuis *Valasc. d. num. 49. & Peregrin. d. nu. 134. in fine*, asserant hanc opinionē esse veriorem, tamen prima verior est etiam de iuris rigore; quia supposito intrant locum donationis propter nuptias eodem iure censeri debent, ex regula *l. Eum qui §. Qui iniuriarū D. si quis caut.* & apud nos est indubitabilis propter *Ordinationem supra, ibi ou por qualquer maneira.*

Ampliatur prædicta resolutio, vt non solum dos, & donatio propter nuptias veniant imputandæ, sed
60. etiam dotis augmentum, sicut dos ipsa *iuxta l. Si proprietatis D. de iure dot l. Etiam Cod. de iure dotium No-*
uizan. cons. 76. num. 12. Cephal. consilio 156. num. 25. Ripa l. 1. D. soluto matrim. num. 18. Tiraquel l. Si vnquā verbo, donatione largitus num. 181. Brunus de augmento, conclusione 5. princip. à num. 8. Menoch. consil. 93. nu. 12. Mantica de contractibus lib. 12. titul. 26. num. 8. Surdus cons. 393. à num. 45. Peregr. consil. 89. lib. 1. & aliæ accessiones ad dotē, prout sunt iocalia, anuli, torques, vestes, præciosæ, & similia; nam hæc omnia de patrimonio patris proueniunt, ex causa necessaria, ac proinde quēadmodum dos, & donatio propter nuptias imputatur, ita & hæc imputanda sunt, cum exeant de patrimonio patris, *d.l. Ut liberis d.l. Quoniam*, quorum iurium argumento ita resoluunt Doctores communiter *ad d.l. In quartam vbi Picus num. 182. Berengar. inspectione 3. num. 67. Ripa 152. Succin. 124. Cæsar 429. Torniel. 98. Decius consil. 628. num. 5. Menchac. d. §. 30. num. 266. Surdus decis. 119. num. 2. Mangil. d. quæst. 14. num. 37. Peregrin. d. artic. 36. nu. 132. Valasc. dict. cap. 13. numer. 52. post Garsiam de expensis cap. 4. nu. 10. Molin. de iustitia disput. 238. num. 9.* & apud nos absque dubio procedit propter *Ordinationem d. titul. 97. §. 2. ibi ou por outra maneira*, vbi solūmodo excipitur ab imputatione expēsa, quæ fit in prandio, & cœna diei nuptiarum, sic firmando regulam in contrarium, *iuxta leg. Nam quod liquide §. final. D. de penu legata Couarru. 2. variar. cap. 2. num. 5. & 6.*

61

Menoch.

Menoch. lib. 4. præsumptione 156. numer. 22. Gonçales regula 8. glossa 51. num. 2.

Ampliatur etiamsi ipsæ donationes sint promissæ sponsæ filij, vel nepotis per patrem, auum, matrē, vel auiam sponsi, iuxta *d. l. Ut liberis* prosequere cum *Valasc. dict. cap. 13. num. 44.*

Vnde liquide constat teneri filios imputare in legitimam omnes expensas, quas pater persoluerit pro obtinenda dispensatione impedimenti dirimentis matrimonij
61. à Summo Pontifice, quod existit inter sponsos, in qua multoties magnæ solēt fieri, vt quotidie practicatur, super quo pūcto sic a quodam viro docto interrogatus respōdebam, postea disputando cum doctissimis viris, sic ab eis accipiebā; nemini autem dubium esse potest, hos sumptus accessiones esse dotis, quas supra resoluimus cadere sub imputatione, argumento *regulæ accessorium lib. 6.* Facit regula generalis à nostra lege regia scripta *d. titul.* 97. ibi *per qualquer maneira, iunctis quæ infra resoluimus circa expēsas dispensationis ad beneficia num. 96.* quæ bene aduerte quia adhibita sufficienti deligentia scriptū nō inueni. Quemadmodū cadit pecunia, quæ pro filia soluitur ratione adimplementi voti à filia emissi, vel eleemosinæ præstandæ loco religioso, vel maritanda puella in die nuptiarum, nam certum est hos sumptus accessiones esse dotales, & vti tales venire ad imputationē, vt in terminis resoluit *Cæsar in dict. l. In quattam nu. 429 & sequenti cum Pico à se relato ibidem nu.* 183. Excusantur tamē ab imputatione expensæ, quæ in conuiuio diei nuptiarū fiūt, *vt per Ordinat. d.* §. 2. quod de iure Communi verius resoluunt communiter Doctores, *vt per Bartol. in l. 1. §. Nec Castrense D. Collat. bon.* quia hæ expensæ magis pro honore parentis, quā pro vtilitate ipsius filiæ admittuntur, *Bald. in d. Authent. ex testamento num. 12. Gom. l. 29. nu. 15. Garsia d. num. 10. Valasc d. cap. 13. n. 55. Nauar. in M. cap. 17. num. 165. Molin. supra num. 10.*

Quod autem supradictū est dotem, & eius accessiones imputan- 62.
das esse de iure Cōmuni, procedit siue ipsæ proueniāt de propria substantia paterna, siue ab extraneo datæ, vel à consanguineis paternis, vel maternis, quæ transuerso latere iungantur, dummodo tamen datæ sint cōtemplatione ipsius patris: nā data contemplatione patris profectitium est, *iuxta l. Sed & si plures §. In arrogato D. vulgari l. Profectitia 5. D. de iure dot. versiculo, quod si quos l. Dedit dotem 6. D. de collatione bonorū,* & ita quando contemplatio paterna fuit causa immediata dotandi resoluunt Doctores cōmuniter in dictis iuribus, *Valasc d. cap. 13. nu. 4. & 28. & est originalis doctrina Paul de Castro in consilio 96. si dicta Cornelia, Alexand. consil. 179. lib. 5. Ruin. consil. 148. num. 8. volume 2.*

Alciat.consil.46.lib.9. Ripa leg. In quartam nu.139. Picus 83. Peregrin. artic.37.num.11. Gabr.commun.titul. de iure dot.conclus. 5.nu.13. Mascard. conclusione 156. num.6.Surdus consil. 488.num.15. Facbin. consil. 8.lib.2. Cephal. consilio. 105. num. 33. plures commemorat Mangilius *quæst.24.n.3.* ex quibus cõmunem testatur *Alciat.d.loco,* & pro ea obtinuisse scribit *Peregrin.d.articul. 36.num.110. Menoch.lib. 3. præsump.26. Barb.leg. quæ dotis num.24. Cabed.1.part.decis. 167. Castillo tom.4. cap. 5.num. final. videndus à num. 27.* quæ opinio verisima est quando sumus in dubio, nec coniectura vigés datur, ex qua ducamur ad coniecturandum extraneum magis ex actione singulari filij velle dotare, quam contẽplatione patris: nam si talis coniectura adsit, minime imputabitur dos tãquam profectitia,sed potius tanquam aduentitia apud filiam manebit præcipua, vt notatur cõmuniter, *ad l.Cum oportet Cod.bonis, quæ liberis, & tenet Ruinus consil.74. num.12.lib.2. Cephal.consi.485.num.* 83.*Mangil. supra nu.*8. licet autem maxime controuertant Doctores, an in dubio extrãnei censeantur dotare contemplatione patris, vel contemplatione filij, tamen magis communis obtinuit in dubio præsumi contemplatione patris, non autem filij,vt late *per Crassum* §.*Legitima quæst.20.num.6.Menoch.consil.153.num.10. Mascard.conclusione 573.num.* 3. *Caldas verbolasis nu.* 116.*cum alijs,de quibus Mangilius d. quæst.24. num.* 4. licet ipse ab ea recedat cum alijs, quos refert. Constito ergo cõtemplatione patris dotem fuisse assignatam, nemo dubitat imputandam esse de iure Communi, vt fatentur omnes supracitati maxime *Cald.vbi proxime.*

Contrarium tamen de iure nostro regio sancitum est *per Ordinat. d.titul.97.*§.10. vbi expresse disponitur liberas esse ab imputatione omnes donationes, vel promissiones, siue à principe, vel a magnatibus in filios collatas pro dote,etiãsi constet cõtemplatione patris fuisse factas,loquitur etiam *Ord.*detransuersalibus, dum solum excipit ascendentes, in quibus firmauit esse seruandum ius commune, sicq; in alijs posuit contrariam regulam *l. Nam quod liquide* §.*fin. D. penu. leg. notat. Valasc. dict. cap.* 16. *num.*27. Nam hæc bona censentur quasi castrensia *iuxta l.* 1.§.*Quasi castrense D. de collatione bonorum l. vltim. C. de collationibus Valasc.cap.*12.*nu.*27. *Barbos.l.Si cum dotem* §.*Transgrediamur num.*40.*Fachin.lib.*5.*controuers. cap.* 83. quæ *Ordinatio* duas ponit limitationes, primam, si donatores,quando donant expresse declarent se velle,vt veniat in imputationem, patet ibi *in* §. 11. tunc enim imputabuntur ex voluntate donatorum, vt considerat *Gamma decis.* 34.*num.*10. *Valasc.d.cap.*13.*nu.* 30. *Molin.disp.*237.*num.*19.Secundam vero respectu ascendẽtium de qua

63.

64

quæstione

quæstione sequenti. Tertiâ Limitatione adducit *Gamma decis.* 140. & 162. *Molin. disp.* 238. *colum.* 2. ne, scilicet imputentur donata à patre sub ratione alimentorum, nam cũ de iure naturali pater teneatur alimenta filijs præstare §. *Ius naturale, Inst. de iure naturali*, merito ipsa nõ venient ad imputationem.

Intrat ergo quæstio de dote, seu donatione ob causam matrimonij abauo facta nepti, an sit imputãda in legitimam filij? In qua quidem
64. quæstione communis Doctorum sententia, quam refert *Barbos. l.* 1. *part.* 4. *num.* 117. & 111. *Gabriel. tit. de iure dotium conclusione* 5. *numer.* 2. *post Alexand. in l. In quartam ad l. Falcid. num.* 28. *vbi Ripa num.* 207. *Paulus de Montepico nu.* 249. *Cæsar à num.* 413. *Mangil. quæst.* 20. *à principio num.* 8. *Peregrin. articul.* 37. *n.* 5. *Menoch. consil.* 183. *nu.* 9. *post Cephal. consil.* 105. *Surdus consil.* 192. *nu.* 4. *Marta de successione quæst.* 25. *artic. vltim. num.* 34. cum innumeris, quos citat, tenet vt sit facienda differẽtia inter eum casum, quo filius pater neptis est diues, & inter casum, quo pauper est, nam si est diues, tunc teneatur filius, & nepos talem dotem imputare, quia, cum auus non teneatur in hoc casu dotare neptem, *iuxta l. Qui liberos* 19. *D. ritu nupt.* & sit officium paternum *per l. vltim. C. dotis promiss.* præsumitur auus velle propter filiũ eius negotium gerere, & prædicta dos tãquã profectitia veniet imputanda, *iuxta l. Quoniam nouella Cod. inofficioso*, quod confirmat *ex l. Dedit dote D. collat. bon.* vbi probatur auum dotare neptem, vt exoneret filium à prædicta obligatione, quæ principaliter filio incumbit, secundario vero, & in subsidium; auo, si filius dotare non possit; deinde cõfirmat *ex l. Profectitia* 5. §. *Si filius* 1. *D. iure dotium*, vbi filius in potestate promisit dotem pro filia, & soluit, & Iuris Consultus ait filiã censeri dedisse propter onus dotandi, quo premitur, tanquam, pater quasi auus non teneatur, vnde cum auus videatur donare, contemplatione filij, tenebitur filius, & neptis imputare, argumento *legis sed si plures* §. *In arrogato D. vulgari*. In secundo vero casu, quando filius inops est, tunc iure optimo nõ veniat dos ab auo profecta imputanda, ex eo, quia iam auus in hoc casu tenetur dotare, *iuxta dictam l. vltimam Cod. dotis promiss.* Quasi tunc auus non gerendo negotium filij, sed satisfaciendo propriæ obligationi, dotet, ac per consequens, cum non proueniat dos illa cõtemplatione patris imputanda non sit. Sed merito hanc communem Doctorum destinctionem reprobant *Aimon consil.* 219. *num.* 3. *Gabriel dicta conclusione* 5. *num.* 15. *Ripa dict num.* 207. *Menochius cons.* 81. *num.* 46. *Cephal. dicto consilio* 105. *nu.* 30. & *cons.* 385. *Alciat. regul. prima præsumptione* 17. *insignis Barbos. dicto loco numer.* 118. *Cæsar vbi supra nu.* 415. vbi testatus
65.

contra-

contrariam opinionem ex mente Doctorum esse magis cōmuniter receptam, quam sequitur *Menoch. lib. 3. de præsumptio; præsumptione* 17. *nu.* 6. Quæ probatur manifestè per textum in *d. l. Dedit dotem*, vbi auus, dando dotem, censetur dotare neptem, propter obligationem propriam, quando scilicet filius erat inops, vt magis communiter intelligunt Doctores illum textum, *vt per Menochium d. consilio* 81. *nu.* 55. *Barbos. dict. num.* 118. *in principio*, ita vt sit facienda altera destinctio ex diametro opposita suprapositæ, videlicet quod quando auus dotat neptem ex filio diuite; tunc nō veniat dos imputanda, quando vero dotat neptem ex filio inope, contrarium dicendum sit, nempe quod imputetur, quæ distinctio satis deducitur *ex d. l. Dedit dotem* iuncta ratione illa, quod auus, dotando neptem ex filio diuite, magis præsumitur motus ex sanguinis cōiunctione, & contemplatione neptis, quā, vt aliquod negotiū filij gerat iuxta doctrinam *glossæ in l. Qui in aliena* §. *Interdum D. de acquirenda hereditate.*

Qua opinione retenta, parum vrgent fundamenta cōmunis opi-
66. nionis contrariæ, nam licet admittamus auum teneri dotare neptem, quando pater inops est, non inde sequitur sequella, ergo auus censetur donare mera liberalitate absq; vlla filij cōtemplatione, imo ex eo, quia tenetur dotare coniecturatur animus compensandi, & inducitur imputatio *d. l. Dedit dotem*, & in hoc casu, quando filius est inops admittenda est indistincte opinio *Cini in dicta l. Scimus Cod. inofficioso testamēt. quæstione* 5. cum quo pertranseunt reliqui scribentes, *Angelus ad dictā l. In quartam num.* 27. *Alexand. d. num.* 28. *Ripa* 202. *Picus* 246. *Cæsar* 411. *Bartol. consil.* 131. *Corneus consil.* 246. *Nata consilio* 164. *num.* 22. *Cephal. dict. cons.* 105. *Gratus lib.* 2. *cons.* 119. *num.* 60. *Gabriel d. conclusione* 5. *num.* 4. *Barbos. d.* 4. *part. num.* 118. Qui indistincte admittunt dotem, quæ ad neptes peruenit, ex substātia aui semper esse imputādam, ex eo, quia filius tenetur in legitimā imputare quicquid ad ipsum ex substantia patris peruenit, sed donata ab auo inhoc casu fictione legis ab ipso patre profecta dicuntur, & breui manu filiæ seu nepti data *l.* 3. §. *final. D. donationibus inter, leg. Sed si plures* §. *in arrogato D. de vulgari, iuncta regula leg. Quoniam nouella Cod. inofficioso.* Igitur, & vltra supracitatos hac partem sustinent *Decius consil.* 181. *num.* 5. *Cucus tractatu de legitima* §. *Sed postquam, nu* 35. *Honded. consilio* 90. *num.* 2. *Bursat. consil.* 418. *volumine* 4. vbi testatur de cōmuni, *Bolognetus in dictam leg. In quartam num.* 365. vbi similiter testatur de cōmuni, *Alciat. Menoch. & alij supra relati, & sequuti per Magilium d. quæst.* 20. *nu.* 5. *& quæst.* 19. *à num.* 18. *& sequentibus.* Quæ opinio in patre inope absque dubio

procedit,

procedit, vera est, iuxta modo dicta, quicquid ab ea recedant plures,
67. tam antiqui, quàm recentiores, quos refert, & sequitur *Mangil. sibi contrarius d. quæst. 20. num. 8. Peregrin. dict. num. 9. Barb. vbi supra num. 119.* Qui mouetur ex eo, quia cum supponamus auum ex necessitate dotem dedisse, magis satisfecit propriæ obligationi, vt præstando dotem, tanquam æs alienum se liberauerit, non potest ex eo actu filius obligari ad imputationem iuxta *regulam l. Pater filiam 14. D. ad leg. Falcid. l. Si vero 9. D. de in rem verso*, quia qui dotat ex necessitate donare non videtur, quia donare, & cogi sunt contraria, *iuxta l. Donari D. regul. iur. l. Rem legatam D. adimend. leg.* Nec idem actus potest contrarios effectus producere, *leg. Qui hominem 34. §. final. D. solut.* per quæ fundamenta ita tenet altera communis sententia, *de qua Mangil. d. quæst. 20. à principio*, quam licet *Barb.* non referat tamen in effectu sequitur *d. num. 119.* sed adhuc dico persistendum in altera magis communi, quam supra retulimus, & tenet idem *Barbos.* sibi contrarius *d. num. 118.* nec fundamenta, quibus ipse trahitur multum vrgent, nam
68. *regula dict. l. Pater filiam*, non procedit in imputatione legitimæ, sed solum Falcidiæ, in qua solummodo imputantur, ea, quæ iure hæreditario ex testamento capiuntur; Ex quo textu cũ loquatur de Falcidia, fieri non potest argumentum ad legitimam, in qua imputantur omnia, quæ exeunt de paterno patrimonio, *iuxta dict. §. Imputari. & d. §. Repletionem.* Ad textum vero in *dict. l. Si vero 9. D. in rem verso*, vbi non dicitur versa in vtilitatem patris dos filiæ data, quando pater nõ tenebatur dotare, quia vt bene aduertit *Accurs. ibi*, textus debet intelligi, quando propter incapacitatem filiæ pater erat de obligatus à dotando, prout, si filia sit hæretica, *l. Cognouimus C. de hæreticis*, vel aliàs contraxerit incestas nuptias. Sed si pater desinat dotare propter inopiam, auus autem dotet, cũ in dubio officium paternum exerceat, quasi filij negotium gerens, tenebitur ipse filius in legitimam imputare *d. l. Dedit dotem.* Neque etiam altera ratio *Barbos.* aliquid euincit, quod auus dotat ex necessitate, respondemus enim ideo dotem esse à filio imputandam, quia procedit ex debito necessario, *iuxta d. leg. Si cum dotem §. Si pater D. soluto matrimonio, l. Vinca §. Cum autem, C. rei vxoriæ actione*, & quę suprà diximus, neque in hoc casu actus operatur contrarios effectus, quinimo vnus, & idem effectus est, & consequentia necessaria hũc in modum, auus tenetur dotare, ergo filius tenetur imputare in legitimam, maxime, quia lex fingit prædictam dotẽ ab auo in filium, & a filio in neptem processisse; Vnde tam de rigore iuris, quam in iudicando, & consulẽdo non diuertere ab hac sententia,

quæ

quæ sine dubio magis communis, & vera est, vt supatet ex præcitatis.

In secundo vero casu, quado pater diues est, & auus dotat neptem, magna est inter scribẽtes desidia, an sit imputanda dos à filio in legitimam, communis sententia, de qua supra meminimus, affirmat, quam
69. etiam sequitur *insignis Barbos. d.* 4. *part. num.* 120. *Peregrin. d. artic.* 37. *num.* 5. *& seq. ibi Cravet. consil.* 77. *num.* 3. *Natta consil.* 364. *nu.* 31. *Cephal. cons.* 105. *num.* 29. *Cæsar d. l. In quartam à numer.* 412. *Mangilius d. quæst.* 20. *num.* 50. qui testantur de communi: mouentur quia in hoc casu, cum filius sit diues, auus non tenetur ad dotem, ac proinde, si dotet, censetur velle negotium ipsius filij gerere animo repetendi, & compensandi, argumento *l. Nescenius D. negotijs gestis*, vbi *Bart.* & comuniter scribentes *per Mangil. vbi supra num.* 12. *Peregrin. nu.* 6. *&* 14. *cum alijs à se relatis*, qui tenent patrẽ in dubio censeri negotium filij gerere animo repetendi expensas, cũ ergo constet dotem ab auo constitutam fuisse contemplatione filij diuitis, non autem neptis, merito imputanda est *ex l. Sed si plures* § *In arrogato D. de vulgari iuncta dict. leg. Quoniam nouella C. inofficioso testam.*

Sed ab hac communi sententia recedunt plures, & grauissimi Doctores, prout *Alexand. d. l. In quartam num.* 28. *vbi Ripa n.* 204. *Cravet.*
70. *cons.* 219. *à num.* 2. *Gabriel d. concl.* 5. *nu.* 8. *&* 15. *Guido Pancirola consil.* 178. *nu.* 14. plures citat, & sequitur *Menoch. cons.* 183. *num.* 32. *& lib.* 3. *præsumptione* 17. *num.* 3. vbi acerrime defendit, & inuehitur contra *Nattam & Cephalum contrarium tenentes*, *Corras. l. Frater à fratre D. condictione indebiti num.* 68. *Bolognetus d. l. In quartam num.* 365. vbi testatur de communi, quam etiam sequitur *Insignis Barbos. sibi contrarius d.* 4. *part. num.* 118. *Honded. d. consil.* 9. *num.* 27. *plures hanc partem tenentes refert Mangilius d. quæst.* 201 *num.* 9. qui negatiuam tuentur sententiam; scilicet filium diuitem non teneri dotem ab auo donatam nepti in legitimam imputare; quæ opinio confirmatur ex eo, quia in hoc casu auus magis præsumitur contemplatione neptis, quam filij dotem constituere, *iuxta textum in l. Auus* 82. *D. de iure dotium*, quæ præsumptione in hoc casu firmat pro nepte, quasi in dubio auus magis contemplatione ipsius, quam filij dotasse censeatur, patet ex verbis *d. l. Auus*, ibi (*quia nihil ex his sui habuisset, ideoque, mortuo auo, non reuertitur dos ad patrem*,) atque ita in dubio supponit præsumendum esse auum dotantem, non contemplatione filij, sed neptis dotare, vt multis adductis refert *Mascard. de probationib. conclusione* 156. *à num.* 2. *post glossam in l. Qui in aliena* § *Interdum D. acquirenda hær. & in l. Quæsitum D. legat.* 1. *communiter receptam per Corneum consilio* 34. *lib.* 4. *Cald. l. Si curatorem verbo, læsis. num.* 118. *Menoch. dicta præsumptio-*

præsumptione 17. *num.* 3. *Pichard.* §. *Quædã de actionibus cap.* 3. *n.* 38. & in dubio dotẽ ab auo constituta aduẽtitiam esse probarunt *Alex. consil.* 138. *post. Bart. Angel. Immol. Cuman. ind. l. Quæsitum D. leg.* 1. *Aretinus in d.* §. *Interdũ, Tiberius Decianus consil.* 9. *n.* 15. *lib.* 3. *vbi de cõmuni Menoch. d. consil.* 183. *nu.* 15. *Corras. l. Filium, quem habentem C. familiæ erc. nu.* 342. *Cephal. cons.* 485. *n.* 69. *lib.* 4. *& consil.* 660. *n.* 4. *lib.* 5. & plures alij, quos refert *Mangil. d. quæst.* 20. *n.* 1. *& q.* 19. *n.* 22. pro qua expendunt Doctores textũ *in l. Pater filiæ* 71. *D. euictionibus* dum ait patrem non teneri dotẽ conferre, ergo nec imputare, sed textus ille nihil facit, quia *d. l. Pater* agit de dote à patre profecta, non vero de illa, quæ ab auo data est, & cum tempore antiquo filij tenerẽtur omnia conferre *iuxta l.* 1. §. *Cũ prætor D. collat. bonor.* ne iniuria inter fratres admitteretur, quod emancipati acciperẽt bona paterna æqualiter cum suis, etiam de relictis ipsis filijs qui erant in potestate, quia omnia patri acquirebantur, *iuxta l. Placet D. acquir. hæred.* ideo prætor induxit, vt emancipati tenerentur sua bona conferre *d.* §. *Cum prætor, prosequitur Val. de part. cap.* 12. *n.* 12. non tenebatur tamen in hoc casu emancipatus cõferre dotem, quam filiæ tradiderat, quia iam non erat patrimonium patris, sed filiæ *l.* 3. §. *Sed virum D. de minor. l. Pomponius D. familiæ erc.* & huc casum decidit *d. l. Pater filiæ*, Sed secunda sentẽtia, supraposita, in puncto iuris verior, & magis recepta est; nec magnum facescit negotiũ respondere ad argumentum, quo contraria cõmunis nititur ex *d. l. Nesenius D. Negotijs, gestis*, nam in specie illius textus 71.
auia repetit, nec de suo censetur donare nepoti, quia erat administratrix bonorum ipsius pupilli, & gerebat negotia ipsius pupilli, & impensas fecit, non ducta pietate auita, vel sanguinis amicitia, sed animo, & spe maxima repetẽdi, vt ex Basilica Græca explicat *Cuiac. lib.* 1. *quæst. Pauli super eodem textu, col.* 3. ibi *Paulus ait in re facti se putare, & præsumere, quod Basilica adducit auiam de re nepotis ea impendia fecisse recipiendi animo, nam, & hoc proponebatur, quod auia ea impendia retulerat in rationem impensarũ pro nepote factarum, hæc Cuciac.* ex quo constat auiã fuisse gestorem negotiorum pupilli neporis sui, & impendia fecisse de ipsis rebus pupilli, nõ auita pietate sed animo repetendi, quia si amicitia ducta fecisset, non repeteret *l. Is qui amicitia, leg. Ex duobus* §. *vlt. D. illo titul. de negotijs gestis l.* 1. *C. eodẽ titul.* constita ergo sic auiæ voluntate, nil mirum, si repetat, at vero in nostra quæstione sumus in lõge diuersis terminis, nã auus simpliciter de proprio patrimonio nepti dotem constituit absq; vlla coniectura, quod illud efficeret contemplatione patris, in quibus terminis dico longe veriorem secũdam sententiam negatiuam, quod scilicet

filius non tenetur imputare prædictam dotem in legitimam; Cōtrariū tamen dicemus, si dentur cōiecturæ, ex quibus animus aui colligatur, quod contemplatione filij dotauit, vt in simili resoluunt Doctores, qui contrariam sequuntur sententiam, *Alex. cons.* 31. *n.* 4. *Alciat. consil.* 49. *lib.* 3. *Cephal. consil.* 105. *nu.* 23. *Deci. d. consil.* 81. *num.* 8. *Peregrin. d. artic.* 37. *num.* 1. cum alijs, quos refert in terminis *Masc. d. concl* 256. *num.* 4. In qua re nulla facienda est differentia, vtrū dos data sit ab auo, vel ab auia, vel sit data nepti ex filio, vel ex filia, quia semper nostra resolutio suprapositа procedit, vt supponunt communiter Doctores *per Mascard. supra numer.* 6. *in fine*, maxime, cum omnes descendentes, siue masculi, siue fœminæ sint æqualis conditionis, *iuxta l. Maximum vitium C. de liber. præter. Authent. de hæredib. ab. intestat. venient.* §. *Si vero collatione* 9. *& probat textus expressus in leg. Quoniam nouella C. de inoffic. testamento.* Itaq, summa resolutio est ex supradictis, quod si auus decedat, postquā dote nepti constituit, in casibus, quibus resoluimus filiū non teneri in legitimam imputare, ipsum filiū debere totā legimā de bonis patris sui in super obtinere, quia dos data nepti in hoc casu detrahēda est de tertia defuncti, ac si extraneo donata esset, quod absq; dubio procedit, quando filius superstes est tempore mortis aui.

Dubium ergo versatur, quando filius decessit, neptis vero dotata ab auo vult ad eius hæreditatem venire, an teneatur ipsa neptis imputare in legitimam dotem, quam habet ab auo, quod dubiū, vt decidatur duo casus supponendi sunt, primus est, quando neptis insimul concurrit cum patruis ad hæreditatem aui; secundus, quando solum cum fratribus; Quoad primum dicendum, quod adhuc neptis nō tenetur imputare, ex eo, quia per repræsentationem ingreditur locum filij patris sui, *iuxta textum in* §. *Cū filius Inst. de hæredib. quæ ab intestato, Auth. cessante Cod. legitimis hæredib. vbi Bart. & communiter scribentes, Gabriel Pereira in decisione* 3. *Pichard. in d.* §. *Cum filius, Castill. tom.* 3. *cont. cap.* 19. *à principio Mol. lib.* 3. *c.* 6. *Valasc. de emphit. quæst.* 50. *Costa de patruo, & nepote* 2. *p. à n.* 3. *Robles de repræsentatione lib.* 1. *cap.* 6. *& lib.* 2. *cap.* 12. *à num.* 9. *Faber decad.* 55. *Peregr. artic.* 21. *à n.* 5. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 95. *n.* 6. *Gratian. tom.* 4. *cap.* 419. cū alijs, ergo si neptis ingreditur locū patris sui *iuxta l. Posthumorū D. iniusto rupto* §. *Posthumorū Inst. de ex. hæred. liber.* sequitur ipsam neptē non teneri ad imputationem, quemadmodū eius pater si viueret non teneretur; ita supra resoluimus, quia in hoc casu, quando concurrit ad hæreditatem aui cum patruis, vel cum nepotibus ex alio filio, non concurrit ex persona propria, sed repræsentando parentem *dict.* §. *Cum filius*, & hinc resolutionem tenet *Salicet. in leg.*

Scimus

Scimus §. Repletionem C. inoffic. testam. n. 8. & melius in l. Illam C. collat. n. 2. Mangil. d. tract. quæst. 19. n. 10. Nec contrariū euincit *d. lex Quoniam nouella C. inofficioso testam.* dum ait etiā nepotes teneri ad imputationē dotis, quia decisio illius textus nō procedit, quando nepos venit ad hæreditatem aui intimul cum patruis, cum nō veniat ex persona propria.

In secundo vero casu, quando venit cum fratribus quia tunc non
74. per repræsentationē, sed ex persona propria vnusquisq; nepos partē facit in hæreditate aui, dicendum est, neptem teneri imputare dotē, quam auus ei dedit, cum verum sit hanc dotem exijsse de patrimonio aui, de cuius hæreditate agitur, vt inter ipsos nepotes, & fratres æqualitas seruetur, *iuxta l. vltim. Cod. communi. vtriusque iudicij*; & deniq; quia neptis in hoc casu venit ad hæreditatem ex persona propria, *per textū* cuius hic est verus, & proprius casus *in d. l. Quoniam nouella*, ibi (*auus paternus, aut maternus, aut auia paterna, aut materna,*) & ibi (*non tantū eandem dotem, vel donationem conferri, verum etiam in quartam partem, tam dotem, quā donationē volumus imputari*) deinde, quia nō debet neptis in hæreditate aui esse melioris conditionis, quam foret eius pater, aut mater, si viueret, iuxta textum *in leg. Si viua matre C. bonis maternis*, ac proinde sicut illi, si fuissent dotati ab auo tenerentur imputare dotē in legitimā, *d. l. Quoniā nouella*, ita similiter neptis, quando ex persona propria succedit tenetur imputare, ita expresse *resoluit Bald. in l. Illā C. de collat. n. 8. sequitur Mangil. q. 19. n. 5.*

Limitabitur tamē hæc resolutio, si auus dotans ea cōditione doter, ne imputetur in legitimā, quia tūc 75.
neptis, etiā si veniat ex propria persona cum fratribus ad hæreditatē aui, non tenebitur imputare, ratio est, quia imputatio fit secundū voluntatē donātis, sicut expressum est in iure de collatione *in Auth. ex testamēto C. collat.* maxime, quia in dubio debitor necessarius, qualis est auus respectu legitimæ, *l. Papinian° §. Quoniam D. inoffic.* censetur donare animo cōpensandi, iuxta notata *in Auth. præterea C. vnde vir, & vxor*, & propterea imputatur, sed cō stito de cōtraria voluntate donātis, nullo modo potest admitti imputatio, *ita consuluit Bertrādus cōsil. 216. n. 3 lib. 2. Tobias nonius cōsil. 49. n. 10. quos sequitur Mangil. d. quæst. 19. n. 7.*

Ex quibus sic resolutis facile colligitur, quando teneatur neptis dotem ab auo donatā in legitimā patris, aut matris descendētis ab ipso auo imputare, ad quod solū modo tenetur, quādo auus dotauit neptē ex filio diuite contēplatione ipsius 76.
filij, iuxta nostram sententiā suprapositam, nam in hoc casu lex fingit breuis manus fictione ipsam dotē traditā fuisse filio, & ex eo peruenisse ad neptē, *iuxta l. 3. §. vlt. D. donat. inter*, & quæ notantur per textū ibi *in l. Singularia D. si certū petat*, facit

l. Profectitia D. iure dot. sequitur teneri neptem in legitimā illam imputare, quando agitur de legitima patris deducenda *iuxta d. l. Quoniā nouella, de inofficioso testamento*, ita in simili resoluit *Peregr. d. artic.* 37. *in principio, Cucus in tract. de legitima, §. Postquam num.* 37. *Hondedus cons.* 90. *nu.* 6. *vol.* 1. *Decius consil.* 81. *nu.* 23. *Alex. cons.* 31. *num.* 4. *lib.* 4. multos refert, & sequitur *Mangil. q.* 19. *nu.* 17. Ampliatur prædicta resolutio, vt neptis teneatur in legitimā patris imputare dotem ab auo sibi assignatā, quando filius pater neptis inops erat, ratio est, quia secundum nostram sententiam supra scriptam, auus in hoc casu censetur negotium filij gerere, & ipsius cōtemplatione neptem dotare, *iuxta l. Sed si plures §. In arrogato D. vulg.* ipseq; filius est, qui cēsetur donare, ergo tenetur nepos imputare, *d. l. Quoniam nouella*, & hāc resolutionē tenet *Bertolameus Succinus in l.* 1. *D. soluto matr. num.* 190. dicens omnes in hoc concordare *Cephal. d. consil.* 105. *nu.* 30. *Peregr. d. artic.* 37. *nu.* 15. *Mangil. d. quæst.* 19. *num.* 20. apud quos est communis sententia.

77. Limitanda tamen est hæc communis resolutio, ne procedat etiā in casu, quo auus dedit dotem neptī, cuius pater inops erat non contemplatione patris, sed magis contemplatione filiæ, nam in hoc casu filius nō tenetur imputare in legitimam illam dotem, *iuxta textum*, qui ita conciliandus est *cū d. l. Dedit dotem, in l. Auus* 82. *D. iure dotium*, quē sic cōmuniter intelligunt Doctores, *vt per Bart. in d. l. Dedit dotem, Auendanh. l.* 29. *glos.* 4. *n.* 15. *Iulius Pacius centur.* 5. *concilio* 55. *Faber de coniect. lib.* 13. *c.* 9. *Genoa de concil. leg. pag.* 201. *in* 1. *editione Barb. l. Post dotem* 40. *D. solut. matr. nu.* 41. *Cald. l. Si curatorē, verbo læsis n.* 115. *Pichard. d.* §. *Quædā de act. n.* 37. & hanc resolutionē *tenent Angel. Decius, Ripa locis supra citatis Honded. d. consil.* 90. *n.* 8. *lib.* 1. sequitur alijs relatis *Māgil. d. quæst.* 20. *n.* 7. *& q.* 19. *n.* 21. *Simon de Petris de interpret. vlt. lib* 4. *interpret.* 1. *dubio* 12. *n.* 7. *Peregr. d. art.* 37. *n.* 1.

Quæ resolutio attēta iuris Ciuilis dispotitione recte procedit, sed attenta dispositione *nostræ Ordinationis lib.* 4. *tit.* 97. §. 20. *&* 21. *in antiquis tit.* 79. *in principio &* §. 1. aliter dicendum, vbi in distincte cauetur quamcunque donationem ab auo nepti factam conferēdam esse, seu imputandam ipsi filio in legitimā, quia patris contemplatione facta præsumitur talis donatio ab auo, & ita in dubio apud nos dicetur donatio facta contemplatione patris, nō filij, & ita seruatur in praxi apud nos, *vt per Gammā decis.* 34. *Valasc. de partit. cap.* 13. *n.* 25. *& sequēti, & cap.* 12. *n.* 58. *Castro in l. Cum oportet n.* 13. *C. bon. quæ liber. Mol. de iust. disp.* 237. *versic. de his Ceraphinus decis.* 460. de quo infra latius, quæ lex cum solūmodo loquatur de donatione inter viuos, & procedat contra rigorē iuris cōmunis non est extendenda ad

78. relicta

relicta per vltimas voluntates, nam in his obseruabuntur decisiones iuris Ciuilis, & magis receptæ Doctorum opiniones, de quibus infra proxime dixi, vide *Valasc. cap.* 12. *à num.* 56. *& sequentibus*, & limita etiam cum eodem *dict. cap.* 12. *nu.* 58. & hæc de dote ab auo data per viam contractus dicta sint satis.

Faciamus saltum ad dotem relictam ab auo nepti per vltimã voluntatem, & primo videndum est an hæc dos sit imputanda patri in legitimam aui; In quo dubio quam maxima est inter Doctores dissentio, nam affirmant quã plures, *pro vt Bart. in l. Dedit dotem D. collat. bonorum Alexand. consilio* 30. *num.* 2. *volum.* 4. *Decius cons.* 81. *num.* 6. *Ruinus, qui testatur de cõmuni consil.* 138. *num.* 11. *lib.* 2. *& melius ad l. In quartam nu.* 38. *Neuizan. consil.* 76. *num.* 12. *Cephal. d. consil.* 105. *fere per totum Alciat. regula* 1. *præsumptione* 17. *Bertrand. consil.* 129. *Mascard. de probat. conclusione* 574. *nu.* 2. *Simon de Petris de interpretat. vltim. volunt. lib.* 4. *interpretatione* 1. *dubio* 12. *num.* 8. mouentur ex eo, quia vt tenet communis sententia de qua supra in secundo dubio, auus in dubio censetur relinquere dotẽ nepti contemplatione ipsius filij, non autem contemplatione neptis, argumento *d. leg. Dedit dotem, vbi Bartol. Alciat. dicta præsumptione* 17. *Mascard. d. conclus.* 574. *a principio, & conclus.* 156. *à num.* 1. sed ea quæ contemplatione filij ad neptem perueniunt, censentur à patre profecta *d. l. Sed si plures* §. *In arrogato D. de vulgari, iuncta l. Quoniam nouella C. inofficioso* igitur. Secundo *per textum in l. Vt liberis Cod. collat.* vbi decidit dotem ab auo nepti datam, quando agitur de eiusdẽ aui hæreditate diuidenda, venire ad collationem, qui textus videtur hunc casum expresse dicidere. Tertio, quia filius dicitur debitor necessarius dotis, & filia creditrix, *iuxta l. Qui liberos D. ritu nupt. l. vltim. C. dotis promissione*, sed quando quis legat creditori alicuius debitum, cẽsetur legasse animo liberandi debitorem, & contemplatione ipsius *leg.* 3. §. *vltim. D. liberat. legat. vbi Bart. & reliqui. Magil. supra quæst.* 21. *num.* 7. *Peregrin. d. articulo* 37. *num.* 23. quia non oportet attendere personã, cum qua testator legando loquitur, sed illã potius in quam dirigitur intentio *iuxta l. Cum puter* 79. §. *Donationis D. legat.* 2. *vbi Bart. & alij Cabed. lib.* 2. *diuers. cap.* 3. *Peregrin. lib.* 9. *cons.* 136. *num.* 13. *Faber lib.* 3. *de coniect. cap.* 12. *Gaspar adeundem lib.* 3. *tract.* 14. *quæst.* 7. & ita videbatur, quod pater petere possit hoc legatum, *iuxta l. Fideicõmissa* 11. §. *Interdũ D. legat.* 3. *Vaconius declaratione* 57. *nu.* 20. *Barb. part.* 5. *d.* 1. *num.* 11. *D. sol. matrimonio, Caldas* 3. *parte de potestate elig. cap.* 12. *à num.* 14. vnde resoluendum videtur necessario patrẽ teneri hoc legatum imputare in suam legitimam, plura alia pro hac parte minus vtilia adducit *Mangilius*

80.

gilius de imput. quæst. 21. *à principio vsque num.* 23.

Sed merito contrariam sententiam defendunt Doctores magis communiter *in l. Qui in aliena* §. *Interdum D. acquirend. hæreditate, & in l. Huiusmodi* §. *Cum pater D. legat.* 1. *vt per Gabr. titulo de iure dotium conclusione* 5. *num.* 18. *Riminald. senior cons.* 257. *à num.* 16. *Decius d. cons.* 81. *ad fin. dubij* 6. *Cephalus d. consil.* 485. *per totum, & consil.* 660. *num.* 4. *vol.* 5. *Menoch. consil.* 183. *à nu.* 11. *& consil.* 327. *à num.* 128. *Decianus consil.* 50. *à num.* 10. *lib.* 2. *& consil.* 9. *& à n.* 14. *Surdus cons.* 219. *num.* 23. *late illam defendit Peregrin. artic.* 37. *à num.* 16. *Mangilius dict. quæst.* 21. *à num.* 10. vbi præter sup. a citatos refert *Succinum. Iuniorem consil.* 33. *n.* 16. *vol.* 3. vbi testatur de cõmuni *Ioãnes Botta consil.* 2. *nu.* 3. pro qua opinione ea expendunt fundamẽta; primo quia legatum regulariter relictum censetur bene merentibus contemplatione personæ legatarij *l. Nec adiecit D. pro socio Barbosa l. Quæ dotis D. solut. matrim. num.* 57. *Genoa de concil. leg. pag.* 161. & ideo in hoc legato debet considerari persona neptis legatariæ, non autem persona patris. Secundo, quia auus in dubio donando inter viuos, censetur donare contemplatione neptis, iuxta dictam *leg. Auus D. iure dot.* & late cõprobauimus in quæstione præcedẽti, ergo a fortiori in relictis per vltimam voluntatem ipsa neptis persona contemplata iudicabitur.

81. Tertio quia filius necessario hæres est instituendus *iuxta* §. *Aliud quoq; capitulum in Auth. vt cum de appellat. cognosc. col* 8. cum multis, quæ supra in principio primæ partis diximus, & instituto filio hærede si ipsius persona esset consideranda, legatum dotis corrueret, ex eo, quia legatum hæredi ipsi relinqui non potest, *l. Legatum* 119. *D. legat.* 1. *l. Plane* §. *Si duobus D. eode titulo Surd. de alim. titulo* 2. *quæst. vltima nu.* 213. *Natta consil.* 363. *num.* 12. Ergo ne dicamus testatorẽ voluisse nulliter legare, dicendum est magis personam neptis fuisse contemplatã, ne si patris contempletur legatũ corruat, contra *l. Quoties D. rebus dubijs Menoch. de præsumptionibus lib.* 6. *præsumpt.* 4. *Mantica de coniect. lib.* 3. *tit.* 1. *Castill. tom.* 4 *cap.* 30. *& cap.* 32 *à n.* 48. *Barb. l. Quæ dotis D. sol. matrim. à n.* 130. Quæ resolutio à fortiori procedet, si legatum dotis ab auo nepti relictum fuerit conditionale, videlicet si nupserit, quia tunc cum legitima filij debeat statim à morte aui filio integra restitui, *iuxta dictã l. Quoniam in prioribus dictam l. Scimus* §. *Repletionem Cod. eodem titulo*; sequitur patrem neptis nullo modo teneri in legitimam imputare legatum hoc neptibus relictum, vt supra de relictis conditionalibus late diximus; Deinde quia si filius teneretur has dotes imputare, diceretur ipse filius eas legasse, non autem auus, quod quam absonum sit nemo nõ videt. Vltimo quai huius

modi

modi dotes aduentitias esse agnoscunt communiter Doctores, vt perscribentes *ad l. Quin aliena §. Interdum D. acquir. hæred. Iason. l Gallus, §. Quidam recte numer. 18. D. liber. & posthum. Aflict. decisione 393. num. 6. Mangilius supra num. 13. Surd. dicto consil. 219. num. 28. vbi citat communē ex glossa Bart. Alexand. Corneo succ. & pluribus alijs* per quæ fundamenta vltra supra relatos, hanc nostram sententiam tenent *Castrens. consilio 102. lib. 2. Corneus cons. 196. lib. 1. Aretinus in d. §. Interdum col. fin. & consil. 17. ad fin. Ruinus consil. 72. cū alijs, quos sequitur Pereg. art. 37. n. 21.*

Qua opinione retenta non obstant, quæ pro contraria sententia expendunt eius authores, nam ad
82. primum negamus auum relinquētem, potius contēplatione filij, quā neptis dotē relinquisse, ex his, quæ supra in secundo fundamento nostræ sententiæ considerauimus: Ad secundum fundamentum *de l. Vt liberis C. collationibus, respondet Ruinus in d. l. In quartam num.* 56. non valere argumentum de collatione ad imputationem, quem sequitur *Mangilius d. quæst. 21. num. 22.* quia ad collationem veniunt, nō solum ea, quæ capiuntur per causam proximam, & immediatam, sed etiam ea, quæ per causam remotam; At vero in imputatione solum numerantur ea, qua immediate acquiruntur ex persona patris, *iuxta doctrinā Bart. in l. Cum oportet Cod. bon. quæ liber. sequitur Menochius d. consilio 183. nu. 26.* Sed hæc responsio arridere no potest, imprimis nullo iure probatur, hæc differētia inter collationem, & imputationem, quin potius certum est collationem solummodo fuisse introductam, vt imputatio secundum æqualitatem inter filios mensuretur, *secundum leg. Vltimam Cod. commun. vtriusque iud. l. Inter filios Cod. facilia erciscundæ*, Deinde, quia si hæc dos ab auo relicta nepti veniret ad collatione per ipsum filium, quando agitur de diuidenda substantia aui, necessario esset imputanda in eius legitimam, prout quando constiterit fuisse relictam contemplatione ipsius filij, *iuxta leg. Dotem dedit D. collation. dot. & iuxta d. l. Scimus, §. Repletionem.*

Ideo dicendum puto *d. l. Vt liberis* nullum in casu de quo agimus 83.
contra nos præbere argumentum; primo, quia nos agimus, quando auus in testamento reliquit dotem nepti, at vero *dict. leg. Vt liberis* agit quando auus illam dedit inter viuos, & postea moritur abintestato, vt cōstat ex littera, in quo casu quid constituendum, diximus supra precedenti quæstione, deinde retenta nostra resolutione, *d. leg. Vt liberis* debet necessario intelligi, facta distinctione casuum, nam si auus dotem dedit nepti contēplatione filij adducet filius dotē ad collationē, & in propriam legitimam imputabit, quasi ipse donaret, argumento *dict. l. Sed si plures §. In arrogato D. vulgari*; Si autem neptis contem-

platione dos data probatur, filius non imputabit, nec adducet ad collationem, vt supradiximus, & expresse scribit *Cuiac. in posthum. ad d. l. Ut liberis*, sed quando neptis ipsa cōcurreret ad aui hæreditatem, tenebitur imputare, & ad collationē adducere, vt Doctores communiter pertranseunt *in d.l. Ut liberis, vt per Corneum ibi num. 6.* Sed in casu nostro, cum auus leget contemplatione neptis, filius minime tenebitur ad imputationem; nec alicui videatur otiosa *decisio leg. Ut liberis*, quasi iam antea idē esset decisum *per nouellam constitutionem, de qua in l. Quoniam nouella Cod. inofficioso testamento* quia adhuc noua, & necessaria fuit, eius constitutio, quæ etiā nouella dicenda est, quia coniungitur in materia cum decisione *d.l. Quoniam*, ex eo, quia licet antea cōstitutum esset, vt dos, & donatio propter nuptias, quæ processerunt ex bonis patris, aui, patrui, & similiū per lineam paternā ascendentiū imputarentur, tamen circa dotes, & donationes emanantes ex linea materna à matre auia, auo maternis, proauis, & superioribus ex predicta linea, vt venirent imputenda, nihil antea expresse erat dispositū, in quo *d. l. Ut liberis nouam inducit decisionē, vt excellēter aduertit Cuiac. in posthum ad illam.*

Ad tertium argumentum contrariorum optime respondet *Māgil. proxime d. quæstione 21. num. 29.*

84. Verum continere si adaptetur suo casui, nempe, quando constat testatorem legantem voluisse debitorem liberare, & sub contemplatione crediti legasse, vt bene considerat *Bart. in d. l. 3. §. vlt. de liber. leg. Ruinus ad l. Inquartam num. 60.* in quibus terminis etiam intelligitur *l. Fideicommissa 11. §. Interdum D. legat. 3.* quam rationem contendimus deficere in hoc casu, vbi auus, non cōtemplatione filij debitoris, sed magis ex propria affectione, & liberalitate nepti legauit, vt optime considerat *Menochius d. consilio 183. num. 31.* sequitur *Mangil dict. num. 29.*

Superest solummodo vtrū neptis teneatur hanc dotem ab auo relictam imputare in hæreditate, seu 85.
legitima, quam habitura est in bonis paternis, in quo dubio *Ruin. cons. 72. num. 6. Angel. cons. 79. Castrens. cons. 120. cum alijs, quos sequi videtur Peregrin. d. artic. 37. num. 21.* ex quo falso testatur communem *Mangil. supra num. 21. Alex. consil. 179. lib. 5.* Existimant neptem teneri imputare in legitimam patris dotem illam ab auo relictam, moueutur, quia auus dotando licet nō contemplatus esset personam filij, ad effectum, vt ipse teneretur imputare, tamen quoad effectum, vt neptis teneatur imputare in legitimam patris ipsius persona, cōtemplata consetur, & ideo dos tāquam profectitia iudicabitur *l. Profectitia 5. D. de iure dot.*

Contraria tamen sententia in hoc

hoc puncto verior, & sequenda est,
86. quam communiter tenent scribentes, *in l. Quæsitum D. leg. 1. vbi Bart. gloss. & Alexand. Iason. & alij in d. l. Qui in aliena §. Interdum D. acquir. hæred. Crauet. cons.* 219. *Natta cons.* 362. *Decius d. consil.* 81. *dubio* 4. *sequitur Peregrin. d. artic.* 37. *n.* 22. *Mangil. d. nu.* 21. *in fine*, qui omnes cum multis alijs simpliciter affirmant, quod si auus leget in testaméto dotem nepti, ipsa non tenetur dotem illam in legitimam paternam imputare; ducuntur, quia vel auus dotando, seu legando in testamento contemplatione filij fecit, quod in dubio dicendum non est, vt supra resoluimus, vel contẽplatione neptis: In primo casu non est dubium, & omnes Doctores consentiunt filium teneri imputare, quia ab ipso filio censetur data dos nepti, quo casu imputatur *d. l. Quoniam nouella dict. l. Profectitia*, & intrat fictio breuis manus *l.* 3. *§. final. D. donat. inter*, *Faber. de coniect. lib.* 19. *cap.* 3. & ideo pater imputat, quia non diminuit patrimonium, quod alias defalcandum erat, argumento *leg. In pupillo D. solut.* At vero in secundo casu, cum non persona filij, sed neptis sit contemplata, nec per respectum ad ipsum filium, sed propter amorem, & dilectionem neptis legatum relictum sit, nec de patrimonio patris dicatur exire, minime imputari debet in legitimam patris iuxta resoluta *ad d. §. Repletionem.*

Et hac parte retenta facile euitatur contrariæ fundamentũ, quod
86. nullo iure probatur, nam si dos ab auo relicta non censetur data contemplatione filij, quomodo dicendum est neptem teneri illam in legitimam filij imputare, cum non proueniat de substantia patris, vt ipsi Doctores contrariæ sententiæ fatentur, nec etiam per fictionẽ breuis manus a filio in neptem translatio facta dicatur, & sumus extra terminos *d. l. Sed, & si §. In arrogato D. de vulgari*, vnde si post mortem aui superuiuat filius, pater neptis, dos sæper præcipua manebit apud neptem, quia pater non tenetur ad imputationem illius dotis, quoad suam legitimam in bonis aui, & in simul neptis imputare non cogitur in legitimam, quam deductura est de bonis patris sui, vt modo diximus.

Restat pro complemento huius materiæ agere de illa quæstione, an si filius præmoriatur, & auus 87.
nepti relinquat dotẽ in testamento per viam prælegati, teneatur in legitimam imputare, nam certũ est decedente filio auum teneri nepotes instituere in legitima, quia locũ filij ingrediuntur *l. Posthumorum D. iniusto rupt. §. posthumorum Instit. de exhæredatione liber.* vbi omnes notant, omnes etiam repetentes *ad l. Gallus*, ergo cum auus sit debitor necessarius legitimæ neptibus, sequitur neptem teneri in legitimã imputare *iuxta Auth. præterea Cod. vnde vir, & vxor, l. Si cum dotem §. Si*

pater

pater D. ſoluto matrimonio cum ſim. quæ iam ſupra circa legata à parẽtibus relicta citauimus, & ita in propoſito reſoluendum exiſtimo cum ibi dictis, & in hoc caſu nepotes ingrediuntur ex propria perſona ad hæreditatem aui,ac proinde tenentur imputare.

Aduertendum eſt omnia ſupra reſoluta circa has dotales quæſtiones procedere,ſiue dos ſit relicta ab
89. auo paterno, ſiue ab auo materno, & non ſolum in dote neptibus fæminis relictis, ſed etiam in donationibus propter nuptias nepotibus maſculis donatis, ſeu relictis, nam in omnibus procedunt reſolutiones ſuprapoſitæ,& deducitur *ex l. Quoniam nouella C. inofficioſo teſtamento,& in d.l.Vt liberis C. collat.leg. Illam Cod. eodem*, vbi notant communiter Doctores, *vt poſt Bart. nu.* 10. *in d. l. In quartam Menchac. de creatione* §.30. *num.* 367. *Caſar in d. l.In quartam n.*435. apud quos maxime *Menchac.* reperies eſſe communem.

Hæc dicta ſatis circa dotes, quæ dantur pro matrimonio carnali, agamus ergo de dotibus, quæ pro matrimonio ſpirituali præſtantur, videlicet quando filię ingrediuntur monaſteria, in qua quæſtione af-
90. firmatiue reſoluunt fere Doctores omnes,vt *poſt Bart in l.* 1. §. 1. *Si parens num.* 1. *D. Si quis à parent. Gom. l.* 29. *num.* 14. *Menchac. de creatione* §. 20. *num.*251. *poſt Alex. num.*24. *Rip.* 155. *Berengar. in articulo de legitima num.* 69. *in leg. In quartam, Pariſ. conſ.*62. *num.*6. *lib.*3. *Cephal. conſ.*95. *num.* 13. *Valaſc. de part.cap.* 13. *nu.* 31. *Caſar dicta l. In quartam num.*428. *Mangil. quæſt.*14. *nu.*40. *&.quæſtion.*28. *à principio, & num.*9. *Craſſ. in* §. *Legitima quæſt.*23. *nu.*4. *Corraſ. l. Filium quem habentem Cod. famil. erciſc. num.* 128. *Molin. diſput.*238. *num.*19. *Peregrin.artic.* 36. *num.* 133. Ratio eſt, quia hæc dos licet præſtetur ratione alimentorũ, quæ monaſterium præbet religioſæ ſuę,vt inſinuat *Trid. ſeſſ* 25.*c.*16. notatur *ad cap. Quoniam de ſimonia, Suar.tom.*1.*de religione lib.* 4. *de Simonia cap.*17. ne dicatur data pro ingreſſu religionis, quia tunc eſſet ſimoniaca *contra d.cap. Quoniam*, tamen dos illa nõ ſequitur naturam alimentorum, quæ quotidie, vel ad menſes perſoluuntur, ſed ſortitur naturam dotis, quæ etiam pro alimentis præſtatur, *iuxta d.l. Quoniam nouella Cod.inofficioſo teſtamẽto.* Vnde euitatur difficultas, quã tetigit *Rip.d.num.*155. *Mantua dialogo* 55. *Gom.d.l.*29. *num.* 16. quod ſi hæc dos ſortitur rationem alimentoriũ nullo modo ſit imputãda, quia alimenta, nec imputantur, nec conferuntur *leg. Si quis à liberis D. liberis agnoſcend l. Quæ pater D. familia erc. optime ex dictis Surdus de alimentis tit.* 8. *priuileg.*57. *à nu.* 2. nam hæc doctrina recte procedit in alimentis quę quotidie præſtantur, vel ad mẽſes, vel quotanis ſub ratione alimẽtorum, ſed non procedit in alimentis,

mentis, quædantur filiæ, quando monachatur, quia hæc non tam alimenta quam dos dicuntur, & ideo imputantur, *dict.* §. *Repletionem Doctores supra relati.* Nec etiam obstat quod ea, quæ transmitti non possunt ad hæredes, non veniunt imputanda, vt notant communiter Doctores *per textum in l. Omnimodo* §. *Imputari C. inofficioso Berengar. d. leg. In quartam in articulo de imput. num.* 79. *Surd. d. priuil.* 57. *nu.* 4. Sed hæc dos non transmittitur ad hæredes, ergo non potest imputari, quia satisfit hæredem monachæ esse monasterium, in quod, non est dubium dotem transkatam esse, ac proinde nihil mirum, si tanquam proprius hæres teneatur imputare, iuxta notata *ad cap. In præsentia de probat. Authent. ingressi Cod. sacros optime Peregrin. repetitione dict. cap. In præsentia à num.* 1. Vltimo non obstat quod ad effectum imputationis requiritur vt data pleno iure donatario acquirantur, *iuxta d.* §. *Repletionem post Bolognet. d. l. In quartam num.* 95. *tradit Menchac. dict.* §. 30. *num.* 241. *Mangil. dicta quæst.* 28. *num.* 2. Quia respondetur Monasterium repræsentare personã Monachæ, & pleno iure dotem acquirere, vnde nihil mirum, si teneatur imputare, vt supra relati Doctores bene resoluunt.

91. Quæ resolutio non solum in ipsa dote procedit, sed etiam in accessorijs ipsius, prout in vestibus, lectulis, & alijs mobilibus, seu ornamentis, quæ monialis ad quotidianum vsum, secum defert, vt post *Rip. d. num.* 155. *Menchac. d. n.* 251. *Valasc. supra num.* 36. *Cæsar n.* 426. vnde etiam imputãtur donationes illæ, quę monialibus loco conuiuij præstantur vulgo (*as propinas*) nam hæ absque dubio accessiones sunt ad ipsam dotem, & eius naturã accipiunt, *iuxta l. Etiam* 8. *C. iure dot. leg. Inter socerum* §. *Cum inter D. pact. dot. al. post Brun. de augm. quæstion.* 5. *princip. num.* 28. *Barb.* 3. *parte Rubr. D. solut. matrim. num.* 65. *Mantica de contr. lib.* 12. *tit.* 26. *n.* 8. *Surdus consil.* 395. *à num.* 45. *Peregrin. tom.* 2. *cons.* 87. ac proinde quemadmodũ imputatur dos ipsa principalis, ita etiã propinæ hæ, quæ accessiones sunt, & augmentum dotis, quãdo in pecunia soluuntur, vt solitum est in omnibus Monasterijs huius Regni, tunc enim imputandæ sunt; si autẽ propinarum loco conuiuium præstetur, non puto imputãdum, quia etiam conuiuium, quod in nuptijs carnalibus à parentibus fieri solet non cadit sub imputatione, vt probat *Ordinatio nostra lib.* 4. *tit.* 97. §. 2. facto argumento de matrimonio carnali ad spirituale *iuxta cap.* 2. *de transl at prælat. de quo Vasques tom.* 3. *ad* 3. *partem D. Thom. disput.* 141. *cap.* 3. *cum duobus sequentibus Euerard. in topicis legal loco* 77 *Campanil. diuersorum Rubric.* 11. *cap.* 17. *à num.* 160. *Riccius* 2. *tom. prax. resolution.* 404. & ita resoluunt *Gom. l.* 29. *num.* 14. *Valasc. d. cap.* 13. *num.* 37. *num.* 56.

num. 56. *& seq. Garc. de expens. cap.* 4. *num.* 10. *Molin. de iustit. disp.* 238. *versiculo de expensis cum sequenti.*

Dubium versatur circa pecuniā, quæ monialibus dari solet singulis annis, vulgo, (*iuro, ou tença*) an veniat imputanda, nam licet monialis quoad proprietatem uihil suum habere possit, *iuxta cap.* 2. *cap. Cum ad monasterium cap. Super quodam de statu Monach. Fr. Eman. tom.* 3. *regul. quæstion.* 29. *Mirand. in man. prælat. tom.* 1. *quæst.* 28. *Sanch. in decalog. tom.* 3. *de de tribus vot. lib.* 7. *cap.* 22. tamē ex permissu superioris Religionis possunt habere vsum fructum ad nuptum prædictī superioris amouibile, *per textum expressum in dict. cap.* 2. *ibi*, (*nisi ab Abbate ei fuerit pro iuncta administratione permissum*,) *Rodriguez d. quæst.* 29. *artic.* 4. *&* 8. *Azor. tom.* 1. *moral. lib.* 12. *cap.* 12. *quæst.* 1. *Campanil. Rubr.* 12. *cap.* 7. *à num.* 4. *textus in cap. vltim. qui clerici, vel vouentes, qui probat ex mente Trident. sess.* 25. *cap.* 2. *d. lib.* 7. *cap.* 22. *à num.* 4. Cum ergo saltē quoad vsumfructū in vita sua ex permissu superioris possint hos redditus percipere, & cum effectu percipiāt, videtur imputanda talis pecunia, cū excat de patrimonio paterno, iuxta regulam, quam supra posuimus; *In quo Valasc. dict. cap.* 13. *num.* 89. tenet contrariam sententiam, non venire ad imputationē, ex eo quia illæ annuæ præstationes cum non dentur monasterio, sed moniali ad subleuandas quotidianas necessita-

92.

tes, tanquam alimenta quotidiana, nō imputātur, vt supra resoluimus cum *Surdo titul.* 8. *priuileg.* 57. *nu.* 2. quæ opinio vera est, & cōfirmatur ex traditis *per Gam. decision.* 140. *n.* 3. *& decisione* 164. *quem sequitur Molin. d. disputatione* 238. *num.* 15. *aliàs versiculo Gama*, vbi resoluunt, & merito summam aparente promissam, donatāq, filio annuatim ad sustentanda onera matrimonij, cum sortiatur naturam alimentorum non venire imputādam in legitimam, ita ergo donationes hæ, quæ filijs monialibus præstantur annuatim, de tenças, ou iuros, in vitæ monialium non sunt imputandæ, ducto argumento de matrimonio carnali ad spirituale, vt dictū relinquimus, & ad confirmationem cito doctrinam *Capræ consil.* 143. *num.* 8. *quam sequitur Tiraquel. l. Si vnquam, verbo succeperit filios num.* 147. *Cæsar d. leg. In quartam nu.* 433. *Mangil. quæst.* 14. *num.* 48. quod scilicet dos ipsa si sit data pro matrimonio carnali nō veniat imputanda in legitimam, si non sit māsura apud hæredes ipsius filiæ dotatæ, quasi dos illa subeat tantum in vita filiæ locum alimentorum, quæ non imputantur. Si autem hæ donationes fuerint directo monasterijs factæ sub ratione augmenti dotis, vel vt ad illud perueniat post mortem monialis, absque dubio imputabūtur, vt proxime de dote ipsa resoluimus.

Sequitur, vt agamus de donationibus, quas parentes errogare solēt in filios

in filios suos ad patrimonium, vt ipsi filij ascendere possint ad sacros
93. ordines, iuxta sacrorum canonum constitutiones, de quibus *in cap. Sanctorum 70. dist. cap. Tuis 23. de præbendis, Trident. sessione 21. cap. 2. Garcia part. 2. cap. 5. à nu. 73. Gonsales glossa 5. §. 10. à numer. 10. Salud. in prax. cap. 18. Campanil. Rubric. 8. cap. 1. & sequentibus, Riccius 1. p. prax. resolutione 270. Fr. Emanuel. tom. 3. quæstione 23.* in hac quæstione variarunt scribẽtes tam antiqui, quam nouiores, nam multi existimant has donationes non esse imputandas, *Faber, Igneus, Chassaneus, quos sequitur Gomes leg. 29. numer. 21. Telles dicta leg. 29. num. 16. Aymon, Graueta consilio 136. Dueñas regula 222. Telles iterum leg. 26. numer. 16.* vbi testatur de communi *Cæsar dicta leg. In quartam num. 469. & ibi Torniel. n. 99. Menchac. d. §. 30. n. 215. Azeuedo l. 10. tit. 6. lib. 5. nu. 29. Matiençol. 3. tit. 8. lib. 5. glos 2. n. 19. sequitur Caldas ad §. Sed hæc Inst. de inofficioso 2. part. n. 49. & sequenti, & in leg. Si curatorem (verbo) læsis numer. 103. Spino de testamentis, glossa 18. num. 65. & 69. Stephanus Gratianus forens. cap. 159. numer. 31. & 33. parte prima*, qui plura adducunt fundamenta. Primo quod hæc militia cælestis æquiparatur terrestri, *glossa, & communis per Ripam, ibi in leg. Miles D. re iudicata. communis in cap. Odoardus de solut.* infiniti, quos refert, & sequitur *Dominus Carolus de Grassis de effectibus clericatus, effectu 7. à numer. 3.* Sed data filio ad militiam terrestrem non imputantur *leg. vltim. Cod. inofficioso testamento, leg. 1. §. Nec Castrense D. collat. bonor. leg. final. Cod. collat.* vbi Doctores, *Fachineus lib. 5. controuersiar. cap. 83.* Deinde expenditur, *leg. Sacrosancta 32. Cod. Episcopis, & cler.* vbi, quæ clericus acquisiuit nullo modo veniunt imputanda, ibi (*ea quæcunque,*) & ibi (*id peculium*) vbi omnia bona siue a patre, siue ab alijs, eis obueniunt, non sunt imputanda, imo tanquã peculiũ præcipuum manent apud ipsos, igitur. Tertio quia militia empta filio per patrem non imputantur, *leg. Omnimodo, §. Imputari Cod. inofficiosa testamento, vbi late Menchac. Caldas ad dictum, §. Sed hæc 2. part. à principio,* igitur similiter pecunia, seu patrimonium datum pro militia cælesti, imputandum non est. Quarto quia hæ donationes sunt voluntariæ, quas pater facere non cogitur, & ideo valent tanquam simplices donationes, quæ non veniunt ad imputationem, iuxta notata *ad leg. Illud. Cod. collat. & infra lacius.* Vltimo, quia nullo iure cauetur, vt hæ donationes conferantur, iuxta regũlam, quam Doctores deducũt *ex l. Illam Cod. collat.* igitur nec imputantur, per quæ ita resoluunt omnes supra relatis ex quibus frequẽtiorem de iure esse hanc opinionem negatiuã testatur *Valasc. d. cap. 13. num. 77. & n. 37.*

Sed contrariam sententiam, imo

huiusmodi donationes imputādas esse tenēt magis cōmuniter nouiores, *vt per Couar. in nostro cap. Raynaldus* §. 2. *num.* 7. *Auendañ. respons.* 17. *Menchac. sibi contrarius de creatione* §. 22. *numer.* 44. *Antonius Encus tractatu de legitima* §. *Rursus hæc verba; nu.* 30. *Diaz in practica, cap.* 18. *Peres li.* 3. *titul.* 2. *lib.* 4. *Ordin. Spino d. glossa* 18. *num.* 70. *Molina disput.* 238. *nu. penult. Aiora de part.* 2. *part. quæstione* 13. *Marta quæst.* 25. *artic. de. num.* 21. *Vdasc. d. cap.* 13. *num.* 77. *& sequenti Gutier.* 2. *pract. quæst.* 65. *num.* 3. *Pichard. d.* §. *Quædam Instit. de actionibus cap.* 3. *num.* 47. *Mangil. de imput. quæst.* 33. *à num.* 17. vbi alios refert, *addo Garsi. de beneficijs* 2. *part. cap.* 5. *à num.* 159. *Riccius in praxi, resolutione* 522. pro qua sententia expenditur, quod hæc donatio facta est ob causam, sed donationes ob causam imputantur, vt supra resoluimus cū pluribus, quibus addo *Menoch. cons.* 92. *Torniel. consil.* 82. *numer.* 24. *Peregrin. consil.* 78. *nu.* 12. *lib.* 3. Ergo, Deinde, quia argumentum, quod Doctores desumunt de militia terrestri ad cœlestē, nullibi in iure probatur, cū plures inter vtramq; militiā reperiantur differētiæ, *vt per Rip. in d. leg. Miles de re iudicata à num.* 6. *Claudium Cotoreum de iure milit. lib.* 2. *Eduardus Galdeira de erroribus lib.* 1. *cap.* 1. *Cuiac. & Canis. ad cap. Odoardus de solutionibus, vbi late scripsimus* cum alijs ab eis relatis, & ita cessat primum fundamentum contrariæ sententiæ. Ad secūdum etiam respondetur non procedere in militia spirituali, sed in militia sæculari, quæ vendi, & emi solabat vt Doctores omnes notant *in d.* §. *Imputari, vbi Menchac. Caldas dicto* §. *Sed hac* 2. *parte à principio.* Tertiū tollitur ex supradictis, vbi resoluimus has donationes esse factas ob causam, & ideo imputandas. Ad vltimum satisfit verū esse, nullum textum esse specialem ad decidendam hanc quæstionem, sed secundum principia iuris in hac materia, cum sit donatio ob causam debet imputari iuxta supradicta iuncta, *leg. Non possunt D. de legib.* vnde constat etiam attento rigore iuris defendi posse hanc sententiam, quæ apud nos sine vlla controuersia procedit, iuxta generalitatem *Ordinationis lib.* 4. *titul.* 97. ibi (*ou por qualquer maneira*) quibus verbis lex Regia constituit, vt omnia donata à Patre filio siue ad vnū, siue ad alium effectum veniant conferenda, vt æqualitas inter fratres obseruetur, maxime quia data ob dotem carnalem conferuntur, ergo etiam propter spiritualem *cap.* 2. *de translatione prælati, fatetur Valascus dicto num.* 77. licet contrariam dicat veriorem de rigore iuris, quem tamen in hoc approbare non possum cum supracitatis.

94.

Superiori quæstioni affinis est alia de expensis, quæ in cantanda missa fiunt à patre, ad debeant imputari, in qua quæstione *Mangil. quæst.* 95.

Mangil. quæſt. 28. *à num.* 12. tenet non eſſe imputandas ex eo, quia impenſæ factæ pro militia ſæculari, non imputantur; *iuxta leg. Omnimodo* §. *Imputari Cod. inofficioſo*, & clerici dicũtur milites cæleſtis militiæ *cap. eo libentius de ſeruis non Ordinand. cap.* 2. *de pœnis gloſſ. in l.* Miles 6. *D. re iudic. Doctores in Authent. præſbiteros Cod. Epiſcop. & cler.* igitur multo minus imputari debent hæ expenſæ, quia ſpiritualia præferuntur temporalibus *cap. Sedulo* 38. *dicte Autkent. quomodo oporteat Epiſcopos*, & pro hac opinione citatur *Rip. num.* 166. *ad leg. In Quartam, & ibi Torniel. num.* 99. *Corraſ. dicta l. Filium num.* 93. *Rolandus conſil.* 11. *num.* 5. *lib.* 2. *Cephal. conſil.* 422. *num.* 10. quæ reſolutio de iure communi communis eſt, & ſequenda, attamen in noſtro Regno ſi expenſæ factæ fuerint pro conducendis muſicis, pro veſtimentis conficiendis, vel ſimilibus, puto deberi imputari propter generalitatem *dictæ Ordinationis lib.* 4. *titul.* 97. *in principio, ibi* (*ou por outra qualquer maneira*) quibus verbis omnes expẽſas, quocunque modo factas imputandas decidit, à qua regula deducendas cenſeo expenſas factas in prandio, vel in cæna illius diei, in quo miſſæ ſolemnia dicuntur *iuxta eandem Ordinationem dict. titul.* 97. §. 2. vbi loquitur in nuptijs carnalibus, à quibus duco argumentum ad nuptias ſpirituales, *cap.* 2. *de tranſlatione prælati*, quod paſsim admittunt Doctores, & merito hæ expenſæ quæ in conuiuio fiunt non imputantur, quia expenſæ hæ non extant tempore mortis paternæ, ac proinde ceſſat ratio imputationis, *dict.* §. *Repletionem, iuncta leg.* 1. §. *Si is, verſiculo confertur, leg.* 2. §. *De illis D. collat. bon. gloſſ. leg.* 3. §. *fin. D. muneribus, & honor.* quæ aſſerit hoc eſſe onus paternum *Bald. d.* §. *Imputari num.* 4. *vbi Salicetus num.* 8. multa ſimilia citat, & ſequitur *Mãgil. dicta quæſt.* 28. *numer.* 21. *Molina d. diſputatione* 238. *num.* 18. *per totam.*

Agamus de expenſis, quas pater erogat pro expediendis bullis ad beneficium filij aſſequendum, quas 96.
non eſſe de iure communi imputandas tenet cõmunis opinio Doctorum, *Rip. d. num.* 166. *Menchac. d.* §. 30. *num.* 215. *Valaſc. à nu.* 75. *Cald. d.* §. *Sed hæc* 2. *part. à num.* 55. *Gom. leg.* 29. *num.* 21. *Paul. num.* 2. *Bald.* 4. *in l. Omnimodo* §. *Imputari Cod. inofficioſo, Caſſaneus conſil.* 43. *n.* 23. *Berengar ad dictam l. In quartam,* 3. *part. num.* 79. *cum alijs, quos ſequitur Caldas vbi ſupra*, pro qua expendunt, quod ea, quæ non ſunt tranſmiſsibilia ad hæredes, regulariter non imputantur, vt eſt textus, vbi omnes notant *in d.* §. *Imputari*, cum ergo hoc beneficium non ſit tranſmiſsibile ad hæredes, conſequens eſt has impenſas non eſſe imputandas, quia ſunt acceſsoriæ ad ipſum beneficium, & eſt reſolutio, quæ de iure communi

non habet contradictorum *per dict.* §. *Imputari*; Sed apud Lusitanos nostros contrarium firmandum est propter generalitatem *dictæ Ordinationis dicto titulo* 97. in verbis sæpe sæpius inculcatis, ibi (*ou de outra qualquer maneira*,) vbi fecit legislator noster regulam generalem in hac materia imputationum, scilicet omnia, quæ pater erogat in filij vtilitatem esse imputanda, exceptis illis, quæ specifice in §§. subsequētibus excepit, ac proinde dubium esse nequit, has expensas esse imputandas, cum vtiliter consumptæ sint, argumento *l. Quæ vtiliter D. negotijs gestis*, ad cuius resolutionis confirmationem, expendit *Valasc. dicto num.* 75. filium etiam apud nos imputare expensas factas in emphiteusi, quæ ad ipsum peruenit, licet emphiteusis non imputetur, vt constat *ex dicta Ordinatione dicto titulo* 97. §. 22. & nos infra latius, sicut etiam impensa facta in maioratu, qui non imputatur, imputatur in legitimam successoris, vt tradit *Garsia cap.* 16. *numer.* 1. *Valasc. proxime insignis Barbos. in leg. Diuortio* § *final*, 1. *parte, num.* 117. *videndus à num.* 112. *post Molinam de primogenijs lib.* 1. *cap.* 26. *à num* 10. *& probat Ordinatio lib.* 4. *titul.* 95. §. 1. & de iure communi notant omnes *ad leg. Domos.* 61. *D. de legat. primo, infinitos refert, & sequitur Caldas in Epitome de emptione cap.* 27. *à num.* 24. licet aliud obseruetur in Regno Castellæ, propter *leg.* 46. *Taur.* vbi omnes scribentes *habetur leg.* 6. *titul.* 7. *lib.* 5. de qua vltra *Barbos. dicto num.* 112. *videndus est Matiençø, ibi Rebello de obligation. iustitiæ* 2. *part. lib.* 7. *quæstione* 9. *à numer.* 27. *& sequenti*; Nec apud nos curādum est, vtrum beneficium seu aliud circa quod expenditur sit transmissibile, ad hæredes, vel non, quia quocunque modo pater expendat, semper lex Regia iubet imputare, cuius contrarium de iure communi erat dis. positum per dictum §. *Imputari.* Inter expensas tamen maioratus numerandas censeo illas, quas possessor fecerit in acquirendo aliquo iure patronatus perpetuo mansuro ipsi maioratui, prout bene decisum refert *Gama decisione* 309. *numer.* 15. *sequitur Valascus dicto cap.* 13. *numer.* 76. Addo supra dictis, quod quemadmodum de iure Regio filius tenetur imputare in legitimam expensas factas ad clericandum, ad beneficium obtinendum, & similes, ita etiam tenetur imputare illas, quas fecit pro aliqua dispensatione, videlicet alicuius irregularitatis, pro duobus beneficijs incompatibilibus, vel alio casu simili, nam omnes expensæ á patre factæ in causa filij de iure nostro imputabuntur præter specialiter exceptas, vt supradiximus circa dispensationem ad matrimonium in gradu prohibito contrahendum. Vide supra *numer.* 61.

98.

Pergamus

Pergamus ad discutiendum vtrũ veniant imputanda officia, quæ parentes acquirũt filijs suis, vel per donationem dominorum, vel per
97. emptionem, quæ officia successerunt in locum ciuilis militiæ, de qua loquitur *dict. l. Omnimodo §. Imputari, Cod. inofficioso testamento*, quæ erat ministerium, ex quo redditus percipiebantur, & hæ militiæ vendi consueuerunt attento iure ciuili *iuxta l. Lucius 22. D. legat. 2. leg. Patronus 34. D. leg. 3. iuncta l. His verbis 100. §. alumno D. illo titulo, l. Illud C. collat. l. vltim. Cod. pignoribus, l. 8. Cod. qui militare poss. lib. 12. probat. Cuiac. super nouella 35. Alciat. Parerg. lib. 8. cap. 25. Conan. lib. 4. cap. 15. Petr. Greg. 2. part. Sintagat. lib. 19. cap. 1. Carondas lib. 1. verosimil. cap. 14. Cuiac. leg. vltim. Cod. proximis sacrorum scrin. lib. 12. Valasc. d. cap. 13. num. 60. Pichard. d. §. Quædam cap. 3. num. 49. Cald. ad §. Sed hæc Inst. de inofficiosa 2. part. à num. 2. & n. 4. Molin. de iustitia disput. 241. à principio, Mangil. quæst. 33. à nu. 12.* & quod in locum huius militiæ ciuilis successissent officia in Hispania
98. tradit *Couar. 3. variar. cap. 19. num. 5. Telles l. 26. Taur. Matienço in dialogo relat. 4. part. quæst. 10. num. 7. & in l. 3. titulo 8. lib. 5. recupilat. Baeſſa de non melior fil. cap. 26. nu. 14. Garſ. de expenſ. cap. 4. num. 14. Caſtro ad l. Cum oportet 4. part. nu. 189. Pichard. ſupra n. 50.* circa quæ officia primo videndum est, quid de iure cumuni sit obseruandum, postea ad ius nostrum Regium descendemus. De iure cõmuni concors est apud omnes scribentes distinctio inter officia, seu militias, quæ vẽdi possunt, & ad hæredes transmitti, & inter illa, quæ nec vendi, nec transmitti valent, ita vt ea, quæ vẽdi; & transmitti queunt, sint necessario imputãda in legitima, *textus est in d. §. Imputari*, qui vtrũq; membrũ distinctionis probat, illa vero, quæ nec vẽduntur, nec trãsmittuntur, minime ad imputationẽ veniũt, facit, *l. Quoniam nouella C. eodem tit. l. Illud 20. C. collationib. iuncta l. 1. §. Si mea puberi D. collat. bonorum*, probant hãc distinctionem omnes antiquiores *in d. §. Imputari*, vt constat *ex Iasone ibi; multos refert & sequitur Menchac d. §. 30. n. 203. Ripa d. l. In quartam num. 163. Cald. d. §. Sed hæc n. 7. post Bart. l. 1. §. Nec Castrense D. collat. bon. n. 4. Paul. d. §. Imputari in principio Garſ. d. cap. 4. n. 14. Telles l. 26. num. 7. Valasc. d. loco n. 61. Pichard. d. cap. 3. n. 51. Matienço ad l. 5. tit. 9. glossa 4. nu. 6. lib. 5. recupil. quæ fuit l. 26. Taur. vbi Azeued. n. 29. Gom. l. 29. n. 21. & sequens. Molin. d. disp. 241. versiculo circa ea, Rolandus lib. 2. consil. 11. multos citat, & sectatur Cæsar d. l. In quartam, nu. 462. & sequens*, inde resoluentes omnia officia, tã in Hispania, quam etiam in Romana curia empta a parentibus, seu parentum cõtemplatione filijs acquisita regulariter imputari in legitimã filiorũ, quia licet alienari, seu vendi non possint sine licentia

Principis, vt apud nos constat *ex Ord.lib.1.titul.95. in principio*, tamē cum hæc Principis licentia de facili cōcedatur,vt de Regno Castellæ testatur *Couar. cap.19. num.4. Gom. d.num.21. Matienço dict.num.6.* & cōmune m practicā dicat *Azeued. d.loco nu.19. refert Caldas supra n.9.* Et de officijs Romanæ curiæ scribit *Casar dict.num.465.* Vnde cum Principes se faciles exibeant in cōcedenda prædicta licentia, vt apud Lusitanos quotidie videmus,necessario dicēdum est esse subiecta imputationi prædicta officia, quicquid contrarium scribat *Caldas supra num.20.& 31 Valasc. num.63. in fine.* Nec obstat regula, quā iure Consultus scripsit *in l. Apud Iulianum* 41. §. *Constat D. legat.* 1. videlicet ea, quæ pendent ex voluntate Principis censentur impossibilia, quia non procedit regula illa in illis,circa quæ Princeps faciliter dispensat, vt prosequuntur vltra omnes proximè relatos, *Valasc. d. nu. 63. Menoch.lib.4.de præsumptionibus, præsumpt.119. à num.3. Mantic de coniecturis lib. 9. titul. 10. à num.9. Cald.consil.17.nu.10. Castill.tom.3. controuers. cap.7.num.8. Molin.lib.2. cap.13. à num.7. Guter. de matrimon. cap.20. à num.6. Accatius in l. Titio centum* §.14. *D.cond.num.28. Sanch. lib.5.de matrimon disput.5. à num.19. Peregrin. de fideicommiss. artic.11. à num.101.* Vnde de iure communi constat ea, quæ vendi, & transmitti possunt, etiam de licentia Principis venire imputanda; est tamen aduertendum æstimationem esse faciendam,nō secundum tempus, quo parentes militiam, vel officiū acquisierunt, sed secūdum tempus discessus paterni, quo fit legitimæ computatio,vt recte aduertit *Gom. d.num.21. Post Acurt. verbo lucrum, in leg. Illud C. de collationibus,vbi Iason. num.6. Roland dict. cons.11.num.11. Gutier.lib.2.pract.quæst.64. num.6. Pichard. supra num.50. Casar d. loco num.466. Valasc. d. num.61.& 63. & 71. Molin.d.n.3.in fine. Mangil. d.quæst.33.num.13.*

99. Tractemus modo quid obseruetur de iure nostro Regio circa hæc officia,an imputentur, vel non, & primo agemus, quando donantur vel à Rege, vel ab aliquo magnate Regni. In quo casu dicendum est, hæc officia non esse imputāda *per Ordinationem d.titul. 97. §. 10.* vbi donationes, quæ a prædictis personis fiunt,non solum quando donatæ sunt ipsis filijs, primo & principaliter, sed etiam,quando contemplatione ipsorum parentū expressit minime esse imputandas,quia hæc bona sortiebantur naturam bonorum,quasi castrensium, prout sunt donationes Principis de iure, *iuxta l.Cum mulier C.de bonis quæ liber.* agnoscunt nostri, maxime *Molin. disput.241. versic. ab hac regula alias nu.4. Cald. l.Sigaratorem, verbo læsis à num.106. Castro l. Cum oportet nu. 184. fatetur Ægid. l.1. Cod. sacros. 1. part. §.7. num.14. Pinel. select. lib.1. cap.5.*

100.

cap. 5. *à principio*, in quo *Ordinatio illa est* cõtraria iuri communi, dum supra dictas donationes etiam factas contemplatione patris nõ esse conferendas decidit, contra resoluta *ad dict. l. Sed si plures* §. *In arrogato D. de vulgari*, & supra scripsimus; & ideo restringenda est, vt solummodo procedat in illis donationibus, quas Princeps, seu magnates concesserint pro dote filiorum, seu donationis propter nuptias, ibi (*de cazamentos, ou ajudas de cazamentos*, & ibi *as taes doaçoës de cazamentos, ou ajudas delles*, ex quibus verbis aperte significat legislator se velle restringere legem illam ad casum solummodo specificatum, quãdo donatio facta fuerit pro dote, vel augmento dotis, in alijs vero casibus vbi simpliciter tales donationes emanauerint, si constiterit ipsas factas esse contemplatione parentis imputandas esse censeo per dictum §. *in arrogato, quia Ordinatio d.* §. 10. cũ sit lex exorbitans, trahi non potest ad alios casus iuxta notata *in Authent. quas actiones C. sacros. eccles. & in terminis bene aduertit Valasc. d. cap.* 13. *num.* 74. *Molin. vbi supra versiculo illud*, sicut de iure communi imputantur iuxta resoluta *per Bart. Paul. Iason. salicet & alios, in dict.* §. *Imputari*, & nos plures supra retulimus, quando officia, militias vel ministerium vẽdi possunt, vel ad hæredes transmitti, si autem prædictæ donationes, non contemplatione patris, sed filij, confectæ fuerint tanquam bona aduẽtitia, seu quasi castrentia minime imputabuntur, argumento *textus in d. l. Cum multa Cod. de bonis, quæ liberis*, sicut etiam in simili circa panes ciuiles, *Ordinatio d. titul.* 97. §. 12. decidit, donationes, quæ à Principe fiunt de anona, seu pane ciuili (*vulgo juro, ou tença*) etiam si parentes illis renunciauerint in fauorem filiorum, vel Princeps contemplatione parẽtum illas donet filijs non esse imputandas, in quo prædicta ordinatio, dũ eximit ab imputatione has donationes factas contemplatione parentum procedit exorbitanter, cõtra regulam *d.* §. *In arrogato*, & ideo intelligenda est in casu, ad quem se restringit, quando hi panes ciuiles solummodo à Rege obtinentur nam si ab alia persona acquirãtur, obseruabuntur regulæ iuris communis, & decisio *d.* §. *In arrogato*, vt eleganter considerat *Cald. d.* §. *Sed hæc 2. parte nu.* 59. *Valasc. d. cap.* 13. *num.* 178. *refrigũ Gam. decisione* 29. *n.* 13. & 5. *Castro in l. Cum oportet nu.* 184. *C. bon. quæ lib.* Vnde infero ad officia donata, quod si donentur à Principe, vel magnate ad dotem, vel dotis augmentum, quod nullo modo veniant imputanda, etiam si iam donata essent parentibus, & abeis de permissu dominorum in filios translata, iuxta supra dictam legem Regiam. Si autem ad aliam causam donentur contemplatione paterna, tunc venient imputanda iuxta supradicta.

De vna, & altera quarta deducẽda vel nõ,

Tota controuersia est, quando officia apatre empta fuerunt pecunia propria. E postea de licentia
102. Principis in filios translata an veniant imputanda, in quo puncto iudicatum apud nostrates, refert *Gam. decisione* 29. & 114. filium nõ teneri imputare, quasi hæc sit liberalitas Principis in filium collata, cum hæc officia transferri non possint de vna persona in aliam absq; expressa Principis licentia, *Ord. lib.* 1. *titul.* 95. *in principio*, prosequitur *Marta de succes. legali quæst.* 25. *art.* 1. *num.* 29. Vnde, cum permissio Principis interueniat, ipse censetur donare, quia illa nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur *l.* 2. *Cod. veter. iure*, deinde, quia in hoc casu datur fictio breuis manus de patre in Regem, de Rege in filium, quo casu idem est, ac si ipse Princeps de nouo concederet, argumento *l.* 3. §. *fin. D. donat. inter*, ac proinde cum sit donatio Principis non imputatur *dict. l. Cum multa C. de bonis, quæ lib.* Tandem per *Ordinat. d. titul.* 97. §. 12. vbi ea, quæ à Principe obtinentur; nõ imputantur. Sed merito contrariã sententiã tuetur *idem Gam. d. decis.* 29. *n.* 2. *Valasc. d. cap.* 13. *n.* 64. & 72. *Molin. de iust. disput.* 241. *num.* 5. *alias versiculo*
103. *circa quæ*, nam cum semper initium acquisitionis attendendum sit argumento *legis qui id D. donat. versiculo, causam. Surdus consilio* 301. *nu.* 36. & officium fuisset acquisitum à principio pecunia paterna, absq; dubio imputandum est, neque licentia Principis tantum operari debet, vt ex illa alijs fratribus inferatur præiudicium, contra *regulam l.* 2. §. *Si quis à Principe D. ne quid in loco publico*, quod cõfirmatur ex eo, quia quemadmodum pater obtinuit à principe licentiam renuntiandi officij in fauorem filij, ita obtineret licentiam ad vendendum tertio, quo casu æstimatio diuidenda erat inter fratres, ergo quando filius illud obtinet præcipuum, tenetur æstimationé imputare iuxta supradicta. Nec retenta hac parte, quæ æquior, & magis recepta apud Lusitanos est, obstant adducta pro contraria, quam sequutus fuit senatus, *vt per Gam. dictis locis*; quia cũ prima acquisitio paterna non sit gratuita, nec principis licentia mere liberalis existit, cũ habeatur respectus ad initium acquisitionis, vt optime considerat *Gam. d. decisione* 29. *nu.* 4. ac proinde, cum consuetum sit prædicta officia vendi, necessario sunt imputanda *iuxta d.* §. *Imputari*, nec licentia Principis facit propriam donationem in his terminis, & sic cessat *regula legis* 2. *C. veteri iure*, & per consequens fictio breuis manus si qua datur in proposito, procedit de patre ad filium *d. l.* 3. §. *vltim. l. Singularia D. si certum petatur. Ordinatio vero d.* §. 12. procedit in alijs terminis longe diuersis, nam ipsa restringenda est solum ad panes ciuiles, vel ad pensiones perpetuas, vulgo, iuros, vel aliã

rem,

rem. quæ dimanasset ex Regia corona, cuius acquisitio à Principe solummodo liberaliter procederet, hæc autem bona minime imputãda sunt, cum sortiantur naturã bonorum, quasi castrensium, *d.l. Cum multa.* At vero si prædicta bona fuissent à principio empta ex pecunia paterna, licet postea de licentia Principis sint translata in filios, prout in nostra quæstione officij, semper imputari debent, colligitur hæc resolutio *ex Gam. d. decisione* 29. *Valasc. d. num.* 72. *& num.* 178. *Molina d. versiculo, circa hæc, Cald. supra d. num.* 59. *& num.* 60. Ex quorum mente securius resoluendum censeo imputandam esse æstimationẽ
104. prædictorum officiorum, quando à principio pater de licentia Principis emit illa determinate pro filio, vel ipse filius nomine proprio emit, sed ex pecunia paterna, nam iam in hoc casu interuenit donatio paterna, quæ necessario imputatur in hoc Regno, propter *Ordinationem dict. titul.* 99. *ibi (por qualquer maneira)* siue pater det filio, siue alteri nomine filij, *d.l. Singularia d.l.* 3. §. *fin.* deinde, quia certum est pretium, seu pecuniam prædictam diuidendam, inter filios, si tempore mortis paternæ reperiretur in eius patrimonio, *iuxta l. Inter filios Cod. fam. ercis.* quæ absque dubio reperiretur, nisi filio, vel alteri eius nomine traderetur; Denique ad euitandam in æqualitaté inter filios *iuxta l. Vt liberis Cod. collationibus*, nec hîc casus exceptus fuit *per Ordinationem d. titul.* 97. vt ex toto titulo legenti constabit, ac proinde necessario standum est regulę vniuersali in principio propositæ, argumento *leg.* 1. *ibi dum vitiata non est D. regul. iur. vbi Dec. Faber, & alij, in terminis Valasc. dict. cap.* 13. *num.* 64. *Molin. supra Gama dict. decisione* 29. *num.* 2. & ad hos terminos reducendus est *Faber decade* 41. *error.* 9. *num.* 6.

Alium casum proponit *Gama d. loco num.* 3. in quo æstimatio officij venit imputanda in legitimam, 105.
quando pater precibus id impetrauit, & postea de licentia Principis, in filium transfert, quod *ex Cyno, Petro de Bella pertica, & Paulo ind.* §. *Imputari] tradit Gom. d.* §. *num.* 21. *in fine*, & comprobatur ex eo, quia illud quod patris contemplatione filio datur, imputandum est in legitimam filij, ac si ipse pater dedisset *iuxta d.* §. *In adrogato*, deinde, quia vt supra diximus officiũ emptum pecunia, & filio traditum absque dubio imputatur; Ergo si precibus ipsius patris sit obtentum, etiam imputabitur, ex æquiparatione pecuniæ, & gratiæ humanæ, de qua *in cap. Sunt nonulli* 1. *q.* 1. *Et ex Psalmo* 25. *Beatus, qui excutit manus suas ab omni munere, prosequitur Pater Suar. tom.* 1. *de Religione tract.* 3. *lib.* 4. *de simonia cap.* 40. *maxime num.* 12. Vltimo per *textum in leg. Facta* 60. §. *Si hæres ante D. ad Trebell.* vbi probatur nostra bona dici ea quæ alij nostra contemplatione præstan-

præstantur: ex quibus satis ostenditur, quod si officium patris contēplatione concedatur filio, veniet imputandum in legitimam, in quo tamen aduertendum moneo hanc resolutionem non procedere, si datur officium ad dotem, vel augmētum ipsius, vel ad coniugium celebrandum iuxta aliam. *Ordinationem*, quam supra explicauimus *d. titul. 97. §. 1.* Extra causam matrimoniale recte procedet *Gamæ opinio iuxta d. §. Imputata.*

101. Prosequendo materiam nobis se se offert discutienda quæstio de expensis, quas pater facit pro dignitate filij consequenda, prout si expendit pro gradu Doctoratus
106. magisterij, pro militia honorabili, vel pro ingressu Religionis Rodoēsis, Diui Iacobi, Benedicti, Christi, & similiū, circa quas expensas resoluendum est cum communi Doctorum sententia *in d. §. Imputari*, minime esse imputādas ex decisione *d. §. Imputari*, dū solū imputādas constituit illas, quæ expēdutur pro consequenda militia, quæ vel transmitti, vel cedi potest, vnde aperte à contrario colligitur, quod si non possit transmitti, nec cedi, minime expensæ veniant imputādæ; Deinde quia totam quæstionē euertere videtur *Iure Consultus in l. 1. §. Sed an id D. collatione bonorum*, ibi, *sed an id, quod dignitatis nomine à patre datum est, vel debetur, conferre quis in commune cogatur? videamus, & ait Papin. lib. 13. quæst. non esse cogendū*, *hoc enim propter onera dignitatis præcipuum haberi oportere, &c.* vbi omnes expensas, quas pater erogauit pro dignitate filij consequenda effugiunt imputationem; quasi honor filij gloria sit paretis, vt tetigit *Bart. in d. l. 1. §. Nec castrense, ita post Bart. in d. §. Sed ad in num. 4. gloss. vltim. per textū ibi in leg. Si filia 20 §. Idem scribit D. famil. ercis. Gom. dict. l. 29. num. 21. Valasc. d. cap. 13. num. 174. & sequenti, vbi de communi, Mendes à Castro d. leg. Cum oportet num. 177. Molina d. dispur. 241. versiculo quo ad posteriorem alias num. 10. Garsia de expensis cap. 4. num. 14. Azened. dict. l. 10. titul. 6. lib. 5. num. 28. Matienço l. 3. titulo 8. gloss. 2. num. 12. Pichard. d. §. Quadam cap. 3. num. 51. Cald. d. §. Sed hæc 2. parte num. 50. Rebuff. de priuilegijs Scholast. priuil. 55. à nu. 3. Marta quæst. 25. articulo vltim. num. 33. & 34. Faber decade 48. errore 9. num. 6. Peres l. 8. titul. 2. lib. 1. Ordin. pag. 48. Corras. d. l. Filium, quem habentem num. 110. Vasques Menchac. d. §. 30. num. 214. post Ripam d. leg. In quartam, numer. 166. Torniel. ibidem num. 101. Cæsar num. 470. Mangil. quæstione 33. à num. 4. & sequentibus Roland. consil. 11. n. 6. lib. 2.* quāuis contradicat *Ruin. in d. leg. In quartā num. 18. Quem sequitur Crass. §. Legitima quæst. 26. numer. 4.* qui nullo solido nituntur fundamento, nam supradicta sentētia est verissima, & passim à Doctoribus inculcata per iura supra citata, & de rigore iuris semper amplectenda est.

Dubium

Dubium tamẽ in nostro Regio oriri potest, an veniant imputãdæ prædictæ expensæ propter generalem regulam, quam *Ordinatio* ponit *titulo 97. in principio*, à qua regula nõ reperiuntur exceptæ prædictæ expensæ pro laurea Doctorali, seu militia, vel alia dignitate consequenda, licet aliæ minores, scilicet causa studij, causa armaturæ militiæ, & peregrinationis, quæ paruæ impensæ esse videntur respectu aliarum de quibus agimus; eximantur ab imputatione, vt cõstat *ex d. titul.* §. 7. & infra latius; sed in hoc dubio magis inclino in partem negatiuam, quæ est vera de iure communi, tum quia filijs fauorabilior, tum etiam quia *Ordinatio d.* §. 7. excepit expensas factas pro scientia adiscenda, constat autem lauream doctoralem, vel similem videri scopum ad quem studiũ dirigitur, vt scientia ornatior, & honorabilior euadat, sicut etiam de dignitate militiæ videtur exprimere *d.* §. 7 *ibi*, (*saluo se ao tẽpo, &c.*) *argumento Authent. multo magis Cod. sacrosanct.* Vnde quemadmodum quotidianæ expẽsæ pro studio, vel militia non imputantur, ita similiter prædictas expensas pro laurea, vel litteraria, vel militia non esse imputandas censeo de iure nostro, *Valasc. d. num.* 175. prout de iure communi supradiximus; quod ampliat *Caldas supra num.* 51. vt procedat, etiam si ad dignitatem filius non perueniat, quod declarandum

107.

aduerto, si per ipsum filium non stetit, quominus illam obtinuisset, circa alias vero dignitates prædictas duas standum est *Ordinationi dict. principio*, declaranda tamen est prędicta resolutio ne procedat, quãdo constiterit filium habere bona, vnde pater errogare præsumatur, quia si filius habeat aliqua bona aduentitia penes patrem, censebitur pater in dubio erogare de prædictis bonis filij, *vt probat textus in leg. vltim. D. petitione hæredit. ibi (in honorem filij,* & notat ibi in terminis *Bald.* quia videtur pater tanquam administrator bonorum filij de ipsius bonis errogare, *vt probat l. Nesenius D. negotijs gestis Menoch. lib. 4. de præsumptionib. præsumptione 16. num. 21. Barb. l. 1. part. 7. num. 29. post Ripam num. 141. in d. l. 1. D. soluto matrimonio, & Alciatus ibi num. 8. Gars. de expensis cap. 4. num. 2.* & esse frequentioli Doctorum curriculo receptam, testatur *Barbos. proxime num.* 28. & de iure communi verũ fatetur *Valasc. d. num.* 175. licet dubitet attento nostro iure Regio, sed reuera lex Regia nihil addit, vel detrahit regulis iuris ciuilis in hoc casu, quia solummodo circa expẽsas ordinarias factas ratione studij, vel militiæ vidĕtur remouere illas cõiecturas de quibus Doctores *ad l. Quæpatrr D. famil. erc. & infra dicemus*, sed circa has expensas quæ non sunt ordinariæ nihil disposuit, & ideo ius commune supra relatũ sequendum est.

108.

Cense-

Consequens est necessariũ agere de expensis factis studiorũ causa, vel militiæ, vel peregrinationis; & quo ad factas pro studio de iure cõmuni certum est; non imputari; vt *probat textus singularis, & maximè à Doctoribus commendatus in l. Quæ pater* 50. *D. famil. ercisc. vbi notant omnes scribentes, maximè Paul. num.* 1. *Bart. d. §. Nec. Castrensis. l.* 1. *D. collat. bon. n.* 8. *Gam. l.* 29. *n.* 16. *Alciat. de præsump. regula* 1. *præs.* 7. *num.* 1. *Peres l.* 1. *tit.* 10 *lib.* 2. *pag.* 283. *Valasc. d. cap.* 13. *num.* 151. *Pichard. d. cap.* 3. *num.* 51. *Gald. d.* 2. *parte §. Sed hæc num.* 50. *Mareius ad cap. Raynucius cap.* 16. *Corras. d. l. Filium. num.* 110. *Ripa d. l. In quartam num.* 166. *Castro in d. leg. Cum oportet num.* 173. *Molina disputatione* 239. *à principio, Barbos. leg.* 1. *part.* 7. *D. soluto matrimonio à numer.* 28. *Mangilius quæstione* 32. *à principio, Gars. de expensis cap.* 4. *num.* 11 *Ascanius de patr. potest. effect.* 17. *num.* 51. *Matienço l.* 3. *titul.* 8. *glossa* 8. *num.* 6. *& de iure Castellæ probat l.* 3. *titulo* 4. *part.* 5. *vbi Gregor. & de nostro iure Lusitanico Ordinatio lib.* 4. *dict. titul.* 97. *§.* 7. vbi data à parente filio, pro causa istudij censentur quasi castrensia, & non imputatur, quod procul dubio procedit in expensis factis pro studio grammaticæ, quia hæ expensæ inter necessaria alimenta recensentur, *juxta textum in leg. Quod de bonis §. Non solum D. Carbon. edicto*, quem sic intelligũt communiter Doctores, & ibi *Bart. textus melior in l. Qui filium D. vbi pu-* 109. 801

pillus educari debeat, vbi Bald. & in l. final. Cod. de alimentis pupillo præst. vbi inter alimẽta necessaria prædictæ expensæ recensentur, *facit textus optimus in l. Cũ plures, §. fin. D. administratione tut.* vbi mercedes Magistrorum inter alimenta numerantur, ita tenent communiter, Doctores, vt per *Ripam in l.* 1. *num.* 140. *D. soluto matrimon. Padilla in Authent. Res quæ, C. commun. de leg. num* 92. *Tellius l.* 17. *Tauri num.* 115. *Barb. d.* 7. *parte num.* 27. *Valasc. d. n.* 151. *Menoch. de præsumptionibus, præsump.* 29. *lib.* 3. *num.* 85. *Surdus de alimentis titul.* 4. *quæst.* 6. & videtur decidi *ex Ordinatione d. §.* 7. ibi (*em escolhas, ou em estudo,*) vbi duas partes ponit lex Regia: primã circa scholas, quæ ad altiores scientias applicatur, secundam circa studium, quod non solum ad primas literas, sed etiam ad Grammaticam refertur, vt aduertit *Valascus, vbi proxime.* Dubiũ solummodo, si quod dari poterat versatur circa alias expensas, quæ in perdiscendis scientijs communiter fieri solent: tum quia maiores, cum quia pater non tenetur necessariò eas pro filio peregre studenti erogare, vt infra dicemus, & tamen circa has decidit de iure communi *d. l. Qua pater D. familiæ ercisc.* non esse imputãdas, quia pater in dubio liberali animo, ac paterna pietate censetur illa erogare, ac proinde in causam bonorum quasi castrẽsium cedunt, vt optime cum cõmuni resoluit *Pichard. supra n.* 45. maxime

apud

apud nos, *iuxta dictum* §. 7. *Ordinationis ibi (ou escolas)* quod tam in filio suo, quam in emancipato procedit, vt optime scribit *Valascus. vbi proxime numer.* 156. *Garsi. dict. cap.* 4. *num.* 41. *Pichard. vbi supra num.* 57. quicquid impertinentur *Faber decade* 41. *error.* 7. contrarium existimet, nec etiam curandum est vtrū prædictæ expensæ sint iam consumptæ, an vero extent, nam cum ratio *dictæ leg. Quæ pater*, dum nititur paterna pietate, vtrumque casum æqualiter determinet, tam in consumptis, quam in extantibus imputationem non esse admittendam, optime resoluit *Castro dict. leg. Cum oportet num.* 165. *quem sequitur Valasc. supra numer.* 158. cum alijs à *Castro relatis*, contra sententiam *Alberici, & Fulgosij ibi num.* 2. qui prædictam distinctionem inducebant, alias autem frustra recurreret Iure Consultus ad pietatem paternam, si certum esset de iure consumpta non imputari *iuxta leg. Eademum Cod. de collation.* & apud nos à fortiori procedit propter cautellā *Ordinationis dicto titulo* 97. §. 9. vbi circa illa bona extantia, quæ pater donauit filio ad militandum in bello, vel in palatio decidit esse imputanda in legitima, & de datis causa studij silentio transit, cum *in* §. 7. & 8. proposuisset generaliter donata causa studij, bolli, vel Palatij imputanda non esse, ac proinde satis in donatis pro causa studij ostendit imputanda non esse, etiam si extent. In donatis vero pro alijs duabus causis belli, vel Palatij si extent imputantur *dict.* §. 9. & nos infra latius; *Valascus supra d. num.* 153. *in fine.*

Limitant Doctores de iure decisionem, *dictæ leg. Quæ pater*, dum expensas factas studij causa pro filio liberat ab onere imputationis, ne procedat, quando constiterit patrem non ex pietate paterna, & animo liberali, sed potius intentione, & animo credendi expendit, quod deducunt communiter Doctores ex verbis eiusdem textus, ibi (*si non credendi animo mississe fuerit comprobatus, iuxta leg. Nesenius D. negotijs gestis*, vbi si pater fuerit protestatus se donasse non intendere, aut expensas conscribat in suo libro rationum, vel aliunde appareat de animo credendi, fiet imputatio, *ita ex Bartol. dicto* §. *Nec castrense numer.* 8. *Iason. in Authentica quod locum. Cod. de collat. numer.* 3. *Gom. leg.* 29. *num.* 165. *Garsia dicto cap.* 4. *numer.* 14. *Gregor. Lopez leg.* 5. *titul.* 15. *part.* 6. *glossa, las despensas*, *Pichard. supra numer.* 58. *Valascus supra numer.* 164. *Molina disputatione* 239. *num.* 5. *alias versiculo quod hactenus*, *Matienço, dicto numer.* 6. quæ resolutio comprobatur ex eo, quia totalis ratio, quare filius liberatur ab imputatione circa prædictas expensas, est illa assignata *in dicta leg. Quæ pater*, scilicet pietas paterna, & animus liberalis, qui in dubio in hoc casu in patre præsumi-

tur, constito ergo de contraria voluntate cessat fundamentum suprapositum, & ideo merito admittitur imputatio, vt est de mente omnium Doctorum, quos proxime retulimus; Aduertendum tamen est in casu, quo hæc protestatio paterna admittatur, necessariū esse vt probetur patrem à principio tempore donationis fecisse protestationem, alias autē si ex interuallo, vel mortis tempore protestetur pater se prædictas expensas animo credendi fecisse, nihil nocebit filio, nec ipse tenebitur imputare, *per textum vbi notant Bart. & Paul. inl. Illud ad finem Cod. collationibus ibi, (nisi huiusmodi legem donator tempore donationis, suæ indulgentiæ imposuerit) Gom. d.l. 29. nu. 16. & sequenti Gars. dict. cap. 4. nu. 4. Pichard. dict. num. 58. in fine.*

Aliam limitationem adducunt Doctores ad materiam *dictæ l. Quæ*
112. *pater* ne procedat, quando filius habuerit alia bona aduentitia, quæ pater administret, quia tunc pater non de suo, sed de aduentitijs filij erogare dicitur, argumento *textus in leg. vltim. D. petitione hæreditatis leg. Nesenius D. negotijs Gest. leg Cum post 43. §. 1. D. administr. tut.* intelligentes siue bona sint mobilia, siue immobilia, *vt per Gom. dicto numer. 17. Gregor. Gars. supra, Pichard. num. 59. Molina dict. disputat. 239. numer. 4. Valasc supra numer. 164. Castro dictæ l. Cum oportet, num. 178. post Bart. Alber. Angel. Paul. in dicta leg. vltim. Ripa in leg. 1. D. soluto matrimonio num. 140.* & ibi *Alciatus num. 8. Curtius Iunior in dicta Authentica quod locum num. 28. Nauar. in Man. cap. 17. num. 160. apud quos est* communis sententia, *vt per Ripam, & Nauarr. proxime, refert alios Barbos. dicta part. 7. num. 28. addo Matienço dicta glossa 2. num. 7. Mangil. dicta quæstione 32. numer. 6. Surdus de alimentis titul. 6. quæstion. 8. numer. 102.* Verum contra supradictam limitationem de iure communi tenent grauissimi Doctores, *vt per Horatium Lutium de priuilegijs scholasticorum priuileg. 16. limitatione, 5. optime defendit insignis Barbos. dicto numer. 28. & sequenti, Mangil. dicto loco num. 8. & sequentibus*, qui mouentur ex eo, quia non minus fauorabille est donatio ob causam studij, quam sit ob causam dotis, *vt eleganter ex Bartol. & alijs comprobat Barbos. dicta part. 7. num. 23. & sequentibus post gloss. in l. Unica Cod. studijs liberal. vrb. Rom. lib. 11. Iason. num. 51. Ripa 139. in dicta leg. 1. D. soluto matrimonio* apud quos est receptissima assertio, sed pater dotando filiam in dubio eam censetur dotare de proprio, etiam si penes se habeat aliqua bona propria filiæ *leg. vltim. Cod. dotis promissione*: ergo similiter præsumitur expensas de suo facere pro studio, licet habeat bona filij sub sua administratione, Deinde, quia generalitas, *dictæ leg. Quæ pater*, ita euincit, vltimo addo quod

pater

pater etiam si administret bona filiorum, quoad proprietatem *dict. l. Cum oportet l. 1. C. bon. matern.* tamen quo ad vsumfructū propria remanent patris *principium Iistitut. per quas personas nobis Ordinatio lib. 1. tit.* 87. §. 6. ac proinde in istis aduentitijs nunquam potest pater erogare de bonis filij, quia semper, quæ erogat, sunt propria, excepto casu, si velit proprietatem filiorum alienare, quod præsumendum non est, potest tamen communis opinio procedere in castrensibus, vel quasi castrensibus, quorum vsusfructus patri non quæritur, *d. l. Cum oportet versiculo exceptis, iuncta Auth. excipitur, C. eod. tit.* & redditus vsusfructus pertinent ad ipsum filium, hoc casu, si pater percipiat hos reditus nomine filij, in dubio de illis, non autem de proprio censebitur erogare, *d. l. Nesenius D. negotijs gestis, Surdus de alim. titul. 6. quæst. 8. nu. 102. nec lex vltim. C. dotis promiss.* loquitur de castrensibus, vel quasi castrensibus, sed de alijs aduētitijs, vt constat ex principio ipsius legis; & ideo quando pater dotat, censetur de suo, & non de bonis filij. vel filiæ dotare, nisi expresse de contrario paciscatur, vt patet ibidē, quia cum redditus sint sui, de suo semper dicitur erogare. At vero in terminis *d. l. vltim. D. petitione har.* ipse pater de ipsis corporibus hæreditarijs distrahendo scilicet illa, sumptus fecit, vt patet ex ipsa littera, ibi (*sed erogationem in honorem filij cum esset senator fecit ex ea,*) vbi verbum (*ex ea*) relatū ad corpora hæreditaria plane significat ibi patrē aperte declarasse nolle de suo præstare, possumus tamen confugere ad distinctionem, quam fecit *Barbos. d. numer. 28. ad finem,* inter expensas factas pro dignitate filij, & pro causa studij, quia illas semper præsumitur pater facere de bonis filij, & intelligit *dict. l. vltim. D. petitione hæreditatis,* & supra tetigimus, at vero istas factas pro causa studij, semper de suo presumitur facere, etiam si penes se habeat castrensia, nisi aliunde conster de contraria voluntate, argumento *d. leg. final, C. dotis promiss.* Quicquid ergo sit, de veritate harum opinionum attento iure communi, de iure nostro Regio, nullo modo filius tenebitur imputare prædictas expensas, *propter expressam Ordinationem dicto tit. ul.* 97. §. 7. vbi generaliter determinat ne filius imputare cogitur hos sumptus, nec meminit de prædictis limitationibus suprapositis, quas legis Regiæ compilatores minime ignorarunt, cum doctissimi viri existerent, & hanc opinionem nostram tenuit *Valasc. dicto num. 164. in fine, Molin. dicta disputat. 239. numer. 5. etiam in fine, sentit Barbos. dicto numer. 28.* Nec de contrario legimus, vel audiuimus. Si autem ius sit commune in aliquibus regnis obseruandum, fiet imputatio semper habito respectu solūmodo ad excessum ali-

mentorum, quæ filius habere debebat in domo parentis; quia hæc alimenta necessaria semper deducenda sunt, quæ non cadunt sub imputatione, vt bene aduertit, *Valascus supra num.* 165. *Mangil. dicta quæst.* 32. *num.* 2. & est quid in dubitabile.

Omittendum tamen non duxi apud nos casum frequentē, in quo iam multoties interrogatus respondebam, an filius post inceptum studium possit cogere patrem inuitū, & repugnantē, vt ei necessaria sub ministret, saltē officio iudicis, quod fieri posse contendunt magis communiter scribentes, quando pater iam per tempus destinauerat filiū ad studium, & ipse est aptus ad proficiendum, alias vero non, *vt tenet glossa in l. Sed Iulianus* §. *Quod dicitur D. ad Maced. glossa in l. Macedoniani* 5. *C. eodem tit. Bald. in l. Omnimodo* §. *Imputari. C. inofficioso Crott. in l. Frater nu.* 87. *D. cond. in debiti Ripa l. In quartam ad l. Falcidiam n.* 173. *Sucin. reg.* 103. *Falen.* 3. *Loazes in l. Filius famil.* §. *Diui D. legat.* 1. *n.* 85. *Duenhas regula* 87. *à principio, Rebuf. de priuilegijs scholast. priuileg.* 60. *n.* 2. *Menochius lib.* 3. *præsumptione* 29. *n.* 86. *& lib.* 4. *præsumpt.* 191. *à nu.* 12. *vsq;* 21. *Mangil. quæst.* 51. *n.* 2. *Barb. dicta* 7. *parte l.* 1. *n.* 27. *vbi refert Gars. de expensis cap.* 1. *num.* 52. *Corneus in Authent. ex testamento Cod. collat. n.* 30. *Episcopus Campanil. diuersor. rub.* 8. *cap.* 5. *num.* 8. *in fine, Lar. l. Si quis à liberis* §. *Non tantum, nu.* 32. *Cald.*

113.

cons. 14. *à num.* 33. *Rebello de obligationibus iustitiæ* 2. *part. lib.* 1. *quæst.* 8. *num,* 33. Ne scilicet, per hanc viam impediatur bonum publicum, & respublica nō repleatur hominibus doctis, & in his terminis sic vidisse practicatum testatur *Gars. vbi proximē*, & pro hac parte iudicatum est in hoc Regno anno 627. 6. Iulij per Doctissimos grauaminum Senatores Pinheiro, & Gois in causa Francisci Pinto cum Patre, quo casu intelligitur *textus in l.* 3. §. *Non solum D. carbon. edicto licet Gom. l.* 29. *num.* 78. deuiet a prædicta sententia, quæ absque dubio verior est, & communis, quando pater iam incæpit filium ad studium mittere, & necessaria ei subministrare, Nam si pater illum ad studium non miserit a principio, veriorem puto aliam communem sententiam *Bart. in d.* §. *Nec castrense n.* 12. *& in dicta l. De bonis* §. *Non solū D. carb. edicto, Iason. in l. Quidā cum filium n.* 33. *D. verbor. Rip. in l.* 1. *de sol. matr. nu.* 140. & ibi *Alciat. nu.* 8. *Gom. l.* 29. *n.* 18. *Gars. d. n.* 52. *Surdus de alim. tit.* 4. *quæst.* 6. *n.* 8. *vbi de communi, quā etiam sequitur insignis Barb. d. n.* 26. *Mangil. supra n.* 9. quia licet pater teneatur expendere cum filio ad studia necessaria, secundum conditionē personæ, & patriæ cōsuetudinem, vt liberalibus artibus induatur, tamē cogi nō potest ad expēsas circa studia altiora, vt filius ditior, & honorabilior efficiatur, quā in praxi recipiēdā cēseo, licet adhuc in casu ab eo recedant

plures

plures,& grauiſsimi, vt *Paul.conſil.* 142. *Immol. d.l. Quidam cum filium ad finem Sicul. conſ.* 37. *à numer.* 26. à quibus receptum dicit *Pinel.* 1. *part. l.* 1. *de bon.mat. num.* 55. *Lara in d.l. Si quis à liberis* §. *Non tantum num.* 34. *D.liber. agn. Archid. Bald. Immol.Bologner. Marian. quos refert Mangil. dict.quæstione* 31. *num.* 18. *Horat. Lucius pr.* 16. *Aſcanius de patria poteſtate effectu* 17. *num.* 39. *quibus ſatisfit Surdus dicto titul.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 10. *& ſequenti.* Sed reuertendo ad caſum, quo filius poteſt patrem cogere, vt ſibi neceſſaria in ſtudio ſubminiſtret, an ſaltem hoc caſu teneatur filius imputare in legitimam prædictas expenſas, & ſi
14. loquamur de iure communi, affirmatiua ſententia verior, & tenenda eſt, argumento *d.l. Quæ pater*, vt imputentur, ſi conſtiterit ex voluntate patris, quod nō pietate paterna, ſed animo credendi impédit, atqui nulla alia euidentior demonſtratio dari poteſt, quod pater non pietate propria erogat, quam hæc per quā illum inuitum, & renitentem conſideramus, ergo tenebitur filius prædictas expenſas imputare, & ita de mente communis ſententiæ *in dicta l. Quæ pater* inſinuat *Mangil. d.quæſtion.* 31. *num.* 18. *Menoch. lib.* 3. *præſumptione* 30. *nu.* 23. *Barb. dicta* 7. *part. l.* 1. *num.* 27. & ſane videtur rationi naturali conueniens, quod pater inuitus liberalitatem exercere non cogatur. De iure tamen noſtri Regni maior poteſt eſſe dubitatio, quia licet *Ordinatio* eximat prædictas expenſas ab imputatione, idvidetur intelligedum, quando pater ſaltem voluntarie feciſſe præſumitur, non autē quando coactus, prout in noſtris terminis, quia in neceſsitatibus nemo exiſtit liberalis, *leg. Rem legatam D. adimend. leg.* Et ceſſat præſumptio *dictæ l. Quæ pater*, nam leges Regni quando ab ipſo iure communi ſunt deſumptæ, recipiunt ipſius iuris declarationem, *vt per Menochium lib.* 1. *conſil.* 100. *num.* 123. & 156. *Valaſc. dicto cap.* 13. *num.* 8. & *conſul.* 38. *num.* 1. & *conſ.* 66. *nu.* 17. *Barboſa l.* 1. *part.* 1 *D. ſoluto matrim. num.* 16. cum ergo de iure communi certum ſit illas expenſas, quas pater cogitur facere venire imputandas, *vt Ordinationis* diſpoſitio cōformetur cum iure cōmuni, debēt etiam imputari apud Luſitanos: ſed mihi contraria ſententia magis placet, quia vt ſupra ſcripſimus *ex Molin. Valaſc. & Barboſ.* limitationes quas Doctores adducunt *ad d.l. Quæ pater* circa hāc materiā, nō procedunt de iure Luſitano, quia intentio legiſlatoris fuit filios eximere in totū, & in omnibus caſibus ab onere imputationis harum expenſarū, quod inductū eſt in fauorē filiorum, ſed quando bonū publicū poſtulat, vt pater cogatur filio neceſſaria ad ſtudia præſtare, adhuc viget fauor filiorū, & *Ord.d.* §. 7. ergo filius minime imputare tenebitur, nam pater, qui a principio filiū ad

ſtudium miſit; cogitare poterat cogi poſſe ex poſtfacto neceſſaria miniſtrare, donec filius ſtudium perficiat, vt ſupra oſtendimus, cum igitur hoc ſuppoſito illum mittat, cẽſetur iuris diſpoſitioni ſe ſubmittere, argumento *legis Imperatores D. de iure fiſci*, ſed inde nõ euincitur ſi iũ teneri ad imputationem, & retenta hac ſententia non obſtat fundamẽtum ſupra in contrarium conſideratum, quia tunc cenſentur leges Regiæ ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, vnde ſunt deſumptę, quando ex verbis ipſarũ non colligitur contrariũ velle diſponere, prout conſtat *ex dicto* §. 7. iuxta ſuprapoſitam interprætionẽ.

Quid circa libros à patre datos ſit dicendum, in quo Doctores in multiplices diſtinctiones abiere, ita vt vix quid certum ex ipſorum dictis colligi valeat, vt videre eſt
115. *ex Cyno Roſredo, Alexand. num.* 25. *Bart. num.* 1. *Dec. à num.* 37. *in l. Si donatione Cod. de collat. Ripa in leg. In quartam à num.* 168. *& Caſar ibi à n.* 451. *Vaſques dict.* §. 30. *num.* 206. *Garſia de expenſis, cap.* 4. *num.* 6. *Molin. de iuſtitia diſput.* 239. *num. vltim. Valaſc. ſupra à numer.* 159. *Picbard. vbi proxime num.* 60. *Mangil. quæſt.* 30. *per totam Barboſ. d.* 7. *part. n.* 36. *Stephan. Gratian. tom.* 1. *foreſt. cap.* 50. *à num.* 24. *Mantica de contractibus lib.* 13. *titul.* 14. *à num.* 8. alij enim diſtingunt inter eum caſum, quo pater libros donauit filio iudici, Doctori, vel aduocato, poſtquam in cæpit militare, & inter caſũ, quo libros dedit, adhuc ſcholari, qui gradum non accepit, ita vt libri dati filio Doctori, iudici, aduocato, cũ iam in exercitio literarum militare cæperit, caſtrenſia, ſeu quaſi caſtrẽſia efficiantur bona, quia exercere literarum officium militare eſt *leg. Fori, C. aduocat. diuerſ. Iud.* & ita ſicut arma, quæ militibus dantur caſtrenſia efficiuntur, ſic libri efficiuntur quaſi caſtrenſes *leg. Iubemus & ibi Bart. Cod. ſilentarijs lib.* 12. *leg. fin. C. inoffic. teſtamento*, nec in hoc caſu venient imputandi, *l.* 1. §. *Nec caſtrenſe D. collat. bon.* ita communis ſententia *cum gloſſ. in d. l. Quæ pater, Bart. in d.* §. *Nec caſtrenſe, Garſ. d. num.* 6. *Gom. dict. num.* 17. *Nauar. in Man. cap.* 17. *nu.* 159. *Valaſc. d. nu.* 160. *Menchac. num.* 206. *facit leg.* 1. *ſecundo reſponſo Cod. caſtrenſi pecul. milit. lib.* 12. vbi probatur, quod omnia, quæ militibus euntibus ad militiam donantur, efficiuntur caſtrẽſia, poſt ſupra citatos, ita tenet *Alciat. regula* 1. *præſumptione* 7. *num.* 1. *Craſſ.* §. *Legitima quæſt.* 28. *num.* 3. *Roland. d. conſ.* 11. *num.* 16. *Caſar dict. l. In quartam num.* 451. *Mendes de Caſtro in leg. Cum oportet Cod. bon. quæ liber.* 3. *parte numer.* 169. *& ſequitur Mangil. quæſt.* 30. *numer.* 15. *Barb. d. part.* 7. *l.* 1. *num.* 34. *&* 38. In ſecundo vero caſu, quando filius adhuc ſtudia non abſoluerat, iterũ deſtinguit communis ſententia inter eum caſum, quo filius in vita patris ſtudia conſumauit, & inter

caſum,

casum, quo post mortem patris, ita vt in primo casu, quando cõsumauit studium in patris vita, non veniant libri in computationẽ, quia etiam in hoc casu efficiuntur quasi castrenses, quia valet donatio hæc inter patrem, & filium, ex hac causa *l. Filius familias* 4, *leg. Filiæ cuius* 18. *Cod. familiæ erciscundæ, leg. Siue emancipatis C. donationibus, l. Donationes in cõcubinam* §. *Pater D. eodem*, & si à principio non fuisset rata tamen absq; dubio ex postfacto fuit confirmata *d.* §. *Pater, post Bart. vbi supra, Garc. d. num.* 6. *Cuccus tractatu de legitima* §. *Rursus num.* 39. *Roland. cons.* 11. *num.* 24. *Mangil. d. loco nu.* 17. *Peres l.* 8. *titulo* 2. *lib.* 1. *col.* 78. Si vero pater mortuus est antequã filius studium perficeret, tunc libri necessario venient imputandi, quia non cedunt peculo quasi castrensi, repugnat enim qualitas personæ scholaris, qui cum non habeat aliquam ex suprapositis dignitatibus, propter quas literati possunt habere peculium, quasi castrense, libri quasi castrenses non reputantur, nã scholastici, quatenus tales non gaudent priuilegio magistrorum, *l.* 1. *Cod. excusationibus artificum lib.* 10. *glossa per textum ibi in l. vltim. C. iurisdictione omnium iudicum*, ac proinde iudicabuntur libri tanquã quælibet alia res, quæ si fuerit à patre donata, veniet imputanda, *leg. Vt liberis Cod. collat. prout infra*, agendo de donationibus dicemus *Crass. vbi supra nu.* 6. *Cucc. d. nu.* 39. *Mangil. d. loco num.* 18. *& num.* 30. *Barb. d. num.* 34. *Matienço l.* 3. *titul.* 8. *lib.* 5. *glos.* 2. *num.* 3.

Sed merito prædictas distinctiones reprobant *Valasc. supra n.* 161. *Barb. d.* 7. *parte num.* 39. Nam si pater emat libros, & illos tradat filio. 116.
eunti ad studium, vel in eo degẽti, siue sit filius emãcipatus, siue filius suus in potestate, siue Doctor, siue aduocatus, siue alio modo nunquã filius tenetur libros imputare, nec admittenda est æquiparatio peculij castrensis, vel quasi castrensis, quia hæc in milite recte procedit *dicta l.* 1. *Cod. Castrens. pecul. lib.* 12. *l. Filius famil.* 4. *Cod. famil. erciscund.* at vero respectu scholasticorum non ex ea ratione prædictæ donationes non imputantur, quia fiunt castrenses, sed ex speciali iuris dispositione, de qua in *d. l. Quæ pater D. famil. erciscund.* quod ob publicam vtilitatẽ, & fauorem studij inductum fuit, *Barb. d. nu.* 39. *Alciat. de præsumptionibus d. præsumptione* 7. *Rebuff. de priuileg. scholast. priuilegio* 53. *Auendano respons.* 17. *Valasc. supra, Garc. d. loco nu.* 7. Quæ resolutio in Regno Castellæ de plano præcedit propter expressas decisiones *l.* 3. *tit.* 4. *part.* 5. *& l.* 5. *titul.* 151 *part.* 6. *vbi Gregor. in gloss. los libros. Richard. in d.* §. *Quadam num.* 60. *Matienço dict. glossa* 2. *num.* 5. *Barbos. proxime num.* 38. Et apud nostros Lusitanos idem affirmandum est, vt non veniant imputandi propter *Ordinat. dict. titul.* 97. §. 7. *ibi (o que seu pay lhe der para*

aprender em eſtudo,) & quod præcipuum eſt ad finem prętenſum conſequendum eſt numerus librorum ſine quibus parum, aut nihil proficere poteſt ſcholaris, vt magiſtra experiencia docet, & probatur, *ex cap. vltim. de verborum ſignificatione lib. 6.*

Quæ reſolutio non ſolum procedit, quando corpora librorum ipſi filio traduntur, ſed etiā quando pater pretium in pecunia pro libris emendis filio tradidit, vel miſit, adhuc enim hæc pecunia non venit imputanda, quia eadem ratio militat in ea, ac in ipſis librorum corporibus, *dict. leg. Quæ pater, vt contra Butr. conſil. 38. tenet Dec. in l. Si donatione Cod. collat. num. 41. Gregor. d. gloſſa, los libros Barb. num. 38. in fine Menoch. lib. 3. præſumptione 30. num. 17. & lib. 2. de arbitr. caſu 131. num. 1. Cæſar dict. l. In quartam num. 451. Mangil. dict. quæſtion. 30. num. 16.* Ex quibus reijciendæ ſunt variæ, & inextricabiles reſolutiones, quas ex antiquioribus refert, & ſequitur *Mangil. dicta quæſt. 30.* vbi ré hanc penitus inuoluit.

Declaranda eſt tamen noſtra reſolutio ſuprapoſita, vt procedat ſolum, quando pater libros, aut pecu-
117. niam pro illis emendis filio tradit, quia donatio hæc vt perficiatur requiritur omnino, vt præcedat traditio; *iuxta l. 1. Cod. caſtrenſ. pecul. lib. 11. l. 2. Cod. Si quis alteri, vel ſibi, l. Si ſibi Cod. donat. inter virum*, & ideo ſi pater illos emat, nec filio tradat, donati non cenſentur, imo ſi extent diuidentur inter hæredes, ſicut cætera bona, *iuxta l. Certum C. famil. erciſ.* quæ reſolutio communis eſt, *vt per Dec. num. 40. vbi ſupra Naur. d. num. 159. Barboſa dict. loco num. 37. Pichard. vbi ſupra num. 60. Mangil. d. quæſt. 30. num. 9. Iaſon. in l. Filiæ licet num. 3. Cod. famil. erc. Bart. in dict. lege Donationes §. pater, Bald. in Authent. ex teſtamento num. 5. verſiculo ſed quid Cod. collat.* Nec curandum eſt in caſu, quo pater illos filio tradat de modo tradendi, nam cum conſtet illos filio emiſſe, deinde illos concedat, clare colligitur voluntas paterna, vt ſit translatiua dominij, vt impertinenter ſpeculatur *Mangil. d. quæſt. 30. num. 33. cum alijs à ſe relatis.*

Ex quibus etiam ceſſat aduertētia ſaltem apud nos, de qua *per Ripā d. l. In quartam num. 17. Menoch. de præſumpt. lib. 3. dict. præſumptione 30. num. 25. Alex. d. l. Si donatione nu. 24.* & ibi *Dec. num. vltim. Mangil. ſupra nu. 22. Mantica de contractib. lib. 13. titul. 11.* dum docent quod in caſibus, in quibus libri veniunt cōferendi non ipſi, ſed eorum æſtimatio ſolum eſt imputanda, ſeu præſtanda, ne ipſe ſtudens patiatur detrimentum propter memoriam localem, quam circa ipſos libros ſpar ſam retinet, quæ non paruæ vtilitatis erit in illis Regnis, vbi libri veniant imputandi.

Supra dicta omnia cum proportione dicēda ſunt de expenſis, quas parentes

parentes fecerint cũ filijs circa alias artes etiam machanicas per discẽ-
118. das, & in emendis instrumentis pro illarum exercitio necessarijs, nam prædictæ expensæ non sunt imputandæ, vt exp. esit *Ordinatio d. §. 7 ibi (ou a quem o ensinar a qualquer outro mester)* facit *l. 5. titul. 15. partit. 6. & l. 3. tit. 4. part. 3. Molin. de iustitia disput. 239. à principio*, licet de iure communi, contrarium *resoluat Maret. ad cap. Raynunc. cap. 16. §. 4. n. 11.* prædicta instrumenta, quæ patet emit pro arte machanica filij imputãda esse, ex eo, quia nullibi in iure cauetur artifices posse obtinere peculium castrense, vel quasi, cum minime numeretur inter personas, quæ, illud possunt habere, *in l. vltim. Cod. in inofficioso testam.* Deinde, quia ista donatio instrumentorum facta est ob causam necessariã, & ideo imputanda iuxta notata *ad l. Omnimodo, §. Repletionem C. inofficioso, iuncta l. De bonis §. Nonsolũ necessarias D. carbon. edicto*, & est resolutio certa secundũ principia, quanuis ab alio tacta non sit, sed apud nos seruabitur *Ordinat. d. §. 7.* quæ eximit prædictas expensas, & per consequens etiam instrumenta necessaria ad prædicta Machanica officia exercenda, nec in hoc destinguendum est inter filios emancipatos, vel suos omnes enim liberãtur ab imputatione, *ex Ordinationis dispositione*, ex qua resolutione facile erit ad singula officia, & eorũ instrumenta in specie descendere.

Eximuntur etiam apud nos ab imputatione expensæ, quas pater erogauerit in pia peregrinatione 119.
filij, prout si aliquis visitet limina apostolorum, Diuum Iacobum, loca sancta Hierusalem, & alia similia lõga itinera pro visitatione sanctorum peragat, quæ omnia vulgo dicuntur (*Romarias*) in quibus per agendis magnas faciat expensas, de cõsensu patris, nullo modo tenebi-
tur illas imputare ex dispositione *Ordinationis d. §. 7. ibi (nẽ o que lhe deu parair a algũa Romaria)* cogitauit enim legislator iustum, & æquum fore, si expensæ factæ in peregrinatione pro seruitio Dei, & sanctorũ, non imputarentur, quemadmodum non imputantur illæ, quæ fiunt in seruitio, & militia Regis humani, vt infra dicimus; quanuis de iure communi, cautum non reperiatur aliquid circa has expensas, tamen iustissime lex Regia ita decreuit, ne seruitium Dei, & sanctorum, maneret in hac parte deterioris conditionis, quam seruitiũ Regum Terræ; & potest confirmari hæc resolutio ex doctrina *Bart. in l. Stichus D. peculio legat. Bald. in leg. Omnimodo §. Imputari C. inofficioso*, ex quibus communem dicit *Medices de compensat. quæst. 33. numer. 2.* quæ habet filium non teneri imputare in legitimam illas expensas, quas pater voluntarie facit, nullæ autem magis voluntariæ considerari possunt, quam istæ, quas pater erogat, seu præstat, vt filius sanctorum visi-

rum visitationes faciat, igitur, vnde consequenter etiam filius nō tenebitur imputare alias expensas, quas pater voluntarie ei præstat pro itinerationibus etiamsi non sint pro visitandis sanctis, sed prouincijs, & notabilibus locis percurrendis, pro videnda Principis maiestate, vel similibus causis, prout si pro pompa festiuitatum, vel militiæ scribit *Molina de iustitia disputat.* 240. *à principio.*

Supereſt ſolum tractare de expensis, quas pater præstat filio quādo ad bellum proficiscitur, vel dum
120. in eo degit, etiam si sæpius vadat, & secum deferat equos, arma, pecunias, & similia, & de iure cōmuni certum est nō imputari *per textū in l.* 1. §. *Nec castrense D. collat. bonor. l. vltim. C. collat. l.* 1. *C. castrens. pecul. lib.* 12. *vbi Bart. & communiter scribentes, Valasc. d. cap.* 13. *num.* 167. *Maretus d. c.* 4. *num.* 7. *qui citant l. Fidei, comissa* 25. §. 1. *vers. nec ob causam D. fideicommiss. libert. l. Si fratres* §. *idem Papinianus D. pro socio, Castro d. l. Cum oportet num.* 153. *post Ripam ind. l. In quartam num.* 167. *Bald. & Angelus in d.* §. *Imputari, Menchac. d.* §. 30. *num.* 215. *Caldas ad l. Sicuratorem, verbo, læsis, nu.* 90. *& sequentibus Pichard in d.* §. *Quadam artic.* 3. *num.* 63. qui omnes fatentur, & comuniter alij dictis locis, bona castrensia, vel quasi non imputari, & huiusmodi bona fiunt castrensia, quia donatio hæc paterna in filiū collata ex causa militiæ valida est, *l.* 3. §. *Sed si in castra D. donationibus inter, notatur ad l. Donationes quas parentes Cod. eodem titul.* & est *textus expressus in l. Si filius familias* 4. *Cod. famil. erciscundæ vbi Gothefred. littera. M. dict. l.* 1. *Cod. castrensi peculio mil. lib.* 12. *leg.* 4. *D. castrensi peculio, post Riminald. in* §. 1. *Inst. per quas pers. n.* 51. vbi etiā *Balduinus super, verbo, castrensibus, Caldas vbi proxime n.* 91. *Molina disput.* 230. *nu.* 5. *alias vers. deinde,* Vnde de iure communi est resolutio indubitabilis, & in Regno Castellæ etiam est conclusio, quæ non patitur limitationem *per leg.* 3. *titul.* 4. *part.* 3. *& l.* 5. *titul.* 15. *part.* 6. *vbi glossator, Castro d. nu.* 133. Tamen apud Lusitanos nostros sequenda est distinctio *Ordinationis d. titul.* 97. §. 7. quæ facit differentiam inter donata filio in potestate, & inter donata filio vxorato, qui apud nos est emancipatus *Ordinat. lib.* 1. *titul.* 87. §. 6. ita vt donata filio in potestate indistincte non computentur, licet multoties fuisset ad bellum profectus, at vero si filio vxorato donentur, tunc veniant imputanda, excepto solummodo casu, quo ipse filius adhuc non sit eques factus, nam ad effectum, vt miles eques erigatur, valebit donatio, nec tenebitur imputare sic data ad illum honorem militiæ obtinendum, (*vulgo fazerse Caualeiro*) clare habetur *in Ordinat d.* §. 7. *& notat Gama decisione* 140. *n.* 1. *vbi Flores Valasc. d. cap.* 13. *nu.* 168. *Benedictus Pinelus selectarum lib.* 1. *cap.* 5.

121.

cap. 5. *num.* 47. *Molin. de iustitia d. disp.* 230. *versiculo deinde per totum*, ponit tamen ipsa lex Regia sublimationem ad supra dictos casus, vt filij siue vxorati, siue soluti, & in patria potestate teneantur imputare in legitimam donata causa militiæ, si supersint ab ipsa militia, nec in militia fuerint consumpta, vel si post reditum à militia in Regno consumpsit, idque secundum æstimationem temporis mortis donatis, vel secundum æstimationē, qua fuere venditæ, *Ordinatio dicto titul.* 97. §. 9. *notat Valasc. d. nu.* 168. *in fine*, *Molina d. versiculo deinde*, *in quo Ordinatio* sequuta est communem opinionem doctorum *ad l. Quæ pater D. familiæ ercisc.* dum resoluunt, quod licet filius non teneatur imputare ea, quæ pater cōsumpsit pro expensis studiorum, quando sunt consumpta, tamen si extent teneatur imputare, de qua resolutione meminit *Barb. d.* 7. *part. l.* 1. *D. soluto matrimonio num.* 36. *Tellius l.* 17. *Taur. num.* 115. *Mangil. dict. quæst.* 32. *num.* 3. *Alciat. regul.* 1. *præsumpt.* 7. *Ripa l. In quartam num.* 166. communis *per Corras. in leg. Filium quem habentem Cod. famil. ercisc. num.* 110. de cuius veritate videndus est *Barb. d. loco*, vbi contrariam veriorem ostendit.

Exemit etiam *lex nostra Regia d. titul.* 97. §. 8. ab onere imputationis expēsas illas, quas pater præstat filio ad militandum inermi militiæ, id est deseruiendum in Regis 121.

Palatio, æquiparādo inermem militiam armatæ, quoad hoc, vt supra etiam circa dignitates, & nobilitatem diximus *in* 1. *part.* *qua Ordinatio* solum procedit, quando donatū fuit filio in potestáte, & non procedit, si donatum sit filio emancipato, vel vxorato, quia hi tenentur ad imputationem in omni casu, & cuentu: at vero filius in potestate non imputat, nisi illa quæ adhuc non sunt consumpta, vt supra diximus, *per eandem Ordinationem d.* §. 8. *iuncto* §. 9. *notat Valasc. dicto cap.* 13. *num.* 169. *Molina d. disput.* 230. *num.* 7. *aliàs vers. inter castrensia*, *Pinel.* 1. *select. cap.* 5. *nu.* 47. quæ resolutio de iure communi dubia est, quia quemadmodum acquisita in Palatio Principis dicuntur castrensia, *iuxta l. Unicam Cod. castrensi palatinorum pecul. l.* 2. *Cod. his qui in sacro palatio militant lib.* 12. & ibi degentes, dicuntur militare, vt probant scribētes in dictis iuribus, maxime *Penha*, *Gom. l.* 29. *nu.* 10. *Mol. d. vers. inter castrensia*, nec filius tenebitur imputare *d. l.* 4. *C. famil. erc.* Vnde distinguendum non erat de iure communi inter filium suum, & emancipatum, licet *Ordinatio* aliter disposuerit, vt supra diximus.

Limitant Doctores omnia suprà resoluta, quando filius habeat bona, vnde pater possit expendere, 122.
iuxta l. vltim. D. petitione hæreditatis, *vbi Paul. colūn.* 1. *Auendaño respons.* 17. *num.* 2. *versiculo quod limito*, *Greg. in l.* 5. *titul.* 16. *part.* 6. qui faciunt

æquipa-

æquiparationem de donatione facta ad ſtudium, ad donationem factam ad militandum in palatio, ſicut etiam pater de obligatur ab alimentis filiorum, quia filij habent vnde ſe alere poſſunt, *l. Si quis à liberis §. Sed ſi filius D. lib. agn. vbi Lara num. 2. Surd. tit. 7. quæſt. 6. per totam*, ſed quicquid ſit de iure communi, vt ſupra circa expenſas ſtudij cauſa factas late diximus, *Ordinatio* non admittit prędictam limitationem, quam agnouit *Gam. dict. deciſ.* 140. *numer.* 1. vt bene de more aduertit *Valaſc. d. num.* 169.

Intellige tamen hanc militiam intra palatium tunc ſolū dici eam, quæ in ſeruitio ipſius Regis, vel Reginæ, vel cum ipſorum filijs, inter quos an numerentur baſtardi diſputat *Valaſc. d. loco, num.* 170. vbi magis pro affirmatiua tenet; poſſet tamen oriri dubium an hodie procedat illa *Ordinatio* in illis, qui in Caſtella deſeruiūt inuictiſsimo Regi noſtro, in quo dubitandi occaſio datur, ex reſolutis per doctiſsimum præceptorem collegam *Didacum de Brito in ſuo conſilio pro Comite de ſalinas quæſt. 1. à n. 21. Gabriel Pereira deciſione 1. n. 15. & ſequentibus*, dum reſoluunt conditionē, vt quis habitet in hoc Regno cum ipſius Regibus nō adimpleri, ſi quis in Regno Caſtellæ habitauerit cū Regibus inuictiſsimis noſtris, cū tamen verū ſit ipſos eſſe poſſeſſores, & Reges Luſitaniæ, quod reſoluunt ex eo, quia Regnū noſtrū Luſitaniæ, licet per accidens in eo ſuccederent Reges Hiſpaniæ, attamen per ſe coronā retinet ſeperatam diſtinctam, & independentem à Regno Caſtellæ, vt in denominationibus; armis, ſignis, ſignatione pecuniæ, expeditionibus bellicis, Regimine tam ipſius Regni, quam Indiæ Orientalis videri poteſt, ergo qui deſeruit in Regno Caſtellæ, videtur quod non deſeruiat in Palatio Luſitaniæ, ac proinde nō poteſt verificari, vt quis militet in Regis palatio, niſi quando in Regno commorauerit, ſed reſoluendum cenſeo militantes in palatio inuictiſsimi noſtri Regis, etiam in Regno Caſtellæ nō teneri imputare expenſas ibi cōſumptas, & a patre donatas, ratio eſt, quia ibi commorantes vere, & proprie deſeruiunt in palatio Regis Luſitaniæ militando ſeu aſſociando proprium Regem, qui licet inſimul ſit Rex Caſtellæ, tamen eſt Rex Luſitanus, & duplicem perſonam repræſentat, argumento *textus in leg. Tutorem, D. his quibus, vt indign. ibi (diſcreta ſunt enim iura, quamuis plura in eandem perſonam diuenerint) l. Si Conſul. D. adopt. cap. à collatione de appellat. lib. 6. Hoied. de incompat. benef. 1. part. cap. 12. à num. 15. Pinel. in Rubrica de bon. matern. 3. part. nu. 75. præceptor Britto d. quæſt. 1. nu. 10.* Vnde cum palatium Regni Portugalliæ ibi ſit, vbi rex ipſe inhabitat, etiam ſi ſit extra Regnum, vt reſoluit *Franc. de Cald. forenſ. conſil. 53. pro Duce Paſtranæ num. 5. Britto*

123.

ſupra

supra num. 21. *Gabriel Pereira dicta decisione* 1. *num.* 14. fit consequens necessarium expẽsas cum filijs ibidem commorantibus non esse imputandas. Nec obstant in contrarium resoluta per *Brito, & Pereira dictis locis*, quia conditio ibi nõ erat solum personalis commitandi Regem, sed realis residendi in hoc Regno, vnde licet conditio personalis habitandi cum Rege impleretur, si Rex extra Regnum in habitet, tamen alia, quæ est realis in fauorem Regni admixta, vt in eo commoretur, non potest impleri, si extra illud, quis constituat domicilium.

Pro complemento huius tractatus, restant duo casus in quibus donata à patre pro filio non veniunt imputanda, primus casus est, quãdo
124. filius fuit captiuus, & pater illum redemit, vt exprimit *Ordin. dicto tit.* 97. §. 8. *in principio, post Bart. num.* 3. *inl. Stichus D. pecul. leg. notat Gom. l.* 29. *num.* 19. *Gars. de expensis cap.* 4. *à nu.* 13. *Valasc. dicto cap.* 13. *à num.* 176. *post Alexandrum inl. Inquartã num.* 23. *Torniellus ibi num.* 230. *Peregrin. de fideicom. artic.* 36. *num.* 138. *Mangil. quæst.* 42. *à principio Molin. disput.* 240. *num.* 3. quia & solutũ ex hac causa dicitur procedere ex pietate paterna, & ita probat de iure cõmuni *l. Liber captus vbi Bald. num.* 3. *Cod. captiuis, post glos. verbo, nõ conuenit*, quæ necessitas parentum dicitur causatiua, ne possint à filijs ex hæredari *iuxta Authenticam si captiui C. Episcop. & Cleric.* & ideo datum in dubio ex prædicta pietate, & liberalitate paterna processisse iudicabitur; si autem apparuerit patrem noluisse donare, vel bona filij penes se retinere, tunc venient sic data imputanda, vt insinuat *eadẽ lex, si liber captus, iuncta l. fin. D. petit hæred. Molina d. num.* 3. *Mangil. d. quæst.* 42. *num.* 1. *expressit Bart. receptus dicto num.* 3. *Molin. proxime*; quæ resolutio de iure communi recte procedit, at vero de iure Regio filius minime tenebitur imputare, quia pater obligatur ad præstandã expensam illam iuxta *dictam Authentic. si captiui*, & generalitas *d.* §. 8. *in principio* non patitur limitationem aliquam, prout supra circa alias expensas resoluimus.

Secundus casus, quo filius non
125. tenetur imputare donatum a patre, est quando pater donauit pro condemnatione dilicti ipsius filij, vel pro illo à carceribus liberando, ita tenet communis sententia *ex Bart. in dicta leg. Stichus D. pecul. leg. Alexand. leg. In quartam num.* 23. *Bald. in Authent. ex testamento Cod. collat. num.* 13. *& in Authentic. contra qui rogatus Cod. ad Trebel. Surdus decisione* 167. *numer.* 11. *Gratian. forens. tomo* 1. *cap.* 50. *num.* 1. *Mangil. quæstione* 40. *numer.* 23. *Cæsar ad l. In quartam à num.* 441. *Valascus dicto num.* 177. *Molina dicta disput.* 240. *num* 3. *Torniel. supra num.* 230. vbi magis communem hanc sententiam cum *Peregrin. d. num.* 138.

profitetur; mouentur quia hæ impensæ iam non extant, *iuxta leg.* 1. §. *Confertur D. collation. bonorum*, sed impensæ, quæ non extant, non imputantur *dict. l. Illud Cod. collationib.* igitur? deinde, quia pater in hoc casu magis motus est ad donandum ex pietate paterna, quam ex aliqua alia causa, ex qua repetat, argumento *dict. leg. liber. captus Cod. captiuis, iuncta leg.* 1. *leg. alimenta Cod. negotijs gestis leg. Quia paterno Cod. eodem titul. leg. Si is qui D. eodem* denique argumento *leg. Qua pater D. famili erciscund.* cum supradictis.

Sed ab hac receptissima sententia, deuiarunt plures, & grauissimi Authores, *Fabian. in Authentica nouissima Cod. in officioso testamento, numer.* 109. qui testatur esse communem sententiam, sequitur *Ripa in dicta l. In quartam num.* 189. accerrime *Menchac. d.* §. 30. *num.* 221. *Duenh. reg.* 222. *num.* 4. *Crassus* §. *Legitima quæst.* 30. *nu.* 1. *cum alijs*, ducuntur, quia pater in hoc casu coactus ex proprio timore, quem sentit in persona filij soluit, argumento *l. Isti quidem D. eo quod metus causa*, Deinde, quia hæc causa grauissima est admouendum patrem, vt donet, & redimat vitam, & sanguinem filij, sed donata ob causam, semper imputantur *l. Quoniam nouella Cod. in officioso, iuncto d.* §. *Repletionem* ergo. Tertio, quia filius tenetur imputare omne illud, quod patri debet, *leg. Filium, quem haben-*

126.

tem fundum Cod. famil. erciſc. iuncta l. Stichus D. pecul. leg. Denique, quia in necessitatibus nemo liberalis existit, *leg. Rem legatum D. adimend. leg.* Ergo quando pater propter necessitatem filij soluit, non liberaliter, sed animo repetendi censetur donasse, & negotia filij vtiliter gessit, *leg. Pomponius D. negotijs gestis*, alia quæ pro hac sententia citantur tãquam leuiora omittimus.

Sed quidquid contendant proxime citati, prima sententia verior est, & magis communiter recepta de iure communi, & apud nos pro lege declarata *per supradictam Ordinat. dicto titul.* 97. §. 8. *ibi* (*o que o pay, ou may lhe derem para sair de catiueiro, ou homisio*) nec de iure communi obstant fundamenta contrariæ sententiæ, quia licet pater moueatur ex proprio timore ad donandum, id tamen non tollit quominus insimul pietas paterna efficiat, vt pater ipse semper liberaliter censeatur donare, quo dato, non procedunt regulæ imputationis. Ad secundum satisfit, si dicas, quod licet hæc causa impellat patrem ad donandum, tamen ob pietatem propriã *d. l. Liber captus*, ac proinde liberatur abimputatione; Ad tertiũ respondetur procedere eo in casu, quo pater absque pietatis coniectura donauit, tũc enim omnia quæ pater donauit, in dubio data censentur animo cõpensandi, stante autem causa pietatis,

127.

128.

129.

tunc

tunc ex liberalitate processisse magis, quam animo recuperandi dicendum est. Ad vltimum verum est in necessitatibus neminem liberalem existere, sed quando cum necessitate insimul concurrit charitas, & pietas paterna, iuris censura absorbet necessitatem, ita vt semper ex pietate paterna procedere dicatur.

Quam opinionem sic defensam limitant Doctores communiter, primo, si constat ex contraria vo-
128. luntate patris, quod non animo liberali, & ex paterna pietate, sed potius animo recuperandi præstitit, prout si protestatus fuit, vt in
127 casu *leg. 1. Cod. negot. gestis, Surdus dicta decisione* 167. *num.* 11. *Stephan. Gratian. dicto cap.* 50. *nu.* 1. *Mangil. dicta quæst.* 40. *num.* 28. & 33. *cum alijs, quos referunt, Peregrin. dict. n.* 138. *Cæsar dicta l. In quartam n.* 442. *in fine.*

Secũdo limitant Doctores cõmuniter, quãdo filius habebat aliqua bona, quæ pater administrabat, vel habebat proprium peculium, quia
129. tunc magis administratorio nomine, quam de suo soluisse præsumitur pater, & ideo repetent fratres argumento *dict. l. vltim. D. petit. hared. l. Nesenius D. negot. gestis leg. post mortem D. quando ex fact. tutor. l. Cum post* §. 1. *D. administrat. tut. dict. leg. Stichus D. pecul. legat.* & est ordinaria regula in omni administrante, vt non de suo, sed de patrimonio administrato destribuere censeatur, *ita ex alijs Garc. dict. num.* 13. *Valasc. dicto num.* 138. *Mangil. dicta quæst.* 40. *num.* 22. *Gratian. dicto cap.* 50. *numer.* 5. *Surdus de alimentis titul.* 6. *quæstione* 8. *numer.* 102. *post Aufrer. ad Capell Tolosan. decisione* 121. *Duenh. Seraphin. & alios citatos per supra dictos.*

Tertio limitant Doctores supra dictam resolutionem, quando statuto aliquo caueatur, vt pater teneatur præcise condemnationem 130.
pro filio soluere, nam tunc cũ constet patrẽ expræcisa coactione statuti soluisse, recedimus à pietatis coniectura, ac proinde ita soluta venient imputanda *dicto* §. *Repletionem, dict.* §. *Imputari*, quia non præsumitur liberalis, *l. Cum quo* §. *fin. ad leg. Falci. & post text. in leg. Haredes* §. 1. *D. famil. erciscund.* & est resolutio vniformis omnium scribentium *ad dictam leg. In quartam, vt per Alexand. num.* 23. *Kip.* 185. *Torniel. num.* 102. *Cæsar* 438. *Fabian. in dicta Authentic. nouissima Cod. in officioso num.* 16. *Gabriel cons.* 109. *numer.* 10. *lib.* 1. *Menbac. dicto* §. 30. *numer.* 223. *Valasc. dicto numer.* 177. *Peregrinus dicto numer.* 138. *Surdus dicta decisione* 167. *numer.* 11. *Mangil. dicta quæstion.* 40. *num.* 26.

Sublimitant tamẽ Doctores supraposita limitationes, ne procedant, quando pater approbauit, seu consensit tacite, vel exp. esse delicto filij, vel filius occasione patris illud commisit, tunc enim minime

imputanda erunt,quę pater expendit pro ipsius filij liberatione, vel condemnatione, ratio est, quia tūc præsumitur pater voluntarie expendisse, suppositа approbatione, argumento *leg. Ad rem mobilem D. procurat.* ita resoluunt communiter Doctores, *vt per Curtium seniorem cons.* 41. *num.* 7. *Angel. in dict. l. In quartam, vbi Cæsar num.* 439. *Menchac. dicto* §. 30. *nu.* 224. *vbi ex Bart. & Bald. testatur communem, per textū inl. Hi, qui originem* 3. §. *Quod pater D. muneribus, & honoribus, addo Gratian. d. cap.* 50. *num.* 4. vbi etiam de
131. communi, quas resolutiones iuxta iuris communis mentem procedere admittunt omnes, sed attenta dispositione nostrę *legis Regiæ lib.* 4. *d. tit.* 97. §. 8. semper resoluendum est tales expensas,& erogationes in filij legitimam non venire imputandas,quia generalitas, qua vtitur supradicta lex Regia non patitur illas limitationes,seu declarationes vt in alijs casibus similibus cum nostris Regniculis supra scripsimus, quod æqualiter in filio emancipato,ac in suo procedet.

Perscrutemur, vtrum soluta per patrem pro filio, quando pro illo fideiussit, veniant imputanda? qui casus est extra *Ordinationem dict. tit.* 97. & solum procedit de iure ciuili in quo communis Doctorum torrens partem affirmatiuam sectatur
132. *vt ex Bartol. & Bald. & alijs in dicto* §. *Imputari, tenet Menchaca dicto* §. 30. *numer.* 223. (fide iubere autem potest pater filio *leg.* 1. *versiculo quid ergo D. quod iussu leg.* 1. *Cod. decurionibus lib.* 12. *leg.* 1. *ad finem iuncta l. sequenti D. ad municipalem leg. Si filia* §. *Idem scribit D. famil. erciſc.* & licet inter patrem, & filium nulla lis consistere possit, nec obligatio ciuilis *leg. Lis nulla D. de iudic. leg. Frater à fratre D. condit. indebiti,* §. *Hi qui, Institut. de obligat. quæ ex delicto nasc. vbi Minsinger. & Pichardus,* tamen obligatio naturalis nascitur inter eos *dicta leg. Frater à fratre, leg.* 2. *D. contrahenda emptione, & in terminis est textus in lege hæredes* 25. §. *Si filius, D. famil. erciscundæ, vbi Cuiacus lib.* 23. *ad edictum Paul. facit leg. Sed & si pupillus D. de Institut. actione leg. Dominus D. condictione indebiti* pro qua obligatione naturali fideiussio intercedere potest *iuxta leg.* 1. *leg. Sipulatus* 6. *in fin. cum lege sequenti, leg. Fideiussor obligari* 16. §. *Fideiussor D. fideiussoribus,* §. *Idem Institut. eodem titulo Gom.* 2. *tom. cap.* 13. *numer.* 1. *Riminal. in principio de donationibus numer.* 70. *Tiraquel. de iure mariti, glossa* 4. *numer.* 14. *Hotomanus lib.* 3. *obseruat. cap.* 15. *Duaren. ad leg.* 1. *D. de pactis,* ac proinde cum pater soluat coactus pro obligatione sua, quam ex fideiussione suscepit, argumento *l.* 3. *D. solutionibus,* soluisse censetur pater pro causa necessaria, quo casu imputandum est sic datum, argumento *dicta l. Quoniam nouella C. inofficioso testamento,* maxime,quia pater in hoc casu repetere potest

potest, argumento *l. Papinianus D. mandat.* qui animus in dubio præsumitur, si alius donandi non cõiecturetur ex aliqua causa concludẽti, quæ dari non potest in hoc casu, quia nemo in necessitatibus liberalis existit, *d.l. Rem legatam D. adimend. legat.* maxime, quia animus donandi etiam in patre non præsumitur, si alia potest dari interpretatio *l. Cum in debito D. de probat.* expendit *Mangil. dict. quæstione* 40. *num.* 18.

Sed nos in hoc puncto sub distinctione, rem componẽdam existimamus, vel enim pater fideiussit
133. pro filio in causa condemnationis criminalis, vel fideiussit in casu, quo filius decurio crearetur; vel alium honorem adeptus fuisset, vel denique fideiussit pro contractu ipsius filij; In primo casu soluta à patre pro fideiussione in causa criminali, minime sunt imputanda, quia si ipse pater à principio statim soluisset pro filio condemnationẽ, illa non veniret imputanda, vt supra resoluimus, nisi quando filius aliunde habuisset bona, vel pater coactus præstasset. Sed idem est fideiubere ex prædicta causa, & postea soluere, ac soluere à principio *l. vltim. D. ad leg. Falc.* igitur sicut in illo, ita in isto casu non sunt imputanda; In secundo vero casu similiter non imputantur, quæ pater expendit etiam fideiubendo in casu, quo filius consequitur dignitatem, vt probat expresse *text. in d. lege Si filia* 20. §. *Idem scribit D. famil. erciss. iuncta leg.* 1. §. *Sed an illud D. collat. bonorum: & supra diximus.* In vltimo casu quando pro contractu filij fideiussit, cum de iure habeat pater repetitionem, nec donandi animus in eo casu præsumatur, merito sic soluta venient in imputationem, & sic procedit resolutio supraposita in principio huius quæstionis; & videtur sentire *Mangil.* nemine relato *quæst.* 42. *num.* 3. & 4.

Progrediamur ad donationes simpliciter aparentibus in filios factas; vtrũm veniant imputandæ; & 134.
ad euidentiorem expeditionem nõ loquimur de donatione quam pater facit cõcedendo filio peculium, nam peculium a patre cõcessum semper imputatur, si per filium cõsumatur, alias autem si supersit diuiditur inter fratres iuxta textum *in lege Certum Cod. famil. erciss. Bart. num.* 10. *ind. l. In quartam Ruin. nu.* 24. *Picus num.* 174. *Casar num.* 444. & 447. *Merchac. d. §.* 30. *nu.* 262. *Peregrin. d. artic.* 36. *num.* 129. *Pichard. d. §. Quædam artic.* 3. *num.* 6. *Faber decad.* 42. *art.* 1. Ratio est, quia concessio peculij à patre facta censetur quædam nuda traditio, quæ inefficax est ad transferendum dominium, & ideo semper iuris censura dicitur paternum, & venit imputandum tanquam quælibet alia res, quæ exijt de patrimonio paterno, & ita probat *textus in leg. Filium quem habentem Cod. famil. erciss. secundum cõmunem intellectum Peregr.*

vbi próxime, ſicut etiam filius imputare tenetur omnia quæ de bonis patris in debite expendit, ludendo meritricando, & id genus alia peragendo, & eſt communis reſolutio Doctorũ, de qua *per Mangil. quæſt. 43. à principio, & à num. 5. quam originaliter ponunt Bald. in l. Filiæ Cod. famil. erciſc. num. 22. Salicet. num. 18. poſt Guillelmum de Cuneo in l. Incerti iuris Cod. eodem titul.* quæ reſolutio habet filium teneri imputare in ſuã legitimã omnem pecuniam, quam de bonis paternis in debite, & abſque patris conſenſu conſumpſit, *per textum in leg. Et puto §. Sed ſi dolo D. famil. erciſcund.* & idem in pecunia, quam filius luſit *tenet Bald. in Authent. ex teſtamento C. collat. nu. 37. Gom. l. 29. nu. 25. Nauarrus in Man. cap. 17. num. 161. & ſequentibus, optime Molina de iuſtitia diſputat. 242.* quia hæc cum ſint conſumpta contra voluntatem patris, & de ipſius patrimonio exijſſent, neceſſario imputanda ſunt in legitimam, *iuxta dictum §. Imputari, & dictum §. Repletionem*, quod tamen declarandum eſt cum *Molin. proximo loco*, ſi talia fuerint exceſsiua, & magnæ cõſiderationis, ſecus autem ſi fuiſſent paruæ, habito reſpectu ad qualitatem perſonæ, & modum expenſarum, quæ in ordinario vſu victu, & veſtitu fieri conſueſcunt, de quo infra latius.

Secundo non loquimur modo, de vſufructu aduentitiorum, quem pater remittit filio, quia de illo infra latius. Eſt ergo ſermo noſter de donationibus. quas parentes faciũt filijs ſuis. In qua quæſtione communis ſententia antiquorum tenet has donationes non venire imputandas ita *poſt gloſſ. 2. in Authentica ex teſtamento (od. collat. ex Bart. d. l. Inquartam num. 10. Ripa ibidem nu. 143. & Caſar à num. 387. & ſequentibus, Succin. conſ. 93. numer. 20. lib. 2. Corraſ. d. l. Filium, quem habentem nu. 103. Conarru. in noſtro cap. Raynald. num. 6. Alex. col. 2. in d. Authentica ex teſtamento, vbi Iaſon. n. 10. Decius num 5.* apud quos eſt communis, *Suares poſt l. Quoniam in prioribus quæſtione 5. num. 5. & n. 9. Duenh. regul. 222: Menchac. §. 19. nu. 48. & §. 30. num. 261. Marta de ſucceſsion. legal. quæſt. 25. artic. 19. num. 12. Valaſc. de part. cap. 13. num. 81. Molin. diſp. 243. Mangil. quæſt. 29. à princip. Pichard. dict. §. Quadam cap. 3. à nu. 4. & à num. 16. Fichin. lib. 6. contr. cap. 64. Faber de error. decade 40. error. 1. & 2. & decade 42. error. 6.* mouentur *ex textu in l. Filiæ cuius C. famil. erciſc.* dum probat filiam non teneri in legitimam imputare rem, quã pater acquiſiuit animo donandi ipſi filiæ, ſecundo *ex textu in l. pen. verſ. ſiquid huiuſmodi Cod. de collation.* (ibi *eo quod ſimplex donatio non aliter confertur, niſi huiuſmodi legem donationis ſuæ indulgentiæ impoſuerit*) quibus verbis ſatis aperte videtur probari, donationes minime eſſe imputandas, niſi donator velit tempore factionis, & exprimat, idem etiam

etiam probare intendũr, *ex textu in leg. Ut liberis Cod. eodem*, dum solum decidit donationes propter nuptias venire ad imputationem, & de donationibus simplicibus non meminit, quasi ipsę regulariter non imputentur, quia si necessario imputarentur, loqueretur de illis Imperator, argumento *cap. ad audientiam de decimis leg. Item apud* §. *Prætor ait versicul. ea enim D. de iniurijs*. Tertio *per textum in l. Si quando* §. *Et generaliter Cod. inofficioso testamento*, ibi (*vel inter viuos sub ea conditione, vt hæc inter viuos donatio in quartam ei computetur*) vbi clarissime Imperator insinuat donationes inter viuos nõ aliter imputari in legitimam filiorum, nisi pater donet sub illa conditione, vt in legitimam imputentur. Quarto considerãt *text. in Authentica, ex testamento Cod. collat.* in illis verbis ibi (*aut aliorum datorum*) vbi textus postquam regulam firmauit in dote, & donatione propter nuptias, vt cõputarentur, adiecit prædicta verba, per quæ voluit significare solummodo esse imputandas donationes similes prędictis, de quibus loquutus erat, quia verbũ, *aliorum, seu alius, a, aum*, est repetitiuum similium ob causam necessariam; *glossa celebris in l. Si fugitiui C. seruius fugit. recepta per Cou. pract. cap. 25. n. 2. Gonçales in regula glossa 3. num. 21. Peregrin. de fideicom. artic. 16. nu. 21.* Quinto confirmant ratione, quia donationes ob causam, ideo imputantur, quia non procedunt ex mera liberalitate patris, sed coacte, & ex necessitate fiunt *l. vlt. Cod. dotis promiss. l. Qui liberos D. ritu nuptiarum*, vnde succedit regula *l. Sicum dotem* §. *Si pater D. solut. matr.* nec in dubio quis vtitur liberalitate in necessitatibus, *l. Rem legatam D. adimend. legat.* expendit *post Ripã supra num. 148. Corras. d. leg. Filium num. 129. Valasc. nu. 84. Mangil. d. quæst. 29. num. 49. in fine*, at vero donationes simplices procedũt ex mera liberalitate donantis, nulla obligatione præcedente, & ideo nõ veniunt imputandæ. Vltimo, quia donationes factæ filijs in potestate non valent à principio *l. 2. C. inoffic. don. l. De bonis C. donation.* & solũ veniunt morte confirmandæ, *l. Donationes quas parentes Cod. don. inter*, & assumunt naturam vltimarum voluntatum *leg. In donationibus Cod. ad l. Falcid.* & ideo non imputãtur, quia relicta post mortẽ non subijciuntur imputationi, *l. A patre, l. Donatione, l. Nec emancipati, Cod. collationibus*, cuius contrariũ resoluunt in donatione ob causam, quæ statim valet; facit etiam, quia dos, & donatio propter nuptias æquiparãtur, *l. Pomponius D. famil. erciscund. l. 3.* §. *Sed verum D. de minoribus* quæ æquiparatio non datur in donatione simplici igitur.

Contrariam tamen sententiam tenuerũt plures, & grauissimi Doctores, *Decius in d. Authentica ex testamento num. 6. vbi Bald. oppos. 1. cũ Martino, & Placentino. Lusitanus* 139.

Ribeira obſeru. 33. *Valaſc. d. cap.*13. *à num.*91. *Molina de iuſt. diſp.* 243. *num.vltim. Cuiac.*3. *obſeruat. cap.* 30. *& lib.*9. *cap.*17. *& fuit Luſitani Hectoris Roderici, & eius filij Emanuelis Alfonſi quos ſequitur Caſtro d. l. Cum oportet num.* 61. *refert Pichard. ſupra num.*14. *Fachin. controuerſ. lib.*6. *cap.* 64. *poſt Cuman. & alios de quibus Iaſ. ind: Authentica ex teſtamento nu.* 9. *Iulius pac. in antinomijs quem ſequitur Fachin. ſupra lib.*13. *cap.*92. quæ opinio veriſsima eſt, & nititur *in dict. Authentica ex teſtamento*, in relatis verbis, ibi (*& aliorum, datorum*) quæ verba ampliſsima ſunt, & quocunque modo datum, ſiue ob cauſam neceſſariam, ſiue voluntariam cōprehendere ſunt apta, nec reſtringi poſſunt ſine violentia ad illud quod donatur tantum ob cauſam voluntariam, maxime cum facile eſſet imperatori mentem ſuam declarare, argumento *leg. Si ſeruum* §. *Si prætor, verſiculo, non dixit prætor D. acquir. hæreditate.* Secundo pro hac ſententia expenditur *textus in leg. Si donatione* 13. *verſic. nam ſi is. C. collationibus*, vbi donatio facta filio in poteſtate venit ad collationem, & in legitimam imputatur, ſunt verba textus (*nam ſi is filiæ familias conſtitutæ, tibi à patre donatus eſt, cum ſorore patri communi ſuccedens eum præcipuum habere contra iura poſtulas*,) Deinde, quia imputationis materia ideo fuit à iure inuenta, vt omnis inæqualitas inter filios ſúmoueretur, vt conſtat *ex l. Inter filios C. famil. erciſc.* ſed ſi donata per ſimplicem donationem non venirent imputanda, aperiretur via per quam maxima inæqualitas introduci poſſet inter filios, *contra l. vlt. C. commun. vtriuſque iudicij*; expendit *præceptor Veigain* §. *Quadam de actionibus num.* 314. & hæc ſententia indistincte amplectenda eſt; quā etiā confirmare poſſumus *ex l.* 4. *C. famil. erciſc.* dum ſpecialiter diſponit donata à patre filio in peculiu caſtrenſe non conferri, ergo ſi donentur ex alia cauſa imputabuntur, vt conſiderat *Cuiac. in poſthumis. ad titulum de collat. columna finali*, facit etiā *l. Si non mortis* 25. ibi, *aut certe conferre eam oportebit D. de inofficioſo teſtamento.*

Neq; admittendam cenſeo cōmunem diſtinctionem inter donationem, quam pater facit filio in poteſtate, quæ ſtatim valere poteſt, & inter illam, quæ à principio non valet, ſed morte confirmatur, nam licet certum ſit donationem inter patrem, & filium in poteſtate non valere a principio, *l.* 2. *Cod. inofficioſis donat. l. Donationes, quas parentes C. donat. inter virum, & vxorem, leg. Cum rebus Cod. donationibus leg.* 4. *titul.* 15. *partit.* 6. *Iulius Clar.* §. *Donatio quæſt.* 8. *Menoch. de præſumption. lib.*3. *præſumpt.* 29. *Gabriel commun. titul. de donationibus concluſ.* 4. *Pachineus lib.* 3. *controuerſ. cap.* 73. *& ſequentibus, Molina de iuſtitia diſput.*243. *num.*1. *& 2. Guterres de iurament. 1. p. cap.*4. *Marta de ſucceſsione legali, quæſt.*25. *artic.*

artic. vltim. num. 13. *Faber de erroribus pragm. decad.* 41. *error.* 1. *&* 2. *& iterum dec.* 42. *error.* 2. ex eo, quia donatio prædicta acquiratur ipsi patri, *ex l. Placet D. acquir. hæred.* & sibi ipsis facerent parentes donationem, quod iura non patiuntur, argumento, *l. Vbi repugnãtia D. regul. iur.* attamen multis in casibus admitunt Doctores valere prædictam donationem, vt per modo citatos; Vnde constituunt Doctores, quod si donatio sit valida à principio, tũc minime veniat imputanda, & sic procedat communis sententia relata in principio, sicut etiam dona-
138. tio quæ fit filio emancipato nõ imputatur, ex eo, quia a principio statim valet, *vt probatur ex l. Siue emancipatis Cod. donationibus, l. Cum res, l. Cum de bonis Cod. eodem, d. l. Donationes, tenet glossa in d. Authentica ex testamento,* quam sectatur communis scribentium sententia, vt per *Decium ibidem num.* 3. *Iasonem num.* 14.
157 *Curt. Iunior. in l. Si emancipati Cod. eodem titulo Valascus vbi supra n.* 87. & hoc primum membrum distinctionis admitunt cõmuniter Doctores, *vt post Bartol. in d. l. In quartam Picus ibi num.* 187. *& num.* 201. vbi testatur neminem huic opinioni aduersari *Ruinus num.* 35. *Berengarius in articulo legitimæ, nu.* 39. *Torniel. num.* 84. *Corneus consil.* 64. *num.* 2. *lib.* 2. *Bertrand. consil.* 216. *nu.* 1. *volum.* 2. *Viuius lib.* 2. *commun. opinione* 74. *Couar. in nostro cap. Raynaldus* §. 2. *numer.* 6. *Menchac. ad l. Si quando* §. *Et generaliter Cod. inofficioso testamento, num.* 2. *Cæsar Fumagiolus d. l. In quartam num.* 389. vbi quam plures ex antiquis, & recentioribus citat, *Fachineus controuers. lib.* 5. *cap.* 81. *versic. contrarium.* At vero, si donatio a principio non sit valida, sed veniat morte confirmanda, tunc non est dubium in legitimam esse imputandam, ex eo quia dominium rerum sic donatarum tempore mortis paternæ est in substãtia, & facultate ipsius patris, sed quidquid filius tempore mortis paternę recipit de substantia ipsius patris tenetur imputare *l. Omnimodo* §. *Repletionem Cod. inofficioso testamento, igitur.* Secundo per *textũ in l. Filium quem habentem secundum intellectum Azonis Cod. familiæ erciscund.* vbi donata per patrem in vita computantur, quia morte confirmatur donatio. Tertio, quia donationes causa mortis, in legitimam imputantur *l. Papinianus,* §. *Si mortis D. inofficioso testament.* sed hæ donationes aparentibus factæ reincidunt in donationes causa mortis, siquidem morte confirmantur, *d. l. Donationes quas parentes igitur.* Vltimo quia certum est accepta per filium ex bonis paternis causa fideicommissi in legitimam imputari, diximus supra circa quæsita per vltimã voluntatem, sed prædictæ donationes assumunt naturam fideicomissorum, *vt probatur ex l. In donationibus Cod. ad legem Falcid* ergo necessario resoluendum est venire ad

imputa-

imputationem, & hoc ſecundum membrum diſtinctionis admitunt Doctores communiter, *vt per Bartol. num.* 10. *verſic. ſi vero donatio in d. leg. In quartam, & ibi Herculanus num.* 33. *Succinus numer.* 130. *Ripa num.* 144. *Caſar num.* 398. qui omnes communem fatentur, *Couar. in noſtro cap. Raynald.* §. 2. *num.* 6. *Bertrand. conſil.* 206. *num.* 16. *lib.* 1. *optime Rolandus lib.* 2. *conſil.* 11. *nu.* 31. *Roman. Aretin. Alexand. & plures alij, quos ſequitur Menchac. d.* §. 30. *num.* 261. *& ind.* §. *Et generaliter n.* 3. *Mangilius d. tract. de imput. quaſt.* 29. *num.* 50. vbi plures citat, *Peregrinus art.* 36. *num.* 124. Nos tamen licet hoc ſecundum membrum libenter admitamus, cũ ſemper verius ſit de iure Ciuili omnes donationes ſiue à principio validas, ſiue nonualidas imputandas eſſe in legitimam, *vt per Valaſc.* & alios plures, cum quibus ſupra reſoluimus, & magis confirmabitur ex reſponſione ad argumenta contrariæ cõmunis ſententiæ; Deinde, quia ex inde ſequeretur donationes factas à matre filijs in poteſtate, quæ ſtatim valent *l. Si conſtante Cod. donationibus inter*, & factas à patre filijs emancipatis, quæ ſimiliter valent à principio *d. l. Siue emancipatis Cod. donat. d. l. Donationes quas parentes C. donationibus inter vir. l.* 2. *Cod. in offic. donat.* non venire imputandas, cum certum ſit ipſas ſemper imputari, vt probat *text. in l. Vt liberis C. collationibus ad finem, tenent Bartol. & alij in d. Authentica, ex teſtamento, vbi Iaſon. nu.* 14. *Roman. d. l. Si emancipati C. collat. Corneus in d. l. Si donatione C. eodem, Valaſc. num.* 89. *Molina d. diſput.* 243. *num.* 4. *Gomes l.* 29. *num.* 26. *& de iure Caſtellæ probat l.* 4. *tit.* 15. *part.* 6. vbi aduertit *Gregorius Pichardus d. artic.* 3. *num.* 10. vbi agnoſcit communem, *& num.* 14. eleganter *Goſadinus in repetit. d. Authenticæ ex teſtamento n.* 17. *& ſequentibus*, licet ab hac communi ſentẽtia deuient plures, vt per ſup. acitatos ſed non pergunt tutiori via.

Vnde retinenda eſt ſuprapoſita ſententia contra communem, quæ habet donationes ſimplices, ſiue filijs in poteſtate, ſiue emancipatis factas ſemper eſſe imputandas, quę confirmatur ex ſtillo, & conſuetudine huius regni, in quo non eſt dubium venire ad imputationem, propter generalitatem verborum *Ordinationis d. lib.* 4. *tit.* 97. *in principio ibi*, (*ou por qualquer outra maneira*) id eſt, per quemcunque modum erogentur, ſub quibus verbis comprehenditur omnis modus donandi, ſiue ſimpliciter, ſiue ob cauſam, ſiue filio in poteſtate, ſiue emancipato, vt conſtat ex verbis *prædicta Ord.* in limine, ibi (*à algum de ſeus filhos*) ſub quibus verbis etiam cõprehenduntur omnes filij ſiue ſui, ſiue emancipati, maxime cum hodie de iure cõmuni ſit ſublata omnis differentia inter ſuos, & emancipatos quoad ſucceſsionẽ, vt patet *ex leg. Meminimus Cod. legitim. hæred.*

hared. §. Nullum in Authentico de hared. ab intestato veniens. collation. 9. Crassus §. Suitas quæst. 4. numer. 9. Gosadinus in repetit. leg. Si emancipati Cod. collationibus nu. 26. Mangil. d. quæst. 29. num. 32. Molina lib. 2. cap. 17. numer. 31. Menoch. lib. 1. de præsumpt. quæst. 35. nu. 9. Surdus de alim. tit. 1. quæst. 111. num. 4. Robles de repræsentat. lib 2. cap. 10. nu. 19. & nos diximus in lectura *Clement. 2. de iure patr. circa materiam repræsentationis.*

Neque obstant argumenta quibus communis opinio nititur, nam ad primum *de textu difficili in l. Filiæ cuius Cod. famil. ercisc.* multipliciter respondent Doctores, & primo 140. *Corneus in d. leg. Si donation. C. collat.* ait faciendam esse differentiã inter casum, quo pater donauit, & tradidit simul, & inter casum, quo tantum donauit, sed non tradidit, ita vt priori casu, cum donatio confirmetur morte, *iuxta leg. Papinianus D. donationibus inter*, minime veniat donatio imputanda, & ita procedit *text. in d. l. Filiæ.* In secundo vero casu, quando res non fuit tradita, tunc imputatio sit facienda, quia donatio illa non confirmatur morte parentis, & ita intelligit *dict. l. Si donatione*, & hanc *Cornei* distinctionem sequitur, *Pichardus supra n. 16.* Sed hæc interpretatiõ diuinationẽ continet, nec enim *in d. leg. Filiæ*, nec *in d. l. Si donatione* cõstat de traditione, & ideo tam in vno, quam in altero textu potest fingi, & subintelligi traditio, vel in neutro. Quare cõmunis intellectus glossarũ, & Doctorũ ibi cõtendit textum, *in d. l. Si donatione* esse intelligendum de fundo à patre in peculium cõcesso, *vt per Corneum, & Iasonẽ, & alios ibi*, sed hæc communis intelligentia à recentioribus vnanimiter reprobatur, quia non constat de tali assignatione peculij, nec si constaret difficultas cuitaretur, *vt per Gosadinum in repetit. d. Authenticæ ex testamento à n. 10.* Tertio loco, *Fachineus lib. 5. controuers. cap. 82.* existimat supplẽdam esse particulam, non, *ad textũ in d. l. Si donatione*, ita vt faciat sensum, quod donatio ibi facta fuit nõ filiæ familias, sed filiæ emancipatæ, & ideo ad collationem debebat venire, si autẽ fieret filiæ famil. nunc non computaretur, *d. l. Filiæ cuius*; & ait mirari *Cuiac. virum criticũ* no aduertisse ad prædictũ intellectum; Sed hæc *Fachinei* interpretatio minime admitti potest, tũ quia vitiat literã, & supplet in consulte vt conqueritur *Faber. de err. pragm. dec. 40. err. 1. nu. 42.* tum etiã, quia supponit falsum, scilicet donationẽ factam filiæ famil. nõ esse imputandã, contra nostrã sententiam. Vnde *Idem Fachineus* non ac quiescens prædicto intellectui, alium assignat *lib. 6. contr. cap. 64. sequendo Cuiac. lib. 3. obser. cap. 30. & Iulius pacium in concordia legũ*; & facit differentiã inter casum, quo pater decedit abintestato, & inter casũ, quo moritur cũ testamento, ita vt quãdo moritur sine testamẽto, tũc sit imputãda donatio

& pro-

& procedat *d.l. Si donatione*, at vero quando decedit cum testamento, tūc propter iuditium paternum nō confertur talis donatio, *d. l. Filiæ cuius*, & videtur comprobari ex verbis eiusdem *text. ibi* (*si non postea cōtrarium eius iuditium probetur*) quæ verba aperte videntur insinuare donationem subsistere ibi, ex iuditio paterno; & vlterius *ex textu in d. l. Si donatione*, non constat patrem condidisse testamentum; Verum etiam hic intellectus periclitatur ex eo, quia donatio facta â patre filio in potestate assumit naturam relicti per vltimam voluntatem, quia morte venit confirmanda *d. l. Donationes quas parentes C. donationibus inter*; ac proinde, si legata non veniunt imputanda, nec etiam donatio illa; vt bene ratiocinatur *Faber decade* 40. *errore* 1. *num.* 11.

Vnde *Decius in d. leg. Si donatione* existimat textum illum procedere in donatione ob causam dotis, vel simili, textum vero *in d. leg. Filiæ* in donatione simplici, sed etiam diuinat, quis enim reuelauit Decio donationem de qua *in d. l. Si donatione* fuisse ob causam; Melius aliquantulum loquuta est *glossa ibi*, quam plures sequuntur, dum existimat ideo donationem ibidem imputari, quia est simpliciter cōcessa, quasi in peculium, at vero *in d. leg. Filiæ* fuit concessa ob benemerita ipsius filiæ, nam licet hæc doctrina solida sit in substantia, tamen non applicatur ad literam *d. l. Filiæ*.

His omnibus præuisis *Antonius Faber d. decade* 40. *errore* 1. *num.* 12. *& sequentibus*, totis viribus conatur persuadere literam *d. l. Si donatione esse emmendandam*, in hūc modum, ita vt loco verbi, *à patre*, reponatur, verbū, *à matre*, vel particula *à patre* simpliciter deleatur, nihilo adiecto; quasi donatio illa facta fuerit ab extraneo, ante constitutionem *l. Cum oportet C. de bonis quæ liber.* eo nanque tempore, fundus donatus acquisitus fuit patri per filiam, illoque mortuo communis factus fuit inter ipsam filiam, & alteram sororem, testaturq; *Faber* illum textum nullum alium bonum sensum habere posse, sed quidquid *Faber* scribat ego semper odio habui literarū versionem, cum à communiter accidentibus commentitia sint Doctorum, nec vllo bono funtaméto nitantur, prout videre est in hac *Fabri* emendatione, quæ quantuncūque verosimilior foret, à nobis sēper erat explodēda, supponit enim errorem communem, ad quē ipse non aduertit, dum vult donationē simplicem non imputari, cum veritas sit in contrarium, vt supra demonstrauimus. Aliter igitur *Dionisius Gothofred. in notulis ad d. l. Filiæ*, supponens cum nostra sententia donationes simplices esse imputādas, ait *d. l. Filiæ* procedere, quando filia fundum habens, ab hæreditate patris abstinuit, tunc etenim minime debet compelli fundum ad imputationem adducere, quā nemo

tenetur

tenetur facere, nisi aut in legitimâ; aut Trebellianicam, aut Falcidiâ, sed prędictus intellectus peccat etiâ in eo, quod diuinat, vnde, quæso, constat de abstentione filiæ donatariæ; Deinde confunditur ex verbis *dict. leg. Filiæ, versiculo, his itaque*, vbi Imperator continuatiue ad casum præcedentem ait, (*his itaque si patri successisti*) supponendo manifeste agere de casu, quo filia patri hæres extitit; Vltimo, *Cujacius in posthumis ad titulum de Collationibus columna finali*, præssus difficultate illorum iurium, recurrit ad distinctionem græcorum, de quibus meminit, & quos doctius rem atigis se fatetur, quam Latinos, dum destingunt, inter casum, quo pater qui donauit, perseuerauit in eadem voluntate, vsq; ad supremum exitum, & inter illum, quo in vita pœnituit, ac donationem reuocauit, ita vt priori casu, procedat *dict. leg. Filiæ*, in secundo vero procedat *d. l. Si donatione*, & confirmat hoc iuditium, ex mente *Paulilib. 4. sentẽt. titulo de donationibus*, dum docet donationes parentum in filios morte patris conualescere; Sed neque hic eximij viri sensus aprobandus est, quia si donatio de qua *in dict. leg. Si donatione*, fuisset per patrem reuocata, inepta esset imperatorum decisio, nullaque adesset ratio dubitandi, siquidem fundus donatus iam tempore mortis paternæ, incorporatus erat patrimonio ipsius patris, & occiosa esset decisio *cõtra regulam leg. Si quando D. deleg.* 1. ad quam plures citauimus 2. part. Nec locus *Pauli quo Cuiac.* confirmare intendit intentionem suam, aliquid facit, concordat enim *cum dict l. Donationes quas parentes, C. donationibus inter.*

Omissis igitur omnibus prædictis nostra sententia eleganter pro- 141.
batur *ex dict. l. Si donatione* retenta communi litera, & vera, atque ita citra sanguinis sudorem, existimamus Doctores non intrasse huc vsque mentem, & viscera *dict. l. Filiæ*, quæ reuera inducit difficultatẽ, & ideo circa illam debebant insudare, non autem circa *dict. l. Si donatione*, quæ de plano secundum regulas procedit; proposuerat Imperator *in dict. l. Filiæ*, patrem comparasse res nomine filiæ, *quas, si nõ probetur contrarium iuditium, per arbitrum diuidendæ hæreditatis, præcipuas adiudicari sæpe fuisse rescriptum*, quæ verba absque vllo supplemento, vel diuinatione vltra omnes scribentes hic, intelligenda sunt dupliciter, primo quando pater pecuniã filiæ penes se habebat, vel ex bonis maternis, vel aliunde aduentitijs, & nomine filiæ res comparauit, quo casu insurgit ratio dubitandi, quia ille qui ex aliena pecunia fundum comparat sibi, & non alteri quærit dominium, probatur *ex leg. Si ex ea pecunia l. Si vt proponis Cod. rei vendicatione, l. 1. Cod. si quis alteri vel sibi leg. Si patruus Cod. communia vtriusque iudic. leg. Si maritus D. di-*

ſtract. pign. cum ſimilibus. Vnde cum pater comparaſſet res, de quibus *in dict. leg. Filiæ*, nomine ipſius filiæ, ipſi acquiſiuit dominium, & ideo merito præcipuas ſibi ad iudicabit arbiter hæreditatis diuidendæ; Vnde, ſi aliunde conſtiterit de patris animo, quod comparaſſet res etiam ex pecunia filiæ nomine proprio, non autem nomine filiæ ſibi dominium acquiſiuiſſet, fierentque conſequenter prædictæ res communes in iudicio diuiſorio; hæc eſt genuina, & intima mens *dict. leg. Filiæ*, quæ maxime blanditur cum litera; Si autem adhuc ſcrupuloſus exiſtat lector, interrogando quis certificauit nos de pecunia filiæ, ſatisfaciemus, dicendo ſupponendos eſſe terminos habiles, vt prædicta iura ad concordiam reducantur; Poteſt etiam tentari, ſi velimus, patrem comparaſſe, res propria pecunia nomine filiæ ipſique donaſſe *iuxta leg. Cum hic ſtatus* §. 1. *D. donationibus inter*, ita vt ſenſus *dict. leg. Filiæ*, non ſit ipſam filiam liberari ab imputatione ipſarum rerum, hoc enim abſurdum erat, *contra dict. leg. Si donatione*, ſed ſenſus ſit ipſas res præcipuas adiudicandas eſſe ipſi filiæ, in legitimamque imputandas, abſque eo, quod reliqui fratres poſſint partem illarum prætendere, ſeu vendicare, in iudicio familiæ erciſcundæ, & ita applicari poſſunt verba illius textus, ibi (*ſi non poſtea contrarium eius iuditium probetur*) quaſi pater poſſit aliquas res filio aſsignare præcipuas pro legitima, ſicut poteſt tertiam in certis rebus eligere, *vt per Menoch. de arbitrar. caſu* 165. *Valaſc. de partit. cap.* 19. *numer.* 25. *Ripa ad leg. In quartam D. ad l. Falcid. num.* 100. *Suares leg. Quoniam in prioribus lim.* 5. *plures citat Peregr. articul.* 3. *num.* 72. *Mangil. de imputat. quæſtion.* 11. *nu.* 15. *per textum in leg. Si cogitatione Cod. famil. erciſcund. leg. Parentes Cod. inofficioſo teſtament. Valaſcus proxime cap.* 18. *numer.* 13. & ideo licet filia teneatur conferre æſtimationem prædictarum rerum, tamen non tenetur pati diuiſionem ipſarum, propter iudicium paternum, ſed præcipuas retinebit, quæ ſatis circa intellectum *dict. leg. Filiæ, cum d. l. Si donatione.*

Neque etiam contra noſtram ſententiam vrget *text. in l. penultim. verſiculo finali Cod. collationibus*, quia 14
verba illa ſupra relata, minime legenda ſunt diſpoſitiue, ſed tantum relatiue, ad illam rationem dubitandi, quam Imperator ibi, reijcit, vt patet ex contextura illius §. (*ibi iubemus ad ſimilitudinem eius, qui ante nuptias donationem, vel dotem conferre cogitur, etiam illam perſonam, quæ nulla dote, vel ante nuptias donatione data, ſolam ſimplicem donationem, à parentibus ſuis accepit conferre eam*) qui textus expreſsiſſimus eſt, ad probandam noſtram ſententiam, videlicet donationem ſimplicem eſſe imputandam,

dam,

dam, ſicut donatio propter nuptias dos, & ſimilia imputantur; & ſtatim Imperator continuatiue addidit illa verba, ſupra relata, (ibi, *nec recuſare collationem, eo quod ſimplex donatio non aliter confertur, niſi huiuſmodi legem donator tempore donationis ſuæ indulgentiæ, impoſuerit*) nam Imperator in deciſione, quæ ſtatim continetur in verbis ſuperioribus, conſtituit filium, cui pater ſimplicem contulit donationem, teneri conferre illam, & imputare in legitimam, prout tenebantur alij filij, ſi dotes, & donationes propter nuptias recepiſſent; verbis autē ſequētib⁹ reprobat obiectionē friuolam, quæ erroneè formari poſſet, ſi obijceret aliquis donationem non eſſe conferendam, nec imputandam, niſi donator exprimeret tempore donationis? vt ipſa conferatur, inuitque Imperator, quod quātuncunq; donator non exprimat, vt donatio imputetur, ſemper ipſa debet venire ad imputationem, quia obiectio illa friuola, & erronea erat, tetigit hāc reſponſionem *Valaſcus dict. cap.* 13. *num.* 92. & inuitus agnoſcit *Faber. decade* 40. *error.* 2. *numer.* 10. quidquid aliter muſitet dicta communis ſententia, & *idem Faber. decade* 42. *error.* 7. *num.* 2.

Ad ponderationem deductam *ex dict. leg. Vt liberis*, Reſpondeo ibi non fieri mentionem de donatione ſimplici, quia iam alijs in locis quæſtio deciſa erat, & ideo tanquam omiſſa iudicabitur ſecundū iuris diſpoſitionem, quæ dictat, omnimodo eſſe imputandam, *d. leg. Si donatione*, cum ſimilibus ſupra adductis?

Ad textum autem *in l. Si quando* §. *Generaliter Cod. inofficioſo teſtamento*. Reſpondendum eſt, ſuppo- 144
nendo terminos habiles, & obſeruatos de iure Digeſtorum, nam cum pater teneretur filios hæredes inſtituere, vel iuſte exhæredare, ne poſtea ipſi filij querelare poſſint teſtamenta paterna, conſtitutum fuit per Iureconſultos, & imperatores ſufficere, vt filij excludantur à quærela, ſi quocunque modo parentes eis quartam tribuerent, conſtat *ex leg. Cum quæritur, iuncta Authentica nouiſsima Cod. inofficioſo teſtament. l. Scimus* §. *Cum autem eodem titul. leg. Papinianus* 8. §. *Si quis mortis D. eodem titul.* & ideo ſi pater donationem cauſa mortis, vel etiā inter viuos filio feciſſet, vt ipſe filius ſic donatum loco legitimæ retineret, & imputaret, excludebatur filius à querela, etiam ſi pater in teſtamento illum ex hæredaſſet, ex eo, quia iam ſatisfactum erat pietati paternæ, per donationem inter viuos, iuxta iura ſupra citata, *Duaren. ad titul. D. inofficioſo cap.* 17. *verſic. ſexta exceptio eſt, Spino de teſtament. gloſſa* 20. *num.* 83. *Coſta in cap. Si pater gloſſa, inſtituit, numer.* 21. Vnde notandum eſt, quod ad effectum, vt filius, qui donationem acceptauit, repelleretur à querela,

143.

neceſſe erat, vt expreſſe à patre donante declararetur ea conditione donare, vt in quartam imputetur; nam ad priuandum filium à iure querelandi teſtamentum, neceſſe erat, vt filius ea conditione acceptaret donatum, vt manifeſte colligitur *ex d. l. Si non mortis cauſa* 25. *D. in officioſo teſtam. dict.* §. *Et generaliter*; & inſuper attento illo iure Digeſtorum requirebatur, vt tota legitima filij per donationem repleretur, aliter autem, ſi donatio nō compleret legitimam, adhuc poterat filius querelare, vt probat *d. l. Si non mortis cauſa*, poſt *Cuiac. in recitationibus ſolemnibus ad illum text. notat Antonius Faber de error. pragm. decade* 40. *error.* 5. *num.* 16. De iure vero Codicis, de nouo fuit conſtitutum per Iuſtinianum, vt filius qui donationē à patre ſiue cauſa mortis, ſiue inter viuos acceptaret ea conditione, vt in legitimam imputaret, agere nequiuiſſet remedio querelæ, ſed illo ſolummodo, vt agat ad ſupplementum, *l. Omnimodo, leg. Si quando* §. *Illud Cod. officioſo teſtamento Cuiacius, Faber. dictis locis.*

Quibus ſic ſuppoſitis patet reſponſio ad textum, *in dict.* §. *Et generaliter*, ideo Imperatorem ibi attendere ad donationē factam ſub illa conditione, vt in quartam imputetur, quia neceſſaria fuit prædicta conditio, ad remouendum filium à quærela inofficioſi, vt ſupra conſiderauimus, non autem ad effectum, vt ipſa donatio veniat ad imputationem; quia ad hoc talis conditio ſuperflua erat, cum de iuris rigore imputanda eſſet, vt ſupra reſoluimus? Et ſi adhuc replices; amantiſsime lector, *de textu in dict. leg. Si non mortis in fine principij, ibi (aut certe conferri oportere id, quod donatum eſt,)* quaſi Iureconſultus ibi inſinuet neceſſarium fuiſſe; vt donatio facta à patre conferatur, expreſſe declarari per donatorem, quaſi, ſi non declaretur minime foret imputanda, vel conferenda: quia dupliciter reſpondeo, primo quod argumentū deſumitur à contrario, & ita debile eſt, ſi ſequatur inconueniens, iuxta notata *ad leg.* 1. *D. officio eius*, vbi omnes repetentes; ſecundo quia textus ille ſupponit filium, cui pater non relinquit per donationem integram quartam, poſſe agere querela inofficioſi, & ſi vincat in querela reducitur hæreditas patris ad cauſam in teſtati, vt videre eſt, *ex leg. Circa, & per totum D. inofficioſo teſtamento, & Cod. eodem*; & ab inteſtato non dabatur collatio tempore Digeſtorum, vt apparet *ex l.* 1. *iuncta Authentica, ex teſtamento, Cod. de collationibus*, vbi poſt ordinarios, *Goſadinus in repetitione num.* 1. *Valaſc. de part. cap.* 12. *num.* 10. *Faber. d. error.* 5. *nu.* 17. *& ſequenti*, & ideo merito, Iurecōſultus caute aduertit inducēdam eſſe collationem, in caſu illius textus, quaſi in odium illius filij, qui rupta fide teſtamentum paternum impug-

145

impugnauit, ne sequeretur ab surdum, quod lucraretur donationem ex actu, quem ipse integro conatu reprobauit, *contra regulam ex eo 32. de regul. iur. lib. 6. leg. Papinianus §. Meminisse D. inofficioso testamento plura congerit Felin. in cap. capitulum sanctæ Crucis de rescriptis à num. 7.*

Ad textum vero *in d. Authent. ex testamento C. de Collat. in illis verbis*, ibi (*aliorum datorum*) satisfit, si dicas, verbum illud, *aliorum*, licet sit repetitiuum similium, tamen non tepetit cum ijsdem qualitatibus, vt probatur ex textu optimo *in cap. Is cui. 29. de præb. lib. 6.* vbi siquis obtinuerit mandatum de prouidendo pro prima præbenda vacatura, & tempore impetrationis nõ fuerit cõstitutus in ætate legitima, ad obtinendam sacerdotalem, potest aliam non sacerdotalem expectare, *vt not. omnes ibi Rebuf. in concord. tit. forma mandati §. vltim. verbo data versiculo 8. & præceptores nostri ibidem*; Vnde similiter verbum (*aliorum datorum*) *dict. Authent.* Ex testamento cum tota proprietate verificatur in donatione simplici, quia est data, licet non ab causam, sed ex mera liberalitate, ita sentit *Bald. ibi opp.* 1. Et confirmatur ex generalitate loquendi, *d. Authentica*, quam foret absurdum, si solũmodo vellemus illam ad donationes ob causam restringere, contra *leg. Infraudem 15. §. fin. in fine D. de testament. mil.*

146.

Ad quintam obiectionem cõmunis sententiæ dum ponit rationem differentiæ inter donationes ob causam, & donationes simplices, quod illæ ex necessitate, hæ ex liberalitate procedũt, & ideo imputentur illę; istæ vero minime; respõdetur quod fallitur cõmunis in eo, quia nõ sequitur; procedit ex obligatione: ergo imputandũ est, quia alimenta, quæ pater filijs præstat, ex necessitate procedunt, & tamen non imputantur, *vt per l. Paulus in fine D. de Collat. bonor. not. Ripa dict. leg. In quartam num. 143. Gom. l. 29. numer. 16. Surd. de aliment. titul. 8. priuil. 57. Medic. de compensat. 1. part. quæst. 14. num. 5. Valasc. d. cap. 12. nu. 84.* Deinde, quia imputatio ideo à iure fuit inuenta, vt filij ad æqualitatem reducerentur, vt supra dictum est, sed si donatio simplex non imputaretur, posset pater per hanc viam filijs præiudicare; igitur, maxime cum iura, *dict. leg. Si donatione d. Authentica ex testamento* nihil aliud dicent, nisi vt imputentur.

147.

Ad vltimum fundamentum cõmunis respondetur, quod etiam si verum sit donationes factas filijs in potestate non valere à principio, sed venire confirmandas à tempore mortis, *l. Donationes, quas parentes Cod. de donat. inter* tamen confirmantur tanquan donationes à principio validæ, patet *ex dict. leg. Donationes vers. non amplior. glossa verbo. familiæ, in leg. 2. Cod. inoffic.*

148.

donation, *Sanch. de matrimon. lib.* 6. *disputat.* 16. *Faber. decad.* 40. *error.* 3. à principio, quanuis inepte ipse *ibi numer.* 3. existimet eas donationes confirmari tanquam vltimas volū-tates, loquitur enim contra mentē *d.l. Donationes*, & ideo etiam in his verificatur nostra resolutio affirma tiua, quādo donationes factæ à parentibus veniant imputandæ, eodē modo, quo imputandæ sunt factæ à matre, *iuxta l. Si constante Cod. de don. inter* quæ statim valent, vel factæ filio emancipato *l.* 2. *Cod. in officiosis donat. l. Siue emancipatis Cod. de donat.* siue etiam factæ filijs in potestate, in illis casibus, in quibus donatio statim à tempore contractus vires accepit, vt per Doctores supra in his omnibus semper donationes veniunt imputandæ, *d.l. Si donatione Cod. de collat.* cum supra adductis pro nostra sententia vide Doctores ibi.

Notanda tamē est maxima differentia, quæ datur inter donationem factam emancipato filio, & 149. inter donationem factam filio sub potestate, quia emācipatus solummodo imputabit eam in legitimā, & ipsius æstimationem, *iuxta d. leg. Si donatione* cum supra resolutis, at vero filius sub potestate non solum rem, sed etiam omnes fructus, quos percipit durante patria potestate; Ratio de iure communi est euidēs, quia hæc donatio debet à patre cōfirmari, *d.l. Donationes, quas parentes*, nec filius potest sibi acquirere, *leg. Placet. D. de Acquir. hæred.* & apud nōs est *Ordinat. lib.* 4. *dict. titul.* 97. §. 17.

Eximenda tamen erit ab imputatione, donatio facta â patre ob benemerita filij, nam si pater ad 150
benemerita d onet, filius non tenetur imputare, *glos. receptissima in d. l. Si donatione Cod. de collat. glossa in Authent. vnde si parens C. in officios. testamento Bart. in d.* §. *Nec castrense*, & *d. leg. In quartam num.* 11. *Alex. Decius*, & *alij, in d. l. Si donatione Tiraquel. leg. Si vnquam verbo donatione largitus num.* 20. *Gail.* 2. *obseruat.* 38. *Couar. cap. Cum inofficijs num.* 11. *de testament. Gom. l.* 29. *num.* 33. *Molin. disput.* 244. *post Nauar. in Man. cap.* 17. *num.* 144. *Roland. cons.* 98. *n.* 45. *lib.* 1. *Corn. cons.* 144. *lib.* 2. *per totum, Viuius lib.* 1. *com. opin.* 74. *Seraph. de priuil.* 72. *Caroc. de locat. part.* 1. *titul. de merce. quæst.* 10. *num.* 28. *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 29. *à nu.* 4. *Fachin. lib.* 3. *contr. cap.* 74. *Mangil. de imput. quæst.* 45. *num.* 24. *& quæst.* 29. *num.* 14. *& à* 39. *Cæsar d. leg. In quartam num.* 393. *Peregr. artic.* 36. *num.* 126. *Faber. de erroribus decad.* 41. *error.* 6. Mouentur ex eo, quia donatio remuneratoria supponit debitū antidorale, *l. Sed & si* §. *Consuluit D. pet. hæred. late Peregrin. tom.* 3. *consil.* 3. *à num.* 9. *& num.* 12. & procedit ex gratitudinis virtute, ergo cum detur huiusmodi debitum inter patrem, & filium, nihil mirū, si ex hoc capite sustineatur donatio. Deinde, quia Iure Ciuili attento, ideo do- 151

natio

natio ſimplex facta à patre filio nõ valet, quia non datur cauſa acquiſitionis ipſi filio, ſed potius patri acquirebatur, quod repugnat regulæ *l. Nemo cum ſimilibus de verborum.* At vero hæc ratio ceſſat in donatione remuneratoria, quia cenſetur filio acquiſita ex propria induſtria, & labore, argumento *l. Cum oportet C. bonis, quæ liber.* & ideo tanquam bona aduentitia reputantur; & acquiruntur filio; vltimo ponderant *d. Authent. vnde ſi parens iuncto corpore*, vbi donatio a patre ſupponitur valida, ſcilicet ex remuneratione, nec filius tenetur illam conferre, vel in legitimam imputare, vt vnanimiter affirmant omnes proxime relati, ex quibus eſt communiſsima ſentẽtia. Facit etiam quia donatio inter virum, & vxorẽ, prohibita eſt. *leg.* 1 *& per totum D. de donat. inter.* & tamen donatio remuneratoria inter illos valet, *leg. Quod autem* §. *Si vir D. eodem titul. Sanch. lib.* 6. *de matrim. diſp.* 6. *Peregr. dict. conſil.* 3. *num.* 11. ergo ſimiliter donatio remuneratoria valere debet, nec ideo imputanda eſt, quia pater non cenſetur donare, ſed potius debitum ſoluere, vt ſupponit *Mantica de contract. lib.* 13. *tit.* 18. *n.* 6.

Non defuerunt, tamen graues
151. AA. qui in cõtrariam iuerunt ſententiam, *Bald. d. Authent. ex teſtamento Rom. d. l. Si donat. Lancellot. Polit. quem refert Tiraq. citat. loco, Pinel. in leg.* 1. 3. *part. n.* 62. *verſic.* 11. *infertur, C. bon. mat. Menoch. d. n.* 4. qui neruoſe contendunt prædictã donationem valere non poſſe, quia inter patrem, & filium nulla obligatio, etiam naturalis conſiderari poteſt, nec vlla merita conſiderari poſſunt, quæ ſint digna remuneratione, ſeu cõpenſatione, nam merita illa dicuntur, quæ quis ſine obligatione facit late *D. Thomas* 1. 2. *quæſt.* 7. *artic.* 5. *ad primum Menoch. ſupra nu.* 13. Sed filius omnia debet patri à quo totum ſuum eſſe accipit, Vnde dixit *Ariſt.* 9. *Ethycor. cap.* 1. nullam gratiam dignam ergo Deum, & parentes nos reddere poſſe, *vt ex diuino Platone*, comprobat *Menoch. d. quæſt.* 29. *nu.* 19. Et videtur colligi *ex* §. *Aliud quoq; capitulum in Authent. vt cum de Appelat. cognoſcitur Collat.* 8. dum præſtat facultatem parentibus ex hæredandi filios, qui ipſis parentibus nõ ſub venerunt in neceſsitatibus, quaſi teneantur omnibus neceſsitatibus parentum ſubuenire; Vnde conſtat filios præciſe obligari parentibus ſuccurrere, quoties neceſſe fuerit: ſi ergo filij ex præciſa neceſsitate omnia tenentur parentibus ſubminiſtrare, nõ dicuntur mereri erga ipſos; ceſſantibus igitur meritis ceſſat donatio remuneratoria, ac proinde, ſi filius retineat bona, ſic a patre donata, neceſſario illa tenebitur conferre, vt ſeruetur æqualitas inter fratres, *iuxta l. Inter filios C. famil. erciſc. l. Vt liberis C. de Collationibus, cum ſimilibus*, quæ citat *Peregrin. tom.* 1. *conſil.* 71. *num.* 9.

vbi plures Doctores refert. Deniq; quia, vt contendit *Pinel. d. loco, quẽ sequitur Matiençolib. 5. recupil. l. 3. titul. 9. glos. 6. num.* 3. vt vera, & propria donatio fiat remuneratoria, non sufficit obligatio antidoralis, & quæ procedat ex mera gratitudine, sed necessario, requiri debitum legale, & ex iustitia, ex quo nascatur actio, cum ergo hoc debitum inter patrem, & filium dari ne queat, similiter donatio ex hoc capite sustineri non potest, ac per cõsequẽs necessario veniet imputanda; Facit generalis modus loquendi *nostræ legis regiæ, d lib.* 4. *titul.* 97. *ibi* (*por qualquer maneira*) sub quibus verbis comprehendi videtur etiam donatio remuneratoria, vt veniat ad imputationem. 152.

Quibus non refragantibus minime credo recedendum esse à communi sententia primo loco posita, quã verisimam existimo, ex eo, quia donatio remuneratoria non exigit merita, quæ necessario ex lege iustitiæ mercedem requirant, vt videre est *ex l. Aquilius regulus D. de donat. l. Si pater*, §. *fin. D. eodem titul. l. Sed & si* 28. §. *Consuluit D. de pet. hæred.* quibus iuribus Iure Consulti contenti sunt solummodo meritis obligantibus ad antidora, ad effectum, vt donatio ex prædicta causa facta dicatur remuneratoria *explicat optime Sanches d. lib. disp.* 6. *num.* 2. *Molin. d. disput.* 244. *Tiraquel. supra num.* 16. *Couar. d. cap. Cum inofficys nu.* 9. *Riminald. in principio Instit. de donat. num.* 92. *optime Garsia tractat. de donat. remun. num.* 1. *& sequent. Benedictus Ægidius l. Ex hoc iure tom.* 1. *cap.* 10. *à nu.* 64. *Barb. leg. Quæ dotis* 34. *num.* 55. *D. solut. matrim.* Deinde, non est dubium filium erga parentem mereri posse vltra debitum proueniens de iure naturæ, alia extranea opera ex abundanti charitate illi exhibẽdo, quæ sufficiunt ad iustificãdam donationem remuneratoriam, prout insinuant aliqua iura, *l. De Emancipatis Cod. de leg. hæred. ibi* (*hoc à genitoribus suis meruerunt*) *l. Cum pater* 79. §. *Rogo. D. legatis* 2. *ibi, ut bona tua destribuas liberis tuis, vt quisque de te meritorum*, cum multis alijs, de quibus *Fachin. d. cap.* 73. *versiculo, verũ*, & supponunt omnes sequaces cõmunis opinionis supra relati (aduerte tamen, nos non loqui in proposito, de casu, quando scilicet pater aliquid de bonis filij consumpsit) retenta ergo prædicta sententia facile euitantur contraria fundamenta; nam licet moraliter loquendo, nunquam æqualem gratiam reddere possimus parentibus; tamen si vltra debita iure naturæ ex parte filij concurrant alia debita extranea erga patrẽ, merito ob illa dari possit donatio remuneratoria, vt supra ostendimus, quidquid *Pinelus*, & alij contradicant: Nec §. *Aliud quoque capitulum* aliud suadet, quia loquitur solummodo in illis debitis, quæ de iure naturæ procedunt, sed non tollit, quominus filij vltra ea obli- 153.

ea obligare posit parentes obsequijs, & donis, ac seruitijs voluntarijs, propter quæ mereantur donationem remuneratoriam; Nec *Ordinatio nostra d. loco*, comprehendit hanc donationem, quæ vere, & proprie donatio non est, cum potius dicatur compensatio, *dict. l. Sed & si §. Consuluit D. pet. hæred.* vt optime aduertit ante nos *Molina de iustitia disp. 244. num. vltim.* & ideo, vt supradiximus, minimè venit imputanda.

Declaranda est tamen prædicta resolutio, vt catenus prædicta do-
153. natio substineatur, nec veniat imputanda, quatenus merita æstimari possint arbitrio recti iudicis; Nec cõfessioni patris standũ est in hoc casu, argumento *l. Si forte D. Castrẽsi peculio, vbi Bart.* & communis Doctorum sententia, *glossa, Bart. Alex. & alij in dict. l. Si donatione Cod. de Collat. vbi Decius num. 18. late Bertrand. cons. 135. column. 2. lib. 1.* vbi testatur communem, *Mangil. dict. quæst. 29. nu. 56.* post *Guid. Succin. & alios, quos citat Peregrin. d. artic. 36. num. 126. & d. consil. 3. num. 10. & duobus sequentibus tom. 1. & consil. 76. num. 27. & sequenti*, quia scilicet præsumptio iuris in hoc casu est contra confitentem, argumento *l. qui testamentum D. de probat.* Ita vt, etiamsi patris assertio sit iurata, adhuc sola non sufficit nisi concurrãt aliæ coniecturæ coadiuuãtes, *vt per Decium in d. l. Si donatione, num. 3. & consil. 96. colum. 2. Corneus cons. 289. col. pen. Roland. cons. 90. col. pen. Peregrin. d. num. 128. Tiraq. l. Si vnquã verbo donationis largitus, nu. 91. Mascard. concl. 560. num. 3. Mangil. proxime num. 58.*

Dubitant tamen Doctores, an hæc donatio detrahenda sit ex toto aceruo hæreditatis, an vero solummodo ex tertia defuncti apud nos, *ex mente glossæ, in Authentica, vnde si parens, Cod. in officios. Couar. d. num. 9. Molin. d. disput. 244. vers. dubium tamen est, aliàs nu. 6.* & resoluendum est, quod si merita præcedant, eum pater aliquo modo teneatur illa recompensare, dedicẽdam esse donationẽ de toto aceruo, tanquã æs alienum, argumẽto *l. In imponenda Cod. ad leg. Falc. leg. Non amplius D. de leg. 1.* Si autem merita non præcedant, veniet imputanda prædicta donatio, vt supra dictum est, nec habet locum hæc quæstio.

Vnde consequenter perquirendum est, vtrum, si pater damnificet filium in aduentitijs, & aliquid ei 154.
donet inter viuos, vel in testamento relinquat, pro compensatione illius damni, teneatur illud ad computationem adducere? In qua quæstione *Bald. in l. Filiæ nu. 19. Cod. famil. erciscund. Salycet. ibi num. 24. quos sequitur Mangil. quæst. 44. à num. 13.* resoluunt filium sic recipientem a patre, recompensationem damni dati non teneri imputare in legitimam: ratio est, quia licet pater sit legitimus administra-

tor bo-

tor bonorum aduentitiorum filij, *l.1. C. de bonis Maternis, l. vltima C. de bonis, quæ lib. §.1. Inst. per quas personas*; tamen hæc administratio tātum versatur circa vsumfructum, proprietatem vero, nec alienare, nec damnificare potest, vt probant iura illa, proxime citata; Vnde si indebitè, & negligenter, vel malitiosè filium lædat circa proprietatem aduentitiorum, iure naturæ tenetur omne illud damnum resarcire, argumento *l. Si superstite Cod. de dolo, vbi Bald. leg. Litis. 39. §. Pater. D. denegot gest. plures citat Menoch. de arbitr. casu 209. à num. 3. Decian. cons. 85. num. 23. lib. 2. Pinel. l. 1. part. 2. de bonor. mater. à num. 27. Cephal. cons. 363. num. 9. lib. 6.* quemadmodum, si pater in vita non satisfaceret, posset ipse filius á cohæredibus repetere per iura supra relata, vt in terminis scribit *Mangilius proxime num. 14. post Bald. in additionibus ad Bart. tractat. de duobus fratribus n. 4.* ampliando etiam ad matrem, quæ dissipauit proprietatem, in qua solummodo vsumfructū obtinebat, *in specie l. Hac edictali §. In Omnibus C. de secundis nuptijs*, & est verissima resolutio.

E conuerso autem quærendum est; an filius teneatur in legitimam imputare, quæ de bonis paternis indebitè absq; paterna licentia consumpsit, prout ludendo, meritricā-
155. do, vel alia via prohibita expendēdo; In hoc dubio, *Gom. l. 29. nu. 25. Sylvester verbo peculium o 2. quæst. 9. Nauar. in man. cap. 17. num. 164. glossa, & communis in l. Illud Cod. de collationibus, Molina de iust. disputat. 242. Mangil. quæst. 43.* merito resoluunt filium teneri imputare sic male consumpta absque patris voluntate; ratio est, quia filius in hoc casu furtum committit, *l. Serui, & filij 17. D. de furtis*; ac proinde cum ipse filius teneatur ad restitutionē fratribus, seu cohæredibus faciendam saltem quo ad forū interius, merito etiam tenebitur imputare in legitimam sic male consumpta, alias autem ope exceptionis poterit remoueri *l. Frater à fratre D. de cond. ind. leg. Id, quod D. de Compens. l. 3. §. Si pupillus D. neg. gestis. Mag. supra num. 10.* Quod tamen intelligendum est, quando alij fratres, per tales expensas notabiliter damnificarentur; nam si sumptus indebite facti per fratrem essent modici, & parui, ita vt pater verosimiliter præsumatur illos permittere, & condonare, tunc nulla obligatio restat filio sic expendenti illos imputandi, quod arbitrio prudentis iudicis relinquendum est, *vt post Sotum de iust it. lib. 4. quæst. 5. artic. 2. defendit Molina d. disput. 242.* quod confirmatur ex resolutis *per Valasc. de part. cap. 14. fere per totum*, maxime *nu. 16.* vbi concludit maritum ludentem, vel meritricantem quātitatem notabilem bonorum, teneri in suam medietatem imputare, nec mulierem debere ad solutionē concurrere, quod late confirmat

Ægid.

Ægid. l. Ex hoc iure tom. 1. cap. 7. à nnm. 47. post Bart. l. 1. part. 1. à num. 40. D. solut. matrimonio, & à fortiori supraposita resolutio procedet in filio emancipato, hic enim, si sinè patris facultate eius bona cõsumpserit, necessario tenebitur imputare, ex eo, quia contra illum competit patri statim efficax actio, argumento *leg. Si quis vxori D. de furtis*, quæ ad cohæredes transmittitur, *l. 1. versicul. hæredem D. de priuatis delictis, leg. Si adulta Cod. de hæredit. action. ita ex Bald. numer. 18. Salycet. 22. in dict. leg. Filiæ Cod. famil. erciscund. tradit Mangil. dict. quæstion. 43. numer. 6.* & infra latius resoluemus agendo de aduentitijs.

Restat solum quæstio de remissione vsusfructus, quam sæpissimè
156. solent parentes filijs famil. errogare, circa aduentitia, quæ ipsis filijs aliunde obueniunt, & quotidie in foro versatur, Vtrum teneatur filius predictos fructus in legitimam computare, loquimur enim de aduentitijs, vel maternis, quorum vsusfructus solummodo ad patrem pertin t, manente proprietate penes filium, ex iure nouissimo *dicta leg. Cum oportet. leg. vltim. Cod. bon. quæ lib. leg. 1. Cod. bonis matern.* In qua quæstione firmiter resoluendum est filium non astringi adimputationem horum fructuũ, quos pater sibi remittendo donauit, sic expresse decidit *Imperator Iulianus in dict. leg. Cum oportet §. Sin autem Cod. bonis, quæ liberis*, vbi si pater permitat filium percipere prædictos fructus, non potest filius amplius inquietari, etiam post mortem patris circa collationem, seu imputationem prædictorum fructuum, & ita tenent Doctores omnes ibi scribentes, post *Bart. Salycet. Corneum, & alios, scribit Hypolitus Reminaldus, in §. 1. Institut. per quas personas numer. 96. Valasc. de partit. cap. 13. num. 140. Alexand. consilio 138. numer. 3. lib. 5. Corneus consilio 285. numer. 22. Parisius consilio 730. numer. 7. Surdus de alimentis titul. 9. quæstion. 20. num. 23. Ascan. de patr. potestat effectu 2. numer. 32. Menoch. lib. 3. præsumption. 29. à numer. 93. & consilio 282. numer. 32. Matiençoleg. 1. titul. 6. gloss. 4. num. 18. & sequenti, lib. 5. recupilat. post Decium in leg. Non vult hæres esse D. regul. iur. nu. 10. Paulum Castrensem ind. §. Sin autem Boerius in quæstionibus quæst 196. à n. 3. Cald. §. Sed hæc Inst. de inofficioso testamento à numer. 94. Mangil. de imputat. quæstion. 45. num. 4. & 6.* Et conuenire omnes scribentes in hoc non est dubium, vt post *Valascum supra numer. 146. testatur Gabriel Pereira de Castro decis. 55.*

Controuertunt tamẽ Doctores, Vtrum in hoc casu dicatur pater donationem filio facere irreuocabilem, quæ nõ possit amplius, nec ab ipso reuocari, an vero possit quotiescunque velit vsumfructum a filio abdicare, & sibi reassumere?

In qua

In qua quæſtione, plures, & grauiſſimi Doctores exiſtimant patrem poſſe quotieſcunque voluerit hanc donationem reuocare; fundantur *in d.* §. *Sin autem ibi* (*nullam poſt obitum eius licentiam habeant hæredes*,) quibus verbis ſolū prohibet Imperator, ne hæredes poſsint prædictā donationem reuocare, quaſi ipſe pater in vita reuocare valeat, quia poſt mortem ſolummodo confirmatur, quem ſenſum, & intellectū tenuerūt plures, & grauiſsimi Doctores *gloſ. ibid. Bart. Paul. Com. in fin. Salycet in fin. Ancharan. conſ.* 176. *num.* 3. *Azo in ſumma illius tit. Riminald. vbi ſupra numer.* 95. *Boer. deciſ.* 196. *numer.* 5. qui teſtatur eſſe magis communem ſentētiam *Tellius l.* 17. *num.* 58. *quem ſequitur Matienço d. gloſſ.* 4. *num.* 18. qui citat ad hoc *textum in l. Contra juris* §. *Si filius, vbi gloſſa, verbo, inutile. D. de pact. addo Menoch. d. præſumpt.* 29. *nu.* 93. *& ſequent. ſequitur Mangil. d. quæſt.* 45. *num.* 21. Sed hæc interpretatio minime defendi poteſt, propter manifeſtam inſtantiā donationis ſimplicis, nam hæc confertur, & tenetur filius in legitimam imputare, *iuxta l. penult. Cod. de Collat. & ſupradiximus*, & tamen reuocabilis eſt in *vita*, *iuxta l. Donationes, quas parentes C. donat. inter*, ergo ſi in hac remiſsione vſusfructus interuenit donatio, vt prædicti Doctores contendunt, veniret vſusfructus imputandus *contra deciſionem expreſſam d.* §. *Sin autem*, nec ſatisfit reſponſio, quam præſtat *Val. d. cap.* 13. *n.* 143.

Quare verior ſententia eſt contraria, quæ habet, in hoc caſu non dari donationem reuocabilem, ſed potius quandam renunciationem vſusfructus irreuocabilem, *ita Accurſ. in l.* 2. *C. in officioſis donat. & in* §. *Igitur Inſtit. per quas perſonas, &c. & in Authent. idem Cod. bonis quæ liberis, poſt alios Cynus, & Bald. in d. l. fin.* §. *Cum autem num.* 3. *Cod. illo tit. Fab. & Salycet. in d.* §. *Sin autem. Immol. cap. vltim. de donat. num.* 18. *Crot. in l. Frater à fratre n.* 43. & 80. *D. cond. indeb. Gom. leg.* 48. *num.* 9. *Matienço d. gloſ.* 4. *num.* 19. *Menoch. ſupra num.* 94. *& ſeq. Bart. num.* 57. *vbi Iaſon. num.* 44. *in dict. l. Frater à fratre, & ibi Cagnol. num.* 333. *Telles ſupra num.* 60. *Valaſc. d. cap.* 13. *num.* 144. *Caldas d.* §. *Sed hæc n.* 39. 96. & 103. 2. *part. Mangil. d. quæſt.* 45. *n.* 20. *Viuius cōmu. verbo donatio à patre num.* 10. quæ validiori nititur fundamento, nam pater remittendo vſumfructū filio conſolidatur vſusfructus cum proprietate, *iuxta reg.* §. *finitur Inſtit. de vſusfruct.* & ideo nihil pater cenſetur de ſuo donare, ſed reuertitur vſusfructus ad ſuam priſtinā naturam, facit ad hoc optimum ſimile *de textu in l. Profectitia verſicul. ſi pater. D. de iure dotium* ibi *ſi pater repudiauerit hæreditatem dotis conſtitutā de cauſa, forte quod maritus, aut ſubſtitutus erat, aut qui potuit hæreditatem abinteſtato vendicare, dotem profectitiā non eſſe Iulianus ait, ſed & ſi legatum repudiauerit pater, vt*

apud

apud haredem remaneat dotis constituendæ causa, Iulianus probat non esse profectitium id de bonis, quia nihil erogauit de suo pater, sed non acquisiuit, ecce ergo quomodo Vlpianus ex sententia Iuliani decidit nō esse profectitiam dotem, quam pater filiæ reliquit acquirēdam, ex hæreditate, ex eo, quia pater illam adire noluit, quemadmodum nihil donare censetur filio, si nolit acquirere vsumfructum aduentitiorum, in terminis *dict.* §. *Sin autem res*, sed tantum illud non acquirere, citari etiam potest *textus in leg. Patrem 19. D. quæ in fraudem credit.* vbi remissio Falcidiæ, vel Trebellianicæ non reputatur alienatio respectu creditorum; ergo similiter illa refutatio vsusfructus, quam pater exercet in non acquirendo, non debet reputari donatio respectu aliorum filorum, & ideo huic sententiæ semper tam in lecturis, quam in iudicando, & consulendo adhærendum censeo.

Quam sententiam verissimam existimo, non solum quando pater a principio vsumfructum noluit expresse acquirere, sed etiam quando post acquisitionem, ac perceptionem ipsius per aliquot annos
157. postea filio remisit: nam adhuc verum est verificari *decisionem dict.* §. *Sin autem res, ibi (sin autem res sibi memorato modo acquisitas, parens noluerit retinere, sed apud filium; aut filiam, vel deinceps personas reliquerit)* quæ verba æqualiter militant, in casu, quo pater à principio acquisiuit, & per aliquos annos possedit, & postea filio, vel nepoti demisit, *ibi acquisitas*; nam adhuc verum est dicere vsumfructum consolidari cum proprietate, & reuerti ad suam naturam, ita vt filius magis censeatur suum proprium, quā aliquid paternum lucrari, quia certum est vsumfructum pertinere ad dominum proprietatis, iuxta *leg. Solum* §. *Meum, D. de Reiudication.* & hanc resolutionem, licet non ita dispositam *scribit Mangilius d. quæstion* 45. *numer.* 17. *nemine citato, sed fuit Bartol. in dict. leg. Frater à fratre in fine, Pauli Castrens. in d.* §. *Sin autem communiter receptam testatur Crottus dict. leg. Frater à fratre num.* 80. *& sequent. Tellius ad leg.* 17. *Tauri nu.* 63. *& coactus sequitur Caldas, dict. loco num.* 99. *& n.* 110.

Nec obstabunt fundamenta, quibus plures Doctores moti sunt ad scribendum contrarium, nempe
158. filium in hoc casu teneri ad imputationem vsusfructus, ex eo, quia pater donat de suo, vt pater, sed donationes emanantes a patre ad filium in potestate veniunt imputandæ, quando à principio fuerunt inualidæ, *iuxta d. l. Donationes, quas parentes* igitur. Deinde expendunt *dict.* §. *Sin autem res*, quatenus probat hæredes post mortem patris, hunc vsumfructum quasi ad patre pertinentem vindicare non posse; ergo pater ipse viuens, si velit, potetit vendicare, quia inclusio vnius,

est exclusio alterius *cap. Non ne de præsumpt. l. Cum prætor D. de iudicijs* secundum allegationem ordinariā de qua, *post Bald. Cuman. Aflict. & alios Roland. lib. 3. consil. 61. num. 1. Surd. decisione 55. num. 19. Emanuel Mendes Card. ad §. Si eadem Inst. de legat. illat. 25. n. 52. vbi optimè declarat Menoch. lib. 4. præsumpt. 89. n. 90. Pacian. de probat. lib. 1. c. 34. n. 8. Barb. d. l. Cum prætor à nu. 36. &. 44.* quasi Imperator habuerit pro indubitato, vt pater possit reuocare dum solùm agit de hæredibus, ac proinde cū diminuat patrimonium, veniet ad collationem. Vlterius, quia, vt valeat donatio inter patrem, & filium requiritur traditio. *l. 2. C. Si quis alt. vel fil. leg. Sive emancipatis 17. C. de Donationibus l. Donationes §. Pater, D. de donation.* quæ traditio videtur deficere in hoc casu. Vltimo arguunt *de text. in leg. 3. D. quæ in fraudem credit.* vbi fraudat creditores, qui diminuit vsufructus, *ita Anchar. cons. 106. numer. 4. & 5. Corn. dict. §. Sin autem & cons. 285. litera. I. lib. 1. Ascanius de patria potest. effectu. 2. numer. 31. cum alijs, quos sequitur Caldas, sibi* parum constans *supra nu. 109.*

159. His tamen non obstantibus sententia nostra supra scripta verissima est, nec fundamenta contraria adeo vrgent, vt nos à via electa deflectere constringāt. Nam ad primum negatur patrem scilicet, in hoc casu donare de suo, quia cū hæc acquisitio quotannis faciendā sit, *leg. Si in singulos D. de annuis legat. l. 1. §. fin. D. de vsufructu accrescendo*, quoties pater noluerit retinere, consolidabitur cum proprietate, & amplius reassumere nequibit, nec imputare filius tenebitur, vt Imperator determinat, verba autem illa *dict. §. Sin autem, ibi (sed quasi diuturna donatione in filium celebranda)* non important veram donationem ex parte patris, sed fictam; vt probat particula illa, *quasi, iuxta cap. Solitæ, de Maiorit. & obedient. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 27. n. 5. post Bart: ad l. Si quis pro emptore D. de Vsucapionib.* Vnde deobligatur filius ab imputatione. Ad ponderationem *d. §. Sin autem* satisfit, si dicas, ibi posuisse Imperatorem casum in terminis, quibus euenire poterat; nam cū dubitatio solummodo versaretur circa alios hæredes, an hi post mortem patris possent a filio petere vsumfructum; Respondet Imperator, ipsum filium post obitum patris vsumfructum lucrari; supponens, quod quemadmodum in vita patris ab eo auferri non poterat, etiam per ipsum patrem, quia eo ipso, quod donauit, seu remisit ipsi filio, fuit consolidatus cum proprietate, & non poterit amplius reuocari absque noua vsusfructus constitutione, & licet regulariter non valeat donatio inter patrem, & filium *d. leg. Donationes, quas parentes*; irreuocabiliter, tamen regula illa fallit, quando donatio potest sustineri ex

alio capite, & ex rei natura fit irreuocabilis, quem effectum operatur consolidatio vsusfructus, cum proprietate, virtute cuius filius ex re propria, & non paterna fructus colligit, ex qua speciali ratione fit donatio vsusfructus irreuocabilis, etiam in vita patris, & hic est genuinus sensus *dict.* §. *Sin autem res.* Nec in hoc casu habet locum regula *dict. cap. Non ne de præsumptionibus*, quia solummodo procedit in duobus contrarijs, non autem in diuersis. Ad vltimum de traditione fatemur, sed negamus in hoc casu deficere traditionem, nam eo ipso, quod pater remittit filio vsumfructum, statim censetur facta traditio virtute consolidationis cum proprietate, ita vt filius nulla alia traditione indigeat, vt est demente Doctorum, quos pro nostra sentẽtia citauimus, & optime prosequitur *Mantiença d. glossa* 4. *num.* 19. *in fine. Ad dict. l.* 3. *D. quæ in fraud. cred.* respondetur procedere in suo casu, propter fauorem creditorum, at vero in nostro casu, alij filij, seu hæredes, non dicuntur fraudari, quia in bonis parentum non sunt vere creditores *glossa leg.* 3. *Cod. iur. & fact.*

Tertio controuertunt Doctores *in terminis dict.* §. *Sin autem res*, casum, quo pater nec vsumfructum expresse repudiauit à principio, nec post acquisitionem, sed à principio habuit se mere negatiuè, nec permisit expresse, nec contradixit, sed conniuentibus, vt aiunt, oculis dissimulauit filium vtifrui prædicto vsufructu, an in hoc casu teneatur filius imputare, in quo pũcto *Alexand. num.* 2. *Iason. num.* 3. *in fine, Paul. numer.* 2. *leg. final. Cod. de Collationibus, idem Iason. in Authent. ex testamento Cod. eodem titul. numer.* 2. *Bartol. leg. Patrem num.* 5. *D. de collat. dot. Chassan. in consuetud. Bituricens. Rubr.* 7. §. 5. *num.* 16. cum alijs, resoluunt filium teneri imputare prædictum vsumfructum in suam legitimam; Ratio est, quia donatio valide collata à patre in filium, semper est imputanda, *leg. Ut liberis leg. Si donatione Cod. de Collationibus*, sed ista donatio saltem tacita valida est, *dict.* §. *Sin autem*, ergo, & imputanda. Nec *text. in dict.* § *Sin autem*, negat imputationem. Secundo, pro hac parte expendit *Caldas vbi supra, num.* 109. *text. in leg.* 3. *D. quæ in fraud. cred.* vbi IureConsultus docet fraudare creditores illum, qui vsumfructum sibi competentem dimisit, ergo similiter pater, qui dissimulat, & conniuentibus oculis permisit filium vsumfructum percipere, censetur de suo donare, ac patrimonium suum diminuere in præiudicium aliorum filiorum, & saltem ad casum, quo pater iam acquisierat vsumfructum, & postea dimisit restringendo supradictorum sententiam agnoscit *Caldas dict. num.* 109. sibi non parum contradicens.

161. Sed contrariam ſententiam tenent communiter Doctores, maxime *Pariſ. conſ.* 130. *lib.* 1. *num.* 14. *Angel, & Paul. in dict.* §. *Sin autem*, *Alexand. ſibi contrarius lib.* 5. *conſ.* 138. *column. vltim. Bald. in Auth. ex teſtamento Cod. de Collation. Caldas vbi ſupra num.* 104. *&* 107. *cum ſeqq.* vbi dicit communem *num.* 108. qui etiam ſibi non conſtat, quorum fundamentum totale conſiſtit *in d.* §. *Sin autem*, vbi quando datur remiſsio expreſſa, minime venit prædictus vſusfructus imputandus, ergo quando, datur tacita modo præ dicto conſiderata, eoſdem debet operari effectus, ex regula, *leg.* 3. *D. de legat.* 1. maxime, quia hoc caſu etiam fit conſolidatio vſusfructus cum proprietate, ac proinde reſoluendum eſt, quod quemadmodum quando datur à principio expreſſa renunciatio non fit imputatio, ita ſimiliter, quando datur hæc per patientiam, & diſsimulationem, vt expreſſe poſt ſupra relatos, tenet *Corneus in dict.* §. *Sin autem, & conſ.* 182. *col. final. in fin. lib.* 3. *Gom. leg.* 29. *num.* 29. *Gutt. ad cap. Quanuis de pactis lib.* 6. *num.* 31. *Telles dict. l.* 17. *num.* 65. ex quibus fatetur communem *Caldas d. num.* 108. *Valaſc. ſupra num.* 141. *&* 147.

Et retenta hac communi, & vera ſententia parum vrgent argu-
162. menta, quæ Doctores pro priori citati expendunt; Nam ad primum negamus inſtantiam de reliquis donationibus, ad hanc remiſsionẽ vſusfructus, ſi poteſt cõſiderari donatio, quia reliquæ imputantur, vt iura ibi citata probant, hæc vero minime, quia in ea datur ſpecialis ratio, propter quam eximitur ab imputatione, vt ſupra demonſtratum eſt, *ad dict. l.* 3. §. 1. *D. quæ in fraudem cred.* reſpondeo textum illum loqui ſolum in edicto, quæ in fraudem creditorũ, in quo, ſi quis data opera patrimonium diminuat per actum poſitiuum alienationis, vel per negatiuum omiſsionis acquiſitorum incidit in edictum, at vero inde inferri non poteſt, ergo filius tenetur imputare fructus aduentiorum, quos pater omittendo noluit retinere, quia, vt ſupra probauimus filij non ſunt creditores, reſpectu vſusfructus, quem pater filio remittere poteſt, patiendo vtifrui, qua data patientia cenſetur vſusfructus conſolidatus, ac per conſequens liber ab imputatione.

Quam ſententiam intelligendã cenſeo, quando ex patientia patris, colligi poſsit animus remittendi, 163
nam ſi non detur aliqua coniectura, niſi taciturnitas, minime operabitur, vt remiſsio cenſeatur, quia in ſibi præiudicialibus, qui tacet non cenſetur conſentire vt notatur *ad regulam, qui tacet lib.* 6. *cap. Non ne de præſumptionibus leg.* 2. §. *Quod ſi in patris D. ſoluto matrimon.* in terminis ſic reſoluit *Anchar. conſil.* 176. *numer.* 2. *ſequitur Mangil. dict. quæſt.* 45. *num.* 18. *per textum in leg. Filius famil.* §. *Inuitus D. de procura-*

procuratoribus, l. Qui vas §. Vetare D. de furtis, & quæ notantur *ad l. Quæ dotis D. soluto matrimon. Menoch. d. præsumpt. 29. num. 90.* Faciunt resoluta per *insignem Barbos. d. l. Quæ dotis num.* 153. quæ in praxi semper notanda sunt, licet in puncto iuris forsan contrarium sit verius; requiritur ergo, vt filius vtatur prædictis fructibus per plurimos annos, vel alia insimul concurrat coniectura.

Omitto casum, quo pater donat fructus aduētitiorum iam collectos filio, nam in hoc certum est dari veram donationem de re, quæ non pertinebat ad aduentitia, quia hi fructus sunt separati a bonis, & tanquam quid patrimoniale patris considerantur, nec ratio consolidationis militare potest in hoc casu, & ita resoluendum est ob noxios esse imputationi *iuxta dict. Ordinat. lib. 4. titul. 97. in principio Ita Castro. ad d. l. Cum oportet num.* 30. *Valasc. supra num.* 139.

Verum obstat, quod legitima non potest deduci ex fructibus, sed ex ipsis corporibus hæreditatis *leg. Scimus* §. *Repletionem Cod. inofficios. late Mangil. quæst.* 125. *à num.* 36. cū multis, quos refert pro, & cōtra, sed Respondetur prædictos fructus iam censeri corpora mobilia hæreditatis, ad effectum, vt possint ad imputationem venire.

Descendamus ad aliam quæstionē videlicet, quādo pater possessor maioratus in vita tradidit illum filio primogenito, qui percepit vi-

uente patre plures fructus per spatiū plurium annorum expredicto maioratu, an illos teneatur in ligitimam imputare? In qua quidem quæstione, pro parte negatiua faciunt hucusq; resoluta circa vsumfructus aduentitiorum, quem filiū diximus imputare nō teneri: ergo similiter cum filius percipiendo vsumfructum de maioratu, qui ad illum pertinet non ex donatione paterna, sed ex liberalitate primi instituentis *iuxta l. Unum ex familia* §. *Si de Falcidia, D. de legat. 2. l. Coheredi* §. *Cum filia D. vulgari,* sequitur ipsum filium non esse cogendū imputare, quia non ex re paterna, sed ex propria fructus percipit. Secundo, pro hac parte facit *textus in leg. Patrem cum l. sequenti D. quæ in fraud. cred.* vbi *Papinianus* decidit patrem grauatum fidei cōmissum filio præstare, nullam fraudem cōmittere, si bonam fidem sequutus integrum fideicommissum filio restituat, etiā ante diem, nulla Falcidia, vel Trebellianica detracta: ergo similiter cum filius post diem vltimam patris sit legitimus successor maioratus, nullam fraudem cæteris filijs pater cōmittit, sequutus bonam fidem, restituendo in vita maioratum filio, nullo vsufructu detracto, per quæ fundamenta aliquando pro hac parte *iudicatum in Bracharensi Senatu testatur (ald. d.* §. *Sed hæc num.* 113. quam postea sequitur *Gabriel Pereira eius filius decis.* 55. *num.* 6. matus *ex Ordinatione* 165.

creditores, cum satis fecerit grauamini á testatrice impositō.

Neq; obstat *l. Prætor.. 9§. Siquid in diem D. eodem titul. quæ in fraudem credit* dum Vlpianus ait, debitorem, qui cum teneatur in diem fideicommissum pręstare, ante diem soluit, fraudare creditores in interu 168.
surio medij tēporis, quod ipse percipere poterat, ergo similiter pater, qui tenebatur fideicōmissum post mortem filio restituere, videtur creditores fraudare emācipando illos, & statim in vita restituendo, quia quando pater tenetur restituere filijs post mortem suam, etiā si illos emancipet adhuc non tenetur eis fideicommissum restituere in vita, *iuxta textum in d.l. Fideicommiss. §. Si cui.* Respondendum est enim nō obstare, *dict. §. Si quid in diem*, quia ibi erat dies in certa vētura, & ideo restitutio facta ante diem cedētem præmatura fuit in fraudem creditorum, qui etiam tempore fraudātur, vt idemmet §. *Ait*, at vero *in d. l. Patrem* restitutio præmatura non fuit, quia cum mens testatricis esset, vt pater teneretur restituere vbi primum filius effectus esset sui iuris, & existimauit patrē illum non emācipaturū in vita, & ideo meminit de morte, merito eo ipso quod pater sequendo paternam pietatē illum emancipauit, statim tenetur fideicommissum illi præstare, *d. l. Mulier D. ad Trebell.*

Nec argumentum *de text. in d. §. Si cui* aliud probat, quia ibi relictum fuit fideicommissum sub conditione, si morte patris filij exisset à patria potestate, vnde hic textus 169.
differt ab alijs supra citatis, in eo, quod in isto restitutio post mortē non fuit imposita per viam conditionis, in illo vero maxime, vt patet ex litera. Est tamen *d. §. Si cui difficilis*, in eo, quod Iureconsultus respondit fideicommissi conditionem nō deficere si filius per emancipationem exeat à paterna potestate, licet sit prescripta sub hac forma, si per mortem patris sui iuris effectus esset; nam cum per emancipationem, & nō per mortem patris sui iuris sit factus, videtur conditio defeciſſe. Sed Vlpianus ex voluntatis coniectura rectè censuit non deficere conditionem, quasi existeret, motus fuit Vlpianus ex eo, quia cum testator mentionem fecerit de morte paterna, noluit ne hæredes grauati in vita patris, tenerentur fideicommissum præstare, nec etiam voluit, vt patri post mortem quæreretur, ideo interpretatus est conditionē non deficere, si filij per emancipationem exirent à sacris paternis, quia adhuc mortuo patre censetur adimpleta conditio, & existere, acsi emancipati filij nō essent, vt optime, & subtiliter de more aduertit *Costa d. §. Et quid si tantum 5. part. num. 80.* Quibus omnibus sic discussis, infertur, *dict. leg. Patrem de qua supra D. quæ in fraude creditor.* non concludere filium, cui pater in vita proprium

tradidit

tradidit maioratum excusari ab imputatione fructuum, quos percepit viuēte patre, vt supra probauimus.

Erit tamen dubium, quomodo sunt æstimandi redditus huius maioratus, an pro tempore, quo vixit
170. pater, an vero tanquam annui redditus ad vitam patris tradentis? In quo dicendum est, quod sufficit filio tradere æstimationem reddituū maioratus, habito respectu ad decem annos, tanquam si fuisset, *tença*, iuxta rescriptū, *das tenças*, huius Regni, quod aduertit *Molin. lib. 1 cap. 19. num. 39. & in rub. ad Trebellianum dictus est.*

Infertur etiam consequenter, an si pater tradat fœudum in vita filio, teneatur fructus collectos in vita
171. patris in legitimam imputare? In qua quidem quæstione resoluendum est, filium de iure teneri imputare fructus fœudales, vel emphyteuticos, quos superstite patre percepit; nam cum hi fructus pertinerent ad patrem in eius vita, transferendo illos in filium, liberalitatem exercuit, ac donationem fecit de re propria, ac proinde imputādi sunt, ex *regula l. Scimus §. repletionem C. in officioso testamento l. Vt liberis l. Si donatione C. de Collat.* faciunt, quæ de proximo resoluimus circa fructus maioratus, & hanc partem in Emphiteusim probat *Ordinatio d. tit. 97. §. 22. Vso, (& se o pay que lho deu)* sed quia de his fructibus statim erit latior sermo, hæc tantum prolibata sufficiant.

Restat autem perscrutari de casu quotidiano, quando pater donat fi- 172.
lio fructus alicuius rei, vel per titulū dotis, vel alium similem, vtrum tales fructus debeant venire adimputationem? in quo dubio videbatur dicendum, filium, vel filiam nō teneri adimputationem, quia cū sint fructus videntur dati pro alimētis, vt honestius supportentur onera matrimonij, & cū regula sit, quod data in causam alimentorum non imputentur, *gloss. per textum ibi in l. Quæ pater D. fam. erciscund. Bereng. ad l. In quartam, cap. 3. num. 29. post Bart. ibidem. nu. 11. Doctores ad leg. filia licet C. de collationibus, vbi Bald. Sebastian. Medices tractat. de compens. part. 1. quæst. 14. num. 5.* quia alimēta consumuntur in vita, nec ad hæredes transmittuntur, *iuxta l. Cum hi §. Si vni D. transactionibus*, & quæ non transmittuntur, regulariter nō imputantur *l. Omnimodo §. Imputari Cod. inofficioso testamento ita Paris. cons. 17. num. 58. Cephal. cons. 89. nu. 20. Surd. de aliment. titul. 8. priuileg. 57. Mangil. quæst. 48. à num. 2. Cāldas d. loco num. 114. in med.* nec habet cōtradictorem; cum ergo prædicti fructus dentur in causam alimentorum, videtur dicendum minime esse imputandos, quæ opinio de iure regio nullum patitur dubium *per Cidin. dict. titul. 97. post principium.*

Sed contraria sententia verior est, & amplectenda de iure cōmuni quæ probatur ex eo, quia hi fructus

exierunt

exierunt de patrimonio paterno,
173. ac proinde sunt imputandi *iuxta d.* §. *Repletionem* maxime, cum dati sint in causam dotalem, *iuxta leg. Quoniam nouella C. de inofficioso testam.* Deinde videtur pro hac parte stare *textus expressus*, *in l. In aedibus* §. 1. *D. de donationibus*, vbi si donatio fiat solummodo de fructibus, ipsi censentur donati, ergo si fructus dentur in dotem, ipsi illam constituent, ac proinde imputabũtur sicut cætera bona imputantur, facit *Ordinatio d. titul.* 97. §. 22. *versic. & sendo*, vbi fructus emphiteusis, quos pater in vita percipere poterat, & illos donauit filio, imputantur, igitur à fortiori reliqui fructus in dotem dati imputãdi sunt, ita ex mente *glossæ verbo, eius, in d. l. Cum oportet*, *resoluit Bald. in d. Authent. ex testamento num.* 7. *Bart. in tractat. de duobus fratribus nu.* 1. *Cald. dict. num.* 114. *ad finem*, faciunt resoluta *per Menchac. succes. creation.* §. 30. *num.* 231.

Nec fundamentum contrarium aliquid euincit, quia verum est alimenta, quæ pater filijs præstat, non esse imputanda, vt omnes Doctores supra relati resoluunt, sed aduertimus hos fructus non cedere in locum alimentorum, sed dotis, quæ in hac materia aliud diuersum constituit, *d. l. Quoniam nouella*, *leg. Illam C. collationibus cum vulgaribus*, & diximus supra, licet in praxi cõtraria sit obseruanda propter *Ord. dicto loco.*

Supersest pro cõplemento huius materiæ perquirere, & enodare grauissimas altercationes ortas inter Lusitanos nostros circa imputationẽ, in materia emphiteutica, quando scilicet, pater nominat fi- 174.
lium ad emphiteusim, & illã tradit in vita, vel filius post mortem patris per nominationem à patre factam, succedit, vel ex eo, quia natu maior est. Et vt omnia faciliori stylo procedant, disputabimus quæstionem de Iure Cõmuni. Vtrum emphiteusis veniat imputanda, & postea videbimus, quid de iure nostri Regni sit dispositum, De Iure Communi plures Doctores *in leg. Si patroni D. ad Trebellian.* tenent firmissime, filium teneri imputare emphiteusim, quam à patre acceperat, ita post antiquiores, tenet *originaliter Niculaus de Neapolitanis*, *in leg. Pater filiam D. ad leg. Falcidiam*, *Bart. in l.* 1. §. *Nec Castrense D. collat. bon. d. num.* 6. *Alexand. d. l. Si patroni nu.* 4. *& cons.* 27. *lib.* 5. *Guilh. & Bald. in leg. Omnimodo* §. *Imputari Cod. inofficioso*, *vbi Salycet. num.* 9. *Ripa d. l. In quartam nu.* 178. *Gom. l.* 29. *num.* 22. *sequitur testans esse receptiorem opinionem Marãta ad l. Is potest. D. de acquir. hereditate num.* 28. *Curt. de feudis* 4. *part. nu.* 134. *Mangil. de imputation. quæst.* 37. *nu.* 4. *Peralta in l. Vnum ex familia* §. *Rogo. numer.* 11. *D. de legat.* 2. & aliquando ita fuisse iudicatum, saltem quando pater nominauit filiũ irreuocabiliter in Bracharensi Senatu

natu testatur *Caldas ad d. §. Sed hæc 2. part. numer. 58. Ioann. Riminald. consil. 145. numer. 15. lib. 2. Calcan. cons. 74.* quorum opinionem securiorem, & ab ea non recedendum in iudicãdo tradit *Iacobinus de fau-dis, verbo, & cum pacto 3. num. 17. refert Valasc. de iure emphiteutico quæst. 46. in principio*; Mouentur 1. *ex d. l. Omnimodo §. Imputari Cod. inofficioso testamento*, vbi Imperator decidit militiam, & similia, quæ vẽdi possunt, aut ad hæredes transmitti, debere in legitimam imputari; atqui certũ est emphyteusim vendi posse, & ad hæredes transire; ergo, &c. Secundo, omnia quæ filio acquiritur contemplatione patris, in legitimam imputantur, quia profectitia censentur, argumento *l. Sed & si plures §. In arrogato D. de vulgari*, & nos latissime supradiximus, sed negari non potest emphiteusim fuisse filio acquisitam patris contemplatione, mediante patre, ipsoque stipulante ad filium nominatum, vel successurum in illa, igitur. Tertio comprobat *Maranta supra nu. 30.* in hunc modum, omne, quod capitur ex patrimonio paterno, siue inter vivos, siue iure hæreditario, in legitimam imputatur *leg. Scimus §. Repletionem Cod. inofficios. Bart. dict. l. In quartam num. 10. & sequent.* & nos supra late, sed dicta emphiteusis capitur ex patrimonio testatoris saltem per stipulationem inter vivos, quæ morte confirmatur, ex quo tempore vires accepit erga filium, vt patet, igitur. Quarto, adducit idem *Maranta*, quem non citatum transcribit *Caldas de renouatione quæstion. 18. num. 17. Peregrinus tom. 1. consil. 44. num. 9. textum in l. Gallus §. Quidam recte D. de liberis, & posthumis*, vbi communiter Doctores notant dispositionem in dubio censeri factam ordine successiuo, cuius argumento resoluunt patrem stipulantem Emphiteusim, censeri illam ordine successiuo stipulari, vt prius sibi, deinde filio, vt caperet post mortem suam, *iuxta doctrinam Bart. in l. Si mihi & Titio D. de verborum*, ergo saltem per donationem causa mortis a patre in filium deuenit, ac proinde imputãda est. Quinto citant prædicti Doctores *textum in l. Filiæ Cod. familiæ erciscund.* vbi donatum filiæ, vt præciputum maneat penes illam, imputatur, ergo similiter emphiteusis, licet præcipua maneat apud filiũ nominatũ, etiam imputanda est. Vltimo expendunt, quod pater potest prælegare vni ex filijs emphiteusim acceptam pro se & filijs, *vt ex Bald. Alex. Corneo, Roman. & alijs probat Caldas d. quæst. 18. num. 19.* quo casu filius quasi ex legato emphiteusim accipit, ac proinde debet imputare, quia legata imputantur, vt late supra diximus.

Contrariã tamen sententiã, imo emphiteusim collatam à patre in filium, vel ex pacto concessionis pro se, & filio, non venire imputandam, tenent Doctores communiter, 175.

niter, *glos. verbo, apud haredem, in d. l. Si patroni* 55. *D. ad Trebellianum vbi Angel, & Paul. Succinus cons.* 104. *nu.* 3. *lib.* 3. *cōmunis per Siluan. consil.* 44. *num.* 4. *Rubeus cons.* 34. *n.* 8. *Valasc. de iure emphiteut. quaestion.* 46. *Fabian. in repetit. Authent. nouissima Cod. inofficioso n.* 109. *Clar.* §. *feudum quaest.* 46. *quos refert, & sequitur Caldas dict. quaest.* 18. *num.* 11. *Iason. leg.* 2. *Cod. de iure emphiteutico num,* 226. *Cuman. dict. l. Si patroni. Affli. in cap.* 1. §. *Praterea ducatus n.* 95. *de prohibita feud alienat. per Feder. Pinel. l.* 1. 3. *p. nu. de bon. mater. & alij de quibus Cald. supra n.* 63. *Fachin. lib.* 4. *contr. cap.* 22. *Molin. disp.* 479. *vers. secunda conclusio Valasc. de part. cap.* 13. *num.* 98. ducuntur prædicti authores, quia emphiteusis dicitur prouenire à primo domino concedente, & non à patre, quia pater nominando, vel eligendo filium, nihil de suo tribuit *per textum celebrem in materia in l. Unum ex familia* §. *Si de falcidia D. de legat.* 2. *vbi Padilla numer.* 1. *post Bart. in leg. Mortis causa capimus D. de donat. causa mortis Molina lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 2. *& lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. *&* 12. *Caldas de nominatione quaest.* 10. *num.* 3. *&* 5. *part. de potest elig. cap.* 16. *numer.* 3. *Castill. lib.* 2. *controuers. cap.* 26. *num.* 64. *& tom.* 3. *cap.* 19. *à numer.* 101. *Robles lib.* 1. *de repræsentat. cap.* 51. *nu.* 41. *& lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. *insignis præceptor Brito ad rub. de locato* 2. *part.* §. 5. *nu.* 8. *& ad cap. possit* §. 3. *à principio.* Ergo cum emphiteusis non proueniat ab ipso patre, cessat in illa imputatio. Secundo, quia regula est deducta *ex dict. l. Si patroni* 55. *D. Ad Trebell. iuncta glos.* quod filius non teneatur imputare, ea quæ, licet hæreditatem non acquirat, tāquam filius retinere potest, notant omnes ibi, *Fabianus Rubeus Valasc. dictis locis Cald. d. num.* 63. sed filius potest acceptare emphyteusium nominationis, vel de pacto, & prouidentia citra ius, & nomen hæredis, *per textum in cap.* 1. *An agnatus, vel filius*, vbi omnes scribentes, *Valasc. de iure emphit. quaest.* 42. *nu.* 2. *Couar.* 2. *variar. cap.* 18 *num.* 4. *Sigismundus Seccacia de iudicys lib.* 2. *cap.* 9. *numer.* 1515. *&* 1516. *late Caldas de potest eligendi cap.* 17. *numer.* 26. 33. *&* 41. *cum alijs: igitur.* Tertio arguunt *ex l. Eadem Cod. de Collationibus*, vbi Imperator decidit non esse conferenda ea, quæ filij post mortem patris acquirunt, *vt per Barb. leg.* 1. *D. soluto matrimonio part* 7. *num.* 36. sed emphiteusis acquiritur filijs post mortem patris, igitur libera manet ab imputatione, & de iure Communi hæc sententia verior, & tenenda est.

Nec illa retenta, obstant argumenta pro prima supra facta; nam ad primum negamus argumentum factum de emphiteusi ad alias res, quæ vendi possunt, in quibus procedit *d.* §. *Imputari*, in emphiteusi vero non procedit, quia licet possessor de consensu domini illam vendere possit aliquibus casibus, tamē si filium

si filium ad illam nominet, hic nō tenebitur in legitimam imputare, ex illa ratione, quod filius non à patre, sed ab ipso domino concedente accepit, vt late prosequitur *Molina disputat.* 479. *conclusione* 2. *column.* 3. *& dict.* §. *Imputari* tunc solum procedit, quando militia, feudum, emphiteusis vendi possunt, & transferri tanquam bona propria patris. Argumentum etiam secundo loco deductum *ex dict. leg. Sed si plures* §. *In arrogato*, & quæ ex illo, ad plura notant, post *insignom Barbosam, in leg. Quæ dotis D. soluto matr. n.* 24. *Menoch. de præsumption. præsumpt.* 48. *numer.* 13. *Castilho tom.* 4. *de coniectur. cap.* 5. *num. vltim. versiculo quibus Stefanus Gratianus forens. tom.* 4. *cap.* 663. similiter eneruatur, si aduertas illud solummodo procedere, quando ea bona, quæ filijs obueniunt contemplatione patris, eius sunt naturæ, vt patri in depēdenter acquiri possint, si autem patri dependenter à voluntate domini concedentis acquirantur, prout acquiritur emphiteusis, nullo modo imputabitur, quia non ex patrimonio patris, sed ex liberalitate domini filio obueniunt. Ad tertium fundamentum Marantæ agnoscimus maiorem, minorem vero falsam contendimus, quia suppositā domini concessione, emphiteusis non prouenit de patrimonio, sed aliunde filius accepere dicitur ideoque imputare minime cogetur. Quartum similiter tollitur, quia licet mediāte paterna stipulatione etiam, ordine successiuo considerato ad filium prouenire dicatur emphiteusis, tamen quod principaliter consideratur, est dominica concessio, vt bene insistunt Doctores pro nostra sententia relati. Ad *l. Filiæ* respondemus, non procedere in emphiteusi, cuius dominium non a patre, sed à domino ad filiū deuenit, ac proinde merito effugit imputationem, Vltimum argumentum suprapositum pari formiter concludit in alijs rebus allodialibus, in quibus patri competit absolutum dominium, nō autem in emphiteusi, quæ à domino prouenit.

Constat ergo ex proxime dictis, emphiteusim acceptam pro se, & filio nominando, vel pro persona nominanda, nō imputari, quod libenter admittūt Doctores in emphiteusi antiqua, vt videre est ex omnibus pro nostra sententia citatis, vt eleganter infinitis relatis probat *Caldas quæst.* 18. *numer.* 22. quia censetur aduentitia, *l. Quæsitum. de legat.* 1. *idem Cald.* §. *Sed hæc nu.* 70. *Instit. de inoff.* quam resolutionem apud nos pro regula firmat *Ordin. antiqua lib.* 4. *tit.* 77. §. 32. hodie in nouis *lib.* 4. *tit.* 97. §. 22. *ibi* (*& não lhe, sendo dado em vida do pay, ou māy, mas nomeando somente ao prazo, pera depois de sua morte, não será obrigado trazer o prazo, nem a valia delle a collação, nem lhe será imputado em sua legitima, nem descontado della.*) 177

Ecce ego quomodo lex noſtra Regia iubet, vt filius ſimpliciter à patre nominatus ad emphiteuſim, illa fruatur poſt mortem patris nominantis, nec teneatur illam imputare, agnoſcunt omnes Regnicolæ noſtri, vt per *Valaſcum de part. dict. cap.* 13. *à num.* 97. *Caldas dict.* §. *Sed hæc à num.* 56. *cum ſequentibus præceptor memorandus Veiga ad* §. *Quædam, de actionibus*, à quo omnes mutuarunt, & nemo dubitat in emphiteuſi antiqua, ita vt hæc ſit regula certiſsima, & quotidie practicata.

Duhiũ eſt tamẽ circanouam emphiteuſim, quã pater de nouo à do-
178. mino accepit, vel quia nemora inculta propria induſtria ad culturam redegit, accipiendo illam in emphiteuſim, vel alio quocunque modo, quo caſu videtur hæc noua emphiteuſis patris cõtemplatione acquiſita, quia dominus ſolum cõtraxit cũ patre, nec filium reſpexit, quẽ forte, non agnouit, nec natum amauit, *iuxta notata ad leg. Qui filiabus D. de legatis primo*, ac proinde tanquam quid profectitium imputanda videtur *leg.* 4. *leg. penultim. Cod. de collation. prout de feudo* nouo cum communi reſoluit *Menchac. dict.* §. 30. *num.* 235. *Clar.* §. *Feudum quæſtion.* 46. *Valaſc. dict. quæſtion.* 46. *column.* 2. *late Molina dict. diſputat.* 479. *concluſione* 2. *poſt medium*, ex eo quia pater poterat filijs præiudicare, vel non acceptando, *iuxta leg. Quia autem D. quæ in fraud. credit.* §. *Sed neque inſtitut. de aut. tut.* vnde cum non à ſuperioribus, ſcilicet auis, pro auis, & reliquis, ſed ſolum modo à patre feudum, vel emphiteuſis proueniat, ſatis ab ipſo patre accepiſſe dicuntur, & tanquã profectitia putanda, argumento *d. leg. Sed ſi plures* §. *In arrogato D. de vulgari*, & de iure Communi veriorem agnoſco, *cum ſalyceto ad* §. *Imputari.*

Sed reſoluendum eſt etiam emphiteuſim nouã à patre acceptam non eſſe imputandam filio in legitimam, quia adhuc filius non dicitur illam á patre accipere, ſed à domino concedente *d. leg. Unum ex familia* §. 1. *de legat.* 2. *Bartol. d. leg. Mortis cauſa* 18. *D. de donation. cauſ. mort. & eſt alia communis ſententia, de qua gloſſ. & Angel. Cuman. Paul. in d. leg. Si patroni* 55. *D. ad Trebellian.* quam cõmunem conſequitur *Ordinatio dict.* §. 22. *in ſui generalitate* dum diſponit filium non teneri imputare emphiteuſim à patre acceptam, nec diſtinguit an ſit noua, vel antiqua, & ex noſtris Luſitanis ſolut aduertit *Valaſc. dict. cap.* 13. *num.* 98. licet *immemor d. quæſtion.* 46. *ad finem, Molina d. concluſ.* 2. *col.* 2. *ad medium*, vbi reſoluunt nunquam in ſucceſsione emphiteuſis poſſe cõſiderari contemplationem patris, ex eo, quia emphiteuſis non recenſetur inter bona paterna poſt mortem patris, vt *ipſe Valaſc. reſoluit de iure emphiteutico quæſtion.* 1. *n.* 13. *ad fin. cum Bart. in leg. Item videndum*

§. *fin.*

§. *final. D. Petione hæreditatis Alexand. & alij, in dict. leg. Si patroni,* Vnde cum non consideretur a iure emphiteusim à patre prouenire, minime venit imputanda, etiam si sit noua, quod à fortiori procedit, si, nominatio fiat in testamento, & sucedat fundamentum contrariæ sententiæ supra relatæ. Vnde optime limitat idem *Valascus proxime numer.* 99. ne procedat hæc resolutio, quando ex noua concessione domini constiterit ipsum filio concessisse emphiteusim contemplatione patris, veluti si de hoc constiterit, & expressum sit in concessione à domino, tunc enim cẽsebitur emphiteusis profectitia *ex dict.* §. *In arrogato* ac proinde imputanda erit *d. l. Vt liberis cum similibus Cod. de Collationibus.*

380. Limitabitur tamen prodicta regula, ne procedat, si pater emerit propria pecunia emphiteusim, nã hoc casu tenebitur filius nominatus, qui post mortem patris emphiteusun acquisiuit pretium in legitimam imputare, ita expresse cauetur *dict.* §. 22. *in dict. versicul.* & *não lhe sendo*, vbi continuatiue adijcit (*saluo se fosse comprado, ou acquirido do dinheiro, ou fazenda do pay, ou mãy que o nomeou*) in quo lex Regia sequuta est doctrinam *Bartoli, in l.* 1. §. *Nec Castrense numer.* 6. *D. de Collation. bonorum Bald. cons.* 11. *lib.* 5. *Paul. dict.* §. *Imputari, Petr. de Ubald. de succes. ab intestato quæst.* 6. *Alexand. cons.* 8. *numer.* 6. *lib.* 3. *Afflictis in cap.* 1. §. *Præterea ducatus de prohibita feudi alienat. per Federicum, Valascus de iure Emphiteut. quæstione* 38. *num.* 27. licet de prædicto loco non faciat mentionem, *dict. cap.* 13. *de partitionib. num.* 102. *Gamma decis.* 229. *numer.* 2. *Caldas dict. quæstione* 18. *de Nominat. num.* 26. & *ad* §. *Sed hæc Institut. de inofficioso testamento* 2. *part. numer.* 74. *Castro leg. Cum oportet num.* 99. *Gabriel Pereira decis.* 96. *à num.* 3. *Ægidius leg. Ex hoc iure tom.* 1. *cap. fin. numer.* 65. *Faber. decad.* 41 *error.* 10. *numer.* 3. *Capic. quæstion.* 21 *Calcan. cons.* 74. *num* 15. *Molin. de iustitia dict. disputat.* 474. *versic. quando*, ratio a supradictis assignata est, quia prædicta emphiteusis sic empta dicitur in iure profectitia, & vt talis imputanda venit, *dict.* §. *Imputari*, maxime, quia pater tantum diminuit de patrimonio, quantum pretij dedit pro tali emphiteusi, quod sane inter fratres erat diuidendum, ergo æquitas expostulat, vt filius nominatus, qui præcipuam percipit emphiteusim, in suam legitimam teneatur imputare, vt seruetur æqualitas inter filios, *dict. leg. Vt liberis Cod. Collationibus*, ita omnes proxime citati, in quo bene de more aduertit *Valascus*, suprapositam resolutionem non esse proprie limitationem ad regulam præpositam, quia cum emphiteusis, sit quid particulare, pretium, quod venit imputandum non succedit loco

rei, *iuxta leg. Si & Rem, & pretium* 26. *D. de petitione hæreditatis leg. Imperator*, §. *final. D. legat. secundo leg. Qui vas* §. 1. *D. de furtis Molin. de primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 25. *Gute. ad leg. Unicam Cod. quando non petent num.* 61. *Barbos. in Rubric. D: soluto matrimonio part.* 3. *numer.* 73. *Peregrin. de fideicommiss. articul.* 44. *numer.* 28. & ideo verum est dicere emphiteusim nõ imputari, quia pretium imputatur, tanquam quid deductum de patrimonio patris, & donatum filio nominato, in eius vita, Vel dic emphiteusim imputari, sed tantum per æstimationem, vt patet ex *dicto* §. 22. in verbis supra relatis. Aduerte tamen imputationem faciendam esse, vel respectu pretij, quo empta fuit, vel æstimationis, qua poterat æstimari tempore, quo sibi defertur data filio electione, vt eademmet lex Regia expresse declarauit *dicto* §. 22. *Valascus dicto loco, numer.* 112.

Ampliatur prædicta resolutio dum filium obligat ad pretium conferendum, vt procedat siue pa-
181. ter titulo emptionis, siue permutationis, siue donationis remuneratoriæ, siue dationis in solutum pro debito, vel seruitio, siue alio quocunque titulo oneroso illam acquisiuerit, nam in omnibus prædictis casibus verum est dicere patrem diminuisse proprium patrimonium, emphiteusim acquirendo, vt filio donet, qua diminutione considerata, vt seruetur æqualitas inter fratres, merito debet imputari, vel conferri, deinde quia in omnibus prædicta emphiteusis censetur profectitia â patre, ac per consequens necessario imputanda *dict.* §. *Imputari*, iuncta comuni resolutione Doctorum, de quibus, supra limitatione proxima, *in specie Molin. d. disput.* 479. *vers. quando, & probat Ordinat. dict.* §. 22. (*ibi comprado, ou acquirido*) & ibi (*do dinheiro ou fazenda do pay, ou mãy*) quibus verbis non solum acquisitionem titulo emptionis, sed alio quocunque oneroso comprehendit, notauit in simili *Valascus dict. cap.* 13. *num.* 108.

Ampliatur secundo suprapositа limitatio, vt procedat etiam si
182. pater acquirens renunciet emphiteusim in manibus domini directi, vt nouo renouationis titulo ad filium deueniat, quasi hac cautella velint parentes filios eximere ab imputatione pretij, quo emphyteusis empta fuit, sed frustra, quia cum titulo oneroso ad patrem peruenerit, & ipsius patrimonium diminuisset in ipsa acquirenda, semper erit imputanda, iuxta *dict.* §. *Imputari*, & quæ supra citamus, aduertit in terminis, *Caldas dict. quæstion.* 18. *numer.* 7. *& ad* §. *Sed hæc numer.* 60. *& numer.* 89. Nam cum filius habeat emphiteusim ex capite paternæ acquisitionis, necessario imputanda est, ne detur hac via fraus, & dolus in perniciem

nitiem aliorum filiorum, quia iuris censura filius etiam in hoc casu a patre accipisse dicitur, argumento *leg. 3. §. final. in fine. D. de donat. inter tradit Valascus dict. loco num. 105. Faber de coniectur. lib. 19. cap. 3.* circa quam resolutionem immoratur *Caldas dict. num. 89.* vbi hanc resolutionem late comprobat ex decisione *text. in leg. penultim. Cod. de inofficios. donat. & ex cap. 1. de Vassalo decrepitæ ætatis*, vbi feudum renunciatum, adhuc dicitur paternum, & non nouum, ergo licet pater renunciet emptam, vel acquisitam emphyteusim in manibus domini directi, qui filio renouauit, adhuc filius censetur de manu paterna, & de ipsius patrimonio accipisse, vt teneatur ad imputationem vt per supracitatos, addo *Molin. dict. disput. 479. versicul. item quando in fine.* Potest tamen facilis excogitari cautella respectu patris, si filium intendit exonerare ab imputatione, vt ipsum nominet in testamento ad emphiteusim, declarando ne teneatur ad imputationē pretij, tunc enim voluntas paterna sequenda est, qui prælegando æstimationem emphiteuticam, omnino liberat filium ab imputatione, sed hoc prelegatū pretij deducetur ex tertia defuncti, si liberam habuerit, aliás ātnē semper filius nominatus obligatur ad imputationem, ne detur inæqualitas inter alios fratres, contra *dict. l. Vt liberis, tangit. Valascus supra num. 111.*

Extende tertio supradictam resolutionem ad emphiteusim bonorum Regiæ Coronæ, nam hæc 183.
apud nos debet regulari per regulas ordinarias aliarum emphiteusum dominorum inferiorum, iuxta *Ordinatio lib. 4. titul. 36. §. penult.* ita vt si pater titulo emptionis, vel alio oneroso emphiteusim de bonis Regiæ Coronæ acquirat, postea vero illam in manibus Regis renunciet, vt de nouo conferat filio fruendam in vita patris, tenebitur filius pretium prædictæ emphiteusis imputare in legitimam, nam in hoc casu militant rationes supra factæ, & *regula textus in dict. cap. Vnico de Vassallo decrepitæ ætatis*, vt *resoluit Caldas de nomination. quæstion. 18. num. 7. & numer. 52. Molin. dict. disputat. 479. versicul. idem quando ad finem.* Cui resolutioni non obstat alia *Ordinatio dicto lib. 4. titul. 97. §. 12.* dum expresse decidit contrarium in casu, quo pater possideat panes ciuiles, vulgo, (*tenças, ou Ijuros,*) de manu Regis, nam si possessor remunciet in manibus Principis, vt filio de nouo concedantur, minime tenebitur filius pretium, vel æstimationem taliū reddituum imputare, ex eo, quia princeps concedendo de nouo prædictos panes ciuiles, dicitur vti sua naturali magnificentia, & subintrat regula, *leg. Cum multa Cod. de bonis, quæ liberis*, & ideo bona illa quasi Castrensia repu-

reputantur, at vero in renouatione emphiteusis, cum sit contractus ex vtroque latere obligatorius, & procedens ex rigore iustitiæ iuncta obligatione renouandi, censetur filius non à principe, sed à patre acquirente accipisse, *ita ex Alexand. cons. 7. lib. 7. Iason. l. Quominus, D. de flumin. num.* 144. *Bertrand. cons.* 42. *num.* 8. tradit *Cald. d. quæst.* 18. *num.* 7. *Molin. dict. disput.* 479. *vers. item quando post medium Valasc. d. cap.* 13. *num.* 178. *Castro d. l. Cum oporteat ni.* 184. *Caldas iterum ad dict. §. Sed hac num.* 59. quemadmodum etiam in prædictis bonis, scilicet panibus ciuilibus, id est, *teças, & juros*, si à principio fuerint empti pecunia paterna, debet venire adimputationem, si pater illos renuncier in manu regis, vt filio concedat de nouo, vt optime *scribit Gamma decis.* 29. *num.* 5. *Valasc. supra num.* 179. ex illa ratione quia cum cõsideretur principium, in quo nulla principis liberalitas reperitur, quanuis postea de ipsius licentia in filium transferantur, non debet tantum operari, vt dicatur principis donatio, & in illis verificetur *d. l. Cum multa*, quæ resolutio, non potest non arridere.

Ampliatur quarto prædicta limitatio, vt procedat etiã casu, quo pater emptor emphyteusis fuerit vltima vita, & renouationem à do-
184. mino directo obtinuerit, ita vt filius virtute nominationis in emphiteusim succedat; nam licet filius magis ex renouationis iure, quam virtute emptionis emphiteusim capiat, tamen cum acquisitio paterna fuisset onerosa, ita vt patrimonium diminueret, semper veniet imputandum pretium, quia quando pater emit etiam renouationis ius emisse censetur, ita in terminis resoluit *Caldas de nomin. quæstion.* 18. *num.* 53. *in fine, cum Gamma decis.* 229. *num.* 2. *&* 3. *Valasc. d. cap.* 13. *numer.* 106. licet Senatus nosset Lusitanus aliquando contrarium iudicasset, *vt per Gamma d. decis.* 229. *num.* vlt. contra quam sententiam insurgit, & merito *idem Valasc. d. cap. num.* 109. *& seq.* illum videto. Et hanc resolutionem ex mente Doctorũ, quos modo citamus etiam procedere contendimus, si pater emptor emphiteusis, cum esset vltima vita moriatur, viuente adhuc venditore, qui erat tertia vita; nam cum illa tertia vita non extinguatur, nisi mortuo venditore, quẽ ius tertiæ vitæ metitur, sequitur quod filius succedens in emphiteusim emptam à patre, adhuc succedit in iure tertiæ vitæ, quæ solum morte venditoris extinguitur *Ordin. lib.* 4. *titul.* 38. §. 3. & ideo necessario tenetur pretium imputare, iuxta resoluta hucusque; nam si filius succedendo in iure vitæ distinctæ à patre, tenetur pretium conferre, à fortiori ad imputandum tenebitur, quamdo successit in iure eiusdem vitæ, qua pater emptor potitus est; vnde, si filius renuncier in manibus domini, & postea emphiteusim accipiat

piat de nouo virtute renouationis, adhuc tenebitur in ligitimã imputare, quia semper principiũ, & prima causa fuit emptio onerosa facta per patrẽ, & ideo quãad modum in prædicto casu, quando pater renouat, obtinuit, ita in hoc obtinere debet, & hæc resolutio rectè deducitur, ex mente, & doctrina omnium Doctorũ Regnicolarũ, licet in feliciter in hoc labatur *Barb. Guimaraẽs sis ad Ord. lib. 4. tit. 97. d. c. 12. n. 9. & 12.* vbi se iactat intrepide in hoc casu concludere, filium nõ teneri ad imputationem, quasi renouatio debita sit filio ex alio capite longe diuerso, quam acquisitionis paternæ, nec aliquod aliud coloratum adducit fundamentum, cum contrarium resoluendum sit, tam ex mente *Ordinationis*, quam regnicolarum, quos supra citamus. Et hæc de prima limitatione.

Secunda limitatio principalis ad regulam suprapositam dum habet emphiteusim nõ imputari, expresse habetur in eadem *Ordinatione d.*
185. *§. 22. in illis verbis, ibi (mandamos, que se o pay, ou mãy, tiuer algum emprazamento, que lhe seja feito em pessoas, ou pera elle, & seus filhos, ou pera elle, & sua molher, & hum filho, que de entre ambos nascer, ou o que derradeiro delles nomear, & em sua vida o der em casamento, ou por outro titulo, a cada hum dos seus filhos, & o nomear ao dito prazo, seja obrigado o dito filho ao trazer à collaçã, se quizer herdar com seus irmãos, ou lhe será imputado em seu quinhaõ, a valia, & estimaçaõ do prazo, que valia ao tempo, que lhe foy dado)*, quibus verbis, aperte disponit eadem lex Regia, quod si pater aut mater habeant emphiteusim, vel de pacto, & prouidentia, pro se, & filio nominando, vel liberæ nominationis pro se, & persona nominanda, illamq. tradat in vita filio, vel titulo dotali, vel quocunque alio, tenetur filius prædictam emphiteusim in legitimam imputare, agnoscunt omnes nostri Lusitani vt constat *ex Valasc. de part. cap. 13. nu. 126. Caldas de nominat. quæst. 18. num. 19. & ad §. Sed hæc. Molin. de iustitia disp. 479. versic. item quando; Cald. num. 73. Ægid. d l. Ex hoc iure tom. 1. cap. fin. num. 67.* Cuius rei ea ratio est, quia pater tradendo emphiteusim filio, statim finiendam in vita sua, re vera, diminuit patrimonium suum, quo casu possunt conqueri alij filij de iniustitia. & in æqualitate *leg. Inter filios Cod famil. erciscund.* Deinde, comprobatur *ex text. in l. Vt liberis Cod. de Collat. in fine. ibi (de cuius hæreditate agitur, dos, vel donatio ex substantia eius profecta conferatur,)* & fuit hæc *Ordinatio* deducta ex doctrina *Bartoli in d. §. Nec Castrense num. 4. & ex communi sententia, de qua Iason. in l. Illudi Cod. de Collationibus, num. 4. & in leg. Quoniam nouella Cinos. n. 9. Succin. cons. 91. col. 4. lib. 1. Patis. cons. 56. nu. 17.* Intelligendo *Ordinat.* loqui in casu, quo pater tradidit emphiteusim realiter cum fructibus fruendã

filio suo, ibi *ader*, quod verbum, dare, supponit plenam dominij translationem, *iuxta text. in l. Si rem dari D. de verborum l. vlt. C. cond causa data §. Sic itaque discretis Inst. de Actionibus*, vbi notant omnes, proxime citati, nec hæsitari potest de prædicta doctrina.

Ampliatur prædicta secunda limitatio, vt etiam in casu, quo pater filium possessorem efficiat emphiteusis, ita vt ea fruatur in vita patris absque aliqua nominatione, adhuc filius tenetur illam imputare, quia etiam hoc casu pater diminuit patrimonium suum tradendo emphiteusim filio in vita, & respectu interusurij, seu vsusfructus, quē filius percepit; priuat alios filios sua debita portione, contra *d. l. Inter filios Cod. familiæ erciscundæ, optime Valasc. dict. cap. 13. numer. 127. Cald. d. quæst. 18. num. 25.* & est resolutio certissima, quia *Ordinatio d. loco*, ibi (*em cazamento, ou por outro titolo*, satis comprehendit hunc casum, quo pater à se abdicat propriā emphiteusim, illamq; filio statim fruendam tradit; Nec replicari potest, de predictis verbis *Ordinationis*, ibi *outro titolo*, quasi sit necessarium, vt emphiteusis imputetur, quod ipsa à patre fuerit data ex aliquo titulo, illoque deficiente, debeat cessare imputatio; nam ex prædictis cessat replicatio, quia mens, & intentio *Ordin.* tota posita est in eo, quod seruetur æqualitas inter filios, & ideo quocunque modo pater tradat emphiteusim filio, siue in dotem, siue per donationem, siue per alium quencunq; ſeper debeat imputari, & hæc est vna interpretatio ad prædicta verba.

Ampliatur secundo predicta secunda limitatio videlicet, quod filius teneatur imputare emphiteusim, quā in vita patris obtinuit, vt non solū procedat quādo pater illā tradidit immediate filio, sed etiam quando illam renunciauit in manibus domini directi, vt faceret renouationem filio; nam in hoc casu verum est filium lucrasse prædictā emphyteusim saltem in directe de manibus paternis; nam si pater voluisset retinere, abque dubio prædictos fructus deberet percipere, quæ doctrina satis suadetur *ex d. §. 22.* iuncta consideratione, da qua proxime, & de iure communi videtur confirmari *ex l. penult. vers. ne quod vxor Cod. inoffic. donat.* vbi si vxor donauerit filio communi. quod ex donatione viri accepit, supposito, quod ipsa tenetur donare, censetur donatio prouenire ab ipso patre, vt eleganter expedit *Cald. de nominat. quæst. 14. num. 43. Barb. l. Quæ dotis D. soluto matrimonio num. 22.* Confirmari etiam potest *ex cap. vnico de Vassalo decrepitæ ætatis in fine*, vbi si Vassalus feudum renuncict in manibus domini directi, vt filio concedat, censetur adhuc feudum antiquum, ita vt dominus non possit illum sibi retinere, sed agnatis cōcedere debeat, quasi feudum antiquum,

186. 187. 188.

quum, & paternum, non autem nouum, vt expendit *Cald. de Renouatione q.* 3. *n.* 2. *&* 12. *& q.* 4. *à n.* 11. *& d. n.* 43. & iterum *de Nominatione q.* 18. *n.* 53. Vnde satis confirmata apparet superior resolutio, vt etiamsi pater renunciet in manu domini Emphiteusim, vt filio renouet, adhuc paterna censebitur donatio, ac proinde filius tenebitur imputare. Nec obstabit, quod dominus directus potest sibi prædictam emphiteusim retinere, ac proinde, si filio iterum eam concedat, videtur a domino accipere, argumento *d. l. Vnū ex famil.* §. 1. *D. de legat.* 2. quia supposita renouationis obligatione à cōsuetudine in hoc regno inducta quasi pro lege inuiolabili obseruata, secundum doctrinam *Bartol. in leg.* 1. §. *Permittitur de Aqua quotid. Gamma decis.* 41. *Caldas de renouat. quæst.* 2. *& sequentib. maxime quæst.* 8. *num.* 2. *Doctissime senator Pereira de Crasto decisione* 31. *num.* 4. *insignis præceptor Brito ad cap. Potuit de Locato* §. 1. *num.* 4. *column.* 3. vbi infinitos Doctores refert, & sequitur, semper dominus tenetur renouare, ac proinde filius recipiendo in hoc casu à domino emphiteusim, adhuc censetur à patre accepisse, qui ideo renunciauit, vt filio concederetur, prout bene resoluit *Cald. supra d. num.* 52. *cum seq.*

Limitabitur tamen prædicta *Ordinat. d.* §. 22. dum iubet emphi-
88. teusim, quam filius in vita patris accepit, ne procedat, quando pater in vita sua vsusfructus percepit, etiá si filium irreuocabiliter ad illam nominasset, in terminis *Ordinationi lib.* 4. *tit.* 37. §. 1. Ratio est, quia lex Regia *dict.* §. 22. solummodo iubet imputari emphiteusim, quando filius lucratus est fructus in vita patris, quos pater ipsi donauit, & ex ea donatione, seu traditione patrimonium diminuit in præiudicium aliorum filiorum, inter quos debet seruari æqualitas, vt sæpius dictum est, nam si pater sibi in vita reseruauit, quid percepit filius de bonis paternis, quod teneatur computare? Nominatio enim non consideratur ad effectum imputationis, quia pater ex vi concessionis, & natura emphiteusis, illam facere tenetur, *iuxta l. Vnum ex familia D. de legat.* 2. *ita in terminis Cald. dict quæst.* 18. *num.* 3. *& 4. & num.* 23. *Valasc. d. cap.* 131. *nu.* 133. Vnde merito idem *Caldas num.* 5. quem refert, & sequitur *Molin. disp.* 479. *versic. item quando post medium*, reprobat antiquos Conimbricenses. præceptores, qui existimabant, quod etiamsi pater nō concedat vsusfructus in vitā filio, sed potius eos sibi reseruet, sufficere irreuocabilem nominationem ad effectum, vt ipse filius imputare teneatur, sed falluntur, quia *Ordinatio d.* §. 22. solum respexit ad præiudicium filiorum, & ad diminutionem patrimonij, quam pater ex prædicta traditione experitur. Cum ergo cesset in hoc casu diminutio patrimonij paterni, & in

æqua-

æqualitas inter filios, etiam cessare debet imputatio, argumento *text. in cap. Cum cessante de Appellat.* cum vulgar.

Ampliatur quarto prædicta limitatio, vt procedat etiam si emphiteuta non tradat, vel nominet ad emphiteusim filium, sed tradat, vel nominet in omnibus casibus suprapositis nepotem; nam adhuc ipse filius tenetur in legitimam imputare; Ratio est, quia nepos semper censetur nominatus, vel quocunque modo accipere cōtemplatione patris, vt resoluunt *Alexand. & alij in l. Qui in aliena* §. *Interdum de acquirenda hæreditate*, & ita iudicatum vidisse per Senatores tradit *Valasc. d. cap. 13. num. 110. iuxta Ordinationem expressam lib. 4. titul. 97.* §. 21. & nos insimili circa dotes iā supradiximus, licet de iure communi maxime controuersum sit, vtrū donatio facta nepoti contemplatione sua, an patris facta esse præsumatur, vide supra.

Aduertendum tamen est circa omnes casus suprapositos quibus resoluimus emphiteusim imputari in legitimā, maxime attendendum esse, vtrum sit conferenda ex eo, quod pater illam tradidit cum vsu-
92. fructu in vita, an vero sit conferenda ex eo, quod à patre fuit empta, quando pater illam tradidit post mortem, nam in primo, casu si pater qui tradidit erat prima, vel secunda vita im emphiteusi tenetur filius recipiens, vel ipsam emphiteusim ad collationem fratribus adducere, vel æstimationem, habito respectu ad tempus, quo sibi tradita fuit, vt expressit *Ordinat. d.* §. 22. *ibi (serà obrigado o dito filho ao trazer à Collaçaõ, se quiser herdar com seus irmãos, ou lhe serà imputado em seu quinhaõ a valia, & estimação do prazo, que valia ao tempo que lhe foy dado)* in quo loquitur *Ordinatio* alternatiue, vt vel filius emphiteusim conferat, vel æstimationem persoluat, quæ æstimanda erat attento tempore, quo tradita fuit, & cum filius sit debitor in hac alternatiua ad ipsum pertinet eligere, vel emphiteusim conferre, vel pretium computare, quo poterat emphiteusis æstimari traditionis tempore, argumento *reg. In alternatiuis lib. 6. l. Plærumque 11. §. fin. D. de iure dotium Valascus consultat.* 113. quæ alternatiua filio tantum competit, vt eligere possit, an velit emphiteusim conferre, an vero pretium imputare in legitimam, & si eligat poterit imputare, tenetur illam æstimare solum ad tempus traditionis, vt declarat *Ordinatio d. loco, ibi (ao tempo que lhe foy dado)* vnde si ipsum pretium, vel diminuatur, vel augeatur tempore partitionum, semper est considerandum iuxta tempus traditionis, vt lex Regia expressit, aduertit eleganter *post Valasc. dict. cap. 13. num. 126. Ægid. dict. tom. 1. cap. vlt. num. 67. & 69. Pereira de Castro decis. 97.* quando autem emphiteusis solum post mortem patris ad filium

filiũ peruenit, ex eo quod sit empta tunc erit electio filij circa pretium, vel tempore, quo fuit empta, vel tempore collationis, qnod filio fuerit vtilius *Ægid. d. num. 67.*.

Dubium tamen inter scribentes maxime inter regnicolas nostros controuersum est, vtrũ filius teneatur imputare emphiteusim, quã pater emit, si illam filio relinquat in testamento, seu vltima voluntate? In qua quæstione *Valasc. dict. cap. 13. num. 99. maxime num. 102.* existimat *Ordinationem* etiam procedere in hoc casu, ita vt filius teneatur conferre pretium emphiteusis, quando empta fuit per patrẽ, quod ampliat etiã ad casum, quo constat patrem illã relinquere voluisse titulo prælegati, quasi magis velit tã tum nominare filium simpliciter, nullo emolumẽto sibi relicto, quã illũ in tota emphiteusi meliorare, vt equalitas inter filios seruetur *iux tal. Ex liberis C. de collat.* & ibi respondet *num. 104. ad textum in leg. à patre C. de Collat.* non posse procedere quando emphiteusis empta fuit a patre, quia pretium exiuit de patrimonio ipsius, quod penes patrimonium remãsurum erat, nisi emphiteusis emeretur, quod inæqualitas esset inter filios, vt nominatus totam lucraretur emphiteusim, alij vero nihil, qui intellectus *ad l. à patre* minime substinetur, vt supra in hac materia ostendimus, & in hoc puncto merito contrariam sententiam tenet *Benedictus Ægid. noster etiam Lusitanus satis eruditus, in l. Ex hoc iure tomo 1. cap. final. num. 65. D. de iustitia & iure*, qui expendit contra *Valasc*, ex prædictis sequi, quod si pater emisset quancunque rem, & illam filio prælegasset, semper teneri filium pretium imputare, quia eadem ratio a *Valasc.* considerata circa emphiteusim, versatur circa alia quæcumque, & lucraretur minus filius prælegatum à patre sibi relictum *contra d. l. à patre C. de Collationibus, nec Ordinat. nostra d. §. 22.* dum statuit, vt filius nominatus ad emphiteusim teneatur pretiũ conferre, quando empta fuit per patrẽ procedit in casu, quo pater illam per testamentum relinquit, sed quã do illam filio per contractum tradidit vt constat ex eadem *Ordinatione*, in qua nostrorum contrarietate, dicendum puto, quod si pater tantum in testamento filium nominauit ad emphiteusim, tunc teneatur filius pretiũ imputare, quo casu si intelligatur *Valascus*, verum docet, quia cum pater filium nominare, non autẽ in pretio emphiteusis meliorare velit, dicendum est teneri adimputationẽ, quo casu procedit *Ordinatio d. §. 22.* Si autem constiterit, ex mente patris, quod filio voluit prælegare vltra legitimam, tunc dicendum est verum dicere *Ægidium* vbi supra, nec filius teneatur ad imputationem, nec in hoc casu procedit *Ordin.* sed potius procedit decisio *dicti leg. à patre*, de qua supra.

Deinde

Deinde aduertendum est circa hanc æstimationem, quando pater erat prima, vel secunda vita æstimā
192. dam esse emphiteusim non solum illo pretio, quo in vita patris vendi poterat, sed etiā pro illo, quo per reliquas vitas, donec adimpleatur cōcessio dominica, quod aperte deducitur ex mente *ipsius Ord. d.* §. 22. *ibi* (*a valia, & estimaçaō, que valia*) quibus verbis simpliciter prolatis satis insinuat non habuisse respectum ad pretium tantum, quo in vita patris vendi poterat, sed etiā ad illud, quo per reliquas vitas vendi poterat vsque ad emphiteusim finitam, vt bene aduertit *Valasc. d. cap.* 13. *num.* 128.

Vnde consequenter etiam aduertendum est, quod si pater non sit prima, vel secunda vita in emphiteusi, sed tantum tertia, emphi-
193. teusis æstimari debeat iuxta valorem, quo in vita patris solummodo vendi poterat, vt *eadem Ordin. decidit. d.* §. 22. *versic.* (*& se o pay que lha deu for a derradeira pessoa, trara a collaçaõ o que valia na vida do pay que lho deu*) ex quibus verbis colligitur legem regiam circa æstimādam emphiteusim, nullum habuisse respectum ad ius renouationis, quod noluit considerare ad augendam æstimationem in hac materia imputationis, vt aduertit *Valasc. d. cap.* 13. *num.* 132. & licet mordere intendat hanc decisionem *Ordinationis* antiquæ, quasi tunc temporis renouatio non esset tam practicata, & ideo non fuisset considerata, attento suo tempore, attamen, in posterum cum renouatio adeo sit visitata, vt negari non possit, intendit ipse necessario esse considerādam, sed post *Valasc.* idem, quod disponebat *Ordinat. antiqua lib.* 4. *tit.* 77. §. 32. disposuit *Ordinatio noua lib.* 4. *tit.* 97. §. 22. & ideo semper ex mēte *Ordinationis* resoluendū est, quod si pater sit tertia vita, & tradat emphiteusim, à filio solūmodo, illud inter vsurium, quod filius percepit in vita patris, veniet imputandum, quasi diminuisset paternum patrimonium in illo, quod pater lucrari poterat in vita, ne alij fratres reddātur deterioris conditionis, *nouiter Ægid. d. cap. fin. num.* 69. & 70.

In secundo vero casu, quando imputatur emphiteusis, ex eo, quod empta fuit pecunia paterna, 194
nec in vitæ tradita fuit filio, habet filius electionem, vt imputet pretium, quo empta fuit emphiteusis, vel æstimationem, qua venderetur tempore, quo sibi obuenit, vt habetur *in d.* §. 22. *columna* 2. *ibi* (*o preço porque o prazo foy comprado, ou o que valia ao tempo, que o ouue, qual o filho nomeado mais quizer*) in quo *Ordinat.* illa maxime fauorabilis est filio, quia potest emphiteusis in vita patris, vel augere, vel diminuere circa æstimationē, & ideo potest filius, quod sibi vtilius videbitur eligere, *Ægid. dict. num.* 67. & 68. in quo tamen aduertendum est, quod licet pater non emat emphiteusim pecunia

cunia propria, sed fuerit sibi data in dotem æstimata, filius nominatus ad illam, tenetur pretium qua fuit æstimata conferre fratribus, Ratio est, quia æstimatio facit emptionē *iuxta leg. Quoties Cod. de iure dot. l. Si æstimatis D. soluto matrimonio, l. Plærumque 11. §. Si ante D. de iure dotium Barbos. dict. leg. Si æstimatis à principio, vbi plures refert, Valasc. consultat. 113. à num. 2. Gutt. de Gabellis quæst. 25. à principio, Morla, si certum petatur. quæstion. 20. num. 8. Fachin. 11. controuers. cap. 10. Cald. 4. part. de extinctione cap. 10. num. 29. Lacarte de decima venditionis, cap. 11. à princip. Aiora de partit. 1. part. cap. 3. numer. 12. Alexander Trentacinquius variarum, titul. de iure dotium, resolution. 1. num. 20. Mantica de contract. lib. 12. titul. 28. à n. 15. communis opinio lib. 5. titul. 7. num. 83. Ioannes Baptista Azinius tractat. de executionibus §. 7. cap. 170. Gomez leg. 50. Tauri num. 44. Faber. de error pragmat. decade 8. error. 6. Cuiac. lib. 17. obseru. cap. 1. & lib. 2. responsorum Scæuolæ super l. Cum maritus D. de pact. dotalibus*; nam certum est in hoc casu, idem esse dari patri æstimatam emphiteusim in dotē, ac emi ab ipso, & ideo filius tenetur pretium iuxta dispositionem *Ordinationis* conferre, & idem dicendum erit, si patri sit acquisita quocunque alio titulo oneroso, ita vt in quolibet casu supradicto semper sit electio filij quo tempore æstimetur emphyteusis, *dict. §. 22.*

Vltimo aduertendum est in omnibus supradictis casibus, quibus resoluimus emphyteusim venire imputandam, semel tantum im- 195.
putandam esse, ita vt si filius æstimationem persoluat, nepos eius non teneatur iterum imputare, ita nouiter declarauit, *Ordinatio noua lib. 4. titul. 97. §. 23.* vbi constituit, vt emphiteusis, quæ semel per patrem, aut filium venit ad collationem, amplius non imputetur per successores filios, vel nepotes, in quo *Ordinatio* secuta est iuris communis dispositionem, *per textum in leg. Fideicommissa 11. §. Si quis decem D. de legatis tertio*, vbi quantitas relicta ne per datur semel tantum præstanda est, ne detur præstatio in infinitum, vt notatur *ad leg. Vnicam Cod. de sentent. quæ pro eo, quod interest*, & probatur manifeste ex eo, quia eo ipso, quod pretium semel fuit imputatū, siue per patrem, siue per filium succedentem im emphyteusim, satisfactum est obligationi imputationis, ita vt dicatur extincta obligatio *principiū Institut. quibusmodis tollitur obligatio*, & per consequens, obligatio semel extincta in sequentibus successoribus reuiuiscere non potest *l. Eius qui §. final. D. iure fisci, leg. Qui res, §. Aream D. solutionibus post Tiquel. leg. Si unquam verbo suscepit liberos num. 101. Surdus decis. 114. num. 4. & decis. 266. numer. 5. Gratian. tom. 4. cap. 423. num. 5. Sanches de matrim. lib. 1. disput. 48. num. 3.*

Sicut in simili circa solutionem expensarum, quæ soluendæ sunt à successore maioratus resoluit *Molina de primogenijs lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 14. *Garsia de expensis cap.* 13. *numer.* 44. *sequitur insignis Barbos. l. Diuortio* 8. §. *final. part.* 1. *D. soluto matrimonio num.* 115. *Cabed.* qui loquitur in nōstro casu de pretio, vel melioramentis emphiteusis *part.* 2. *decis.* 111. *num.* 7. vbi solus in nostro Regno hanc sequitur sententiam, licet *Valascus dict. cap.* 13. *numer.* 109. alios referat tacito nomine. Vnde cauendum est ab ipso *Valasco dict. numer.* 109. & à *Caldas quæstion.* 18. *numer.* 23. dum scribunt pretium, quo emphiteusis empta fuit, etiam si à patre imputetur, quando successit in bonis aui emptoris, adhuc tamen esse imputandum à nepote, quando successerit patri, moti ex illa ratione, quia ideo pater succedens post auum in emphiteusi tenetur adimputationem, quia pretium illud exiuit de patrimonio aui, & illud diminuit, sed hæc ratio identica militat in nepote respectu patris, quia si pater non imputaret pretium prædictum, eius patrimonium augmentatum esset, in illa quantitate partienda inter reliquos filios, ac proinde, quemadmodum pater imputare tenebatur, ita similiter nepos. Sed contrarium verius est etiam de iure Cōmuni, vt cum Cabedo, & Doctoribus modo citatis in simili resoluimus, dum considerans primam imputationem fieri ex præcepto legis ad compensandum nocumentum inter filios emptoris, qua compensatione facta, cum filius succedens illud pretium soluat imputando ex debito ciuili, non consideratur patrimonium diminuere, ac proinde cessat obligatio imputandi, in nepote, deinde ne sequatur inconueniens supra consideratum, quod detur infinitas imputationis de vno successore in alium, contra *dict.* §. *qui decem*, & ideo merito *lex nostra Regia d.* §. 23. caute hoc ipsum grossis verbis disposuit....

Potest tamen quæri in hoc casu, de quo agimus, quomodo imputatio pretij, quo emphiteusis empta fuit facienda sit inter filios emptoris ex vna parte, & vxorem ex alia? In quo semper amplectendus ex ordo præscriptus *in Ordinatione Regia lib.* 4. *titul.* 97. §. 24. quæ erat *in antiquis titulo* 77. §. 33. & *sequentib.* vt si maritus incapitatus pro persona in prædicta emphiteusi nominet filium successorem, teneatur ipse filius totum pretium imputare, seu illud ad collationem adducere, ita vt ex eo, medietas præstetur vxori, quæ communicauit pretium insimul cum marito, reliqua vero medietas inter omnes filios diuidetur, seu nominato in totum in legitima imputabitur, quod similiter resoluendum est, si vxor decedat manente marito, vxor vero sit incapitata in emphi-

emphiteusi titulo emptionis quæsita, nam filius nominatus persoluet patri, vel matris marito medietatem pretij, reliquam vero medietatem necessario imputabit, notat *Valasc. de part. cap. 26. num. 16. & num. 18. Molin. disput. 476. num. 1.* In quo tamen aduertendum est, quod *lex Regia dict.* §. 24. decidit alternatiuè, vt prestetur æstimatio emphiteusis, vel pretium, quo empta sit, ibi (*sua molher ferà meeira na valia do prazo, ou no preço, que os bens custarão*) ita vt necessario admittenda sit electio ex parte debitoris, qui semper erit successor in emphiteusi, *iuxta regul. in alternatiuis de regul. iur. lib. 6. l. Plarumque*, 10. §. *final. D. iure dot.* qui quidem debitor eliget, quod sibi vtilius videbitur; vtrum pretium, an æstimationem præstare, vt diuidatur modo supradicto, vt bene aduertit *Valascus dict. cap. 26. nu. 15. in fine.* Vnde si maritus nominet vxorem ad emphiteusim, quam in persona sua habuit incapitatam, vel vxor, è conuerso nominet maritum, taliter nominatus tenetur persoluere medietatem pretij, vel æstimationis hæredibus mariti, vel tenebitur in sua parte imputare, ratio est, quia hæredes mariti habent ius ad totam medietatem bonorum, *iuxta leg. Hæres in omne D. de Acquirenda hæreditate*, cum vulgaribus, ac proinde, etiam ad medietatem pretij habent idem ius, quod supponit *eadem lex regia dict. tit. 97. §. fin. in principio*, dum iubet filios nominatos ad emphiteusim teneri persoluere medietatem pretij, vel æstimationis, ad quam solutionem non obligantur tanquam hæredes, sed tanquam nominati in emphiteusi, si ergo vxor, vel maritus fuerit ab alio nominatus, æqualiter tenebitur medietatem pretij, vel æstimationis persoluere, *scribit Valasc. dict. cap. 26. numer. 19.* Vnde aduerte quod vt hæc diuisio introducatur, necessario requiritur quod emphiteusis sit acquisita titulo emptionis, nam si fuerit per gratuitam donationem acquisita, nullo modo debetur pretium vxori, supponit *Ordinatio dict. §. 24. ibi comprar., Pinel. leg. 1. part. 2. de bonis maternis num. 71. Valasc. d. cap. 26. num. 21.*

Casus etiã in proposito excogitari potest, in quo aliquando consultus respondebam, quando maritus, & vxor insimul emphiteusim emerunt, postea, mortua vxore, maritus persoluit filijs medietatem pretij, quo empta fuit emphiteusis, retenta sua medietate, post mortem patris succedit filius nominatus, alij fratres contendunt istum nominatum de nouo teneri totum pretium, vel cõferre, vel imputare, quia ipse successit patri in emphiteusi, sed successor in emphiteusi empta tenetur pretiũ imputare, vel ad collationẽ adducere, ergo in hoc casu totum pretium imputandum est. Sed contrarium semper verius 197.

existimaui, quod filius successor emphiteusis solummodo medietatem pretij, vel conferre, vel imputare teneatur, moueor, quia ideo hæc imputatio inducta est à lege ne detur inæqualitas inter filios, vt sæpius repetitum est, sed in hoc casu cessat tota inæqualitas, quia iam medietas per successionem matris adducta est adimputationem, ergo solummodo alia medietas, quæ correspondet paternæ hæreditati, vel imputanda, vel conferenda est. Deinde, quia *Ordinatio dict. lib. 4. titul. 97. §. 23.* constituit, vt pretium emphiteusis semel tantum veniat imputandum, ne detur processus in infinitum, de vno successore ad alium, *contra leg. Fideicommissa 11. §. Qui decem delegat. tertio*, & supradiximus, qui quidem processus daretur, & pretium emphiteusis pluries imputaretur, si post medietatem matris imputatam per patrem, iterum totum pretium imputaretur à filio nominato ab ipso patre, quod per quam absurdum sit, patefit ex supradictis.

Addendum est prædictis omnia, quæ diximus circa imputationem pretij emphiteusis æqualiter procedere, quando non de imputatione pretij, sed de imputatione, & solutione melioramentorum actum fuerit, nam hæc melioramenta semper veniunt conferenda inter fratres, licet emphiteusis sit antiquissima, vt *probatur ex regula leg. Domos 61. D. de legatis primo Valasc. dict. cap. 26. num. 17.* & probat expresse lex Regia *dict. titul. 97. §. 24. versiculo (& bem assim)* quæ erat in antiquis *dict. titul. 77. §. 33.* & numeris sequentibus, latius prosequemur.

Tertia limitatio principalis in hac materia ad regulam positam supra *num. 175.* habet, vt filius teneatur imputare pretium melio- 191
ramentorum, quæ pater, vel mater expendit in ipsa emphiteusi, nam hæc melioramenta cedunt ipsi emphiteusi, augent illius valorem, & ita tenetur successor illa resarcire hæredibus expendentis, *iuxta dict. leg. Domos 61. D. de legatis primo*, ne alias successor locupletetur cum iactura aliena, *regula locupletari cum similibus de regul. iur. lib. 6. glossa leg. Emptor. D de reiuendicat. late Valasc. de iure emphiteut. quæst. 25. à num. 6. & per totam*, vbi infinitos ex antiquioribus, & nouioribus refert, & iterum *de partitionib. cap. 13. num. 114. Caldas dict. §. Sed hac. 2. part. à 77. Menoch. recuper. rem. 15. à num. 502. Caldas de nomin. quæst. 18. à num. 29. Molina de primogen. lib. 1. cap. 26. numer. 14. optime insignis Barbos. leg. Diuortio §. final. part. 1. D. soluto matrimonio à num. 110. & sequent. post communiter scribentes ad cap. 1. §. Si vassalus hic finitur lex Conradi, & in leg. Senatus §. Marcellus D. de legat. primo Clar. §. Feudum quæstione 88. Peregrin. de fideicommissis vbi de communi artic.*

articul. 50. *num.* 39. *& sequent. post Roland. consil.* 28. *Cabed. decis.* 111. *part.* 2. *Molin. de iustitia disput.* 479. *versic. item quando, & disputat.* 463. *versiculo, secunda conclusio, Gamma decisione* 22. *Pinel. Rubrica de rescindenda part.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. *& de iure Regio sic decidit Ordinatio regia d. titul.* 97. §. 22. *ibi (ou posto que não fosse comprado, tiuesse o nomeante, feitas muitas bemfeitorias, & despezas nelle, & ibi, & assim lhe será contado no cazo das benfeitorias o preço que o prazo mais valer per razaõ dellas)* vbi expresse iubet nominatum à patre in emphiteusi, teneri persoluere pretium melioramentorũ cæteris fratribus, idque ex rationibus supra consideratis, ex iuris communis dispositione, quia emphiteuta expendendo, & meliorando rem emphiteuticam, videtur quasi contrahere cum ipso filio, ad quem emphiteusis sic meliorata transit, per nominationem, vt sibi maneat obligatus ad restitutionem prædictorum melioramentorum *dict. l. Domos*; Nec in hoc casu procedit electio, de qua *in dict.* §. *Si vassalus*, sed potius decisio, *l. In fundo D. de Reiuendic. vt scribit insignis Barb. vbi supra num.* 113.

Quæ tamen tertia limitatio primo declaranda est, vt filius nominatus possit eligere, an velit soluere incrementũ valoris emphiteusis,
59. quod superexcreuit, ratione. melioramentorum, vel æstimationem ipsorum, vt declarat *Ordinatio dict.* §. 22. *ibi (& assim lhe será contado no caso das benfeitorias o preço, que o prazo mais valer per resaõ dellas, ao tempo que elle ouuer o prazo ou o que custaraõ as ditas benfeitorias, qual elle mais quizer)* in quo maxime notabilis est *Ordinatio prædicta*, primo dum præstat electionem filio, qui tenetur persoluere, vel imputare melioramenta an velit soluere illud. in quo emphiteusis pretiosior facta est, an vero solũmodo sumptus melioramentorũ, deinde dũ iubet, vt solũ tẽpus restitutionis attendatur; nam in hoc aperte deflectit à iuris ciuilis regulis, quæ dictant faciendam esse maximam differentiam inter bonæ fidei possessorem, qui iure dominij non possidet, & inter emphiteutam, possessorem maioratus, hæredem grauatum, feudatarium, & similes, qui iure dominij possident, ita vt in primo casu bonæ fidei possessor expendẽs circa melioranda rem possessam, habeat actionẽ ad recuperandas expensas, solummodo quatenus res ratione ipsarum meliorationum pretiosior facta est, ita probat *textus in leg. In fundo* 39. *vbi glossa verbo prety D. de reiuendication. notant omnes scribentes ibi, Bartol. nu.* 1. *& 2. Angel. Paul. cons.* 270. *column.* 3. *lib.* 2. *Bart. Immol. Alexand. Iason. in leg. Domos per textum ibi delegat. primo Abb. cap.* 1. *de rest. in integ. numer.* 4. *Felin. cap. Cum causa column. penultim. de reiud. Capissius decisione* 93. *numer.* 9. *Alciat. consilio* 186. *num.* 7.

Roland. cons.28. à num.11. lib.1. Neguz. de pignor. part.5. memb.4. nu.11. Tiraquel. de retract. lib.2. §.7. glos.1. numer.8. & 9. Petra de fideicommiss. quæst.15. numer.271. Valasc. de iure emphit. quæst.25. num.28. Peregrin. de fideicommiss. artic.50. num.70. Garsia de expens. cap.24. nu.1. & 2. insignis Barbos. l. Diuortio §. fin. part.1. à nu. 91. à principio cum sequentibus, Gam. decis.307. num.2. Siluan. cons.49. nu. 75. Hermanopol. in promptuario iuris lib.2. tit.1. cap.1. pag.66. ex illa ratione, quia meliorationes cedunt solo, & de rigore efficiuntur domini soli, *l. Si quis sciens Cod. de reiuend.* sed ne ipse dominus locupletaretur cum iactura aliena, ex æquitate introductum est, vt possessor posset exceptione doli opposita obtinere pretium meliorationum, *l. Adeo §. ex diuerso D. de acquir. rer. dom. §. Ex aduerso Instit. de rerum diuisione l. Paulus D. de exceptione doli Fab. de error. decad.26. errore 9. Donel. de iure Ciuili lib.20. cap.7. §. Postquam, Cuiac. lib. 3. respons. Pauli super d. l. Paulus*, cum igitur æquitas prædicta nitatur in ea causa, sufficit, vt possessor indẽnis efficiatur modo præscripto *in d. l. Infundo*, id est quatenus res pretiosior facta fuerit, ita resoluunt omnes modo citati, *Bart. dict. l. Infundo nu.2. Neguz. Siluan. & Barb. d. num.91.* Ex qua resolutione infertur, quod si melioratio tantum reddat rem pretiosiorem, quantum in ea expensum est, tenebitur dominus rei tantundem possessori restituere, etiamsi dominus rei alleget, se minorem impensam facturum, *iuxta textum in l. Si quis alicui 27. §. penultim. in fine. D. Mandati, Tiraquel. & Barbos. proxime citati.*

Infertur etiam, quod si res minus pretiosor reddatur, quã impensum est, solum illud, in quo res meliorata est, non autem tota impensa restituenda est possessori, verbi gratia, fundus valebat centum, factus est murus, vel ædificium in eo, in quibus, expensa sunt ducenta, postea fundus solummodo vendi potest communi pretio ducentis, possessori solum debentur centum ratione expensarum, quia solum in centum fundus fuit pretiosior factus, & sic de similibus philosophãdum est, quod apud. Vene.os sic practicari testatur *Peregrin. d loco numer.71.* Vnde si per contrarium infundo, qui valebat centum, murus, vel ædificium, vel quid simile efficiatur expensis ducentis, postea fundus vendi potest, quingentis, ita vt pretiosior factus sit vltra valorem expensarum, solummodo soluenda sunt ducenta possessori, & non vltra, quod bene conuincitur ex ratione modo præstita *ad leg. Infundo*, nam cum solummodo intendatur ne possessor versetur in damno, sufficit, vt ei restituatur tantum in hoc casu, quantum expendit, licet dominus rei versetur in lucro, vt optime scribit *Peregrin. d. num. 71. Barb. supra nu. 92.* & est de mente omnium, quos supracitauimus.

An ve-

An vero in secundo membro distinctionis, emphiteuta, maioratus possessor, feudatarius, hæres grauatus per fideicommissum, & similes possidentes iure dominij etiam reuocabilis habeant actionem ad recipiendas expensas, secundum illã æstimationem, qua tempore restitutionis res pretiosior facta fuerit, non solum quãdo æstimatio æquialens, vel minor sit ipsis expensis, sed etiam, quando multo plus valeat, affirmatiuè resoluendum est. probat textus capitalis, qui ita intelligendus *est in l. Domos* 61. *D. de legat.* 1. vbi scribẽtes communiter, *Bart. Paul. Immol. Cuman. vt per Ias. num.* 4. *Neguz. d.* 5. *part. membro* 4. *num.* 16. *Boer. decis.* 44. *num.* 13. *Vincen. de Franc. decis.* 169. *num.* 2. *part.* 1. *Barb. vbi supra num.* 92. *Ruyn. cons.* 14. *num.* 13 *& melius cons.* 117. *col.* 1. *& 2. Roland. lib.* 1. *cons.* 28. *num.* 18. *Gomes l.* 46. *num.* 3. *Valasc. d. nu.* 28. *quæst.* 25. *Menoch.* 15. *recup. n.* 557. *Gam. decis.* 308. *num.* 2. *Gars. d. cap.* 24. *num.* 3. *Pelaes de Maioratibus* 4. *part. quæst.* 32. *num.* 7. *Corneus Alex. & aly plures citati à Valasc. vbi proxime, Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 13. cùm quibus absque dubio communis est, vt testatur *Garsia d. num.* 3. *Cuiac. lib.* 9. *respon. Papiniani ad d. leg. Domos col.* 1. *in fine*, qui textus pro communi sententia bene expendi tam, dum aperte loquitur in hærede grauato, qui iure dominij, pendente conditione, possidet, & iubet, vt omnes expensę soluantur, arbitrio boni viri, æstimatis quantitatibus meliorationũ, ita vt semper valor, & æstimatio expensarum secundum tempus præsens restitutionis sit facienda, & ita conciliandа est *d. l. Domos cum text. in d. l. In fundo*, ratio differentiæ, & decisionis est, quia ille, qui habet dominiũ in aliqua re, licet reuocabile, si quid in ea expenderit, eam voluntatem habuisse videtur, vt propriũ negotium ageret, durante dominio proprio, illo vero finito videtur gessisse negotium illius, ad quẽ res transire debet, argumento *l. Si absente.* 55. *D. de vsufr. l. Qui exceptionem* 40. *§. Si pars de condictione indebiti glos. in dict. l. Domos, Dec. cons.* 518. *num.* 3. *Decian. cons.* 18. *n.* 34. *lib.* 2. *insignis Barb. in d. §. fin. n.* 92. *ad fin.* ita vt durante proprio dominio, dominiũ meliorationum suum sit, finito vero dominio, ille, ad quem res sic meliorata peruenit, tenetur persoluere pretium meliorationum per actionem negotiorum gestorum, & ita semper tenetur soluere id, in quo factus fuit locupletior, at vero in primo casu, de possessore bonæ fidei, solum attenditur ne ipse versetur in damno, nec attenditur ratio lucri, in casu, quo expensæ reddant rem pretiosiorem vltra quantitatem cõsumptam iuxta supradicta. In illo vero, qui possidet iure domini, non solum attenditur, ne versetur in damno, sed etiam, vt lucrum consequatur, ita *Paul. d. cons.* 270. *col. pen. Ruyn cons.* 33. *in fin. lib.* 1.

Roland. cons. 30. *num.* 4. *lib.* 1. *insignis Barb. vbi proxime nu.* 93. *in principio*, & ita, siue melioratio reddat rem pretiosiorem, vltra quantitatē consumptam, siue non, vtroque casu solutio expensarum facieda est, secundum tempus restitutionis, ita communis sententia supra relata.

Verum á prædicta cōmuni sententia recedunt plures, & grauissimi Doctores, *Vincent. de Franc. dec.* 109. *num.* 5. *Gutt. pract. lib.* 4. *quæst.* 68. *num.* 6. *Paul. d. cons.* 270. *col.* 3. *Cagnol. l.* 2. *Cod. Pactis inter empt. nu.* 175. *Marsar. de fideicommiss. part.* 3. *quæst.* 63. *& cons.* 11. *n.* 9. *Curt. iun. cons.* 144. *nu. fin. Hypolit. Riminald. consilio* 411. *volum.* 4. *num.* 51. *& 66. Petra de fideicom. q.* 15. *nu.* 271. *Cepol. cons.* 46. *num.* 41. *& 42. Gabriel. consil.* 68. *num.* 111. *Bursat. cons.* 71. *n.* 23. *lib.* 1. receptam testatur, & sequitur *Peregrin. artic.* 50. *num.* 71. *cum alijs*, quos referunt, & in eam inclinant *Garsia*, nemine relato, *d. cap.* 24. *nu.* 4. *in fine Canalc. dec.* 28. *in addit. nu.* 4. *part.* 1. *Cuiac. sibi contrarius lib.* 18. *obs. c.* 38. *post med.* quæ apud *Petrā*, *& Peregr.* cōmunis est, qui omnes nullam differentiam constituunt, inter bonæ fidei possessorem, qui iure dominij non possidet, & inter alios, qui iure dominij possidet, ita vt *decisio d. l. In fundo*, dum iubet, vt expendenti soluantur sumptus, solummodo quatenus res pretiosior redacta est, quando melioratio expensas non superat, procedat æqualiter in vtrisque, quia eadem ratio 202.

datur, tam in bonæ fidei possessoribus absque iure dominij, quam in emphyteuta, possessore maioratus, & alijs huiuscemodi. Deinde quia *textus in d. l. Domos*, quanuis decidat impensam factam per dominum reuocabilem soluendam esse secūdum valorem temporis restitutionis, quando scilicet impensa æqualis, vel minor sit ipsa melioratione, tamen quando melioratio excedit summam consumptam, nihil decidit, & sic recurrendum est ad *decisionem text. in d. l. Infundo*, quæ opinio in puncto iuris non multū distat à mente Iurisconsulti *in dict. leg. Domos*.

Sed quia prima sententia apud nostram Lusitaniam, & Hispanos recepta est, & pro ea stat authoritas *Bart. & insignis Barbosæ*, & reuera 203
receptior est, vt constat ex supracitatis, maxime *Garsia d. num.* 3. *Val. d. num.* 28. pro qua vltra supradicta expendit *insignis Barbosa num.* 94. *in d. l. Domos secundum libros antiquos* reperiri illa verba, *ibi* (*quantitatibus extantibus examinatis*,) *& in Pandectis Florentinis, habetur, & ædificiorum ætatibus æstimatis*, & emendatiores Codices *Gothofredi*, habent, *ædificiorum ætatibus examinatis*, vt patet ex litera *Gothofredi*, *& ex Antonio Augustino lib.* 3. *emend. cap.* 1. *& ex Cuiacio* 6. *obseruat. cap.* 3. *& lib.* 18. *cap.* 38. post medium, atque ita, ex vnaquaque litera colligitur accipiendā esse nostram sententiam, nam secundum primā literam, iubet æstimari

mari melioramenta existentia, in non solum sumptus, sed etiam si quid amplius melioramentum est persolui iubet, vel si quid minus secundum statum præsentem, & si omissa hac litera recurramus ad secundam, quæ habetur in vulgatis Codicibus; vel in Codice *Gothofred.* semper in nostram inclinat sententiam, quia dum iubet æstimare, vel examinare ætatem ædificiorum, idest statum, & quantitatem, vtrũ noua an vetera, *vt Cuiac. expendit d. cap.* 38. *& Gothofred. litera. H.* aperte significat ex qualitate melioratiõnum considerandum esse in quantum res secundum præsens restitutionis tempus meliorata sit, vt omne lucrum domino reuocabili persoluatur, & ita euincit generalitas *d. l. Domos*, considerat maturo iudicio de more *insignis Barbosa vbi supra num.* 95. vbi scribit *d. l. Domos*, iubere, vt hæc melioramenta arbitrentur per rectum virum, iste, vt fungatur munere suo, debet æqualiter arbitrari, tam in fauorem actoris, quam Rei, argumento *cap.* 1. §. *Si quis autem de reiudicata lib.* 6. ita vt si melioratio rem vltra impẽsam pretiosiorem reddat, totum lucrũ expendenti persolui iubeat, si autẽ melioratio minor sit, illud solum prestabitur, in quo res pretiosior existit, plura similia cõsiderat *Barbosa d. loco num.* 96. in confirmationem communis, quam ipse, & nos etiam sequimur, *adde Rebello* 2. *part. lib.* 7. *quæstion.* 6. *num.* 11. *&* 12. *citat Barb. text.* qui si rectè perpendatur non parum vrget, *in l. Paulus* 29. §. *Domus D. de pignorib.* vbi possessor, qui iure domini possidebat, si euincatur res empta, in qua meliõramenta construxit, potest petere lucrum expensarũ, quatenus res pretiosiõr facta fuerit, ac proinde & si excedat summam consumptam in expensis adhuc petere potest. Qua opinione sic confirmata, retenta non obstant contrariæ fundamenta, nam ad primum negamus identitatem rationis, cum inter possessorem bonæ fidei, & emphiteutam seu alium possessorẽ iure dominij maxima detur differentia, vt patet ex fundamẽtis supra relatis. Ad secundum respondemus *dict. l. Domos*, vtrumque casum decidere, vt aperte euincunt rationes ex ipsius litera, siue vna, siue altera supra factæ, vt aperte demõstrat *insignis Barbosa* cum alijs sup acitatis, & hãc nostrã sententiam aperte infirmat *Ordinatio d.* §. 22. *versicul. & no cazo*, dum prestat electionem filio nominato, vt persoluat melioramenta, vel secundum illud, in quo emphiteusis facta fuerit vtilior, vel quantitatem consumptam in ipsis melioramentis, quasi si vtilitas excedat expensas, filio vtilius sit expensas ipsas persoluere, seu imputare, sicut in alio casu, quando res emphiteutica, minus pretiosa facta est, quam importet quantitas expensarum, vtilius sit filio eligere melioramẽta persoluere, quam quantitatem conferre,

conferre, vel in legitimam imputare; ex quibus manifeſte conuincitur hanc *Ordinat.* in prædicta electione, quā filio nominato ad emphyteuſim concedit, contrariā eſſe diſpoſitioni iuris communis, & receptioris ſententiæ, de qua ſupra, quæ tantum æſtimationem, ſecundum illud in quo res effecta fuerit pretioſior ſoluere cogit. Vnde cum hoc caſu lex Regia ſit exorbitans, à iure communi, non debet extendi ad alios caſus iuxta notata per *inſignem Barboſam leg. Si conſtante de ſoluto matrimonio à numer.* 96. & ita hanc aduertentiam ad prædictam *Ordinationem*, ſequitur idem *inſignis vir in d. §. fin. numer.* 99. vbi bene aduertit *Ordinationem* ſequi opinionem *Fulgoſij in l. Illud n.* 1. *de Collat.* quem legito.

In alio etiā cōtrouerti poteſt deciſio *illius Ordinationis*, dum determinat, vt æſtimatio melioratiōnū
204. fieret ſecundum tempus reſtitutionis, patet ibi (*ao tempo que elle ouuer o prazo*) in quo *Ordinatio* procedit ſecundum regulas iuris communis, *d. l. Domos. ibi* (*reſtituendas quantitatibus exiſtimatis*) vbi omnes notant faciendam eſſe æſtimationem ſecundum tēpus reſtitutionis, *Bart. Bald. Cuman. ibi Paul. d. conſ.* 270. *Roland lib.* 1. *conſ.* 28. *num.* 13. *deciſio Pedamontana Theſauri.* 251. *Molin. d. cap.* 26. *num.* 13. *Valaſc. d. quæſt.* 29. *num.* 28. *Molin. diſp.* 463. *verſic. in poſteriori. Barboſ. d. §. fin. num.* 97. *& ſequent. Peregrin. artic.* 50. *de fideicommiſſ. num.* 72. *Franc. deciſ.* 109. *plures poſt neguzant. d. membro* 4. *num.* 16. *per Valaſc. d. nu.* 28. & denique, eſt receptiſsima ſententia; ſecundū *Menoch. remed.* 15. *recuper. nu.* 557. nam cū hæc reſtitutio ſeparet dominium de vno, ad alium poſſeſſorem, neceſſario tunc temporis facienda eſt æſtimatio melioratiōnum, argumento *cap. Dilecti de emptione, ibi tunc valentem.* Sed adhuc ab hac ſententia recedunt aliqui ſcribentes, *Marſar. in epitome de fideicommiſſ.* 3. *part. quæſt.* 65. *Burſ. conſ.* 11. *num.* 40. *& conſ* 71. *num.* 22. quibus videtur aſſentire *Petra dict.* 205
quæſt. 15. *num.* 271. & multis ab his relatis, *Menoch. de recup. rem.* 15. *à n.* 558. *vſq;* 565. qui late contendūt æſtimationem expenſarum non ſolum ſecundum tempus reſtitutionis, ſed etiam ſecundum tempus, quo factæ fuerunt, faciendam eſſe, primo, *per text. in d. l. Domos*, dum iubet, vt arbitrio boni viri meliorationes æſtimentur, cōſideratis ædificiorum ætatibus, in quo videtur inſinuare non ſolum ſtatum præſentem temporis reſtitutionis, ſed 206.
etiam antiquum temporis, quo factæ ſunt expenſæ attendendū eſſe. Secundo, adducunt *textum in cap.* 1. *§. Si Vaſſallus, hic finitur lex Conradi, in vſibus feudorum*, dum generaliter conſtituit, quod ſi vaſſallus fecerit meliorationes in fundo feudatario, & poſtea ſine filijs decedat, tenebitur dominus perſoluere expenſas, quas conſumpſit in meliorando

rando prædicto fundo, in quo aperte declarat æstimationem non esse faciendam secundum valorem presentem, quo res pretiosior facta est tempore restitutionis, sed solum attendendam esse quantitatem, quæ impensa est tempore melioration-
num, igitur similiter in emphiteusi resoluendum videtur ducto argumento á feudatario ad emphiteutam; Tertio argumentatur *Comensis in dict. l. Domos, de text. in l. Et in totum D. de impens. in rebus dotal. fact.* vbi Paulus Iurisconsultus decidit, quod quãdo mulier persoluerit expensas marito, semper habebitur ratio quantitatis consumptæ, quæ ratio necessario referenda est ad tempus, quo ipsa quãtitas erogata fuit, ergo similiter in emphiteuta resoluendum videtur, facit etiam textus *in l. Sed an vltro §. 1. D. de negotijs gestis; l. Si necessarias in principio, D. de Pignor. actione leg. 3. §. Sufficit D. de contrar. & vtilit. act. tutel.* vbi semper habetur respectus ad expensas factas.

Sed nõ obstãtibus, præcdis prior sententia receptissima est, & semper amplectenda ex resolutis supra, nam cum verius de iure ostendamus, non solum quantitatem expensarum esse soluendam emphiteutæ, sed eriã omne illud, in quo emphiteusis meliorata est, necessario fatendum est hanc æstimationem taxandam esse, secundum tẽpus restitutionis, vt communis deducit *ex d. l. Domos*, expensa, vt supra, & semper sic fuit in praxi obseruatum vt testatur *Valasc. d. num. 28. in fine, Garsia d. cap. 24. numer. 3. Peregrin. d. artic. 50. num. 73.* Nec illa retenta, multũ aduersantur, quæ Doctores contrarię opinionis considerant. Nam ad primum de *leg. Domos satis*, superque satisfactũ est, per ponderationem nostræ cõmunis sententiæ, si enim *litera illa, ædificijs extantibus æstimatis*, retineretur, aperte constabat de æstimatione facienda solummodo in hoc tẽpore præsente restitutionis, si aliam emendatiorem, etiam nos coadiuuat, quia verbum, ætatibus, accipitur pro magnitudine, & amplitudine ædificiorum, vt cum *Cuiac. 18. cap. 38. & 6. cap. 3. obseruationum*, ostensum est, & cum *insigni Barbosa supra num. 94.* quod non ignorauit idem *Menoch. dict. remed. 15. num. 559. & cons. 64. num. 18. lib. 1.* Neq; similiter obstabit, *text. ind. §. Si vasallus*, quia plene satisfacit idẽ *Menoch. post alios d. remedio 15. num. 562.* text. illum solummodo procedere in vassallo meliorante feudum, idque ex speciali regni consuetudine, de qua fit mentio *in Rubrica illius tituli*, quæ consuetudo cum deflectat à regulis iuris communis, extendi non potest ad emphyteusim, nec ad possessores maioratus, nec similes id genus, *vt ex Barb.* cõprobat *Decius cons. 483. nu. 21.* Ad textium *de l. Et in totum D. de impens. in reb. dotal.* respondendum est *cum Peregrin. d. artic. 50. n. 76. & sequent.*

206.

texum

textum illum non agere de impensis vtilibus, de quibus tantum nostra versatur quæstio, sed de impēsis necessarijs, quæ semper sunt deducendæ, & pereunt domino rei, si ipsa res pereat, etiamsi impendēs tempore impensarum sit dominus, vt maritus, emphiteuta, & alij, nā hi si impendant ad rei conseruationem, licet ipsa res pereat, semper deducent illud, quod expenderunt, & ita intelligitur *text. in dict. l. Et in totum*, maxime, quia si has necessarias impensas non feciſſent, rei peremptio eis imputaretur, vt idem met *text. in d. leg. Et in totum probat*, quem intellectum etiam præsentit *Barbos. d. §. fin. nu. 63.* & alia iura vltimo loco citata similiter dicendum est ipsa procedere in expensis necessarijs factis in gratiam domini rei, ne ipsa pereat, quo casu semper dominus tenetur persoluere om ne illud, quod impensum est, cum
207. sint necessariæ, & ipse percipiat fructus ex ipsis rebus, & sic intelliguntur *d. l. Sed an vltro §. 1. D. de negot. gest. & dict. l. necessarias 8. D. de pign. act. & dict. l. 3. §. Sufficit D. de contr. & vtili actione tur, ita Marian. Succin. cons. 26. num. 6. vol. 1. Peregr. d. num. 76.* cum quibus prosequere, quæ desiderantur, ad quæ non aduertit *Valasc. d. cap. 13. num. 115.* dum circa hanc controuersiam remittit lectorem ad scripta per se ipsum *d. quæst. 24. num. 28.* vbi solum modo transit cum communi.

Omittendum obiter non duximus, quod quemadmodum filius nominatus tenetur, vel conferre, vel imputare expēsas factas in em- 208.
phiteusi, ita similiter dominus directus, si emphiteusis, iam finita ad ipsum reuertatur, tenetur ipsa melioramenta persoluere hæredibus emphiteutæ expendentis, *iuxta d. l. Domos deleg. 1. leg. Senatus §. Marcellus eodem titul. cap. 1. §. Si vasſallus hic finitur lex.* Proinde ne ipse dominus locupletetur cum iactura aliena, *contra regul. locupletari de reg. iuris lib. 6 l. Si meum & Titium D. si certum petatur*, post *Alexand. cons. 162. col. 2. Clar. §. Emphiteusis quæst. 45. Valasc. de iure emphit. quæst. 25. num. 6. & de part. cap. 13. numer. 123. Gamma decis. 229. Caldas de nomin. quæstion. 18. num. 30. & ad §. Sed hæc Inſtit. de inoffitioso num. 77. Menoch. recuperand. remed. 15. nu. 502. Pinel. leg. 2. de rescind. 2. part. cap. 3. num. 7. Molin. disp. 463. versiculo 2. conclusio*, licet pretiū, quo emphiteusis empta fuerit, refundere non cogatur, quia siue vtile dominium esset penes emptorem, siue penes venditorem, finito contractu semper ad dominū erat emphiteusis reuersura, proindeq; dominus ex tali reuersione, nihil de nouo, nec alienum consequitur, ac proinde cessat restitutio pretij, quia non locupletatur cum iactura aliena, *vt bene aduertit. Valasc. d. cap. 13. num. 123.*

Aduertendum etiam est necessarium esse, vt filius nominatus ad emphiteusim, teneatur persoluere melio-

melioramenta, hæreditatem paternam adire; nã si abstineat, minime
209. tenebitur illa persoluere, seu conferre, & multo minus imputare, *iuxta leg. penultim. & vltim. D. de Collation. bon.* quod aperte insinuat *Ordinatio noua dict.* §. 22. ibi (*se quiser herdar com seus irmãos*) quæ verba aperte se restringuãt ad casum, quo filius nominatus velit cum fratribus venire ad hæreditatem paternam; vnde, si hæreditatem repudiet, minime obligatur ad solutionem melioramentorum, quia tũc filius venit ad emphyteusim tanquam persona extranea, quæ quidem minime tenetur prædictas expensas persoluere, iuxta proxime dicta, prout optime resoluit *Valascus dict. cap.* 13. *numer.* 122. & 124. *Gabriel Pereira, decis.* 96. *nu.* 1. & 4. Tenebitur tamen pater meliorationes illas in sua tertia computare, ne alias per hanc viam induci valeat aliqua fraus in præiudicium legitimarum filiorum, argumento *leg. Seius, & Augerius* 27. *D. ad leg. Falcid.* vnde, si contingat quod pater nominans filium, qui se abstinuit, vel extraneum, iam suam tertiam habuisset consumptam, vel dotatam, tunc tam filius, quam extraneus tenebuntur refundere pretium meliorationum, iuxta terminos suprapositos, de quo consulendus est, *Valascus dict. loco cap.* 22. si autem pater emisset emphiteusim, licet filius abstineat tenebitur ad pretium si excedat legitimam *iuxta dict. Ordinationem* §. 3. de quo late *Pereira de Castro dict. decis.* 96. *num.* 5. & 6.

Declaranda tamen est hæc nostra tertia limitatio, ne procedat in aliquibus melioratiõnibus modicis, & paruæ cõsiderationis, quia 210.
bac non attenduntur, iuxta illud vulgare de minimis nõ curat prætor, *leg. Scio, iuxta vulgarem allegationem de restit. in integrum*, & ita etiam in simili probat *textus in l. Omnino, D. de impensis in rebus dotalibus*, Constat ex eadem *Ordinat. dict.* §. 22, ibi (*& isto nãoseentenderà em algũas benfeitorias pequenas*) quia modica refectio pertinet etiam ad vsum fructuarium, iuxta textum optimum *in leg. Hactenus ad finem, D. de Vsufruct.* optime *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 27. *à num.* 8. *Pinel. leg.* 1. *de bonis maternis* 2. *part. num.* 72. & in terminis, loquendo de expensis, *Valascus dict. cap.* 13. *num.* 117. & *de iure emphiteut. quæstion.* 25. *num.* 12. & *sequentibus*, *Caldas dict.* §. *Sed hæc à num.* 83. & *dict. quæstion.* 18. *num.* 34. & 40. *post Grammat. decis.* 334. *num.* 4. *Iterum Valasc. cons.* 111. *à numer.* 10. *Caldas de extinctione cap.* 10. *numer.* 50. & *tractat. de emptione, cap.* 27. *à num.* 25. *Molin. disput.* 463. *versiculo illud, Brito ad Rubricam de Locato* 2. *parte* §. 3. *num.* 37. quæ autẽ dicatur modica, vel magna expensa: arbitrio iudicis relinquendum est *glossa verbo, pertinere, in dict. leg. Hactenus*, vbi *Alberic.* & *Angel. gloss. verbo, modicas, in d. leg.*

Omnino vbi Bartol. numer. 3. Rebell. lib. 13. quæstion. 2. numer. 2. Pinel. leg. 1. part. 2. Cod. bon. matern. num. 72. Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 27. num. 6. Garsia de expensis cap. 11. à numer. 16. Curt. iun. cons. 278. à num. 26. Caldas dict. quæstion. 18. num. 47. & dict. §. Sed hæc num. 86. Valascus de iure emphiteut. quæstion. 25. numer. 13. Menoch. casu 215. ad finem, Barbos. leg. Divortio §. final. parte prima numer. 36. Molina disputation. 463. versiculo dubium vero.

Secundo declaranda est nostra prædicta tertia limitatio, ne procedat in illis expensis, quas emphiteuta de iure Communi facere tenetur absque alia conuentione, vt
211. exprimit *Ordinatio dict. §. 22. in fine* ibi (*nem em algũas outras, que o nomeante de necessidade, conforme a dereito sem outra conuenção das partes, nem condição posta no contracto, emphiteutico he obrigado fazer*) circa, quæ verba dubitari potest, quæ nam sint hæc melioramenta, quæ emphiteuta de necessitate iuris facere tenetur absque partium conuentione, hæc enim cum descendant ex necessitate legis, nec veniant à filio imputandæ, nec à domino, si emphiteusis ad illum reuertatur sunt soluēde, sed ad rem. Et videtur, quod illa sint hæc, refectio domus, putei, & fossarum reparatio, vias reficere, vel similia, tam ad sui vtilitatem, quam etiam fructuum colligendorum causa;

Nec has omnes expensas emphiteuta de suo facere tenetur, vel similes, ad quas forsan ex lege consuetudinaria, vel statuto particulari obligatur, vt optime prosequitur *Valascus de iure emphiteutico, quæstione 26. numer. 4. & 5. Rebell. supra numer. 7.* vbi cum *Pinel. in l. 1. Cod. de bon. matern. part. 2. num. 70. & cum Paulo Castrensi*, quem refert latius prosequitur, & cōfirmatur ex traditis per *Cuman. consilio 75. ad finem*, quem refert ad intentum *Barbos. dict. numer. 36.* & corroboratur ex eo, quia natura contractus emphiteutici ea est, vt emphiteuta reddat rem meliorem, vt probatur *ex Authent. qui rem C. de sacrosanct. eccles. & leg. final, Cod. de iure emphiteut. cap. potuit de Locato*, vnde qui deteriorem reddit emphyteusim incidit in commissum, *iuxta iura modo citata*, quasi efficiatur indignus; vnde merito Doctores resoluunt emphyteusim diriuari à verbo emponemata Græco, id est, meliorationes, quasi sit contractus melioratiōnis, *glossa in Authentica de non alien. §. Scire autem Collatione secunda, verbo melioration-num. glossa in §. Adeo Institut. locati Alexand. consil. 117. numer. 12. lib. 4. Valascus de iure emphiteutico quæstione 2. numer. 2. Fulgos. cons. 9. ad finem, Cremens. leg. 2. Cod. de rescindend. num. 35. insignis præceptor Brito ad cap. Potuit in principio num. 1. Caldas dict. quæstion. 18. numer. 39. & dict. §. Sed hæc num. 82.* cum

212.

quo

quo prosequere alia exempla modicarum expensarum ibi *à num.* 84. *& ad dict. quæst.* 18. *num.* 41. *& sequentibus, ita Gamma decis.* 22. *Pinel. dict. cap.* 3. *num.* 9. *Molin. disput.* 463. *versic. illud.*

Pro complemento huius nostræ limitationis, hic subijcere curauimus quæstionem frequentem in materia, vtrũ meliorationes, quas emphiteuta ex lege conuentionis facere tenetur, veniant à filio imputandæ, in legitimam, vel à domino soluendæ, si ad ipsum emphiteusis deuoluatur? in qua quæstione, cõmunis, & vera resolutio est, quod si in instrumento emphiteutico sit expressum, vt emphiteuta teneatur talia melioramenta facere, & finita emphiteusi ipsa ad dominum pertineat, nullo modo solu-
212. endæ sunt a domino, sed libera domino cedent, *vt tenet Iason. in leg.* 2. *Cod. iure emphiteuticõ num.* 18. quia huiusmodi pactum, & obligatio subit partem pensionis, argumento *textus in leg. Fundi partem D. de contrahend. empt. facit leg.* 24. *titul.* 8. *part.* 5. Nec habere cõtradictorem testatur *Valascus de iure emphiteut. quæstione* 25. *num.* 18. *Gamma decis.* 333. *numer.* 3. *Molina disputat.* 63. *num.* 1. *Brito ad Rubricã de Locato* 2. *parte* §. 3. *numer.* 36. qui omnes fatentur originalem authorem huius sententiæ fuisse *Bartolum in leg. Iubemus,* §. *Sane o secundo num.* 1. *Cod. sacrosanct. eccles.* & in praxi seruatur, quia conuentiones ad vnguem obseruandæ sunt, mxime in hac materia emphiteutica, in qua specialiter conuenta iubentur obseruari, *leg.* 2. *Cod. de iure emphiteutico;* Si autem ad filium perueniat emphiteusis sic meliorata, distinguendum est inter casum quo expensæ factæ ex lege conuẽtionis sint cõsiderabiles, & magnæ, an vero modicæ, & parui valoris, ita vt primo casu teneatur filius imputare, in secundo non, vt deducitur ex prædicta *Ordinatione dict. titul.* 97. §. 22. *ad finem,* & ex Doctoribus supracitatis maxime *Brito dict. num.* 36. *ad finem.*

Vertitur tamen controuersia inter Doctores, in eo casu, quando inter dominum, & emphiteutam cõ- 213.
uentum fuerit, vt res meliorata libere reuertatur ad dominum, vtrũ pretium melioramentorum soluẽdum sit emphiteutæ? affirmant aliqui, quia nõ ita interpretanda sunt verba illa generalia. vt emphiteuta amittat æstimationem melioratiõnum, sed non potest illa tollere, quia in dubio id præsumitur, vt probat *Iason. leg.* 2. *Cod. iure emphitent. num.* 33. & omnis interpretatio sumenda est, per quam euertatur donatio *iuxta leg. Campanus D. operat. lib. leg. Cum de indebito. D. de probat. Menoch. casu* 88. *& lib.* 3. *præsumption.* 31. *Mascardus conclus.* 555. *Mantica de contr. lib.* 13. *titul.* 9. *Mendoça de pact. lib.* 1. *cap.* 4. *à nu.* 48. *Cuiac. lib.* 21. *obseru. cap.* 26. *Barbos. Quis edendis de solut. matr. n.* 17.

Faber. de coniect. lib. 18. *c.* 20. *Peregr. tom.* 1. *conſ.* 67. *num.* 3. *& conſ.* 81. *à numer.* 23. & pro hac parte vidiſſe iudicatum aliquando teſtatur *Valaſc. dict. quæſtion.* 5. *numer.* 19. *ad finem.* quæ ſententia ſequenda eſt ex his, .quæ tradit ipſe *dict. numer.* 19. quando ſolummodo in conuentione, dictum fuerit, quod finita emphiteuſi, res libere ad dominium reuertatur, ſequitur *Molina diſput at.* 463. *num.* 1. *poſt medium, Rebello lib.* 13. *quæſt,* 2. *Brito d. num.* 36. Si autem adiectum fuerit, quod res cum melioramentis ſuis, libere finita emphiteuſi ad dominum reuertatur, contraria ſententia, quod dominus illa perſoluere minime teneatur verior apparet, ex ipſis verbis conuentionis, quæ aliter verificari nequeunt, & ideo libera melioramēta domino cōceduntur, ita *ex doctrina Bart. ad l. Iubemus* §. *Sanea* 2. *Cod. de ſacroſanct. nu.* 1. *tradit Aſſlict. in cap.* 1. §. *Si vaſſallus hic finitur lex Conradi num.* 12. *Pinel. l.* 2. *Cod. de Reſcindend. part.* 2. *num.* 2. *Menoch. recuper. remed.* 15. *numer.* 502. *Valaſc. dict. num.* 19. *Cald. dict. quæſt.* 18. *num.* 51. *& dict.* §. *Sed hæc* 2. *part. num.* 88. *Molin. dict. diſput at.* 463. *numer.* 1. poſt medium in quo ſenſu accipiendæ ſunt ſententiæ relatæ á *Valaſc. dict. numer.* 19. *in fine Gamma dict. deciſ.* 333. *numer.* 4. *Rebello d. quæſt.* 2. *num.* 3. *Brito dict. num.* 136.

Quæ omnia hucuſque reſoluta rectè procedunt in emphiteuſi nominationis, & in alia, quæ dicitur de pacto, & prouidentia, in emphiteuti autem perpetua quales ſunt à cōmuniter accidentibus, illæ, quæ à regibus antiquitus fuere conceſſæ, & ſimilia, vulgo, (Regengos) regula firmanda eſt affimatiua, quod ſemper, & in omni caſu veniunt imputandæ in legitimā, licet enim ſcriptura emphiteutica non appareat, in his tamen Rex, vel donatarij coronæ habent intentionem ab antiquo fundatam recipiendo certam pēſionem à cultoribus terrarum, & vnuſquiſque locus, ſeu pagus, habet particularem librum cenſualem, vulgo, foral, in quo omnia bona ſcripta reperiuntur, quę ad coronam Regiam ſpectant, & inſimul particulares penſiones, quæ ex illis Regi, vel Donatariis ſoluuntur ſunt deſcriptæ quod mādato inuictiſsimi Regis Emmanuelis Factum legimus; hæc enim bona, licet vulgato ſermone emphiteuſis nominentur, tamen magis bonorum allodialium naturā imitantur, *iuxta textum in leg. Fundi patrimoniales, & in leg. Poſſeſſores, & in leg. vltim. Cod. de fund. patrimon. lib.* 10. *optime Valaſcus de iure emphiteutico quæſtione* 3. *num.* 1. *Caſtillo de Uſufruct. cap.* 75. *numer.* 28. quæ diuiduntur in partes diſtinctas, & ſeparatas, ſicut allodialia, penſio augeri non poteſt, communicantur inter virum, & vxorem inter filios pro æqualibus portionibus diuiduntur, diuiſa etiam inter ſe

ter se pensione pro rata, & parentes ex illis suam tertiam deducunt, libereque de huiusmodi bonis disponunt absque vllo metu cõmissi, solummodo enim obligantur familiæ inter se, vnum, vel quotannis, vel detriennio in trienniũ eligere, qui diuisas partes pensionum à singulis de familia exigat, vt integram domino soluat, dominus enim non tenetur à singulis diuisam pensionem colligere, sed tantum ab illo collectore electo integram postulare, qui vulgo dicitur, Cabeceiro, iste tamen suo anno, vel triennio finito alium de eadem familia ad illud onus pro turno coram iudice éligit, sic vicissim hoc onus subire coguntur, in quo videntur hæc bona adhuc naturã perpetuæ emphiteusis retinere, quæ saltem per æstimationẽ inter omnes filios, & hæredes diuiditur electo vno qui tanquam caput familiæ dicatur, *iuxta Ord. lib. 4. tit. 96.* §. 23. & seruatur fere in toto regno, vbi huiusmodi bona reperiuntur, in quo semper attendenda est regionis cõsuetudo, vtrũ sit hæc, vel illa, prout in terminis rectè aduertit *Caldas de nomini quæstion. 22. numer.* 1.

Vnde aduerte, quod licet *Val. cons.* 53. *tom.* 1. *nu.* 3. dicat se vidisse iudicatum etiam in his bonis, de
16. quibus loquimur, scilicet, Regengos, faciendam esse incapitationẽ secundum formam *Ordin. d.* §. 23. ita vt vnus ex hæredibus tota bona percipiat soluendo æstimationem alijs suarum portionum, & iste sic incapitatus soluat totam pensionem domino, tamen ego semper vidi practicari in prouincia interamnensi, & transmontana, vbi plura bona huius naturæ reperiuntur, vt filij, & hæredes illa diuidant libere, sine aliqua contradictione, vel de iure, vel de facto, idque generali consuetudine obseruatur, & solum cohæredes, & omnes de familia, qui bona possident, vnum cogunt, vel singulis annis, vel de trienio in triennium, vt minutas partes pensionis à singulis re colligat, vt domino integrã persoluat, ne alias dominus directus cogatur adeo minutas colligere pensiones a singulis, & plus in commodi, quã vtilitatis exinde resultare posset, vt in simili considerat Iureconsultus *in leg. Plane* 3. *D. famil. erciſc. leg.* 3. *D. de alim. & cibar*, ac proinde in hoc, quod detur unus qui totam pensionem domino restituat, adhuc videtur haberi respectus ad dispositionem *Ordinat. dict.* §. 23. in reliquis vero, bonorum patrimonialium naturam sequũtur, vt quotidie obseruatur, & ideo merito tanquam bona libera, & alienabilia imputantur, *dict. leg. Omnimodo*, §. *Imputari Cod. inofficioso*, Nec *Ordinationis* dispositio in illis obseruatur ex inueterata consuetudine illarum regionum, quæ legẽ regiam vincere posse negandum non est, ex vulgari *l. De quibus, D. de*

legib. cap. fin. de Consuetud. vbi post Rochum Fernandes de Otero, select. c. 1. Soares de legibus lib. 7. cap. 8. & sequētibus, Mascard. conclusione 423. Valasc. cons. 162. à nu. 9. Sayrus in claui regia lib. 3. cap. 11. num. 4. Sanches lib. 7. de matr. disp. 80. num. 1.

Sunt etiā plures alij emphiteutici contractus ex bonis regalibus in perpetuum concessi, pro se, & quibuscunque hæredibus, *iuxta formam Ordin. dict. §. 23. &* 24. vbi fit mentio, de illis, qui concedunt pro hæredibus, & de illis, qui pro filijs, 216. & descendētibus, ita vt, qui pro hæredibus, sit hæreditaria, alia vero non, *Cald. d. quæst. 22. num. 21. & per totum, & quæst. 23.* Itaque quādo emphiteusis concessa est in perpetuum, pro se, & hæredibus fit incapitatio in vno quādo plures existunt, in quem omnes, vel maior pars consentit, iste vero sic electus soluit reliquis partes suas hæreditarias, iuxta æstimationem emphiteusis *d. §. 23.* Vnde non potest in dubium reuocari, quod hæc emphiteusis, cum saltem per æstimationem diuidatur, debeat in legitimam filiorum imputari, *iuxta d. §. Imputari*, vbi in terminis sic resoluit *Baldus*, quem *sequitur Caldas de nominat. quæst. 20. num. 18. Valascus d. cap. 13. num. 135. idem Bartol. l. 1. §. Nec Castrense de Collat. bon. num. 4. Iason. l. pen. C. de Collationibus, Ripa l. In quartam n. 177. Val. de iure emphit. q. 46. Ægid. l. Ex hoc iure tom. 1. cap. fin. n. 64.* qui neminem citat.

Controuertunt tamen Doctores nostri an dispositio illius *Ordinationis*, procedat secundum iuris ciuilis censuram, vel illi sit contraria, dum iubet, vt emphiteusis nō 21
in partes distinctas, sed per æstimationem diuidatur, in quo dubio cō munis Doctorum sententia tenet de iure Ciuili, emphiteusim esse diuiduā per partes, sic probant omnes *per textum in leg. Item prædia 13. D. familiæ ercisc.* dū constituit prædia emphiteutica venire ad iudiciū diuisorium, sicut cætera bona, *inl. Item videndum §. fin. D. de pet. hæred. tradit originaliter Bartol. ind. §. fin. Bald. in d. l. Item prædia, Succin. iunior in repet. l. Qui Romæ §. Duo fratres D. de verb. Iason. l. fin. Cod. iure emphit. nu. 114. Galleaula in l. Gallus, §. Quidam recte, de lib. & posthum. vbi Rubeus num. 14. Ripa d. l. qui Romæ nu. 86. Valasc. de iure emphit. quæst. 88. num. 12. & cons. 53. à principio, & de partitionibus cap. 25. à principio, & à num. 1. Molin. de iustitia disp. 460. à principio, Cabedo 1. part. decis. 107. Caldas de extinction. emphit. cap. 8. nu. 14. & de nominatione quæst 24.* vbi plures alios citat, qui omnes respō dent *ad text. in l. Communi diuidundo 7. D. comun diuid.* dum Vlpianus ibi prohibet diuisionem per partes, vt procedat solūmodo in fundo vectigali, in quo aliud constituere Iureconsulti; nam similiter feuda per regiones diuiduntur inter hæredes, *iuxta textum in cap. 1. §. Præterea ducatus, de prohibita feudi alienat.*

alienat. per Feder. notat Camillus Borrel. in summa decis. titul. 40. *à principio*, dummodo non habeant dignitatem annexam, *d.* §. *Præterea. Borrel. titul.* 34. *n.* 231. *Cald. d. cap.* 8. *n.* 8. cum ergo frequentissimum sit argumentum in iure de feudo ad emphyteusim, vel è contra, quemadmodum feuda diuidi possunt, ita similiter emphiteusis, vt communis omniũ, quos supra citauimus contendit; vndè concludunt *Ordinationem* prædictam esse contrariam iuris communis dispositioni.

Sed à prædicta receptissima sententia merito recedit *Cald. de extinction. cap.* 8. *num.* 17. probans secun-
105. dum iuris communis censuram emphyteusim per partes diuidi non posse, sed solum per æstimationem, vt disponit *Ordinatio d.* §. 23. quæ in hoc cõformatur cũ dispositione iuris Ciuilis. Primo hæc sententia confirmatur *ex d.l. Communi* 7. *D. com. diuid.* vbi Iureconsultus non patitur, vt fundus vectigalis in partes diuidatur, sed solum per æstimationem, ne alias sequatur inconueniens, vt dominus cogatur suas pẽsiones diuisas, & minutas recipere *contra reg. d.l.* 3. *D. fam. erciſc. l. Tutor* §. *Lucius D. de vsuris*, nec responsio communis admittenda est, dũ specialitatem quo ad hoc considerat in fundo vectigali, vt patet *ex d. leg. Item prædia* ibi (*item prædia, quæ nostri patrimonij sunt, sed & vectigalia, vel superficiaria*) probat ergo Vlpianus. prædia vectigalia, sicut emphiteutica æqualiter venire ad iudicium; Vnde communis apertè confunditur, nec etiã admittenda est cogitatio *Gabed. d. decis.* 107. *nu. fin.* du tentat Vlpianum *in d. l. Cõmuni* 7. *D. communi diuidundo*, non importare decisionem, sed solum consilium, quod obligationem nõ inducit, *iuxta leg. Cum pater* §. *Rogo D. legatis* 2. *& notata ad l. Titio centũ in principio D. de cond. & demonstr. cap. Cum olim. de arbitr. Costa* §. *Si arbitratu lim.* 11. *num.* 4. *Pelaes de maior.* 1. *part. quæst.* 50. *num.* 5. *Gonçal. reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 46. & 47. *Sanches lib.* 1. *de matrimonio disp.* 34. *num.* 24. quod consilium sequuti sunt legislatores nostri *d.* §. 23. quia reijcitur ex tenore responsi Iureconsulti, dũ ipse decisiue constituit prædia vectigalia diuidi non posse per regiones, ne sequatur pensionis cõfusio; vnde hanc sententiam quod de iure Communi diuidi nõ possit emphiteusis per regiones, defendit *Caldas num.* 17. quæ opinio iam fuit demente *Accursij in d. l. Communi, verbo, confunderetur, Alexand. cons.* 7. *num.* 6. *lib.* 5. *& secutus est præceptor insignis Veiga ad titulum de verborum nu.* 155. & est verissima sententia, quæ confirmatur ex eo, quia quotiescunque aliqua res commode per partes diuidi non potest inter hæredes, vni assignatur, reliquis vero soluitur sua portio in pecunia, *vt probatur ex l.* 3. *D. finium regund.* §. *Si familia Instit. de officio iud. post Decium Consilio* 449. *nu.* 3. *Afflictis, in d.* §.

in d.§. Præterea nu. 15. *Molin. lib.* 1. *de primog. cap.* 11. *n.* 29. Nec contra hanc resolutionem obstat *d.l. Item prædia*, quia si recte aduertas, text. ille non decidit prædia vectigalia, seu emphiteuticaria diuidi per partes, & regiones distinctas, sed tantū venire in iudicium familiæ erciscūdæ, ac proinde interpretādus est, vt veniant prædia diuidenda per æstimationē, vt probat Vlpianus *in d.l. Communi* 7. *D. Communi diuidundo*, vnde dum *Ordinat. dict.* §. 23. iubet vt emphiteusis adiudicetur vniqui alijs portiones per estimationē persoluat, sequuta est sentētiā *Accursij, & sensum d.l. Communi, Alexand. & alios quos supra citauimus.*

Obiter tamen aduertēdum duximus, quod licet *l. Regia d. loco* determinet hæreditariam, seu perpetuam emphiteusim, esse incapitandam in vno ex hæredibus, & ita seruetur in pluribus regionibus, tamē in regione interamnensi, & transmontana de consuetudine minime
219. obseruatur talis incapitatio, nec diuisio per æstimationem, sed potius filij successores, & hæredes libere emphiteusim diuidunt per partes distinctas, & separatas inter se, & in hoc solūmodo conueniunt, quod quotānis, vel de triēnio in triēniū eligatur vnus collector pēsionum, qui ab alijs cohæredibus minutas recipit, & domino integram persoluit, In quo attende semper ad consuetudinem, ne fallaris, quia se mota consuetudine legitimè præscripta, & obseruata, semper erit obseruanda dispositio Iuris Communis, de qua supra, & *Ordinationis d.* §. 23. & de simili cōsuetudine vide *Gamma decis.* 78. *Caldas dict.* 4. *part. cap.* 8. *num.* 18. *Rebello de obligat. iust. part.* 2. *lib.* 13. *quæst.* 7. *in fine.* Vnde cum consuetudinis prætextu bona illa emphiteutica redacta sint ad naturam bonorū allodialium, semper erunt imputanda, *iuxta d.l. Omnimodo* §. *Imputari C. inofficioso, vbi notat Bald. & sequitur Caldas de Nominat. quæst.* 22. *num.* 18. *Bart. dict.* §. *Nec Castrense num.* 4. *Valasc. de iure emphiteut. quæst.* 46. *colum.* 2. & supra resoluimus. Quæ circa emphiteuses dicta sint satis.

Subsequenter etiam de imputatione feudorum agere cogimur, licet in nostra Lusitania, imò in tota Hispania non sint in vsu, attamen vt nihil intactatum relinquamus, breuiter reassumendo Doctorum scripta sic distinguēdum credimus, vel feudum est hæreditariū, vel est de pacto, & prouidentia, vel est mixtum, quale autem dicatur hæreditarium, & quale de pacto, & prouidentia vide præter, *Feudistas Clar.* §. *Feudum quæst.* 9. *Fachin. lib.* 7. *controuers. cap.* 3. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 23. *titul.* 3. *à numer.* 29. *Valasc. de iure emphiteut. quæst.* 50. *n.* 4. *Castilh. tom.* 3. *contr. cap.* 19. *numer.* 224. *Robles de repræsentat. lib.* 3. *cap.* 18. *à principio, Peregrin. tom.* 1. *consil.* 2. *à num.* 9. *& consil.* 8. *nu.* 25. ita vt quando feudum fuerit hæreditariū

sit filio

semper, & indistincte imputãdum sit filio in legitumam, siue sit nouũ, siue antiquum, Ratio illa est, quia vt filius feudum hæreditarium capere possit necessario debet patris hæreditatem adire, quia requiritur qualitas hæredis, vt resoluunt communiter Doctoris *ad l. Omnimodo.* §. *Imputari C. inofficioso testamento maxime, Bald. & Salycet, Cuman. ad l. Si patroni D. ad Trebellian. Ruin. d. l. In quartam D. ad legem Falcidiam n.* 24. *& ibi Ripa num.* 177. *Cæsar. num.* 488. *Fabian. in Authent. nouissima Cod. in officioso num.* 134. *Corras. ad l. Filium quem habentem Cod. de famil. erciſc. num.* 94. *Iason. in l. Quoniam nouella num.* 9. *Cod. in officioso Crassus,* §. *Legitima quæst.* 21. *num.* 3. *Roland. cons.* 67. *num,* 24. *lib.* 2. *Clar.* §. *Feudum quæst.* 46. *Valasc. de iure emphit. quæst.* 46. *Peregrin. de fideicom. artic.* 36. *num.* 54. *Mangil. de imputatione quæst.* 36. *à num.* 40. *Menchac. successs.* §. 30. *à num.* 234. *Fachin. lib.* 4. *controu. cap.* 23. *Marta de succeſſ. legit. part.* 1. *quæst.* 25. *articulo vlt. num.* 26. Nam cum feudum hoc iure hæreditario capiatur semper censetur profectitium, ac proinde imputandum *d.* §. *Imputari,* maxime quia accepta iure hæreditario in quartã imputanda sunt *l. In quartam, D. ad l. Falcidiam, leg. Quoniam nouella C. inofficioso testamento.* Vltimo, quia feudum illud hæreditarium, si pater agnoscere nollet filio nõ acquireretur, *iuxta leg. Quia autem.* §. 1. *D. quæ in fraudem cred.* §. *Sed neque inst. de authorit. tut.* ergo cum pater illud acquisiuisset, iam censetur proficisci ab eius patrimonio, ac proinde regulari debet sicut quæcunq; alia bona paterna, quæ in legitimã imputantur.

In secundo vero casu, quando feudum fuerit de pacto, & prouidẽtia, scilicet pro se, & liberis, tunc facienda est maxima differentia inter feudum nouum, & antiquum; nam feudum etiam de pacto, & prouidentia nouum imputãdum, sicut cætera bona, tenẽt *Gulielm. de Cunes. Bald. Salyc. n.* 2. *and.* §. *Imputari Alex. in d. l. Si patroni num.* 5. & 6. *& cons.* 29. *num.* 4. *lib.* 5. *Curt. Iunior de feudis part.* 4. *quæſt. penult. in prima regula, Ripa dict. l. In quartam num.* 179. *Valasc. & Clar. dict. quæst.* 46. *num.* 2. *Menchac. d.* §. 30. *n.* 235. *Craß.* §. *legitima quæst.* 21. *num.* 3. & *vlt. Sud. decis.* 235. *num.* 3. *Cæsar supra numer.* 461. *Vincent. de Franquis decis.* 369. *Marta de succeſſione legali quæst.* 25. *artic. vltim. nu.* 26. *Mang. d. quæst.* 36. *num.* 21. & *quæ Cald. part. cap.* 20. *num.* 1. qui omnes mouentur cum *Bart. in l.* 1. § *Nec Castrense num.* 6. *D. de Collat. bon. Cæsar d. l. In quartam num.* 351. *Marta de succeſſ. leg. 1. part. cap.* 25. *artic. vltim. num.* 27. quod pater acquisiuit præd. dictũ feudum, vt pater, & ita illud vendere, & alienare in præiuditiũ liberorum poterit late *Cald. d. cap.* 20. *num.* 19. *Surd. d. decis.* 235. *nu.* 3. vbi plures ex feudistis citat, quia illud, quod liberis obuenit ex acquisitione

221

quisitione paterna, profectitium cē
setur, argumento *l. Sed si plures §. In*
arrogato de Vulgari, vnde per conse-
quens necessarium in illo habet lo-
cum regula, *d.l. Omnimodo §. Impu-*
tari Cod. inofficioso, vt in terminis te-
net *Cagnolus in d.l. In quartam num.*
316. *Nicolaus Intringuiolus de feudis*
quæst. 51, *num.* 135. quem refert, &
sequitur, *Mangil. supra num.* 28. &
à num. 51. & reliqui omnes supraci-
tati, *Pinel. leg.* 1. *Cod. bonis maternis*
part. 3. *numer.* 98. *Gosadin. cons.* 25.
num. 19.

In Contrariū tamen facit, quod legitima debet deduci de bonis paternis, vt probatur *ex l. Scimus §. Re-*
222. *pletionem C. inofficioso testamento*; Sed feudum non computatur inter bona paterna, quia pater non potest disponere circa feudi successionē, eius enim dispositio tota pendet à domini concessione, qui eo ipso quod feudum patri concedit pro se, & filijs, statim filijs prouidere intendit, vt probatur *ex text. in cap.* 1. *de successione feudi, cap. Si Capitanei o de successione feudi facit l. Si arrogator §.* 1. *D. de adoptionibus, text. melior in l. Unum ex familia §. Si de Falcidia D. leg.* 2. notat in terminis *Izernia in d. cap.* 1. *de successione feudi, & in cap.* 1. *§. Præterea ducatus de prohibita feudi alien. per Federicum nu.* 38. *Berous consil.* 113. *num.* 19. *Ang. in l. Si patroni D. ad Trebellian. Corras. in d.l. Filium quem habentem nu.* 94. *Peregrin. tom.* 1. *consil.* 14. *à num.* 6. ergo imputandum non est, nun-

quam enim tāquam profectitium potest considerari, quia vt supradiximus, non à patre, sed à domino in filios diriuatur, ergo non potest reputari profectitium, vt imputetur, quia si profectitium diceretur, non posset feudum filius acceptare, repudiando paternam hæreditatem, cum contrarium probet *text. in cap.* 1. *an agnatus, vel filius defuncti*, vbi comunis sententia, *Bald. Auarot. Præpos. Molin. lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 5. *Menoch. lib.* 4. *præs.* 101. *nu.* 52. *Peregrin. de fideic. artic.* 32. *nu.* 12. *& tom.* 1. *consil.* 11. *num.* 5. *Caldas de potestate digend. cap.* 17. *à n.* 26. *Couar.* 2. *var. cap.* 18. *num.* 4. *Valasc. de iure emphit. quæst.* 44. *numer.* 2. *Scaccia de iudicijs lib.* 2. *cap.* 9. *numer.* 1515. *& sequent. Robles lib.* 3. *de repræsent. cap.* 18. *à n.* 12. & hanc sententiā per hæc fundamenta, tenent post supracitatos *Castrensis in d.l. Si patroni Angel. in §. Optime in Autgentico de Nupcijs collation.* 4. *cum gloss.* 1. *ibi Alexand. consil.* 89. *num.* 5. *volumine quarto, & acerrime defendit Fachin. d. lib.* 4. *cap.* 23. *conclusione quarta, & lib.* 7. *cap.* 48. *per totum* ex cuius fundamentis in rigore disputationis hæc pars sustineri potest.

Sed quia prior sententia absque dubio communis est, & principijs iuris non parum consentanea à nobis amplectenda est. Neque obstāt rationes *Fachinei*, & aliorum, quos retulimus, quia ad primam respondemus verum esse patrē post mortem non posse immutare naturam

successio-

successionis feudi, vt probatur *ex d. cap. 1. de successione feudi Borrellus in summa titul. 34. num. 211. Molina de primogen. lib. 1. cap. 8. nu. 20. Sigismundus Scacia lib. 2. de iud. cap. 9. n. 1458.* Sed negamus sequellam, videlicet; ergo non est imputandum feudum nouum, quia sufficit vt pater illud alienare posset, ad effectu, vt imputationi subijciatur, *iuxta d. §. Imputari ibi (quod talis sit militia, vt vendatur,)* maxime, cum regula sit, attenta iuris censura ide esse expresse dare, vel non adimere cum posset, *l. Conficiuntur D. de iure Codicill. l. 1. §. Sciendum D. leg. 3.* cum ergo pater posset, vel feudum non acceptare, vel post acquisitum alienare, merito filius ipsius contemplatione acquisisse dicetur, licet per dominicam concessionem, quod sufficit, vt veniat imputandū, iuxta communem sententiam, de qua supra *Rip. Clar. dictis locis. Mangil. d. quæst. 32. num. 32.* Ad secundam obiectionem satisfit dicendo, quod licet vere, & proprie feudum non consideretur profectitium, sicut cætera bona, tamen cum possit alienari per patrem, iudicatur tāquam profectitium quoad effectum imputationis.

In secundo membro distinctionis, scilicet quando feudum fuerit antiquum de pacto, & prouidetia, pro regula constituunt omnes minime imputari, quia ea, quæ filius habere potest etiam si testator non relinquat, non imputantur in legitimam, *iuxta leg. In quartam D. ad legem Falcidiam, l. Scimus §. Repletionem C. inofficioso*, sed filius licet pater non reliquisset, habituus erat feudum antiquum de pacto, & prouidentia *iuxta l. Vnum ex familia §. Si de Falcilia D. de legat. 2. l. Item eorū §. Si decuriones. D. quod cuiusq; vniuersitatis nomine c. 1. de succes. feudi igitur.* Author huius cōmunissimæ sentētiæ fuit *Angelus in d. §. Optime, & in d. l. Si patroni*, vbi sic pro regula constituit, sequuntur *Paulus, & Cuman. d. l. Si patroni Alex. consil. 29. à n. 3. lib. 5. Ruin. ad d. l. In quartam nu. 23. & ibi Ripa n. 179. Corras. d. l. filium, quē habentem nu. 94. Clar. d. quæst. 46. n. 2. Val. d. quæst. 46. col. 2. Menchac. d. §. 30. n. 237. Crassus §. Legitima quæst. 21. num. 3. Vincent. de Franchis decis. 368. n. 4. Roland. cons. 71. n. 58. Volumine 2. Cæsar ad d. l. In quartam nu. 460 & 351. Mangil. q. 36. à nu. 35. Facchin. dict. lib. 4. cap. 23. versic. tertia conclusio*, cum pluribus alijs, quos nominatim referunt, quibus addo *Peregr. de fideicommiss. artic. 36. n. 188.*

In tertio membro circa feudum mixtum, dicendū est cū *Surdo decis. 235. Crasso §. Legitima quæst. 21. nu. 3. Anton. Cucus tract. de legitima §. 225. Ex substantia nu. 3. Pratis de interpr. vlt. vol. lib. 3. interpret. 3. dub. 5. fol. 6. n. 17.* quid hoc feudum imputandū est, & dicitur prouenire ex substātia patris, *iuxta regulam d. §. Imputari vbi Bald. num. 3. post Bartol. d. §. Nec Castrense, & Iudicatum testatur Surd. d. loco cum quo prosequitur.*

Sequitur

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

Sequitur nunc quotidiana quæstio de maioratu, vtrū sit imputandus in legitimam nec ne? in qua quæstione resoluendum est, maioratum non imputari, sed posse filium maiorem, vltra maioratum, legitimam ex alijs bonis deducere. Probatur ex eo, quia majoratus à primo instituente capitur, & non
226. ab immediato possessore *l. 3. D. de interdictis, & relegat. l. Cum ita §. In fideicommisso D. de legatis 2. textus* ad hoc maxime comendatus *in l. Vnū ex familia §. Si de Falcid. D. de legat. 2.* plures supra, & ideo in maioratu succeditur iure sanguinis, & non hæreditario, vt resoluunt omnes *ad cap. Licet, de voto, & in l. Cohæredi §. Cū filia D. de vulgari, & late diximus in tract. de repræsentatione.* Nec ad successionē maioratus requiritur qualitas hæredis, vt optime resoluunt *Bart. in l. Vt iurisiurandi §. Si liberi num. 4. D. de operis libert. per textum in l. Si operarum 29. D. de operis libertorū, resoluit eleganter Molina lib. 1. de primogenijs cap. 8. num. 2. & sequentibus, Castillo tom. 3. cap. 19. num. 100. Gam. decis. 174. à num. 15. Lara l. Si quis à liberis §. Idem rescripsit nu. 136. Matienço l. 6. titul. 7. glos. 3. nu. 17. Mol. disput. 636. num. 6. Costa, & alij, de quibus Castillo,* vbi proxime, & hanc resolutionem negatiuam, nemine citato, scribit *Menchac. de creat. §. 30. num. 237. ad finem, Facchin. d. lib. 4. cap. 23. in principio,* vbi citat *Panormit. consil. 12. numer. 3. Guidon. decis. 476. Tiraquel. de primogen. quæst. 5.* sed melius allegasset: *quæst. 51.* vbi in terminis resoluit, post *Bald. & Rom. in Authent. Ex testamento Cod. inofficioso testamento, Curtius senior cons. 69. Guillelm. Benedictus in repetitione cap. Raynutius, verbo, in eodem testamento relinquens, o 1. numer. 144. Cazar d. leg. In quartam, num. 321.* Deinde cōprobatur, quia nō potest imputari in legitimam illud, quod non prouenit ex propria substātia, & patrimonio paterno, iuxta *d. leg. Scimus §. Repletionem C. inofficioso.* Nec in primogenio succedit filius, vt hæres patris, sed vt primogenitus, argumento *d. l. Si operar. iud. D. de operis lib. Bart. d. §. Liberi à num. 4. Bald d. cap. 1. de succes. feudi nu. 4. Molina d. cap. 8. num. 4.* ergo cum ius primogenituræ aliunde filio obueniat, merito imputationi in legitimam non subijcitur, prout bene resoluunt Doctores proxime citati. Aduertit tamen in hoc *Menchac.* cum iudicio de more suo, *dict. num. 237.* quod si pater creasset de nouo maioratum, & ad illum vocasset filium, tenetur hic filius, sic vocatus ad nouum maioratum, imputare partem in legimam, scilicet, reliquum vltra tertiam parentis apud nos: Tertiam, & Quintū, apud Hispanos: Ratio est, quia hic filius, qui succedit in nouo maioratu; non dicitur patri in eo succedere iure sanguinis sed tantum iure hæreditario, vt late, & bene resoluit, *Molin. d. cap. 8. num. 10.* ad quod expendit *textum in leg. Filius familias §. Diui*

§. *Diuio secundo, D. de legatis primo,* vbi *Bartol.* & cõmuniter scribentes notant institutorem maioratus, nõ posse per institutionem creditoribus obesse, dicuntur autem filij creditores respectu legitimarum, vt *notat glossa celebris in leg. Si emancipata, Cod. iur. & facti ignor. vbi Padilla numer.* 32. *Caldas in* §. *Si tutor, Institut. de inofficioso numer.* 8. ergo semper filius vocatus ad maioratum tenebitur imputare in legitimam reliquum vltra tertiam, nec excessum vltra tertiam, annexum maioratui percipiet, & vlterius integram legitimam, in fraudem aliorum filiorum, quod per quam maximum absurdum erit. Igitur recte scribit *Menchac. dict. numer.* 237. Quod si maioratus fuerit nouus à patre institutus imputetur ex ratione *Molinæ dict. numer.* 10. quem sequitur *Castillo dict. cap.* 19. *num.* 100. *ad medium*, aduertentes primũ successorem succedere in maioratu primo institutori iure hæreditario, reliquos vero sequẽtes iure sanguinis, neglecta multorum opinione, qui existimarunt semper in maiotatu succedi iure hæreditario, quam totis viribus conatur defẽdere *Valasque de Auendaño ad leg.* 40. *Tauri glossa prima à num.* 8. *vsque ad numer.* 30. *post Tiraquel. de iure primogenit. quæstion.* 35. *Gomes leg.* 40. *numer.* 72. *vbi Cysuentes quæstion.* 16. *Simancas de catholic. cap.* 9. *à numer.* 262. *plures per Molinam lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 1. *Castill. tom.* 2. *controuers. cap.* 20. *nu.* 2. *& tom.* 3. *cap.* 19. *à nu.* 100. *Salazar de vsu, & consuet. cap.* 12. *nu.* 36. & nos latissime diximus, *dict. tract. de repræsenatione*, qui aliquando typis mandabitur.

Venit etiã limitanda hæc principalis resolutio circa expẽsas, quas pater fecit in maioratu, Nam hæ veniunt imputandæ, prout supradiximus de Emphiteusi; & tradit *Barbos. leg. Diuortio* §. *final.* 1. *part. numer.* 123. *versicul. ex his Garsia de expensis cap.* 16. *num.* 36. *Molina de primogenijs lib.* 1. *cap.* 27. *numer.* 10. *Valasc. consult.* 116. *præceptor Brito ad cap.* 2. *de Locato part.* 3. *à num.* 31. *Peregr. de fideic. art.* 50. *nu.* 72. quod intelligendum est quãdo expensæ cedunt in vtilitatem maioratus, ita vt ex ipsis lucrũ censeat successor, ne locupletetur cũ iactura aliena. 228.

Vltimo limitatur, quando possessor, qui maioratum possidebat, & ei fuit mota lis pro destructione maioratus, aliquam quantitatem pecuniæ dedit pro conseruatione ipsius maioratus per transactionẽ, nã hæc pecunia soluenda est à filio successore maioratus, & debet conferri inter fratres, vt optime resoluit *Gregor. l.* 10. *tit.* 26. *part.* 4. *gloss.* 4. *p. q.* 26. *n.* 23. *vendendo Molin. lib.* 4. *c.* 8. *num.* 27. & nos iam in casu occurrente consuluimus, & sic fuit obseruatum secundum iustitiam, & collationum regulas adde *Pelaes, Surd. de aliment. cons.* 8. *priuileg.* 84. *nu.* 12. *Valasc. cons.* 119. *n.* 9. *&* 10. *Pinel. l.* 1. *de bon. matern.* 2. *p. n.* 68. 229.

De vna, & altera quarta deducēda velnō,

Prætereundam non duximus aliam quæſtionem circa bona ca-
230. ſtrenſia an veniant, imputanda, ſunt enim bona caſtrenſia, quæ filius acquiſiuit in militia, *iuxta leg. Caſtrenſe D. de Caſtr. peculio leg. vltim. Cod. inofficioſo teſtamento, Paul. lib. 3. ſent. titul. 4. verſiculo filius famil. vbi Cuiacius Spin. 4. part. de teſtamentis in Rubrica num. 13. Caldas leg. Si curatorem, verbo læſis num. 90. Mendes leg. Cum oportet cap. 3. num. 140. Molin. diſputat.* 230. hæc enim bona nec de iure Communi, nec de iure regio imputantur, ſiue à patre profecta ſint, ſiue aliunde quærantur, ſed ſemper apud filios remanent præcipua, vt multis conſtitutionibus haberi teſtatur *Iureconſultus in leg. 1. §. Nec Caſtrenſe D. Collatione bonorum leg. final. Cod. de Collationibus leg. Fideicommiſſaria 11. §. 1. verſiculo nec obeundem D. fideicom. libert. leg. Si fratres 53. §. Idem Papinianus D. pro ſocio*, vbi conſultus teſtatur filium ſemper debere prædicta bona præcipua obtinere, cuius rei rationem præſtat *Coſta in §. Et quid ſi tantum 5. part. num. 229.* ſed aliam præſtat *Mendes de Caſtro in leg. Cum oportet Cod. de bon. quæ liber. part. 3. num. 153.* quod hæc bona per Cōſtitutiones ſemper fuere repoſita in dominio ipſius filij, ac proinde, cum iuris cenſura ſemper effugiāt patris dominium, exempta ſunt à collatione, & cū hac ratione tranſit *Valaſcus de partitionibus, cap. 13. numer. 167.* notant communiter ſcribentes d. iuribus, maxime, *Bartolus dict. §. Nec caſtrenſe, Mangil. poſt Rip. dict. leg. In quartam, numer. 27. quæſtion. 29. num. 16. & num. 29. Pichard. §. Quædam de Action. cap. 3. num. 80.* plures per *Caldas §. Sed hæc 2. part. numer. 26. Marta de ſucceſſion. leg. quæſtion. 15. artic. fin. numer. 4.* quæ reſolutio indiſtincte procedit in Regno Caſtellæ, *iuxta leg. 3. titul. 4. part. 3. & leg. 5. titul. 15. part. 6. vbi Gregor. Caſtr. & Valaſc. dictis locis.* In noſtro vero Regno ſimiliter reſoluendum eſt omnia, quæ filius extra donationem paternam cauſa militiæ acquiſiuit, ſemper præcipua manere iuxta regulam ſuprapoſitam *dict. leg. vltim. Cod. Collation. Ordinat. lib. 4. titul. 97. §. 18. ibi (em acto militar,)* quæ regula apud nos ſeruanda eſt, per eandem *Ordination. dict. titul. 97. §. 18. Caſtr. dict. num. 153.* Eſt tamen diſtinguendum circa donata à patre filio cauſa militiæ, quæ donationes attento iure Cæſareo cedunt in peculium Caſtrenſe, *iuxta leg. 1. C. Caſtrenſi peculio lib. 12.*

Hæ enim licet attento iure nunquam veniant conferendæ, nec im- 23
putandæ, *dict. §. Nec Caſtrenſe*, cum ſimilibus, tamen *Ordinatio.* noſtra Regia diſtinguit *lib. 4. titul. 97. § 7.* inter caſum, quo pater donauit filio ſoluto, & inter caſum, quo donauit filio vxorato, primo caſu, omnia à patre profecta minime veniant imputanda, etiam ſi filius iam fuerit eques confir-

confirmatus, & descriptus in Matricula regis. Si vero filius fuerit coniugatus, & fuerit eques descriptus in Matricula omnia à patre sibi donata tenebitur imputare, licet detur causa militiæ. Si autē filius coniugatus adhuc equestrem dignitatē non obtineat, tūc nō adstringitur imputationi; quia donata à patre censentur data causa dignitatis adipiscendæ, & ideo non imputabit, ibi (*não trarà à collação, o que o pay lhe der,*) & ibi, (*para sua cauallaria em quanto he solteiro, posto que và muitas vezes à guerra,*) & *posto que quando ja a ella foi, fosse ja Caualeiro, porem se depois que o filho for cazado for à guerra, & lhe seu pay ou māy derem qualquer cousa para ià gastar, trarà à collaçaō tudo o que lhe assim derem, saluo se ao tempo que for à guerra sendo cazado, ainda não era Caualeiro, porque neste caso posto que seja cazado, pois se vay fazer Caualeiro, auemos por bem que não traga à collação o que nisto gastar.*) *notat Valasc. dict. loco, numer.* 168. *Gamma decis.* 140. *num.* 1. *Benedictus Pinel. selectar. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 47. quæ constitutio dum eximit sic à patre donata ab onere collationis, & imputationis declaranda est, *per* §. 9. *eiusdem Ordination.* vbi declaratur, tunc demum prædictas donationes factas causa militiæ, non conferri, quando res ipsæ donatæ, fuere per filios consumptæ; nam si extent tempore mortis donatoris apud filium, imputabuntur secundum æstimationem præsentis status. Si autem apud filium non extiterint, sed fuerunt ab eo in Regno consumptæ, vel venditæ, tunc necessario adducentur ad collationem, vel imputabuntur secundum æstimationem pretij, quo fuere venditæ, vel secundum pretium, quo vendi poterant tempore reuersionis, vel ex militia, vel ex palatio principis, in qua alternatiua habebit ipse filius electionem, cum ipse sit debitor æstimationis, *iuxta regulam in alternatiuis de regulis iuris lib.* 6.

Circa quam *Ordinationem nouiter aduerto*, legislatores nostros *in dict.* §. 9. æquiparasse donata filio 133.
pro militia, vel pro incessu Regij palatij, qui inermis militia appellatur, ad effectum, vt tam in vno, quā in altero casu teneretur filius imputare res sic à patre donatas, si res ipsæ extarent apud filium tempore mortis donatoris parentis, quando ipse filius iam reuersus est à militia, vel palatio. At vero in secundo casu, quem proponit, quando filius iam reuersus a militia in regno vendidit, vel consumpsit res donatas. non loquitur de filio, qui reuertitur à palatio, sed solum de filio, qui reuertitur à militia, vnde cum hic casus de filio veniente à palatio Regis, non sit expressus in *Ordinatione*, sed potius ab ipsa omissus, si ipse filius consumat, vel vendat res à patre donatas pro palatio Principis in Regno, ita vt illas non possideat tempore
132.

mortis paternæ,non tenebitur illas imputare, quia hic casus omissus relinquendus est dispositioni iuris communis,argumento *l. Commodissime D.lib.& post.* & cum hæ donationes paternæ factæ filio pro militia inermi Regij palatij in iure reputentur Castrensia, vt probat *leg. Unica Cod. Castrensi Palatino peculio lib.* 12. *leg.* 6. *titul.* 17. *part.* 4. *optimo Gom. leg.* 29. *num.* 10. *Molin.de iustitia disputat.* 230. *versicolo inter Castrensia* facit *eadem Ordinat. dict. loco* §. 8. sequitur ipsas non esse conferendas,nec imputandas de iuris rigore,cum ergo casus, de quo supra sit omissus a nostris legislatoribus si filius reuersus à palatio principis res consumpserit, vel vendiderit, vel quocunque modo alienauerit, ita vt illas non possideat tempore mortis paternæ, minime illas imputabit, iuxta proxime dicta; vide verba, *dict.* §. 9. ibi (*& isto que dizemos, &c.* vsque ad finem.

Vnde consequenter de peculio quasi Castrensi dicendum est minime conferendum, vel imputandum esse,vt probat *text in d.leg.vltima Cod.de Collationibus leg.*1. §. *Sed neque D. de Collatione bonorum, leg. Quæ pater D. familiæ erciscund. Gom. leg.* 29. *num.* 16. *Rebuf. de priuileg. scholastic. priuileg.* 57. *Mendes de Castro dict. leg. Cum oportet.* 3. *part. numer.* 177. *Mangil. quæstion.* 29. *numer.* 27. & apud omnes in confesso est, *Marta dict. quæstion.* 25. *articul. vltim. num.*40. *Pinel.* 1. *selectar. cap.*5. *num.*40. quia peculium quasi castrense in omnibus sequitur naturam castrensis *l. vltim. Cod. inofficioso testamento*, vbi notant omnes *leg. Cum oportet Cod. de bonis, quæ liberis*, nam cum per iure consultos concessum esset militibus armatæ militiæ, vt quicquid intuitu militiæ acquisijssent, non subijceretur imputationi,& collationi, *dict.* §. *Nec castrense*, ita etiam iustissimum visum fuit Imperatoribus, vt quasi castrensia non imputarentur, quia non minus defenditur respublica ab his,qui publicis muneribus funguntur, quàm ab his, qui militum numero adscribuntur, argumento *text. in leg. Fori, & in leg. Aduocati Cod. de aduocatis diuersor. iuditior.* & constat *ex leg. vltim. Cod. de Castrensi peculio lib.* 12. & ita in terminis resoluit *Mendes de Castro ad d. l. Cum oportet part.* 3. *numer.* 161. *Molin.de iustitia disputat.* 231. de quo peculio videndus est, *Quæsada in quæstionibus ciuilibus, cap.*7. *Caldas ad l. Si curatorem verbo læsis num.* 98. Doctores communiter *ad* §. 1. *Institut. per quas personas nobis acquiritur, vbi gloss. excellens, verbo,castrensibus peculijs*, & ideo filij possunt libere donare, & testari, *iuxta leg. Filius familias in fine, D. de donation. leg.* 3. *D. de bon. posses. Caldas supra num.* 111. *Pinel. lib.*3. *selectar. cap.*5. *num.* 1. *& à num.*6.

234. Prosequamar,ergo exempla quę Doctores adducũt peculij quasi castrensis,vt perfectę dignosci valeat, vtrum

vtrum sint imputanda, & quia *lex. vltim. Cod. inofficioso testamento*, plura exempla recenset, nos breuiter percurrendo frequentiora elucidabimus, vt ex nostra resolutione facile ad alia peruenire valeat.

Primum ergo exemplum ponit Iustinianus *in dict. leg. vltim.* in proconsulibus, & alijs publicis ministris, qui ratione officij, & publicæ administrationis salaria percipiũt, patet, *ex versiculo in tali igitur, iuncto versicul. in his igitur, o primeiro*, ibi *Salaria, vel stipendia publica percipiunt*, & probantur expresse in Regno Castellæ, *per leg. 7. titul. 17. part. 4. leg. 2. titul. 1. part. 3. Caldas d. num. 98. Palat. in Rubricæ repetitione de donationibus inter §. 62. à numer. 18. & sequent. Molin. de iustitia disputat. 231. num. 2. Mendes de Castro in d. leg. Cum oportet. 3. part. numer. 181. Riminald. dict. §. 1. Institut. per quas personas num. 57. & sequentibus, Bertrand. cons. 192. numer. 1. lib. 2. Aufrerius ad Capellam Tolosanam decis. 10. Pinel. dict. cap. 5. num. 10.* & plures alij, quos refert, & sequitur *Castro vbi proxime*, vnde inferunt, quæsita per filios famil. qui regibus inseruiunt iustitiam administrando, vt sunt iudices, correctores prouinciarum, & in distincte omnes alij, qui ex officio publico, quod exercent, aliquid acquirunt, hæc omnia non esse imputanda *dict. leg. vltim. Doctores modo citati*, cum quibus est communis, quæ etiam potest probari *ex Ordinatione dict. lib. 4. titul. 97. §. 18. ibi (ou em acto de letras)* aduertendo quod filius, qui post gradum literarum acceptum, principi in officio literarum inseruit, & bona, seu stipendia exinde percipit, non teneri illa in legitimam imputari, iuxta proxime dicta. Deinde aliud exemplum est in filijs, qui publicam aliquam lingoam, vel scientiam in vniuersitatibus docuerunt, & deinde salaria publica, vel priuata perceperint, minime tenentur illa imputare, ita *ex dict. leg. vltim. & ex dict. §. 18. legis regiæ*, aperte deducitur, siue scientia sit Cæsarea, siue pontificia, siue theologica, siue apolonia, siue quæcunque alia ars liberalis, siue etiam medicina in curatione infirmorum exercita, ex qua aliquid lucrum percipiatur, in nullo ex prædictis casibus tenetur filius lucrata ad collationem adducere, vel in legitimam imputare, ita tenet communis sententia, *in dict. leg. vltim. Peregrin. tom. 3. cons. 84. numer. 1. leg. Archiatri Cod. de profess. & med. lib. 10. Molin. dict. numer. 2. Castro dict. numer. 181. Caldas dict. numer. 98. & 101. Pinel. d. cap. 5. num. 25.* & plures congesti per illos. Hoc idem resoluendum est in omnibus filijs famil. qui officium publicum exercent, vt sunt Notarij, Tabelliones, & quicunque alij, qui publica salaria meruerunt, vt constat *ex dict. leg. vltim. Cod. inofficioso testamento, vbi glossa verbo memorabilibus. Caldas*

*d.loco num.*100. *Molin. dict.num.*1. *Castr.d.n.*181.& 182. *& satis* deducitur ex cōmuni sententia, de qua supra,vt nec etiam hi teneantur ad imputationē, idem de secretarijs, vel principis, vel ciuitatis *Pinel. d. cap.*5.*num.*13.

Maior dubitatio est circa quæsita per aduocatos, & Consulentes, an veniant imputanda, quia *d.leg. vltim Cod.in offic.* requirit stipendia de publico, ad effectum ne imputentur,patet ibi *in d.versicul. in his o* 236. *primeiro*(*ibi publica perceperunt.*) cum ergo hodie aduocati,seu consulentes non habeant stipendium de publico,videtur cessare priuilegium, sed adhuc resoluendum est omnia quæsita per aduocatos, & consulētes licet priuata sint stipēdia adhuc gaudere priuilegio,ne imputentur, quia illa salaria publica, *d.leg.vltim.* non requiruntur præcise, sed meminit de illis Imperator, quia sunt certa,vnde si cōstiterit aduocatos, vel consulentes ex officio pecunias lucrari, minime veniunt ad imputationem,*d.l.vlt. versic. in his o primeiro, ibi* (*disertissimis patronis causarum*)*ita glos.*2. *verbo fori, in l. Aduocati C. de aduocatis diuersor. iudit. per textum ibi* (*quicquid. &*)*l. Cum aduocatio ibi* (*quolibet titulo,*) *eodem tit. Palat. d.* §.62.*numer.*21. *Menchac. de succes.creat.*§.24.*numer.*40. *Molina vbi supra, Castro d.num.*181. *Caldas d. num.*98. *Pinel. d.cap.*5.*nu.*11.*& nu.* 20. vbi quod potest testari de illis, *Clar.* §.*testamentum quæst.*18.*Peregr. lib.*3.*cons* 84. *num.*1. *Ioseph. var cap.* 12.*num.*8. *Pinel. d.cap.*5. *à num.*20. *vsque* 24. *& satis comprobatur ex nostra Ordinatione d.* §. 18. *ibi* (*em acto de letras*) constat enim literas tunc exerceri, quando ad praxim deducuntur, siue aduocando,defendendo causas, siue consulendo, *vt ex Bald.* & pluribus alijs refert *Gonçales in reg.*8. *glos.*9. §.2.*num.*66. maxime,quia licet cessent illa publica stipendia, tamen non cessant alia, de quibus fit mentio *in l.*1.§.*In honorarys D.de var.& extraord.* quæ iudex præcipiebat,vt soluerentur aduocatis,quia similiter hodie iubentur persolui ex *Ordinatione lib.* 1.*tit.* 91. nam hoc salarium,etiam publicum appellari potest, ex eo, quod ex publica causa percipitur, seu ex publico officio, licet de publico horreo non soluatur, & hanc opinionem,magis veram, & communem testatur *Cald.d. verbo,læsis num.* 99. *vbi infinitos refert. Castro d. num.* 180. *Gregor. Lopes leg.*2.*tit.*2. *part.*3. *glossa en las escuelas, Corras. l. Frater à fratre, part.*1.*num.* 60. *Maynerius ad l.Filius familias numer.* 10. *D. de regul.iur. Ascan. de patr. potest effectu* 9.*num.*7.

Potest hic moueri quæstio, de procuratoribus numeri, qui officiū aduocatorum exercent absque aliquo gradu literarum, sed tantum cū aliqua notitia Ordinationis regię,qui proprie rabulæ dicuntur, vtrum lucrata per ipsos dicātur peculium quasi castrense, nec veniat imputan-

imputandum , in qua quæstione videbatur dicendum non esse numerandum inter peculium castrense, quod similes rabulæ acquirunt , ex eo, quia procuratoris officium, quod isti gerunt. non dicitur officium publicum, sed priuatum, & ideo nō recensetur inter officia publica, de quibus agit Imperator, *a.l. vlt. C od. inoff.* & ita in procuratore simplici resoluit cōmunis sentētia, de qua *Bald. d.l. Cum oportet, nu.* 16. ex quibus,& alijs communem sententiam præconatur *Caldas d.n.* 101. *versic. magis cauendum est.* Nec retenta hac sententia obstabit *textus in d.l. vltim.* in illis verbis *d. vers. in his, ibi* (*agentibus*) per quæ contrarium defendit *Mayn erius in d.l. Filius fam. num.* 18. *D. reg. iur. cum alijs quos refert*, quia satis conuincitur, si aduertas agentes in rebus, de quibus loquitur *d.l. vltim.* non esse simplices procuratores, sed erant certi procuratores principis, qui negotia ipsius per prouintias dispersi procurabant, vt explicat *Alciat. & Cuiac. in rub. C. de agentib. in reb. lib.* 12. *Cald. vbi proxime.* Vnde in procuratore simplici secure resoluendum est, ipsius bona non dici quasi castrensia iuxta modo dicta. At vero acquisita per rabulam in illo officio, & figura aduocati merito inter castrēsia numerabuntur per *d.l. vlt.* Nam hi etiam sunt publici patroni causarum, & cōprehenduntur sub illis verbis *d.l. vltim.* ibi (*de sertissimis patronis causarum,*) & per consequens, 237.

nullomodo venient imputanda in legitimam, *vt ex Alcyat. respons.* 349. *num.* 1. *resoluit Caldas d. versic. magis cauendum in med.* vbi loquitur secūdum consuetudinem nostri regni, in quo admittuntur hi procuratores, ac si essent approbati in vniuersitate generali, quod etiam procedit in regno Castellæ, vbi procuratores etiam rabulæ habent collegiū approbatum, & numerum certum, censenturque publicæ personæ, ac proinde eorum officium censetur publicum, argum. *l.* 1. *C. de principib. ag. in reb. lib.* 12. *l. Nemo C. de dignitat. eod. lib.* 12. *Peres ad l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 2. *Ordinamenti Quæsada in libro diuersarum quæstion. cap.* 7. *numer.* 3. *&* 4. *Castro supra nu.* 163. *Caldas d. versic. magis.*

Aliud exēplum proponunt Doctores de peculio quasi Castrensi, scilicet de libris datis filio scholasti co, vel Doctori, vel aduocato, sed quia de hoc iam satis supra, tum de donatione egimus, ibi videto.

Accedamus ad quasi Castrense peculium filij famil. clerici; Nam quicquid filius fam. clericus intuitu clericatus, vel beneficij acquirit censetur in iure peculium quasi Castrense, quia clericus æquiparatur in iure Militi armato, *glosa, ibi in leg. Miles* 6. *D. de reiu. cata; nam clericus, militat Deo cap. Eo libentius de seruis non ord. cap.* 1. *de clerico ægrot. cap. Christianis* 11. *q.* 1. *post Iason. & Rip. in d.l. Miles, Eneuard. in topic. legal. cap.* 22. *Guit. de iuram.* 238.

iuram. confirm. part. 1. *cap.* 17. *nu.* 7. *Dominus Carolus de Grassis de effectib. cler. effect.* 7. *nu.* 2. vbi infinitos citat *Barb. l. Maritum D. solut. matr. n.* 3. & nos late diximus in lectura *cap. Odoardus de solutionib.* sed quicquid miles armatus acquirit peculium Castrense dicitur, ergo similiter quicquid clericus acquirit ratione clericatus, vel beneficij, dicitur Castrense; seu quasi Castrense peculium, quod aperte probatur *ex leg. Sacrosanctæ* 32. *Cod. Episcopis, & clericis, iuncta Authentica Præsbyteros, Cod. eodem titul.* apud Canonistas notatur *per textum in cap. quia nos de testamentis*, vbi omnes scribētes, *vt per Couarru. ibi* notant testamentum clerici nō subiacere querelæ inofficiosi, *iuxta d. l. vltim. Cod. inofficioso*, quod solummodo procedit, quia acquisita per clericum cēsentur quasi Castrensia, & potest ad libitū de illis disponere, vnde cōsequens est, vt minime teneantur in ligitimam imputare, *d. l. Sacrosanctæ* ibi (*quoquo tempore, nunquam ad diuisionem veniant, nunquam à fratribus, vel sororibus, aut ex his genitis conferantur*) *d. Authentica Præsbyteros* ibi (*ad similitudinem Castrensium peculiorum, & donare cui volunt, secūdum leges, & de his testari præcipimus*) quæ verba etiam reperiuntur *in originali Authēt. de sanctissimi Episcopis, §. Præsbyteros Collatione* 9. & ita resoluunt communiter Doctores, vt per *Caldas. dict. verbo læsis num.* 103. *Castro in d. l. Cum oporteat* 3. *part. n.* 162. *Molina de iustitia disput.* 231. *versic. idem quasi Castrensia. Pinel. selectar. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 19. *Euerard. in topicis loco* 56. quæ resolutio in Regno Castellæ de plano procedit propter dispositionem *l.* 3. *tit.* 21. *partita* 1. vbi dicitur, quod possunt clerici disponere adlibitum de illis bonis, quæ pater illis concessit, & in nostro regno etiam procedit in omnibus bonis acquisitis intuitu clericatus, siue ex redditibus beneficij; de quibus possunt pro voluntate disponere, secundum consuetudinem Hispaniæ, siue de stipendijs, ratione ordinis quæ ad ipsos perueniunt præter donationem paternā, prout optime aduertit *Molin. d. vers. idem quasi Castrensia*, donatio autē quæ a patre profecta est in titulum patrimonij ad ordines suscipiendos de iure communi efficitur castrense, vel quasi castrense, vt per *Gomes. l.* 29. *nu.* 17. *Rebuffus de priuileg. scholastic. priuilegio* 54. *Molina lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 29. *Iason. l. Filia C. de collationibus num.* 4. *Castro nu.* 162. *Caldas nu.* 103 *& nu.* 132. apud nos tamen ex dispositione *Ordinationis d. lib.* 4. *tit.* 97. *in principio*, minime efficiūtur quasi Castrensia predicta bona, ibi (*por qualquer manera*) secundum quā *Ordinat.* tenetur filius clericus, vel conferre, vel imputare in legitimam omnia, quæ pater ei donauit etiam ad suscipiendos sacros ordines, vt supradiximus agēdo de hac donatione, *& tradit Molina vbi proxime contra Caldas, & Castro d. locis,*

si vero

si vero hoc patrimonium à cõsanguineis, vel amico procedat, efficitur peculium quasi castrẽse, ita vt nec imputari, nec conferri necesse sit, imo poterit clericus quantuncunque filius famil. de illo disponere ad libitum, *d l. Sacrosanctæ, d. Authentica præsbyteros, d. cap. Quia nos de testamẽtis*, sicut de iure receptius erat, vt posset etiam de profecti tijs á patre testari, quia efficiuntur quasi castrensia; in quo tamen aduertendum est, quod licet filius possit ad libitum disponere de prædictis bonis, tamen tenetur relinquere ligitimam parentibus, alias per conditionem ex lege illam obtinebunt, iuxta communem, *de qua Couar. d. cap. Quia nos nu. 6. Caldas dict. verbo læsis num.* 111. & 113. *Fachin. lib. 6. controuers. cap.* 75. *Clar. Menchac. & alij per Caldas supra.*

Dubitant Doctores, vtrum possit hic filius clericus ad libitu disponere de bonis aduentitijs, quæ ad se vel per successionem, vel donationem, vel alio quocunque titu
89. lo peruenerunt ante clericatum? In qua quæstione *Castro d. l. Cum oportet num.* 163. *cum Bartolo ind. l. Sacrosanctæ, Alber. ibidem Gomes l.* 48. *n.* 7. defendunt facultatem liberã à iure concessam filijs familias ad testãdũ esse restringendam solummodo circa bona quæsita intuitu clericatus, vel ex beneficio, minime vero posse testari de profectitijs, vel aduentitijs, quod probant ex eo, quia facultas testandi clericis concessa interpretanda est ne ex illa aliquod incommodum parentibus resultet, *l. Cum filius familias D. de testamento militari l. Impuberi* 41. *D. administr. tut.* per quod fundamentum se iactat Castro consuluisse in causa graui.

Sed contrariam sententiam tenent cõmuniter Doctores *Paulus num. 2. ind. l. Sacrosanctæ Iason. leg. Filiæ licet Cod. de collationibus num. 6. Couarru. d. cap. Quia nos num. 2. & 3. Caldas d. verbo læsis num.* 103. *Molin. disput.* 138. *versiculo licet, Gomes Aries l.* 3. *Tauri num.* 3. *Suar. quæstion. de maiorat. num.* 31. *Guillelm. in cap. Raynuc. verbo matrem. numer.* 19. *Thome Vaz allegat.* 29. *num.* 124. & 125. & 128. qui omnes cum alijs, quos referunt, mouentur *per textum ind. l. Sacrosanctæ, & ind. Authentica præsbyteros*, ibi (*quæcunque, & ibi, quomodolibet*) quibus generalibus verbis aperte constat omnia bona siue ex beneficijs, vel ex clericatu, vel etiã aduentitia cõprehendi, ita vt possit filius clericus, quomodocunq; velit de illis testari; neque aliqua differentia admitenda est, circa illa aduentitia, & alia bona, ac proinde secure resoluunt filium de omnibus testari posse, prout colligitur ex illis iuribus, quæ sententia verissima est. Nec fundamentũ præiudicij paterni in contrarium aliquid euincit, quia plene reijcitur ex his, quæ infra in prima limitatione.

Daclarabitur tamen hæc proxi-

ma reso-

ma resolutio, vt solummodo filius
240. clericus testari possit, de aduētitijs, quæ habebat ante clericatum circa proprietatem, remanente vsufructu penes patrem, cui filius per clericatum nocere non potuit, *iuxta textum in l. vltima versiculo, si vero defuncta Cod. ad Tertul. d. l. Sacrosanctæ*, & ex eo, quia omne priuilegiū alicui concessum, semper interpretatur sine præiudicio alterius, *l. 2. §. Si quis à principe D. ne quid in loco publico Bald. l. Si quæramus ad finem D. testam. mil. Imola in cap. 2. de testamentis, num. 28. Guillelm. d. verbo vxorem num. 24. Matienço l. 4. tit. 4. lib. 5. glossa 3. num. 5. Couas in d. cap. Quia nos num. 3. Suar. d. quæst. de maioratu num. 36. & 37. Gregor. Lopes l. 13. tit. 1. partita 6. glossa, que estan en poder, Gom. l. 84. num. 7. Pinel. leg. 1. de bonis maternis part. 1. num. 43. Tellius l. 5. Tauri num. 6. Auendan. d. l. 5. gloss. 5. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 19. num. 15. Molina de iustitia disp. 138. sequitur Thomas Vas d. allegat. 29. num. 126. Castro d. 3. part. n. 163.* quæ resolutio confirmatur *ex d. leg. Cum filius famil. D. de testam. milit. l. Impuberi D. administrat. tut.* ita vt filius clericus, etiam filius famil. testari possit de bonis aduentitijs sine præiudicio vsusfructus paterni, relinquendo patri legitimam sibi debitam, alias habebit parens conditionem ex lege ad recuperādam legitimam, *iuxta dict. Authenticam præsbyteros, d. cap. Quia nos, vbi Couar. nu. 6.* & communis Doctorum resolutio, *Pichard. princip. Inst. quibus non est permissum, &c. nu. 80. Fachin. contr. lib. 6. cap. 75. à principio Molina lib. 2. cap. 10. n. 27. Vaz. supra num. 134. Valasc. cons. 108. num. 13. Gutt. practic. lib. 2. quæst. 96. Martha de iurisdictione. 4. part. casu. 26. Ægid. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. 2. part. §. 1. n. 23. Paulus Emilius, Gallus de succes. abintestato 2. part. tit. 1. exceptione 1. n. 13. Caldas ad princip. Inst. de 11. offic. n. 20. & d verbo læsis n. 111. Barb. l. Diuortio in principio 2. part. num. 66.* itaque clericus etiam filius familias testando tenetur patri legitimam relinquere, alias autem illam recuperabit, per supradictam condictionem, quia verius est testamentum ipsius non subijci querelæ inofficiosi *per text. in d. l. vltim. Cod. inoff.* vt ex infinitis resoluit *Caldas d. loco n. 111. & omnes proxime citati.* Deinde vsusfructus semel ante clericatum quæsitus patri in bonis aduentitijs, apud illum remanebit, Doctores modo citati.

Conueniunt tamen scribentes in eo, quod patri non quæratur vsusfructus aduentitiorum, quæ filijs aliunde obuenerunt post clericatū, ita vt filius de huiusmodi aduentitijs etiam testari valeat non solum, de proprietate in vita patris, sed etiam de vsufructu simul ex ratione supra scripta, quod omnia, quæ filius clericus post clericatum acquirit, sequuntur naturam quasi castrensium, ita vt nec patri vsusfructus quæratur, *iuxta d. l. vlt. Cod.*

Cod. inofficioſe, ita originaliter *Bald. d. l. Sacroſancta, & in dict. Authent. præsbyteros*, communis *per Abbatem, poſt Hoſtienſem, & alios antiquiores in d. cap. Quia nos, Soar. d. quæſt. de maiorat. num.* 31. vbi teſtatur iudicatum, *Rojas in Epitome ſucceſſ. cap.* 17. *n.* 5. *Guit. lib.* 2. *practic. quæſt.* 40. *num.* 3. *Auendan. d. l.* 5. *gloſ.* 5. *Azeued. l.* 1. *titul.* 8. *num.* 5. *lib.* 5. *nouæ recupilationis, Cald. d. verbo læſis num.* 103. *Caſtro num.* 164. *Thomas Vaz d. loco num.* 128. & 131. *Spino gloſ.* 33. *numer.* 21. *Pichardus d. nu.* 80. *Menchac. ſucceſſ. creat.* §. 22. *num.* 37. *Gregor. l.* 5. *titul.* 17. *partit.* 4. *& alij ab eis relati adde Aluarad. de coniectur. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. *Pelaes de Maioratib.* 1. *part. quæſt.* 1. *nu.* 45. *Molin. d. cap.* 9. *num.* 22. *Ægid. l.* 1. *Cod. de ſacroſ. eccleſ. part.* 1. §. 7. *n.* 10. *Læſius lib.* 2. *cap.* 4. *dubio* 5. *nu.* 7. *Azor. tom.* 1. *Mor. lib.* 12. *cap.* 8. *quæſt.* 9. quidquid abhac ſententia, deuiet *Cald. d. verbo læſis à num.* 130. quem vide *vſque ad.* 132. *per totum.*

Ampliant Doctores iſtam cō-
42. munem ſententiam, vt nō ſolum procedat in clericis in ſacris, ſed etiam in clericis in minoribus, qui veniunt appellatione clericorum, vt notant ſcribentes omnes *ad cap.* 2. *de foro competent. cap. Cum non ab homine de iudiciis, cap. Nullus cap. Placuit.* 11. *quæſt.* 1. *Menoch. de arbitr. caſu* 246. *num.* 1. *Camil. Borrellus conſ.* 15. *num.* 23. *Graſia reg.* 9. *Farin. q.* 8. *Thome Vaz allegat.* 10. cum pluribus ſequentibus *Cou. pract. cap.* 32. *Barboſ. l. Titia D ſoluto matrim. n.* 33. *Ceuallos quæſt.* 563. *Cened. ad Decretal. collect.* 105. in quo attento iure Cōmuni conſentiunt omnes, nec cōtradictorē inueni *Cou. ſupra n.* 4. *Valaſc. conſult.* 108. *n.* 14. *Spino Rubrica* 4. *num.* 22. *Vaz dicta alleg.* 29. *num.* 116. *Molina diſputat.* 133. *verſiculo licet*, & quod non ſolum ad clericos in minoribus, ſed etiam, ad clericos primæ tonſuræ, qui veri clerici ſunt, ſi qualitates obſeruetur *Concilij Tridentini ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 6. *de quibus Thomas Vaz allegatione* 14. *& ſequent.* extendatur priuilegium, affirmant plures; nam prima tonſura Ordo eſt eccleſiaſticus, vt probat *cap. Cum contingat. de ætate, & qualitate vbi omnes Canoniſtæ ſic notant. & ſequitur l.* 1. *in fine, & in proœmio titul.* 6. *partita prima*, vbi cōmmunem teſtatur, *Gregorius Lopes gloſſ. corona, Couar. d. cap. Quia nos n.* 4. *Caldas d. verbo læſis num.* 104. *communē refert, & ſequitur Ceualhos com. contr. com. q.* 524. *plures per Gartiam* 7. *part. de benef. cap.* 1. *à princip. Graſſ. de effect. clericat. præludio* 1. *nu.* 282. licet Theologi comuniter contrarium exiſtimēt, vt *per Ceuallos ſupra Vazques ad* 3. *part. D. Thomæ tom.* 3. *diſp.* 236. *cap.* 1. *fere per totum, Campanil. diuerſ. iur. rubric.* 2. *num.* 6. *& ſequentibus, Soar. tom.* 1. *de Religione tractat.* 3. *lib.* 4. *de ſimonia cap.* 13. *nu. vltimo*, ſequitur etiam colendiſſimus præceptor *Chriſtophor. Ioannes tractat. de ſimonia articul.* 3. *ad finem*, ſed quicquid ſit de opinione; per

primam

primā tonſuram quis efficitur perſona eccleſiaſtica vt fatentur omnes proxime citati, tam Theologi quam Canoniſtæ, ergo ſi in habitu, & tonſura incedat potitur priuilegio clericorum, & ſi beneficiū obtinuerit ex quo fructus percipiat, vel aduentitia lucretur poterit de iſtis teſtari, ſicut quilibet alius clericus in ſacris, *vt per Couar. dict. cap. Quia nos num.* 4. *Caldas d. num.* 104. *Caſtro d.* 3. *part. num.* 165. *poſt plures alios, quos citant*, quia ſcilicet omnia bona clerici primæ tonſuræ efficiūtur quaſi caſtrenſia, poteritq; prædictus clericus de illis adlibitū diſponere, dum tamen patrem nō prætereat, vel exhæredet, vt ſupra *cum Couar. Fachin. Pichard, & pluribus alijs ſcripſimus*, ad confirmationē expendit *Caldas verbum, Cantores*, de quo *in d. Authent. præsbyteros*, quod verbum neceſſario referendum eſt ad clericos in minoribus, iuxta ordinem graduum eccleſiaſticorū, de quo *in cap. Perlectis* 25. *diſt. vbi Illuſtriſſimus ac ſapiētiſſimus primas, num.* 10. *Caſar de Hierarch. diſp.* 11. §. 4. *num.* 7. ac proinde de primo ad vltimum aſſerendum eſt aduentitia, & omnia, quæ filius clericus in minoribus, vel etiam primæ tonſuræ acquirit pertinere ad peculium quaſi caſtrenſe, nec vſumfructum patri acquiri, libereque poſſe teſtari de illis.

243. Sed à prædicta ſententia imo clericos primæ tonſuræ non gaudere prædicto priuilegio, vt acquiſita ab eis, vel aduentitia pertineant ad peculium quaſi caſtrenſe, reſoluunt *Immola in d. cap. Quia nos, Viglius in principio quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum num.* 18. *Ripa l. In quartam D. ad l. Falcidiam. nu.* 171. *Caſtro d. l. Cum oportet nu.* 167. *Parlad. quotidian. differen.* 123. §. 2. *n.* 7. & hanc partem approbare videtur *Caldas d. loco num.* 105. *verſiculo melius*, qui omnes facile reſpondent *aduerbum, cantores*, de quo *in d. Auth. præsbyteros*, quod nō intelligatur de gradu, ſed de cātore clerico iam in ſacris, qui eccleſijs in ſeruiebat in maioribus ordinibus, *iuxta Authēticum, vt determinatus ſit numerus clericorum*, & quo ad ſummum extendunt quoad clericos, qui habent omnes quatuor gradus minorum ordinum, qui dicuntur cantores *d. cap. Perlectis*, ſed ad clericos primæ tonſuræ minime extendendū putant, quia per primam tonſuram nullus gradus accipitur, vt cum cō muni Theologorū ſupra diximus, & videtur cōprobari *ex cap. Clericus de vita, & honeſtate*, & forſan de iure Cōmuni hæc ſentētia verior ſit.

Sed pro vera concordia harum opinionum dicendum eſt iure Cō 244 245.
muni, (*ſemoto Concilio Trident.*) veriorem eſſe ſententiam negatiuam, quod initiatus prima tonſura non gaudeat priuilegio quaſi caſtrenſium in aduentijs, ſed regulandus ſit, tanquā quilibet alius filius familias, at vero poſt *Concilium Trident. d. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. indiſtincte dicendum

cendum est, quod siue filius familias sit clericus in minoribus, siue in prima tonsura tantum, nisi beneficium possideat ecclesiasticum; vel de mandato Episcopi in seruiat ecclesiæ, & insimul deferat habitum, & tonsuram vel sit in seminario clericorum, in via ad maiores ordines, nō gaudebit prædicto priuilegio, si autem habuerit hæc requæsita, vel aliquod necessarium illorum tunc gaudebit, tam in minoribus, quam in prima tonsura tantum, ita vt omnia per talem clericum acquisita dicantur quasi castrensia, & in omnibus clericis in sacris æquiparatur, & procedunt omnia supra resoluta, ita expresse resoluunt recentiores, *Spino de testamentis Rubrica 4. numer. 12. Molin. disputat. 138. versicul. incipit. Couarru. dict. verbo læsis num. 105. versiculo posset vero, Auendaño responso 17. numer. 3. Thomas Vaz allegat. 29. numer. 125. Molin. iterum disputat. 231. versiculo idem quasi castrensia.*

Vltimum exemplum, quod Doctores exprimunt circa peculium quasi castrense, est de donationibus factis á principe, vel regina, vt probat *leg. Cum multa, Cod. de bon. quæ liberis ibi, (si quis à serenissimo principe, vel à pijssima augusta, siue masculus, siue fœmina, donationes sit consecutus, vel consequuta, siue mobilium, siue immobilium filius familias tamen constitutus, vel constituta, habeat huiusmodi res omni acquisitione absolutas & nemini eas acquirat, neque earum vsumfructum, pater, auus, aut proauus sibi vendicet, sed ad similitudinem castrensis peculij omnem facultatem filij, vel filiæ familiæ habeant)* concordat apud nos *Ordinario lib. 4. titul 97. §. 10. ibi (se regulem como se fossem bens quasi castrenses,)* in quo emendauit *Ordinationem antiquam*, quæ aduentitia appellabat, & §. 12. *ibi (determinamus, &c.)* & §. 16. ibi *(ou lha nos dermos,)* & *in antiquis titul. 77. §. 21. & in nouis dict. §. 10.* ibi, *queremos, l. 7. titul. 14. part. 4.* de cuius textus materia, vltra scribentes ibi, *late Menchac. de creat. §. 26. à num. 2. Cassan. in Catalog. 5. parte, priuileg. 24. Iaſ in Authentica ex testamento nu. 12. Decius leg. final. Cod. qui testamenta facere possunt. numer. 6. Suar. leg. Quoniam in prioribus Limitatione 6. numer. 10. Caldas dict. verbo, læsis num. 106. Castr. dict. 3. part. leg. Cum oportet numer. 184. Pin. 1. selectarum cap. 1. numer. 41.* Vnde dubitum non est omnia à principe donata filijs familias, etiã si sint fœminæ, sequi naturam bonorum castrensium, vt probatur ex verbis, *dict. leg. Cum multa*, ibi *ad similitudinem castrensis peculij*, vbi Doctores notant fœminam posse quasi castrense peculium obtinere, quam *Baldus*, ibi ad hoc extollit *Dec. dict. numer. 6. Iason. dict. numer. 12. Menchac. dict. num. 5. Caldas dict. num. 106.* cum ergo constet prædictam donationem numerari inter quasi castrensia, sequi-

tur quod nullo modo venient imputanda, *iuxta leg. vltimā Cod. inofficioso testament. l.* 1. §. *Nec castrense D. de collatione bonorum, dict. leg. Cum oportet, versiculo, exceptis Cod. de bonis, quæ liberis,* & expressit Imperator, *in dict. leg. Cum multa,* ibi (*ad similitudinem castrensis peculij omnem facultatem filij habeant,*) ad quod singularem dicit *Gomes in* §. *actiones numer.* 15. *Institut. de actionibus, Caldas dict. verbo, læsis numer.* 108. *Castro dict. leg. Cum oportet numer.* 185. *Ordinat. regia dict.* §. 10. *& dict.* §. 12. *leg.* 7. *titul.* 14. *part.* 4.

Vnde consequenter Doctores
46. nemine excepto, inferunt ex donationibus prædictis factis ab Imperatore, vel à principe quocunq; (nam in omnibus idem ius est quoad præsens institutum, *leg. vltima Cod. de legibus,* vbi Rex, & Imperator Idem est, *Caldas dict. num.* 106. *ad finem,* parentibus non queri vsumfructum, *dict. leg. Cum multa,* ibi (*neque earum vsumfructum pater, auus, aut pro auus, sibi vendicent*) *Caldas dict. numer.* 108. *Castro dict. num.* 185. Secundo inferunt posse filium libere testari de his donationibus, sicut de quasi castrensibus, ad quod citant *textum in leg.* 1. §. *Hoc autem Senatus Consultum versiculo in filij, D. ad Senatus Consultum Trebellian. vbi Alexand. num.* 5. & aperte colligitur *ex verbis dict. leg. Cum multa,* ibi (*habeant filij omnem facultatem*) *Gom. dict. num.* 15. *Segura in repetitione, leg. Imperator, D. ad Trebellianum num.* 92. *Guilhelm. in cap. Raynucius verbo, materni num.* 17. *Ioannes Baptista Caccialupus in leg. Frater à fratre de conditione indebiti, numer.* 103. *Caldas dict. num.* 108. *Castro numer.* 185. Licet contraria sententia in rigore verior sit, vt optime defendit *Crotus in d. leg. Frater à fratre numer.* 112. *Ægidius leg.* 1. *Cod. de sacrosanct. Eccles. part. prima,* §. 7. *numer.* 14. *acerrime Pinel. primo selectarum, cap.* 5. *quem vide.*

Tertio inferunt Doctores priuilegium *dict. leg. Cum multa,* non solum procedere, in donatione facta ab Imperatore, & regibus supremis, sed etiam si fiat à quacunque republica, vel domino non recognoscente superiorem, vt probat *Riminaldus princip. Institut. de donationibus numer.* 452. *Caldas vbi supra numer.* 107. *Castro num.* 187. *Pinel. primo selectarum, cap.* 5. *num.* 42. *in fine,* ad quod citat *textum, in leg. Postliminium* 19. *in principio D. de captiuis, & postlim.* ibi (*liberos omnes populos, regesque*) vbi populi liberi regibus æquiparantur; Vnde *Ordinatio nostra dict. lib.* 4. *titul.* 97. §. 10. *ad finem,* voluit supradictam doctrinam ampliare, etiam ad magnates Regni, qui si aliquid donauerint filijs familias minime venit imputandum, quia hæc bona tanquam quasi Castrensia regulanda sunt; in quo aduertendum est, quod dispositio hæc,

dum lo-

hæc, dum loquitur de donationibus factis per magnates, qui recognoscunt superiorem, & insimul de alijs personis extrancis, ibi (*& isto que dito he hauera lugar, & se goardara nos cazamentos, & aiudas para elles dadas, ou prometidas por fidalgos, & outras quaisquer pessoas, que não sejão assendentes*) quibus verbis aperte legislator regius æquiparat donationes factas per magnates, vel per alias quascunque personas, ita
213. vt vtrique naturam imitentur bonorum quasi castrensium, nec veniant ad collationem, nec imputentur, nec de illis quæratur patri vsusfructus, vt supradiximus, in quo aperte constat *Ordinationem*, illam esse contrariam iuri Cõmuni, per quod solæ donationes factæ per principem, vel alium non recognoscentem superiorem habent prædictum priuilegium. Vnde cum dispositio illa legis regiæ, sit odiosa, restringenda est solummodo ad casum ibidé expressum, quando donationes illæ fuerint factæ ad dotem, vel augmentum ipsius dotis solummodo, si autem donationes fuerint factæ ad alium finem, seruabitur iuris communis dispositio, de qua statim, vt est dicniente *Valasci de partitionibus cap.* 13. *num.* 27. *Costa de successione regni pag.* 145. *Cabedo decis.* 115. *numer.* 4. *part.* 1.

Extendunt Doctores dispositionem, & priuilegium *dict. l. Cum multa*, vt procedat etiã si princeps, vel superior prædictam donationem faciat filijs famil. contemplatione patris, nam adhuc ipse filius non tenebitur imputare, vt probauit *Gomes leg.* 48. *numer.* 4. *Caldas de nominat. quæstion.* 18. *num.* 6. *& dict. verbo, læsis num.* 107. *Castro dict. leg. Cum oportet. num.* 188. quæ sententia nullibi in iure probatur, nec aliud habet fundamentum, nisi quod liberalitas principis semper debet præcipua, & insolidum apud filium remanere; Vnde merito de iure Communi dubitauit de hac opinione, & extentione *Palat. in Rubrica de donation. inter* §. 42. *numer.* 48. quia nullibi reperitur *dict. l. Cum multa* procedere in hoc casu *contra regulam leg. Sedet si* §. *In arrogato D. de vulgari*; vbi *glossa*, & communis, & late supra diximus, & tenet expresse *Valasc. dict. num.* 27. *ad finem*, maxime, quia si donator propter patrem donaret, ab ipso patre censetur filius capere *Gabriel communium tit. de iure dot. conclusion.* 5. *Mascard. conclusione* 156. *Peregrin. articul.* 37. *Barbos. leg. Quæ dotis nu.* 24. *Cabedo decis.* 169. *Castillo tom.* 4. *cap.* 5. *nu. fin.* Sed *Ordinatio nostræ dict.* §. 10. sequuta est opinionem priorem ibi (*nem lhe sejaõ dadas em suas legitimas, posto que seja certo, & manifesto, que per respeito & contemplaçaõ dos pais, ou dos outros ascendentes, & por seu requerimento as tais doaçoẽs de casamentos, ou ajudas delles foraõ feitas aos filhos*) itaq; lex illa etiã in hoc exorbitat à iure communi,

secundum veriorem sententiam, *Palatij, & Valasci d. locis*, ac proinde minime extendenda est ad alias
249. donationes, vel ad casus etiam similes, *iuxta regulam, quæ à iure de regul. iur. lib. 6. cum vulg.* Declarabis tamen teneri filios imputare prædictas donationes, quando donatores expresse declarauerint, se velle vt ad collationem seu impumtionem deducantur *Ordinatio dict. titul. 97. §. 11. Valasc. supra n. 30. Molin. disput. 257. num. 19. Gamma decis. 34. n. 10.*

Ex quibus etiam legislator noster *d. tit. 97. §. 12.* statuit ne annui redditus perpetui, vel panes ciuiles, vulgo (*iuros, & tenças del Rei*) quos
250. parentes etiam in vita de licentia regis in filios transferunt, mnime venire ad collationem, nec filijs esse imputandos, ex suprapositā resolutione, quod donati censentur ab ipso principe, & per consequens sortiuntur naturam bonorū quasi castrentium, *iuxta d. leg. Cum multa Cod. de bonis, quæ liberis.* Nam licet ex rogatione parētum ipse princeps motus sit ad concedenda supradicta bona filijs, nihilominus ipsa principalis liberalitas attenditur, vt resoluunt Doctores omnes *ad d. l. Cum multa* ex nostris regnicolis *Cald. de nominat. quæstion. 18. num. 7. & ad §. Sed hæc Instit. de in officioso num. 59. Gamma decis. 29. nu. 4. Valasc. de part. cap. 13. num. 178.* Vnde cum dispositio huius *Ordinationis* procedat contra veriorem sententiam attento iure Communi, quæ habet omnia filijs donata, conferenda, & imputanda esse, quia censentur profectitia ab ipso patre, *d. l. Sed & si §. In arrogato D. de vulgari*, quæ in donatione principis nō reperiuntur limitata, vt supra ostendimus, merito Doctores modo citati contendunt, ipsam esse restringendam ad casum, quem exprimit, videlicet in annuis redditibus, & annonis ciuilibus, quæ à principio in ipsos parētes, vel auos emanarūt, & videtur colligi ex verbis *d. Ordinat.* ibi (*ou cousa de nos, ou da Coroa de nossos Reynos tinha*) vt solummodo loquatur de rebus illis, quæ ex munificentia, & liberalitate principis procedunt, & resoluunt *Caldas Valasc. Gam proximè citatis locis.* Inde inferentes, quod si pater non titulo lucratiuo, sed titulo oneroso, verbi gratia, emptionis, vel simili prædictos redditus consequatur, & postea etiam de licentia principis in vita, vel post mortem filio concedat, tenebitur filius ipsorum æstimationē, & pretium conferre, vel imputare, nam in hoc casu non procedit, *d. §. 12.* nec dispositio *dict. leg. Cum multa*; sed potius considerantur regulæ iuris, quæ dictant attendendum esse initium acquisitionis paternæ, vt in emphitensi empta pecunia patris supradictum est *per Ordin. d tit. 97. §. 22.* & in æstimatione officij à patre empti tenuit contra sentētiam maioris partis *Senator Gamma decis.*

decis. 29. num. 4. Valasc. d. cap. 13. nu. 72. cum Doctrina Bart. in leg. Mortis causa. D. de donation. causa mortis, & in terminis idem *Valasc. num. 179. Caldas d. num. 59. sequenti.*

Denique ad hanc speciem peculij quasi castrensis merito referenda sunt publica stipendia, que filius famil. obtinuerit ex officio, seu mi-
251. nisterio intra principis palatium gesto, certum est enim omnes, qui officia palatij gerunt stipendia mereri, nam hi militare dicuntur saltem inermi militia *iuxta totum titulum Cod. de his qui in sacro palatio milit. & ex l. 3. Cod. de dignit. lib. 12. l. vltim. Cod. de silentiarijs C. eodem lib.* vbi explicat *Cuiac. & Alcyat. & nos supra diximus in prima part.* ita vt omnia, quæ prædicti filij famil. acquisierint prædictis muneribus inseruiendo, minime teneantur imputare, sed potius prolibito, & ex voluntate possunt de illis disponere, *iuxta d. leg. vltim. Cod. inofficio dict. l. Cum oportet*, vbi notat *Castro part. 4. num. vltim.* & est verissima resolutio.

Iam nos expectant aduentitia bona, quæ filijs famil. nulla patris contemplatione reliquuntur, an te-
252. neantur ipsi præd. bona imputare, in legitimam, Nam de iure antiquo Digestorum, etiam aduentitia ab emancipato conferebantur, vt est *textus optimus in l. 1. D. de collat. bon.* vbi filius emancipatus tenetur adducere ad collationem lucrata propria industria, vel sibi relicta, impo-

quæ sunt proprie aduetitia, & quæ solummodo tempore illo dabantur in emancipato, filius enim suus aduentitia nō possidebat, quia omnia quocunque modo sibi pertinētia ipso iure transibant in patrem, *iuxta l. Placet D. de acquir. hæred. l. 1. D. si quis à parēte fuerit Manumiss. l. 2. Cod. de patria potest*, & non solum quoad vsumfructum, sed etiam, quoad proprietatem, donec per Imperatores, hic rigor antiquus sublatus fuit, vt solummodo patri acquiratur vsusfructus, manente proprietate penes filium, *celebris text. in l. Cum oportet Cod. de bonis quæ lib. §. Igitur Institut. per quas personas nobis acquiritur*, vbi *Pichard. num. 2. Pinel. l. 1. Cod. de bonis matern. 1. part. à principio Gomes l. 48. Tauri num. 1. Matienço leg. 9 titul. 5. recupilat. gloss. 1. à principio*, & *ibidem Azeued. Caldas d. verbo læsis à num. 120.* consonat apud Hispanos, *l. 7. titul. 17. partit. 4. apud nos Ordinatio. lib. 1. tit. 87. §. 6. & lib. 4. titul. 98. §. final.* Itaque certum est de iure nouo Iustinianum *in dict. leg. Cum oportet, & in dict. §. primo*, solummodo loqui, de bonis aduentitijs, quæ filijs obueniunt ex alijs causis, præter successionem maternam, nam de maternis iam iam egerat *Constantinus in leg. prima, Cod. de bonis maternis*, & ipse Iustinianus refert in *dict. leg. Cum oportet*, ita vt tam Constantinus in maternis, quam Iustinianus in aduentitijs contra rigorem iuris antiqui, *dict. leg. Placet. D.*

cet *D. acquirend. hæred.* ſtatuerunt, vt parentibus ſolummodo vſusfructus conſeruaretur, manente proprietate inſolidum penes filium, & cum veriori, & communi ſententia reſoluit *Pinel. d. l. 1. part. 1. à nu. 19. Cald. proxime à numer. 123. & ſequentibus Barboſ. l. 2. §. Quod ſi in pa-*
253. *tris D. ſol. matrim. num. 19.* ſed de iure Digeſtorum tenebantur emancipati conferre, ex eo, quia cum ipſi reſpectu patris dicerentur extranei, §. *Emancipatis Inſt. de hæredit. quæ ab inteſtato deferuntur*, & ſolum à prætore admittebantur, ſi erant præteriti in teſtamento paterno, reciſa emancipatione per bonorum poſſeſsionem contra tabulas, *l. Sed cum patrono 6. §. Bonorum D. bonorum poſſeſsion. titulo generali iuncta l. Non putauit de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* & ideo cum eſſent extranei reſpectu patris, & aliorum fratrum, merito Prætor *in d. l. 1. D. de collation. bonor.* conſtituit, vt propria bona in medium afferat, qui apetit aliena, ne iniuriā ſuis irrogaret, deinde quia cum attento tempore antiquo pater acquireret pleniſsime omnia aduentitia filiorum in ſacris, iniquium foret, ſi emancipatus lucraretur bona aliorum fratrum, & prōpria inſolidū reſeruaret, vt ſcribit *Coſta poſt antiquiores in §. Et quid ſi tantum part. 3. num. 229. Gom. leg. 29. num. 2. Valaſc. de partit. cap. 12. num. 12. Pinel. iunior lib. 2. ſelect. cap. 4. num. 31. Petrus Gregor. ſintagmat. lib. 46. cap. 8. à num. 5. Duaren, ad tit. de collat. bonor. cap. 1. Dond. in rubrica de collat. à principio, Cuiac. Pichard. & plures per Robles de repræſentat. lib. 1. cap. 11. à n. 11. & 12. addo Gilchen. in d. rubr. in prælud. n. 1. & 2. Amaia obſ. lib. 1. cap. vltim.* idcoque hæc collatio obſeruatur, vt teneretur filius emancipatus cōferre, etiā quartam, quam habebat in bonis patris *ex cō ſtitutione Diui Pij, per textum in d. l. 1. §. Si impuberi. D. de collat. bon. Pinel. vbi ſupra num. 30. vſque ad finem*; Sed cum iam conſtitutum ſit, vt filij, qui in ſacris paternis conſtituti aliquid acquiſierint ſint plene domini, quoad proprietatē, & poſt mortem patris etiam, quoad vſumfructum, per *d. l. Cum oportet*, etiam de nouo conſtitutum fuit *in l. vltim. C. eod. de collat.* vt huiuſmodi aduentitia non conferantur in legitimā, exornant *Bald. Salycet, Corneus in d. leg. vltim. Gom. l. 29. nu. 10. Fachin. lib. 5. contr. cap. 83. Faber. de erroribus pragmat. decad. 41. error. 10. & de coniect. lib. 13. cap. 12. à principio Cuiac. 3. obſ. cap. 30. Valaſc. d. cap. 13. n. 178. Caſtro dict. leg. Cum oportet num. 78. Mangil. de imput. q. 46. n. 4. Franciſcus Beccius conſ. 113. num. 29.* qui licet exiſtiment iam ante deciſionē *d. l. vlt.* quæ tantum loquitur de filijs in ſacris, conſtitutum fuiſſe, vt filij emancipati non tenerentur aduentitia conferre, *per textum in l. Vt liberis, C. eodem titulo de collationib.* tamen, meo videri, falluntur; Nam *d. l. Vt liberis*, licet loquatur de filijs emancipatis, vt teneantur cōferre, loqui-

loquitur de collatione peculij profectitij, ideſt, de conferendis rebus, quas ex patrimonio paterno acquiſierunt, vt ibi patet, ſed minime loquitur de peculio aduentitio, & ideo adhuc quo ad emancipatos ſtam' in regulis iuris antiqui, quod ſi voluerint venire ad hæreditatem paternam, propria conferre debent, niſi dicas, quod cũ iam ſint per iura nouiora ſublata quoad admodum ſucceſsionis omnis differentia inter ſuos, & emancipatos, omnibus vna, & æqualis ſit conditio *iuxta l. Meminim' C. de legitim. hæred. Auth. de hæredib. abinteſt. §. Si quis igitur in fine collat. 9.* & hodie detur imputatio ſolũ ratione æqualitatis ſeruandæ inter filios *l. fin. Cod. communia vtriuſque iudicij, d. Vt liberis Cod. de collationib.* ideo quemadmodum ſui, non tenetur peculia aduentitia emancipatis conferre, *d. leg. fin.* ita nec ſimiliter emancipati, & ita eſt de mente *Coſtæ ind. num. 229. ſequitur Valaſc. d. cap. 12. num. 15. & 16. licet d. num. 178. cum Caſtro d. nu. 98.* inaduertenter aliud ſcribat, quod apud nos expreſſe cautum eſt per *Ordinat. d tit. 97. §. 16.*

Inter bona aduentitia numeranda ſunt omnia quæ filius ex propria induſtria, proprio ſudore, ac labore acquiſierit, etiam ex artificio mechanico, alteri inſeruiendo, vel ſimili vt conſtat ex diffinitione aduẽtitij peculij, quam ſcribit *Caldas d. verbo læſis num. 120. ex l. Cum oportet l. vltim. Cod. bonis, quæ liberis, §. Igitur Inſt. pdr quas perſonas d. l. Cum oportet ibi (ſed ab alijs quibuſcunque cauſis quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus ſuis ad eum perueniant) l. 7. tit. 17. part. 4. Ordinat. lib. 4. tit. 97. §. 16. ibi (& quãdo o filho que eſtá com ſeu pay, ou com ſua may, ou com ambos, ganhar alguma couſa per ſeu trabalho, quer antes de caſado, quer depois,* (& ibi *não ſera obrigado de a trazer à collacaõ aos outros irmãos*) *Bart. in leg. 1. § Nec caſtrenſe D. de collat. bon. n. 5. Bald. in l. Quoniã nouella C. inofficioſo teſtamento colum. 1. regul. 5. Salycet. in d. Cum oportet n. 2. Alexand. conſ. 133. num. 5. lib. 7. Beccius d. conſ. 113. nu. 20. Craſſus §. Legitima quæſt. 31. num. 2. Surdus de aliment. titul. 9. quæſtion. 20. num. 10. Aſcan. de patria poteſtate effectu 2. n. 10. Molina de iuſtitia diſput. 232. in principio Corneus, qui teſtatur* de communi *conſil. 285. à princip. Gom. ad d. l. 29. num. 24. verſiculo 2. & à fortiori,* cum quo ſicco pede tranſit *Valaſc. dict. cap. 13. num. 180.* in fine, addo *Mangil. de imput. quæſt. 29. n. 15.* vbi plures alios citat, nec contradictorem inueni.

Prætermittendum non duxi, an ſi filius, vel filia ex proprio labore, & induſtria aliqua bona quęſierint quia tamen labor, & induſtria, nec dicitus, nec honeſta ſit, prout ſi filius ex delicto, vel ludo reprobato, vel filia ex meritricio, vel alio turpi, & inhoneſto quæſtu lucretur, debeat hic quæſtus venire ad imputationem, in quo Doctores cõmuniter negatiue reſoluunt *per text.* 256.

tum in d.l Cum oportet. Nam si filius pō tenetur imputare acquisita proprio labore, & industria, quando labor licitus est, & secundum leges, à fortiori de obligatur imputare, quando lucrum turpe est, & ex inhonesta causa prouenit *Alexand. lib. 5. cons. 77. numer. 5. Ioan. And. in addit. ad speculat. titul. de actore §. 1. versiculo aduentitium Bald. in rubr. de condictione obturpem caus. numer. 3. Ascan. de patria potestate effectu. 2. n. 19. Decius leg. Illud num. 12. Cod. de collation. alios refert, & sequitur Mãgil. d. loco quæst. 35. num. 10.* sicut in simili, quod socius ex delicto, veluti ex furto acquirit, non tenetur cōmunicare iuxta *leg. Quod autem ex furto 54. iuncta l. Præcedenti D. Prosocio, Alexand. d. nu. 5.* deinde, quia illud quod acquiritur ex ludo etiã prohibito minime venit imputandũ, qũia hoc prouenit ex liberalitate fortunæ, vt inquit *ex text. d. l. Cũ oportet*, expresse *Bald. Decius, Mangil, & communis, vbi proxime*, facit circa acquisita ex causa turpi *textus in leg. 4. §. sed & quod meritrici D. de condictione obturpem causam*, vbi acquisita per meritricem licite retinẽtur, quia turpitudo sõlum consistit in actu propter quem datur, non autem in receptione, vt post *Couar. in regula peccatum 2. part. §. 3. nu. 4. Gut. lib. 2. can. cap. 10. à princip. Sayro claui regia tract. 5. lib. 10. cap. 3. à n. 26. Sarmiento lib. 6. select. cap. 8. Molina disput. 94. versic. tertia conclusio Gom. de potestate in se ipsũ lib. 2. cap. 15. num. 9. Ægid. leg. Ex hoc iure 2. tom. cap. 11. conuen. 10. à nu. 3. & sequent.* ergo cum omnia supradicta bona proueniant ex labore, & industria filiorum siue ex causa honesta, siue in honesta non venient imputãda, & ita ampliandam censeo *Ordinationem d. §. 16. ibi (por seu trabalho,)* nam in omni casu illicitæ acquisitionis etiam datur labor, & industria filij acquirentis, vt minime dicantur taliter acquisita subiecta imputationi, & tandem est *textus expressus in l. 4. D. familiæ erciscundæ*, quod turpe lucrum nõ venit in iudicium familiæ erciscundæ *gloss. & Salicet. in l. Bona Cod. familiæ erciscund.*

Sicut etiam è contrario, si filius pecuniam paternam, vel alia bona mobilia subtraxit, & ludendo, vel meritricando consumpsit, teneri imputare in legitimam, resoluunt communiter Doctores cum *Guilhelm. de Cuneo in l. Incerti iuris C. familiæ erciscund. Bald. num. 18. Salycet. num. 22. in l. filia C. eodem titul. Bart. quem refert. Gomes l. 29. n. 25. Syluester verbo peculium 2. quæst. 9. Nauar. in man. cap. 17. nu. 164. Molina de iust. disput. 242. à principio Mangilius de imputationibus quæst. 43.* qui testantur esse communem sententiam, qui mouetur *ex text. in l. Ex furto. 16. §. Sed & si dolo D. famil. erciscund.* Vbi probatur omnia, quæ hæredes gesserunt circa bona hæreditaria dolo, vel culpa, venire in iudicium familiæ erciscundæ, cũ ergo cõstet filium

filium in casibus prædictis sunt dolose, & culpabiliter versati meritricando, & ludendo, recte consequitur ipsum teneri in legitimam imputare omnia quæ sic de bonis paternis consumpsit. Deinde probatur *ex d. l. Omnimodo §. Imputari, & ex l. Scimus §. Repletionem C. inofficios.* vbi filius imputat quæ à paternis facultatibus in eius potestatem deuenerunt, quæ de natura sua sunt imputabilia: ergo. Vltimo pro hac parte facit generalis modus loquendi nostræ *l. Regia d. lib. 4. titul. 97. in principio ibi (ou por outra qualquer maneira)* quibus verbis lex regia videtur comprehendere quēcunque modum, per quem res paternæ ad filiū perueniunt, ac proinde quando filius eas subtraxerit à fortiori venient imputandæ, maxime, quia pater de iure nostri regni non potest impedire collationem, *iuxta d. principium Ord.* licet de iure Communi aliud esset dicendum, secundū ius nouum authenticorū, de quo *in Authentica ex testamento C. de collat.* iuncto corpore vnde sumitur *in Authentico de Triente, & semisse §. Illud Collatione* 1. prosequitur *Gozadinus in repetitione d. Auth. à principio*, & in filio emancipato nullum dubium est, vt teneatur ad imputationem secundum supradictos, nam iste subtrahendo bona paterna, furtum committit, vt probatum ex *text. in l. Si quis vxori* 53. *D. de furtis*, ita vt pater statim contra illum possit suam actionem proponere efficacem, quam saltem ad persecutoriam in alios filios transmittit *l. 1. D. de priuat. delictis*, & ad quemlibet ex filijs pro sua parte, vt probat *text. in l. Si adulta C. hereditarijs actionibus*, vbi notant omnes maxime *Donellus in l. 1. illo tit. Cuiac. in posthum. ad illum titulum in medio*, ac proinde necessario tenebitur in suam legitimam imputare, resoluunt omnes supra relati maxime *Mangilius d. quæst. 43. num. 5. & 6. Gomes l. 29. Tauri nu. 25.* Dubitant autē quo remedio vtantur filij casu, quo pater hæredem instituat prædictum filium in legitima, quia hæc deducenda est de ipsis corporibus hæreditarijs, *iuxta l. Scimus §. Repletionem Cod. inofficioso*, nec possunt obijcere compensationē, quia de substantia seu re diuersa ad rem alterius speciei, seu pecuniam non admittitur compensatio *l. vlt. C. de compensationibus*, sed præstant Doctores cautelam fratribus, ohæredibus, vt vtamur remedio retentionis, donec emancipatus imputet in legitimam, quæ subtraxit, vel aliter satisfaciat, argumento *leg. Si in area D. conditione indebiti glossa, & doct. in l. Vtique D. de damno infecto, & in l. Quod si possessor D. de pet. hereditatis*, quia remediū retentionis 25 8. in iure favorabilior est omnibus *iuxta notata per Bald. in l. Per retentionem C. de vsuris, in terminis Ruinus cons. 66. num. 17. vol. 1. Aymon. Gravet. a consilio 6. num. 98. sequitur Mangilius dict. quæst. 43. numer. 8. Gomes*

d. leg.

d. leg. 29. numer. 25. ad finem vbi alios refert.

Tota controuersia vertitur in filio familias, qui adhuc est sub paterna potestate; in qua videtur dicendum filium non teneri ad imputationem ex eo, quia in hoc casu
259. ex furto non datur actio inter patrem & filium, *vt per glossam in principio Inst. de iure naturali*, quia licet reuera filius furtum committat; *iuxta l. Serui, & filij 17. l. Qui seruo 36. §. Item placuit D. de furtis*, tamen nulla actio, vel obligatio oritur inter ipsos, ac proinde cum nulla detur obligatio, nihil est quod ex patre transmittatur ad alios filios, vt ipsi habeant actionem, vel remedium contra frātrem, *ex regula l. 2. §. Ex his de verbor oblig.*

Sed contraria sententia verior, & tenenda est, quia inter patrem, & filium in potestate, licet nō oriatur actio ciuilis, quam oriri impedit patria potestas, tamen obligatio naturalis semper oritur, *vt. probat text. vbi omnes notant in leg. Frater à fratre §. Quæsitum D. Condictione indebiti, vbi glossa Bartol. & repetentes, maxime Caccialup. à numer. 37. Mangil. d. quæst. 43. num. 16.* & in delicto filij aduersus patrem cōmisso etiam nasci naturalem obligationem, probant Doctores *per text. in l. Serui D. de furtis*, vnde saltem hæc obligatio ad alios filios transmitti certum est, & quia in hoc casu filius delinquit contra patrem, merito ex prædicta obligatione tenebitur imputare, quia si ipse noluisset, vel in malos vsus consumpsisset in patrimonio reperirentur bona tempore mortis paternæ, ac proinde ex hoc fundamento ita resoluit *Bald. in Authentica ex testamento num. 37. Cod. de Collationibus Cynus in Authentic. quod locum C. de collat. nu. 3. quos sequitur Mangilius d. loco n. 18.* Nec contra hanc resolutionem obstat fundamētum supra positum, quia fatemur ex delicto filij non oriri obligationem ciuilem, sed naturalis semper oritur, vt supra probauimus, quæ sufficiens est, vt ad alios fratres transmittatur, vt saltem per exceptionē se possint defendere, contra ipsum lusorem *iuxta l. Iurisgentium §. Igitur nuda D. de pactis Surd. de alimentis titul. & priuilegio 5. à principio Medoça de pactis lib. 1. cap. 4. à numer. 3. Mantica de contract. lib. 1. titul. 6. Peregrin. var. tit. de pactis cap. 1. num. 66. Donel. de iure Ciuili lib. 12. cap. 2. & cap. 3.* Nec secundo obstabit, si quis opponat, dicendo ad collationem, seu imputationem non venire illa, quæ sunt iam consumpta, *l. 1. §. Conferetur, leg. 3. §. penult. D. de collat. bon.* quia respondemus sufficere, quod duret obligatio illa restituendi saltem naturalis, ad effectū, vt veniant ad collationem, seu imputationem; nam cū dolosus fuisset filius sic consumens, vt supponimus, censura iuris extare dicuntur predicta bona, *iuxta textum leg. Is, qui dolo D. de reiudicata*, & cum dolo.

dolo desit possidere semper conferendũ seu imputandum est, *iuxta textum expressum in d. §. Confertur.*

Consequenter asserendum est, quod si pater cõcedat peculiũ filio famil. vt ipse cum eo negotietur, ipse autẽ dolose circa negotiationẽ se gerat, ita vt ludẽdo, seu in malos vsus pecuniã consumat, tenebitur illud sic male cõsumptũ in legitimà
260. imputare. Ratio est, quia ex hac cõcessione producitur obligatio saltẽ naturalis ex contractu mandati, *l. Si non remunerandi 6. §. 1. D. Mandati*, vnde cum filius versetur in dolo, male consumendo peculium semper fingitur extare prædictum peculium ad effectum collationis, & imputationis *dict. §. Confertur.* Nec in hoc casu dubitandum est celebrari contractum mandati inter patrem, & filium, *l. 3. D. de peculio, in §. Cui congruit* ibi (*actione mandati*) & ideo ex hac actione tenebitur filius cæteris fratribus imputare, quanuis *Mangilius d. quæstion.* 43. dicat se non videre, qua actione hic filius teneatur, quia verum est hunc filium teneri non posse actione ciuili, vt supradiximus, sed ex peculio suscepto, & male administrato oriri obligationem naturalem, quæ sufficiens est adimputationem inducendam, saltem per viam exceptionis. Nam si peculium à parte rei extaret, certum est ipsum esse diuidendum inter frattes *iuxta leg. Certum Cod. familiæ erciscund. Peregrinus de fideicommissis articul. 36. num. 29. Mangil. dict. quæst. 43. num. 17. & quæst. 29. num. 36. Barbos. leg. Quæ dotis D. solut. matrim. à nu. 138. Sanch. lib. 2. ad decalog. cap. 16. n. 20. Cald. d. verbo læsis num. 119.* ergo similiter, cum censura iuris male consumptũ extare reputetur, veniet semper imputandum *d. §. Confertur.*

Descendimus etiã ad quæstionem, quando pater in vita filio legitimam assignauit, qui illam consumpsit, nam certum est de consensu vtriusque legitimam in vita filio designari posse, *l. Si quando §. Et generaliter Cod. inoffic. testamento*, vbi omnes scribẽtes. *Couar. in nostro cap. Raynaldus, §. 2. num. Peregrin. de fideicommissis artic. 36. num. 77. & nos supra diximus in hac 4. parte*, quæ assignata à patre, & à filio accepta 261.
necessario veniet imputanda, *per textum singularem, & dificilem in leg. Cum quo 56. §. final. D. ad leg. Falcidiam, iuncta leg. Quod autem 74. in fine D. eodem titul.* nam licet regula sit in Falcidiam non imputari nisi quæ iure hæreditario capiuntur *leg. In quartam D. ad legem Falcid. d. leg. Quod autem 74. in principio D. eodem post Ordinarios ibidem Peregrin. artic. 3. de fideicommissis num. 26.* tamen si inter viuos ea mente donatum sit hæredi, ne Falcidia vtatur, idq; à testatore caueatur, minime postea vtetur hæres Falcidia, imo in illam tenebitur sic donata à testatore imputare, *textus optimus d. leg. Cum quo 56. §. final. leg. Quod autem ad finem,*

ad finem. D. ad leg. Falcidiam, prope enim est, vt ex causa hæreditaria accepisse videatur hæres, quando à testatore in vita susceptit res, ne legata diminueret, sed potius integra præstaret, vt inquit *Cuiac lib. 3. sentent. Pauli titul.* 8. §. 3. sequitur *Gothofred in d.* §. *fin. post ordinarios ibidem*, igitur similiter si pater concedat in vita legitimam filio, qui illam lusit, vel perdidit alio quocũque modo, nõ tenebuntur alij fratres aliam legitimam soluere tempore mortis paternæ, quia ibi filius tenetur in legitimam imputare portionem à patre ipsi in vita pro legitima assignatam, *d.* §. *vltim.* resoluit in terminis *Baldus in l. Scimus* §. *Repletionem Cod. inofficioso num.* 11. *communis ad l. Si cum dotem* §. *Si pater D. sol. matrimonio Bertrand. cons.* 216. *num.* 2. *lib.* 2. *Menchac. d.* §. 30. *num.* 254. *Cæsar ad l. Inquartam nu.* 395. *& seq. Mangil. d. quæst.* 43. *num.* 20. *Peregrin. articul.* 39. *num.* 143.

Neque obstat, quod legitima nõ debetur nisi tempore mortis, *l. Cũ*
262. *quæritur Cod. inoffic. testamento Authentica nouissima Cod. eod. tit. Decius cons.* 616. *num.* 6. *Paris. cons.* 43. *nu.* 35. *lib.* 2. *Cæsar ad d. leg. Inquartam numer.* 323. *vbi de communi*: ergo in vita, non potest assignari legitima filio, quam ipse teneatur imputare. Nam de plano satisfit verum esse quod pater in vita cogi non potest ad assignandã legitimam filio quæ ipsi non debetur viuente patre, sed post eius mortem, *iuxta leg.* 1. §. *Si impuberi D. Collatione bonorum, post Ruinum, Dec. & alios. Cephal. cons.* 148. *num.* 29. *Cæsar d. loco num.* 344. *Peregrin. articulo* 36. *num.* 14. *Surd. de alim. titul.* 8. *priuilegio* 26. *à principio, Molina lib.* 1. *de primog. cap.* 13. *à num.* 31. *Cald.* §. *Sed hæc Institut. de inofficioso* 2. *part. num.* 17. *vltra omnes Ceuall. communium tom.* 3. *quæst.* 828. *à principio*; attamen si de consensu vtriusque legitima assignetur, tenebitur filius imputare, *iuxta decisionem Marcelli, in d. l. Cum quo* §. *final.* secundum communem intellectum, quem Doctores admittũt, ideo ibi valuisse donationem, & remouisse Falcidiam, quia legitimã complereut, vt per *Tiuium lib.* 2. *opinione* 91. *Menchac. d.* §. 30. *num.* 254. *Cæsar dict. num.* 395. *sequenti* cui cõmuni intellectui ego addo, quod etiam si tota quantitas legitimæ non fuisset à principio data ipsi filio, tamen cum ea intentione à patre fuisset tradita, tenetur quãtitatem receptam imputare, *iuxta dict.* §. *final*, fratres autem tempore mortis paternæ, tenebuntur redintegrare totam integraliter, alias autem ipse aget ad supplementum, *iuxta l. Omnimodo, l. Scimus C. inofficioso, Menchac. de creatione* §. 30. *à n.* 75. *Couar. cap. Raynuc.* §. 1. *num.* 7. *Costa cap. Si pater glossa in re certa n.* 19. *Crassus* §. *Legitima quæst.* 33. *Molin. de iustit. disput.* 177. aduertendo etiam, quod si residuum non sufficiat ad alimenta, tenebũtur fratres alimenta præstare, sicut etiam re-

nebatur

nebatur pater post legitimam consumptam, vt resoluũt communiter Doctores *ad Authenticam quod locũ C. de Collationibus*, & probat textus *in l. Libertus, qui operas D. de operis libertorum, Iaſ. d. Authentica quod locum num. 8. Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. num. 24. Peregrin. articul. 36. n. 145.* quia hæc alimenta debetur de iure naturali §. *Ius naturale Inſt. de iure naturali*, & aſsignatio facta in vita patris, nunquam poteſt nocere iuri alimentorum, quia poſt mortem patris ipſa obligatio transit ad filios, *leg. 2. §. Ex his D. de verborum oblig.* poſt reliquos ſupracitatos *Mangilius d. quæſt. 48. nu. 20.*

Quid dicendum eſt de expenſis, quas pater erogauit in rebus aduẽtitijs ipſius filij, in quibus vſumfructum poſsidebat, *iuxta leg. Cum oportet C. de bonis, quæ liberis §. 1. Inſt. per quas perſonas nobis acquiritur?* Et in hac quæſtione Doctores maxime variant, *vt per Garſiam de expenſis cap. 11. à num. 2. Mangil. de imput. quæſt. 39. Molin. de primogenijs lib. 1. cap. 27. à num. 11.* Et imprimis non loquimur de expenſis, quas pater fecit gratia colligendorum fructuum, nam has expenſas tenetur ipſe facere, *iuxta l. Diuortio §. vltim. D. ſoluto matrim.* vbi *inſignis Barboſ. 1. part. à num. 1. l. 3. §. Nos generaliter D. de impenſis l. vlt. eodem tit.* loquimur ergo de impenſis vtilibus, & neceſſarijs, quę reſpiciunt perpetuã rei vtilitatem duraturam vltra vitã patris expendentis, prout ſi nouam villã neceſſario extruxerit, vel veterem ſine culpa collapſam reſtituerit. Si paſtina inſtruit, molendinum, aut ſimile fecerit, tunc datur harũ impenſarũ repetitio, vt probat *textus d. l. Diuortio §. fin. verſic. plane D. ſolut. matr. l. Eum, ad quem Cod. de vſufructu, Peregr. de fideicommiſsis art. 50. a n. 7. Mangil. d. quæſt. 39. nu. 5. Alciat. & Rebuf. in l. Impenſæ D. de verbor. ſignif. inſignis Barboſ. d. §. fin. n. 32. & lateſeqq. Gomes. 2. tom. cap. 15. n. 7. Spino de teſtam. gloſſa 13 n. 80.*

In quo aduertendum eſt, vtrum prædictæ impenſæ ſint magnæ, an modicæ, quia licet pater habeat vſumfructum ex lege, tamẽ in hoc eaſdem patitur conditiones aliorũ vſufructuariorum, qui omnes tenentur ad modicas expenſas faciẽdas, iuxta textum maxime a Doctoribus commendatum *in l. Hactenus 8. D. de vſufr. & quemadm. Pinel. l. 1. C. de bon. mater. 2. part. nu. 69. & ſeqq. Garſia de expenſ. cap. 11. num. 6. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 27. nu. 10. Peregr. d. artic. 40. n. 45. & artic. 4. num. 65. Caſtill. de vſufruct. cap. 56. & ſequenti, inſignis Barboſ. d. §. vltim. num. 36. in principio, Valaſcus conſult. 116. à n. 6.* Si autem expenſæ fuerint magnæ facta taxatione ipſarũ quæ ſemper faciendа eſt arbitrio iudicis, *vt per gloſſ. verbo pertinere ind. l. Hactenus, gloſſ. & Bart. in l. Omnino D. de impenſis in rebus dotalibus Pinel. ſupra num. 70. Molina d. cap. 27. num. 6. Menoch. de arbitrar. caſu 215. ad finem Peregrin. vbi ſupra*

Garsia d.cap. 11.*num.* 16.*Barb. d.* §.
265. *fin.num.* 36. liquidum tenebitur filius imputare,& alijs fratribus rescarcire , vt inter ipsos sequatur æqualitas,propter quā inducta fuit imputatio, *vt Bald. in Authentica excipitur C. bonis, quæ liberis num.* 4. *Paul.in l.vltim.* §.*vbi autem eodem tit. num.*7. *Molina d. cap.* 27.*numer.* 11. *Corneus consil.*86. *num.*3.*volumine* 4. *Pinel d.*2.*part.num.*69. *Garsia d.cap.* 11.*num.*14. *Peregrin. d.artic.* 50.*nu.* 42.*Mangil.d.num.*5.

Si autem pater feciſſet voluptarias expensas, has minime tenebi-
266. tur filius persoluere , solummodo poterit pater, vel fratres illas abradere,cum sit possessor bonæ fidei, vt probant multa iura, *textus capitalis in l.Infundo D. Reiuendicat. leg. Pro voluptarijs* 9. *D. impens. in rebus dotalibus factis l.*3.§. *Sed si mutua D. de in rem verso, l.Unica* §.*Taceat versiculo,quod si voluptaria C. Rei vxoriæ actione, glossa, Bart.& communis verbo non habere in l.Ex duobus* 27.*D. de negot gestis,Menochius recuperand. remedio* 15.*num.*530.*Barbosa cum multis,quos refert d.* §.*fin.num.*88. *Pereg. d artic.* 50. *num.*54. *Corneus d.cons.* 86.*nu.* 9. *Castrens consil.* 270.*colum.* 8.*vbi citat textum in l. Ideoque* 10.§. *Idemque ait siquid procurator D.Mādati,l.Si sine* 33.§.*interposito,versicul. item D. de administrat. tut. Garsia de expensis cap.* 5. *à numer.* 9. *Sarmiento lib.*1.*selectar. cap.*10. *à nu.*7. *Alcyat. in l. Impensæ de verb. significat. num.* 19. *Mangil. de imputat. d. quæst.* 39. *nu.* 13.qui alios citat; quam doctrinam intelligunt supra relati procedere, quando filius tales expensas voluptarias non erat facturus,quia si ipse esset illas facturus,tunc tenetur illas imputare in legitimā,quia tunc non cōsiderantur voluptariæ, sed vtiles,*vt ex glossa ind l.In fundo,* magistraliter resoluit *Bart.ibi num.* 10. *Alcyatus d.leg. Impensa num.*9. *Garsia d.cap.* 5. *num.* 26. *Mangilius supra numer.*12. *Peregrin d.num.*54. *Capra consil.*90. *dub.*2.*num.*12. *Neguz. de pignoribus* 5. *part. Membro* 4. *num.*20.Si autem filius non erat facturus, nec ipsæ possunt commode abradi, non tenetur ipse filius aliquid pro ipsis rescarcire, quia pater illas amittet, *d.leg. Pro voluptarijs* 9. *D.de impens. in reb. dot alib. factis, Curtius iunior cons.*195. *num.* 11. *Tiraquel. lib.*2. *retr.* §.7. *glossa* 1. *num.* 6. *Valasc. de emphit. quæst.*25. *num.* 10.*Garsia de expensis cap.*1. *num.*25. *Barb. d. num.* 88. *Peregrin. d. num.* 54. *ad finem, Mangil. d. quæst.* 39. *nu.*14.*& nu.*15. qui limitant ab rasionem etiam cessare, quando filius voluerit soluere interesse pro quantitate, quam pater lucraturus erat abradendo, vt sentit *Bartol. dict. numer.* 10. *Bald. dict. leg. Sed & si quid, D. de vsufructu,* quæ resolutio maximam præ se fert vtilitatem,& æquitatem, *iuxta leg.*2.§. *Item Varus D. de aqua quotidiana,& æstiua.*

Alter casus etiā considerari potest in hac materia, ad effectum, vt filius

filius teneatur impensas, vel conferre, vel imputare in legitimam, quando scilicet pater maximas impensas fecisset etiam respectu vsusfructus, quãdo vel ex vetustate domus, vel alia causa res perierit, quæ sine magnis expensis reformari nõ potest; nam in hoc casu, si pater domum, vel quid simile reparet, tenetur filius, vel imputare prædictas expensas, vel satisfacere æstimationem alijs fratribus; Ratio est, quia licet quicunq; vsusfructuarius præstare debeat omnem rei curam, & diligentiam, *iuxta l. 1. & 2. D. vsufructuar. quemadmodum*, ita vt reficere teneatur, *l. Vsufructu. 5. versic. quoniam, D. de vsufructu d. l. Hactenus versic. modica eodem titul. l. Damni 18. §. Ei, cuius D. de damno infecto*, & ad id cogi potest, *d. versiculo quoniam, l. Item fundi 9. D. de vsufr.* quod adeo verum est, vt si non reficiat, possit à proprietario authoritate propria prohiberi vti frui, *vt probat l. Hoc amplius 9. §. vltimo D. de damno infecto, glossa 2. recepta in leg. Eum, ad quem C. de vsufructu, Bartol. receptus in l. Cotem §. Qui maximos à num. 14. D. de publican. & in l. Quanuis D. de damno infecto nu. 3. Pichard. Rubrica de vsufructu Instit. num.* 17. tamen ad prædictas magnas expensas non tenetur vsusfructuarius, & ideo filiꝰ eas tenetur, vel imputare, vel conferre, *d. l. Vsufructu, versiculo quoniam, iuncta l. Hactenus in principio Bart. d. num. 14. Gomez 2. tom. cap. 15. n. 7. Garsia de expensis cap. 11. n. 12.* 268.

quorum sententia verissima est.

Vltimo loco variant Doctores circa expensas litis, quas facere solent vsusfructuarij, quando eis mouentur lites super rebus, ex quibus vsumfructum percipiunt; in quo casu communis doctorum sententia distinguit, inter patrem, qui habet vsumfructum à lege, & inter alios vsusfructuarios, qui ab homine sunt constituti, ita vt pater, qui est legitimus vsusfructuarius teneatur omnes impensas litium facere, *iuxta l. 1. C. bonis maternis, l. vltim. §. Vbi autem C. de bonis, quæ lib. d. leg. 1.* ibi (*sumptus ex fructibus impigre facere*) alij vero solummodo admodicas expensas teneamur, magnas autem, si faciat, poterunt repetere, *dict. l. Hactenus, versiculo, modica, ita Bart. in d. l. 1. n. 3. Pinel.* qui fatetur cõmunem *ibidem 2. part. n. 68. Mol.* qui plures citat *d. cap. 27. n. 11. Gars. de expensis d. cap. 11. n. 5. Sed Molin. & Pinel. vbi proxime* acerrime contendunt non esse faciendam differentiam inter patres, & alios vsufructuarios, ita vt quẽadmodũ alij non tenentur ad magnas litium expensas, ita similiter, nec pater ad illas debet obligari, ne alias sequatur, quod pater, cui lex vsumfructũ cõcedit propter patriã potestatem sit deterioris conditionis, quã alij vsusfructuarij, qui nõ à lege, sed ab homine illũ tenet, nam credibile nõ est legẽ, quæ patri plura priuilegia circa hũc vsufructũ erogauit, intendisse, vt ipse teneretur ad omnes

expensas litis, siue magnas, siue paruas, reliqui vero ad modicas tãtum,& secundum hanc opinionẽ teneretur filius, imputare illud reliquum, quod pater expendit vltra modicum *d. l. Hactenus*. Sed communem sentẽtiam acriter defendit *Garsia dict. cap.* 11. *num.* 7. quæ apud nos seruanda est *propter Ordinationẽ lib.* 3. *titul.* 64. & videtur optimum habere fundamentum *in leg.* 1. *Cod. dè bonis maternis*, ac per consequens filius in hoc casu no tenetur adimputationem, nec etiam ad collationem, quæ resolutio, vt iam supra monui, recte procedit quando lis vertitur super proprietate rerum, in quibus vsusfructus radicatur, Si autem lis moueatur super ipso vsufructu, tunc apud omnes vnanimiter receptum est patrem, seu quemcunque alium vsumfructuarium teneri ad erogationem omnium expensarum, quia fiunt causa ipsius vsusfructus, vt per *Garsiam d. cap.* 11. *numer.* 10. *Molina dict. cap.* 27. *numer. vltimo*, quæ opinio æquissima est.

Imponamus vltimam manum huic imputationum tractatui, disputãdo quæstionem quotidianam circa lucrata à filio de pecunia paterna, qui est in sacris paternis, an sit imputandum, vel non? In qua quæstione maxima facienda est
270. differentia inter lucrata, ex negotiatione licita, & approbata, & inter lucrata, ex negotiatione illicita, & peccaminosa. In primo membro distinctionis, quando filius est in potestate paterna, & à patre alimenta recipit, quicquid apud nos ex pecunia patris acquirit, profectitium censebitur, ita vt si filius apud se retineat, teneatur illud totum imputare, *ita fuit Accursij opinio verbo, ex substantia, in leg. Cum oportet Cod. de bonis, quæ liber. Azo in summa illius tituli, Speculator titulo de iud. §. Quæritur versiculo, vt autem, Siluester verbo, peculium, o primeiro quæst.* 12. quam opinionem communiter receptam testatur *Orosius in leg. Si tibi §. Pactus num.* 2. *D. de pactis Cassan. in Consuetud. Burgundiæ rubrica* 6. §. 4. *verbo participe, numer.* 6. *Caldas leg. Si curatorem verbo, læsis, numer.* 118. *Valascus de partit. cap.* 13. *num.* 181. *Castro ad dict. leg. Cum oportet Cod. bonis, quæ liberis à num.* 19. *Molin. de iustitia disput.* 234. *numer.* 3. sequitur *per Ordinationem nostram lib.* 4. *tit.* 97. §. 16. *in antiquis titul.* 77. §. 22. quæ inquit filium apud nos, qui est in patria potestate, & ab ipso patre alitur, si negotiatur cum parẽtum pecunia, totum lucrum acquirere ipsis parentibus, audiamus legem regiam *d.* §. 16. *ibi (salvo se os ganhou com os bẽs do pay, ou da mãy, viuendo, & estando com elles & gouernandose com os bens delles, porque em este cazo, o pay, ou mãy deuẽ hauer, & receber tudo, & depois q̃ morrer o pay, ou may os irmãos partirão entre sy, depois que partirem com o que ficar viuo, & haja cada hum sua parte)* in quo *Ordinatio* sequitur opinionẽ

Accursij,

Accurſij, quas ſemper ſequi ſolet, pro qua citantur, *l. Peculium* 40. *l. Quaſitum* 37. §. *Is, qui ſemel. D. de peculio, leg. Si ita* §. *fin. de vſu, & habitatione*, quibus probatur noſtrum eſſe, quicquid ſeruus noſter vel ex peculio, vel ex negotiatione acquirit, ducto argumento de ſeruo ad filium in poteſtate, ita vt ſicut acquiſita per ſeruum ſtatim tranſeunt in dominium domini, ita acquiſita per filium patri acquirantur, & hanc ſententiam vltra noſtram legem regiam ſequitur etiã lex Caſtellæ *l.* 5. *titul.* 17. *partita* 4. vbi *Gregorius Lopez l.* 3. *titul.* 5 *partita.* 6. ita vt tam in Hiſpania, quam in noſtra Luſitania certum ſit, omne lucrum á filio quæſitum ex bonis paternis ad patrem pertinere, ſiue lucrum obueniat ex induſtria filij, ſiuè non, nam induſtria in hoc caſu, non attenditur, ſed totum tribuitur ipſis bonis, vt optime aduertit *Valaſc. dict. cap.* 13. *numer.* 182. In quo hæc noſtra lex regia deuiat à regulis iuris communis, ſecũdum, quas licet filius cum bonis paternis negotietur, tamen ſi eius induſtria æquiualet capitali, verior, & receptior eſt ſententia, vt ſaltem
71. pro dimidia lucrum ſit partiendum, argumento *leg.* 1. *Cod. Porſorio* §. 1. *Inſtitut. de ſociet. Ita Bart. tract. de duobus fratribus in principio, & in l.* 1. §. *Nec num.* 5. *D. de collat. bon. & in dict. l. Cum oportet num.* 3. *Oroſius vbi ſupra, Segura in leg.* 1. §. *Si vir vxori num.* 69. *D. de acquirenda poſſeſſione Curtius in leg. Illud num.* 15. *Cod. de Collation. Alcyat. reſponſo.* 132. *ad finem, Caldas d. num.* 118. *Gom. l.* 29. *numer.* 24. *Nauar. in man. cap.* 17. *num.* 144. & 148. *Molin. d. diſputat.* 234. *nnmer.* 2. *Valaſcus dict. cap.* 13. *num.* 184. *Roman. conſil.* 469. *num.* 1. *Iaſon. dict. l. Illud num.* 8. *Ayora de partit. part.* 3 *quæſtion.* 3. *num.* 6. *Corraſ. in leg. Filium, quem habentem num.* 48. *Ripa leg. In quartam D. ad leg. Falcid. num.* 174. *Corneus conſil.* 312. *numer.* 2. *ad finem, lib.* 3. *Menchac. ſucceſſ. creatione* §. 30. *numer.* 238. *Craſſus*, §. *Legitima quæſt.* 31. *num.* 1. *Mantil. de imputation. quæſt.* 34. *num.* 3. *Surdus de alimentis titulo* 9. *quæſt.* 20. *numer.* 9. & 16. *Aſcan. de patria poteſtate effectu* 2. *num.* 9. quæ opinio abſque dubio veriſsima eſt, nam illud, quod tribuitur capitali profectitium eſt, & inter fratres diuidetur *iuxta deciſionem l. Certum Cod. fam. erciſcundæ*, vt vero illud, quod tribui neceſſe eſt induſtriæ filij aduentitium iudicabitur, ita vt non veniat imputandum, nec conferendum, *iuxta l. vltim. Cod. de collationibus*, & nos ſupradiximus, nam in hoc caſu verificatur ratio, quam expendit Imperator, *dict. leg. Cum oportet*, ibi (*vel laboribus ſuis ad eum perueniant*) §. 1. *Inſt. per quas perſonas nobis acquiritur*, ibi (*ne quod is ſuis laboribus, vel propria fortuna*) *l. Iubemus, C. de ſilentiarys lib.* 12. ita vt ſi induſtria præualere cenſeatur, vltra capitale maior pars lucri filio pro induſtria ſit adiudicãda, minor

vero patri pro capitali, in quo sem per arbitrium prudentis iudicis om nia discernet, vt expresse tenent omnes Doctores proxime citati, maxime *Caldas d.num.* 118. *Molin. d.num.* 2. *Bald. in l. Omnimodo* §. *Imputari C. inofficiosa num.* 6. *Succinus iunior cons.* 92. *num.* 15. *Beccius cons.* 113. *nu.* 20. *Ascan. Clemens de patria pot. effectu* 2. *num.* 10. *Graff. d.* §. *Legitima quæst.* 31. *num.* 3. *Mangilius d. quæst.* 34. *numer.* 4. *Surd. de alimentis titul.* 9. *quæst.* 20. *numer.* 16. *Corras d. num.* 48. *Valasc. d. cap.* 13. *num.* 187. *Auendaño leg.* 29. *gloss.* 4. *numer.* 17. *Azeuedo leg.* 3. *titul.* 8. *lib.* 5. *recupilat. num.* 24.

Ex quibus manifeste constat quantum *Ordinatio regia d.* §. 16. di-
272. stet, & exorbitet à regulis iuris cō munis, & vtpote talis semper est re stringenda, quoad fieri possit, *iux ta regul. quæ à iure de regulis iuris lib.* 6 *l. Si vero* §. *De viro D. solut. matrim.* vnde aduertendum est; quod ipsa tantum loquitur in casu, quo filius cum patre commoratur, & ab eo alimenta percipit, vt bene aduertit *Valasc. supra num.* 181. *ad finem Castro d. l. Cum oportet num.* 22. *Molin. disput.* 234. *num.* 4. Si autem deficiat alterum ex his requisitis, tunc re currendum est ad dispositionem iuris communis, prout si filius fue rit emancipatus, qui non sustinetur de bonis parentum, & cum bonis, seu pecunia paterna negotietur, fiet diuisio lucri, prout industria, & la bor filij postulauerit, *iuxta d. l.* 1. *C. Prosocio cum similibus*, maxime, quia filius emancipatus sibi, & non patri acquirit, *l. Si filius famil.* 72. *D. de verborum l. fin. D. stipulat. seruorum*, *Molin. proxime citatus n.* 4. *Menoch. de arbitr. casu* 126. *num.* 5 *post. Bald. in Authentica ex testamento num.* 25. *C. de collationibus Mangilius d. loco numer.* 7. *Surdus titul.* 9. *quæstion.* 20. *num.* 28. *Curiat. & Donel. in d. l. Filius fam.* ita vt pars filij minime veniat partienda, nec imputanda.

Quid dicendum, si filius in po testate insimul cōhabitans cum pa 273
rentibus clam, & absque patris li centia cum pecunia paterna nego tietur, vnde lucrum recipiat, apud nos resoluendum est omne lucrum effici profectitium, & venire diui dendum inter fratres, vel negotia tori in legitimam imputabitur per *Ordin. d.* §. 16. quam etiam in hoc casu procedere satis colligitur ex ipsius tenore, deinde, ne ille filius, qui à patre alitur, inuito parente, cum eius pecunia negotietur me lioris existat conditionis, quam al ter, qui de beneplacito ipsius patris negotiatur, *contra l. Nam & seruius D. quod vi, aut clam.* Nec audiendus est *Molin. d. disput.* 234. dum existi mat in hoc regno fillum totum sibi acquirere, quia non aduertit *ad Ordinationem supradictam.* Si autem de iure Communi quæstio verteretur, quanuis *Molina d. disput.* 234. *num. pen.* existimet filium totum sibi ac quirere, tamen absque dubio resol uendum foret, quod æqualiter lu-

crum

crum esset partiendū inter patrem, & filium, *iuxta d.l.* 1. *C. Prosocio, l. Si non fuerint D. eodem tit.*, in terminis resoluunt communiter Doctores, *Soccin d.cons.* 92. *num.* 18. *lib.* 1. *Dec. in l. Illud. C. de collationib. num.* 10. *Ripa. d.l. In quartam num.* 158. *Cuccus tractat. de legitima §. Rursus num.* 49. *Crassus quæst.* 31. *n.* 4. *Mangilius supra num.* 5. Cuius contrariū dicendum esset, si filius emancipatus existeret; nam is, si cum pecunia patris negotietur, clam ipso
274. inuito, totum lucrum sibi acquiret licet peccet vtendo pecunia paterna inuitis parentibus, vt prosequitur *Molin. d. disput.* 234. *num.* 4. *post medium, & num. penult.* sicut etiam de iure Comuni, si filius, qui est in potestate negotietur de mandato ipsius patris, cum eius pecunia nihil sibi potest vendicare, cum non proprio, sed patris nomine negotia administret, & in hoc casu totum patris industriæ, & mādato tribuitur, vt resoluunt Doctores cōmuniter, per *text. in l. Quod procurator ex re.* 68. *D. de procurat. Pichard. §.* 1. *Inst. per quos agere possumus n.* 62. *post Bart. ibidē* tunc enim filius quasi institor cōsideratur, *iuxta l.* 3. *D. de Inst. actione, idem Pichard. in §.* 1. *Inst. quod cum eo numer.* 15. & ita in terminis resoluit *Romanus consil.* 469. *num.* 5. *Riminald in d. §. Instit. per quas nu.* 74. *Soccin. consilio* 162. *lib.* 2. *Corneus cons.* 24. *lib.* 1. *Ripa l. In quartam à num.* 157. *Valasc. supra num.* 188. *Mangilius d. quæst.* 34. *nu.* 6. & ideo in hoc casu totum lucratum veniet partiendum inter fratres, quia est profectitium, vel iste filius negociator, tenebitur in legitimam totum imputare, iuxta proxime citatos, & alios, quos ipsi referunt.

Potest etiam moueri dubium circa *Ordinationem d. §.* 16. Vtrum dispositio ipsius procedat, solum in casu, quo filius commoratur cum vtroque parente, & cum ipsorum
275. bonis negotiatur, an vero ampliāda sit ad casum, quo negotietur cū pecunia matris post morte patris, quando cum matre insimul habitat, & de bonis cōmunibus alitur; & in hoc dubio pro parte affirmatiua videtur facere verba *Ordinat. d. §.* 16. ibi (*saluo se os ganhou com os bēs do pay, ou da māy*, vbi verbum illud (ou) quod latino sermone, id est, vel, alternatiuum est, & separationem inducit inter orationes *regula in alternatiuis lib.* 6. *l. Plarumque ad fin. D. ritu, nuptiarum, l. Sæpe D. de verborum signifi. vbi Alciat. numer.* 2. *& Rebuf. Valasc consul.* 113. & sufficit vt alterum membrum alternatiuæ verificetur, vt dispositio operetur *d. reg. in alternatiuis in* 2. *part.* cum ergo ponamus casum, quo filius insimul cum matre commoratur, & alitur de bonis suis, vel saltē communibus, & insimul negotiatur cum eius pecunia, videtur resoluēdum generalitatem *Ordinationis* etiam militare, in hoc casu, ita vt, quicquid huiusmodi filius acquisierit, totum cedat lucro patris, vel

matris, nec filius debet aliquam partem lucri participare, *iuxta dispositionem Ordinationis d. loco.*

His tamen non obstantibus cōtrarium iudicandum censeo in casu proposito, nempe filium, qui cū matre commoratur, & de bonis cō munibus sustentatur, si cum pecunia materna negotietur debere lucrari saltem dimidiā pro industria sua, *iuxta l. 1. Cod. Prosocio*, & quæ supra de iure Communi, cum receptissima sententia diximus; Nam *Ordinatio nostra*, multum discrepat à iure Communi, & ideo, quo ad fieri potest restringi debet, cum ergo hic casus non sit expressus in illa, relinquendus est iuri Communi, nam regula iuris communis seruanda est in hoc regno, vbi lex nostra regia ab illa non deuiat, & ideo inducenda est doctrina *leg. 1. D. de reg. iur.* ibi (*in quo vitata est.*)

Nec hac parte retenta obstat fundamentum contrarium, quia més, & intentio *Ordin.* identificatur cū nostra sententia, quia *Ordinatio* requirit, vt filius alatur de bonis parentum, & insimul, quod vterque parens viuat, vt patet ibi, (*& depois, que morrer o pay, ou māy os irmãos partirão entre sy com o que viuo ficar*) ex quibus verbis, clarissime colligitur requiri in terminis *d. Ordinationis*, vt viuat vterque parens, & filius insimul cum vtroque cohabitet, & ab vtroque alatur, si autem pater, vel mater deficiat, iam sumus extra terminos *d. Ordinationis*, & re incidimus in regulas iuris communis, de quibus supra. Nec alternatiua, qua *Ordin.* vtitur, ibi (*se os ganhou cō os bens do pay, ou da māy*) maxime cū mater viuente patre nō habeat dominium rerum dotalium, *iuxta l. Doce ancillam C. de reiuendic.* aliquid euincit, quia dabilis est casus, in quo mater res, & pecunias separatas habere possit, quæ non cōmunicentur cum marito, prout sunt bona paraphernalia, de quibus, *leg. vltima C. de pactis conuentis Barb. l. 1. part. 1. numer. 30. D. solut. matrimon.* vel alijs bonis, in quibus cesset cōmunicatio, & manere possint apud mulierem secundum dotalem conuentionem, de qua in *Ordinatione lib. 4. titum. 46. in principio, & per totū D. de pactis dotalibus*, & ideo sufficiet vt alternatiua verificetur in pecunia patris, aut matris, si dentur aliqua requisita, de quibus supra.

Properando ergo ad secundum membrum distinctionis, quando filius aliquid ex inhonesto, & reprobato lucro, prout ex furis, ludo vel simili acquisiuit? In quo si demus casum apud nostros Lusitanos, in quo filius stat subiectus potestati parentis, & alitur de eius bonis, videtur etiam hoc sic ex reprobata negotiatione acquisitum parentibus acquirere integraliter, ex *Ordin. d.* §. 16. & ita fuit sententia *glossæ iam supra relatæ, verbo, ex substantia, in dict. leg. Cum oportet, & Baldus ibi*, & alij, quos refert *Riminaldus in* §. 1. *Institut. per quas*

276.

personas

*personas nobis acquiritur numer.*78.

Verum contrariam sententiam sequuntur vnanimiter Doctores, imo filium, qui illicite negotiauit, non teneri aliquid patri præstare, quia hoc totum sibi tanquam aduentitium acquirit, *tenent Bart.nu.* 3.*in d.l.Cum oportet Paul.num.*5.*Salycet. & alij communiter, Alex. Aretin.& Bartol.per textum ibi,in l.Quod seruus D.de acquirend possessione Alexand.consil.*77.*nu.*5.*lib.*5.*Antonius Cuccus tract.de legitima §.Rursus nu.* 50. *Ascanius de patria potestate effectu* 2.*num.*16.*Ripa ad leg.Inquartam num.*161. *D.ad legem falcidiam, Riminald.in* §. 1. *Instit.per quas person. nobis acquir.num.* 77. *Aiora de partitionibus, part.*1.*cap.*1.*num.*7. *Caldas dict.verbo læsis num.*118. *in principio, Mendes de Castro d.l. Cum oportet nu.* 27. *Valasc.dict.cap.*13.*num.vltimo, Mangilius de imputat.quæst.*35.*n.* 5. *Iason.col.penultima Decius num.* 12. *in l.Illud. C.de Collationibus, Peres, Pelaes,& alij per Caldas,vbi proxime, Surd.d.quæst.*20. *n.*26.*& sequenti,* qui omnes mouentur ex eo, quia in illicite aquisitis, nec patria, nec dominica potestas attenditur, *iuxta d.l.Quod seruus*; Cum ergo cõstet hoc lucrum esse illicitum, nunquã potest ad patrem pertinere,deinde, quia certum est lucrum turpe non venire ad iudicium diuisorium collationis, *secundum l.* 4. *versiculo sed & si quid D.familiæ ercisc. glossa l. Bona C.eod. titul.*per ac consequens minime imputãdum est. Vltimo, quia nec in societate omnium bonorum veniunt illicite acquisita, *per textum in leg. Quod autem* 54.*D. Prosocio*, maxime, cum ipse filius teneatur totum restituere vero domino, *iuxta leg. cap. Conquestus,& cap. Cum tu de vsuris*, vbi notant omnes. Nec obstat ratio *glossæ*, quæ reprobatissima est, per omnes proxime relatos. Nec etiam generalitas *Ordinationis*, quia ipsius dispositio nũquam potest extendi ad illicite quæsita, vt in terminis scribit *Mãgilius d.quæst.*35.*num.* 18.

Quid autem resoluendum erit, quando filius de mandato patris lucrum acquisiuit? In quo dubio 278.
constituendum est totum patri acquiri, quia filius in hoc casu gerit vicem nudi procuratoris, cui pater iussit, vt hoc, vel illo modo negotiaretur, argumento, *l. Qui proprio, §.Item quæritur D.de procurator.l.* 1. *D.quod iussu, Bartol.d.l. Cum oportet, num.* 3. *Decius l.Illud Cod.Collation. column.fin.Bertrand.cons.*71.*colum.* 2.*lib.*1. *Ripa d.l. Inquartam n.*157. *Mangilius dict. quæst.*35. *num.*6.*& num.*9.*Gregor. Lopes ad d.l.*5.*Molin. de.disput.*234.*n.*7.*alias versiculo quoad ius Castellæ.*

Sũpereſt pro complemento discutere quæstionem, quam excitat *Surd.de alim titul.*9.*quæst.*20. quando pater fundum, vel similia dedit filio pro alimentis, qui pro industria sua illum coluit, ita vt abundãtes fructus attulit, ex quibus non solum alimenta desumpsit, sed lucrum

ctum etiam acquisiuit, an sit dicē-
dum aduētitium, an profectitium,
279. vt ita veniat, vel non imputādum,
& in prædicta, quæstione, *glossa in d.l. Cum oportet*, sentit profectitium esse, ex eo, quia prouenit ex re paterna, & quidquid filius percipit ex re paterna profectitium dicitur *leg. In fideicommisso* 3. §. *Cum pollidius D. de vsuris*, deinde, quia in cremētū cedit rei paternæ *l. Si in area D. rei vend.* & non solum, quod immediate prouenit à patre, sed omne, quod ipsius contemplatione ad filium peruenit, argumento *textus d. l. Sed & si* §. *In arrogato D. de vulgari*, & nos late supradiximus: ergo veniet conferendum. *glos. sequuntur Alber. l. Si donatione Cod. de collation. column.* 2. *versiculo si vero pater, Bald. d. l. Cum oportet num.* 5. *Roland. cons.* 53. *num.* 15. *lib.* 3.

Sed contrariam sententiam cōtra glossam tenet *Bart. ibi num.* 1. *Bertarq. de gabellis part.* 2. *quæst.* 23. *vers. subdendum est etiā, quem sequitur Surd. d. quæst.* 20. *à num.* 6. *vbi num.* 15. ait non solum esse verioré, sed æquiorem, quod etiam sentit *Salycet. d. l. Cum oportet num.* 2. pro qua sententia facit, quia incrementum fructuum prouenit ex industria filij, sed omne, quod ex industria filij ad illum peruenit aduentitium censetur, *d. l. Cum oportet*, igitur etiā in hoc casu fruct° iudicabūtur quid aduentitium, nec tenebitur filius illos imputare *l. vlt. C. de collation.* & de iure Communi hæc sententia, semper à me amplectenda est.

Nec fundamēta contraria aliud probant, quia licet verum sit lucrū hoc prouenire, ex re patris, tamen non censetur prouenire totum ex 280.
ipsa re, sed prouenire censebitur illud tantū, quod fundus in potestate paterna producere solebat; totū autem augumentum, quod ex industria, & labore filij acreuit, minime dicetur prouenire ex re patris; Nec *dicta leg. Si in area* in hoc casu procedere potest, vt per proxime citatos. Nam profectitium solummodo est illud, quod immediate prouenit ex ipsa re paterna, vt ait *Bart. d. num.* 1. *l. Cum oportet*, vbi pōderat dictionem (ex) quæ de sui natura significat causam immediatā, *vt per Crotum in repetitione l. Frater à fratre num.* 5. *D. de Condict. in deb. vbi Corras. num.* 106. *Rolandus consil.* 54. *n.* 9. *lib.* 3. *Surdus vbi supra n.* 19. Et ideo in crementum merito tribuendum erit industriæ filij, & tāquam aduentitium iudicabitur, & liberum ab onere imputationis, *Surd. vbi proxime num.* 23. Si vero attendamus *ad Ordinationem Regiā, d.* §. 16. cum filius sit cohabitans cū parētibus, & alatur ex bonis ipsius, existimo procedere dispositionem ipsius *Ordinat.* ita vt totum lucrum, quantuncunq; filij inductia acquisitum, dicatur profectitium, & veniet in iudicium partitionum dividendum, vel in ligitimam imputādum, vt supra resoluimus.

Postremo quæro, de quæstione,

quæ quotidie mouetur inter fratres, si in fauorem filiorum decideretur, an scilicet filius, qui negotia in vita ipsius solerte negotiauit, vel familiam ipsius administrauit, possit aliquid præcipuum pro illo labore retinere, tanquam salarium,
281. quod non veniat imputandum; in quo dubio *Fulgos. in l. Illud num. 3. C. de Collationibus*, quem refert *Ias. ibi num. 8.* & sequitur *Gomes leg. 29. Tauri num. 24. versiculo ex quo subinfertur*, *Nauar. in man. cap. 17. num. 148.* vbi quando filius hoc protestatus est, admittunt hi, & alij Authores expresse filium posse retinere aliquid æquiualens ex paterna hæreditate, pro remuneratione sui laboris, & seruitij; Nam in humanum videtur quod extraneus, si patri seruiret, deberet percipere premium, & stipendium sui laboris, filius autem minime, quam opinionem æquam, & iustam appellat *Gomes*, quam in praxi semper sequeretur, testatur, si casus ad eum peruenisset.

Contraria vero sententia verior, & receptior est apud communiter scribentes, imo filium pro seruitio facto patri non posse aliquid percipere, quantuncunque protestatus sit, hanc sententiam tenent *Iason. d. l. Illud num. 8. Gregorius l. 3. tit. 20. partita 2. Lara in l. Si quis à liberis D. de liberis agnoscendis, §. Sed si filius n. 138. Gutt. de iuramento confirmato part. 1. cap. 5. à num. 19. Parlad. quotidian lib. 1. cap. 19. per totum Molin. de iustitia disput. 234. num. 8. alias versiculo, quoad ius Castellæ. Flores de Mena var. lib. 1. quæst. 8. §. 2. nu. 24.* qui considerant filium dum in sacris paternis existit, teneri seruire ipsi patri, à quo alimenta percipit, argumento *l. 2. C. de patr. qui filios l. 2. C. Patria potestate*, maxime in reuerentiam amoris naturalis, quod nisi fecerit, pecabit contra præceptum naturale, ac proinde dicendũ est filium sãlariũ mereri non posse patri in seruiendo; Vnde cessat totum fundamentum contrariæ sententiæ; Nam quemadmodum pater tenetur ad omnia alimenta filij, *iuxta §. Ius naturale Inst. de iure naturali l. 1. §. Ius naturale D. de iust. & iure, cap. Ius naturale prima dist.* 282.
Nec talia alimenta veniunt ad imputationem, tum quia pater soluendo alimenta exoneratur à debito suo, tum etiam, quia alimenta non transmituntur ad hæredes, sed finiũtur morte, *l. Cum hi, §. Si vni D. de transactionibus*, & quæ non trãsmittuntur ad hæredes, minime imputantur; *regula l. Omnimodo §. Imputari C. inofficioso testamento, facit leg. Quæ pater D. familiæ erciscundæ post Bart. d. l. In quartam num. 11. Soccin. ibidem nu. 111. Ripa. 135. Menchac. d. §. 30. nu. 232. Bereng. d. l. In quartam cap. 3. num. 79. Sebastianus Medices tract. de compensationibus part. 1. quæst. 14. num. 5. Paris cons. 63. num. 46. lib. 2. Cephal. consil. 89. num. 20. Surdus de alimentis titul. 8. priuilegio 57. Mangilius de imputation. quæst. 48. à n.*

48. *à numer. 2. cum sequentibus*, Et ideo similiter filius administrando bona paterna, ac familiam regendo,quæ videntur ex eadem obligatione dimanare, stipendium non meretur,vt optime resoluunt omnes Doctores in initio pro nostra sententia citati.

Vnde consequenter infertur, quod si filij non sint in sacris paternis, sed imo post mortem patris matri inseruiant,eius facultates colendo, & extirpando, recte poterunt ab ea, vel eius hærede petere salarium pro suis seruitijs; Ratio est, quia filius non tenetur matri seruire,quia non est in eius potestate. *Inst. de adoptionib.* §. 1. sicut nec mater tenetur alimenta filis præstare,cum habeant legitimam patris, à qua alimenta percipere valeant, vt elegater probat *Lara in l. Si quis à liberis* §. *Si mater per textum ibi D. de liberis agnoscendis Surd. de alimentis titul.1.quæst.103.num.2. & per totam, & quæst.* 100. & probatur *ex l. Alimenta Cod. negot. gest. leg.penúlt. D.de liberis agnoscendis l. Neque mater Cod. de iure dotium. Ordinario lib.* 4. *titul.99.§.2.3.& 4.& sequenti Valasc.* cum communi opinione *consul.92.num.9. Lara vbi supra nu.* 10. *Molina de primog. lib.2.cap.15.à n.3. Padilha in Authentica res, quæ, Cod. Communia deleg. num.60.Molina de iustitia disp.* 68. *versic. mater cum seq.* 283.

late Surd. de alimentis tit.1. quæst.14. à num.9. vbi infinitos refert, Vnde filius non tenetur illi seruire, ad quod facit *Ord. lib.* 1.*tit.* 87.§.10. & §.13. dum disponit quod mater tenetur filiū in opem alere, donec ipse sit capax ad in seruiendum,& ibi limitat *Ordin. dict. locis*, vt filius mereatur stipendium post septem annorum ætatem, argumento *leg. Caterum D. de Reiuendicat. & quæ Cabedo 1.part.decis.162.nu.5. optime Gama decis.* 216. *Lara l. Si quis à liberis §.Sed si mater num.72.Bald.lib.3. cons.257. Bursat.cons.*83.*à num.*11. *lib.1.optime, & eleganter Mena dict. lib.1.var. quæst.* 8. *à num.* 39. *& in additionibus adeundem Gamam decis.* 216. vbi plures Doctores refert *Parladorus d.cap.19.num.*5.

Ex quibus constat, quod cum filius non teneatur matri seruire poterit ab ea repetere Salarium seruitiorum, *vt ex Baldo in l. Si patronus C.communia vtriusque iudicij, col. fin.* refert iudicatum *Valasc.consult.*32. & hic talis filius non tenebitur imputare tale salarium,& quod resoluimus respectu matris,& preuigni, vel nouercæ, quibus non tenetur seruire, dicēdum est *Valasc. vbi proxime*, quæ circa legitimæ imputationem dicta sufficiant, faciamus ergo gradum ad Falcidiam,& Trebellianicam.

SVMA.

SVMMARIA CAP. II.

DE FALCIDIÆ IMPVTATIONE.

OMnia, quæ hæres capit titulo hæreditario, in Falcidiam imputantur; sicut è conuerso, quæ nõ capit iure hæreditario non imputãtur. num. 1.

Assignatur ratio primæ regulæ. nu. 2.

Intentum introducendæ Falcidiæ fuit, vt hæres adiret. num. 3.

Quarta Falcidia est quota hæreditatis. ibidem.

Intelligitur l. In imponenda C. ad leg. Falcid. ibidem.

Quæritur, deducta Falcidia, apud quem maneat hæreditas. num. 4.

Hæreditas aliquando sumitur pro iure, aliquando pro rebus ipsis hæreditarys. ibidem.

Legata, & fidecommissa non imputãtur in Falcidiam. num. 5.

Proponuntur sex obiectiones contra prædictam regulam. num. 6.

Differetia imputationis inter Falcidiã, & Trebellianicam tota dependet ex Diui Pij constitutione num. 7.

Intelligitur l. Nesenius 22. D ad leg. Falcid. num. 8. & n. 25.

Prælegata vice mutua relicta imputãtur. ibidem.

Intelligitur, l. Qui non militauerat 78. D. hæredib. inst. ibidem.

L. hæredi D. his quibus vt indign. ibidẽ.

Intelligitur dict. l. Nesenius versiculo plane. num. 9.

Si hæres accepter legatum pro Falcidia censetur ipsi renunciare. num. 10.

Intelligitur l. Quod autem 75. versiculo sed si ad leg. Falcid. ibidem.

Intelligitur l. Si dignum l. In ratione 30. §. Vendere l. Qui fundum 87. D. ad leg. Falcid. num. 11. & 16.

Pretium ex re vendita iussu testatoris imputatur. ibidem.

Prælegata solum non imputantur pro parte cohæredis num. 12.

Nemo à se ipso legatum percipere valet. ibidem.

Prælegata integra non imputantur. num. 13.

L. Quod autem versicul. itaque, intelligitur. num. 14.

Data hæredi in vim conditionis nõ imputantur. num. 15.

Pretium succedit loco rei in iudicijs vniuersalibus, non autem in particularibus, nisi contrarium velit testator. num. 17.

Intelligitur l. Filius fam. §. Si quid alicui delegat. 1. num. 18.

Statu liber relictus si decem det, potest dare de peculio. num. 19.

Intelligitur l. Id autem 75. §. Sane D. ad leg. Falc. ibidem.

L. Quod statu liber 42 l. Quod conditionis 36. D. donationib. caus. mort. intelliguntur ibidem.

An data pro modo implendo imputetur affimatiua num. 20.

Proponitur distinctio Cæsaris num. 2.

Defenditur negatiua. num. 22.

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

Intelligitur l. In ratione 30. §. Tametsi ad leg. Falcid ibidem.

Ampliatur resolutio nu. 15. & nu. 22.

Quod nec etiam in vtilitatem dantis taliter donata imputentur. nu. 23.

Intelligitur l. à filio 93. ad leg. Falcid. num 25.

Æquiparatio inter legata, & data causa conditionis implendæ non procedit num. 26.

An data inter viuos imputētur in Falcidiam, proponitur pars affirmatiua. num. 27.

Probatur negatiua num. 28.

Intelligitur l. Cum quo §. vlt. D ad leg. Falc. n. 29. & 2. sequentib. & n. 31.

Verbum, dare, importat translationem dominij num. 31.

Donata causa mortis, vel inter virum, & vxorem imputantur. nu. 33.

Defenditur contrarium nu. 34. nisi testator contrarium disponat. nu. 36.

Donationes causa mortis non equiparantur legatis in materia imputationis. num. 35.

Dos non venit in Falcidiā imputanda. n. 37. nisi testator iubeat. ibidem.

Testator potest haredem grauare, vt debitum cum Falcidia cōpenset. n. 38.

Filia tenebitur dotem imputare, si pater stipulatus sit illam sibi restitui, soluto matrimonio. ibidem.

Feuda, maioratus, emphiteusis, & similia non imputantur in Falc. n. 39.

Limitatur quando prædicta bona fuerint hereditaria. num. 40.

Illa, quæ filius acquirit ex hereditate patris ex alio titulo præter nomē heredis non imputantur in Falcid. n. 41.

Fructus regulariter non imputantur in quartam Falcidiam. num. 42.

Proponitur distinctio Pauli Castrensis inter fructus collectos ex rebus legatis pure, & subconditione, num. 43.

Fructus maturi tempore mortis testatoris imputantur. ibidem.

Intelligitur leg. In lege Falcidia 9. ad leg. Falcid. ibidem.

Fructus nati tempore mortis testatoris imputantur. num. 44.

Idem dicendum de fructibus tantum satis. num. 45.

Fructus Collecti hæreditate iacente non imputantur. num. 64.

Hæreditas fructibus augetur. n. 46.

Intelligitur l. Item veniunt §. Fructus D. petit. hær. l. 2. C. eodem.

Fructus collecti hæreditate iacente veniunt in fideicommissum vniuersale. num. 48.

Intelligitur l. Ita tamen 27. §. 1. D. ad Trebell. ibidem.

Hæreditas iacens repræsentat defunctū. ibidem.

Fructus collecti ex legatis conditionalibus imputantur. num. 49.

Intelligitur l. Quod de bonis 15. §. Fructus l. Paulus 24. §. 1. l. Is cui 31. l. In lege Falcidia 45. l. Qui quadringenta 88. §. fin. l. Circa 66. D. ad leg. Falc. ibidem.

Fructus legati post diem conditionis cessum debentur legatario. num. 50.

Filij primi gradus non tenentur fructus perceptos ex legato conditionali imputare. num. 51.

Contrarium tenuere plures, sed reprobātur. num. 52.

QVAR-

QVARTA PARS CAP. II. DE FALCIDIAE IMPVTATIONE.

POst legitimæ Imputationem peractã, neceſſe eſt, vt agrediamur Falcidiæ computationé, quæ vel fit de reb' ipſis hæreditarijs, vel de fructibus perceptis; agemus ergo prius de rebus; & poſtea aliquid de fructibus pælibabimus; circa res duplex regula recepta eſt in iure, prima affirmatiua, quod ſolummodo res illas, quas hæres capit iure hæreditario, tenetur ipſe in Falcidiam imputare; ſecunda negatiua quod legata, fideicommiſſa, vel data conditionis implẽdæ cauſa, vel ſimilia minime in Falcidiam imputantur; prima regula probatur *ex textu capitali, & memorando, in l. Inquartam D. ad l. Falcid. leg. Quod autem* 74. *D. eodem titul. Poſt Bartol. Paul. Alexand. Ripa in d. l. Inquartam num.* 24. *& n.* 64. *Paul. de Monrepico ibidem nu.* 1. *&* 7. *Alciatus n.* 2. *Berengar. cap.* 2. *num.* 10. *poſt Gouean. à principio, Cæſar Fiumagiolus nu.* 65. *& num.* 111. *Torniel. num.* 35. *Fachineus controuerſ. lib.* 5. *cap.* 15. *quæſt.* 1. *&* 2. vbi bene confutat *Cuiac. lib.* 8. *obſeruat. cap.* 4. *& melius lib.* 2. *reſponſ. Papin. ſuper l. Quod ſtatu liber D. donat. cauſa mort.* qui literam *d. leg. In quartam*, corrumpere nixus eſt, *Peregrin. de fideicom. articul.* 3. *num.* 38. *Duaren. tit. ad legem Falcidiam cap.* 8. §. *ſequentibus, poſt Bald. Politum, & alios, ad leg. Filium, quem habentem Cod. famil. erciſcund. vbi Corraſ. à nu.* 101. *Xolandus conſil.* 27. *nu.* 4. *lib.* 1. *inſignis Barboſ. in l. Sicũ docem.* §. *Si pater D. ſolut matrim. n.* 18. *Antonius Faber de coniectur. lib.* 6. *cap.* 3. *& ſeq. Donel. de iure Ciuili lib.* 7. *cap.* 30. §. 1. *& lib.* 8. *cap.* 26. §. 1. cuius deciſionis ratio maxime abſcondita eſt; inſudant namque Doctores pro illa in veſtiganda, vt videre eſt apud ſupra citatos, & omiſsis ſex rationibus antiquorum, quas recenſet *Cæſar vbi ſupra, à nu.* 238. *cum ſequentibus*, *Gouean. dict. num.* 1. ait, quod hæres ideo non tenetur legata, & cætera, quæ iure hæreditario non percepit, in Falcidiam imputare, quia etiam repudiata hæreditate, poterat legata integra conſequi, *l. Et quidem* 18, *D. de legatis primo l. Quæſitum* 93. §.

Duobus D. eodem titulo, l. Eum qui §. *Proparte D. de his quibus vt ab intest.* Aliam probat *insignis Barbosa dict. num.* 10. quam scripserat etiam *ad l. Deducta* §. *Numis D. ad Trebellian. in many script. n.* 1. *Fachin. d. quæst.* 1. *versic. quod attinet*, dum ponunt rationem in eo, quod Falcidia deducitur secundum voluntatem testatoris, quæ colligitur ex titulo institutionis, *l.* 1. *D. ad leg. Falcid.* vbi hæres debet retinere quartam partem, hæreditatis, ibi (*ne minus quam quartam partem hæreditatis*) constat autem legata differre ab hereditate, *leg. Filium* §. *Sed si portio, D. de legat. præstand.* Neque titulo Institutionis percipiuntur, igitur? Aliam rationem assignat *gloss verbo, imputatur, in dict. l. In quartam*, quam post multos sequitur *Ioannes Maretus ad cap. Raynucius cap.* 5. *num.* 10. nempe, hæredem, Falcidicum retinere omnia onera hæreditaria, Trebellianicum vero, non ita, sed pro rata tantum, §. *Restituta Institut. de fideicomm. hæreditat.* alias rationes assignat *Alciatus, lib. 6. paradoxor. cap.* 4. *Faber. d. lib. 6. cap.* 3. *post principiũ, Duaren.* 2. *disputationũ cap* 10. *Donel. lib.* 8. *coment. cap.* 26. §. *Paulo aliter Corras.* 2. *Miscellan. cap.* 1. *Gothofredus ad dict. l. In quartam, litera, P. Cæsar ibidem nu.* 253. *Bereng. dict. cap.* 2. *num.* 18. sed non possunt admiti, quia magis deseruiunt ad iustificandam decisionem *Martiani ind. leg. In quartam*, dum decidit secundo loco, legata non imputari in Falcidiam, de quo infra, quam ad corroborandam principalem decisionem, nempe in Falcidiam non imputari, nisi quæ iure hæreditario a testatore hæredi relinquuntur; quare in hoc rationum conflictu, puto dicendũ, quod cũ hæres Falcidicus subeat omnia onerã hereditaria, nec aliqua vacãt ad legatarios, quibus legata præstãda sunt, *ex l.* 1. *C. si certum petatur, l.* 1. §. *Si hæres præcepto D. ad Trebell.* deinde totale intentum legis Falcidiæ sit inuitare hærdem ad acceptandũ hæreditatem, Iustum, & æquum apparuit apud Iureconsultos, ne in prædictam quartam imputentur nisi res, quæ iure hæreditario hæredi relinquuntur, quæ ratio satis iustificat decisionem *d. l. In quartam, in principio*, maxime cum hæres Falcidicus censeatur habere pro se voluntatem testatoris *ex l.* 1. *D. ad l. Falcid.* quæ omnia satis iustificat, decisioné Martiani, fundamẽ taliter: tamẽ subsistinetur *in rescripto Diui Pij, de quo infra in* 2. *regul. latius dicimus.* Contra prædicta tamen regulam obstat, vt pungit *Ripa ind. leg. In quartam num.* 13. quod intentio legis, tam à tempore Iureconsultorum, quam etiam Imperatorum solũm ea fuit, vt hæres inuitaretur ad adeundam hæreditatem, & testamenta conseruarentur *l.* 1. *D. ad leg. Falcid. Principium Institut. eodem*, sed hoc intentum æqualiter cõsequitur, siue hæres iure hæreditario, siue alio quocunque titulo particu-

particulari, quartam plene consequatur, igitur inepte se videtur *Martianus* restringere, vt solũ accepta iure hæreditario imputetur. Cui obiectioni merito occurit idẽ *Ripa loco proxime citato*, dicendo, quod hæres Falcidicus cum remaneat insolidum obstrictus oneribus hæreditarijs, equum visum fuit etiã apud Iureconsultos, vt magis faueretur in perceptione quartæ; quæ ratio satis suadet decisionem *d. leg. In quartam in principio*; nec contra potest replicari *de textu, in l. In imponenda, Cod. ad leg. Falcid.* dum decidit ante omnia in calculanda Falcidia, deduci æs alienũ, quasi quarta Falcidia sit quota bonorũ, quæ deuenit libera hæredi ab omni onere debitorum, quia veritas est quartã Falcidiam esse quartã hæreditatis, vt probatur ex eademmet, *l. In quartam in principio, & ex l. 1. §. 1. D. eodem titulo*, ibi (*ne minus quam quartam partem hæreditatis*) agnoscunt omnes *ad d. l. In quartam*, vbi *Picus nu. 99. Berengar. inspect. 2. nu. 10. Cæsar num. 111. Ripa d. num. 13. Alciatus num. 1. reprobato Baldo, & Alexand. & alijs*, qui quartam bonorum esse existimarunt, sed non iuridice; quia quarta hæreditatis est; vt per supracitatos; nec obstat regula *d. l. In imponẽda cum similibus*, quia textus non decidit debita esse persolueda realiter, antequam hæres adeat, & percipiat Falcidiã, sed aliud lõge diuersum, scilicet, quod postquam hæres adiuit, vt calculẽtur legata, & contribuantur inter se, ad effectum, vt cognoscatur excedant ipsa dodrantẽ, an non, prius deducẽdum esse æs alienum, quod hæres tenetur persoluere ex naturà aditionis hæreditatis, *l. Hæredẽ D. regul. iur. cum vulgar*, ita vt bona, seu pecunia, ex qna soluendum est æs alienum adhuc penes hæredẽ remaneat, vt exinde persoluat creditoribus; vnde inepte inferunt *Bald. & Alex. d. quartã esse quartã bonorum*, cum potius sit hæreditaria, optime *Picus d. num. 99. Ripa d. n. 13. Cuiac. in posthumis super d. l. In imponenda*; Secundo obijcit *Berengar. d. inspect. 2. num. 12.* contra suprapositam resolutionem, si quarta Falcidia est quarta hæreditaria, vt de proximo resoluimus; apud quem residenț reliquæ tres partes, nam ipsæ non 4
vadunt ad legatarios, qui titulo particulari legata percipiunt, *d. l. 1. C. si cert. pet.* respondet ipse *Berengar.* in hæc verba (*fatearis igitur necesse est totam hæreditatem penes hæredẽ perpetuo durare*) est ergo mens. *Bereng.* quod tota hæreditas manet penes hæredem; sed non satisfacit, quia certum est, penes hæredem suam quartam remanere, ipsamque virtute defalcationis, quam lex Falcidia in legatis introduxit; Quare aduertendum est. Nomen hæreditas in iure, dupliciter accipi, vel accipitur pro iure, quo conseruatur hæreditas, vel pro rebus ipsis hæreditarijs; primo modo accepitur *in l. Hæreditas D. petitione hæredit. l. Hæreditas D.*

tas D. acquir. rerū dom. secundo vero modo accipitur, pro rebus ipsis cōtentis in hæreditate, *in l. Hæreditas D. verbor. signific. & in l. 1. D. ad l. Falc. principiū Inſt. de l. Falc.* Vnde ad obiectionem *Berēgarij* iā patet solutio, si accipiatur hæreditas pro iure, tota stat consolidata in persona hæredis, ipse enim in totū creditoribus tenetur satisfacere, & omnia iura, & actiones defuncti ad ipsum hæredem transiere, *per totum Cod. hæreditar. actionibus*; Si vero secundo modo cōsideretur, sola quarta manet penes hæredem, & reliquæ tres partes diuiduntur inter legatarios pro portionibus legats; Ex quibus liquet prima assertio circa imputationem Falcidiæ, nempe in ea non imputari, nisi quæ iure hæreditario capiuntur.

Agimus de secunda regula negatiua in hac materia imputationis Falcidiæ, quod legata, & fideicommissa non imputantur in Falcidiam, probatur *ex dict. l. In quartam, ibi* (*non quas iure legati, vel fideicommissi*) & ibi (*nam hæ non imputantur in quartam,*) *l. Id autem, l. Quod autem eodem titul.* Notant vno ore

5. scribentes *post Bart. Alexand. Paul. Succin. & antiquiores Picus, num. 9. & 10. Berengar. à numer. 17. Ripa à num. 24. & Alciat. num. 1. Cæsar à num. 131. Fachineus Barbosa Faber. Goueanus, & reliqui supracitati, Duarenus d. cap. 8. §. Altera regula, Domel. dict. §. 1. dict. cap. 30. & dict. lib. 8. cap. 26.* §. 11. cuius regulæ ratio illa est, quia cum certum sit in Falcidiam non imputari, nisi ea, quæ iure hæreditario capiuntur, vt supra in prima regula diximus, cōstat autem accepta titulo legati, vel fideicommissi, alio titulo diuerso capi, ergo bene consequitur non esse imputanda, vt optime proposuit *Martian. in d. leg. Inquartam*; Habet tamen hæc secunda regula contra se grauissimas difficultates, quas *post Bart. & antiquiores* pungit *Berengar. d. num. 17. & sequentibus, Ripa à numer. 29. cum sequentibus*; & primo obstat, quod legata, & fideicommissa imputantur in Trebellianicam, vt constat *ex dict. leg. In quartam, versiculo, sed in fideicommissaria*, & nos infra circa Trebellianicam late dicimus, igitur etiam in Falcidiam debent computari, quia in vtraque eadem datur ratio, §. *Sed quia hæredes Instit. de fideicommiss. hæreditatibus*, secundo obstat *textus difficilis in l. Nesenius 22. D. ad legem Falcidiam, leg. Filio 93. eodem titulo* vbi prælegata, quæ hæres à cohæredibus accepit, remouent Falcidiam, quia imputantur in eam, cōtra regulam negatiuam suprapositam; Tertio obstat *l. Quod autem 74. versicul. sed si D. eodem titul. ad l. Falcid.* vbi legata imputantur in quartam, & Falcidiam remouent; Quarto obstat *textus in l. Si dignum 19. l. In ratione 30. §. vendere, l. Qui fundū 87. D ad leg. Falcid.* vbi si testator grauet hęredem fundum valentem centum, quinquaginta vendere, sola

6.

7.

sola illa quinquaginta imputantur, quæ tamen iure prælegati accepta videntur. Vltimo, contra supradictam regulam obstat *l. Id autem* 75. §. *Sane D. ad l. Falc.* vbi, si testator hæredi relinquat ab statu libero nu mos peculiares, tenetur hæres illos in quartam imputare, quod videtur offendere suprapositam resolutionem; expendunt etiam aliqui *text. in l. Pater filiam* 14. *l. Cum quo de peculio* 56. §. *fin. D. illo titulo ad leg. Falcid.* vbi non solum accepta titulo particulari legati, sed etiam donata inter viuos, in quartam imputantur, igitur ex omnibus supradictis periclitatur hæc secũda regula.

Quibus tamen non ostantibus, regula negatiua à Martiano proposita, & à reliquis Iureconsultis verissima est; nec contra illam poterunt prævalere argumẽta supra facta; Primum enim petit rationem differentiæ, cur in Falcidiam non imputantur legata, vel fideicommissa, cum tamen in Trebellianicã imputentur, quam varie præstant scribentes, vt videre est per citatos supra in prima regula, maxime, *Ripa à nu.* 14. *Bereg. à nu.* 18. *inspect.* 2. *Alciat. à nu.* 1. qui plures referunt, ita vt affirmet *Rip. d. loco* fuisse hunc punctum durum lapidẽ, qui semper stetit in dentibus maiorum suorũ, & nos eodẽmodo affirmamus adhuc hodie durare eandem saxus duritiem, nam omnes rationes à Doctoribus cumulatæ, & excogitæ nõ concludunt à priori decisionem *d. l. In quartam*, vt supradiximus, sed omnes persuadent, maxime illa, quod hæres Falcidicus nullo alio remedio allici poterat ad hæreditatem adeundam, nisi fauore quartæ deducendæ, Trebellianicus vero cogi poterat per prætorem, vltra interesse quartæ, & ideo nil' mirum, si multo maior Fauor esset quartæ Falcidię impartiendus, quã Trebellianicæ, sed omnes supradictæ rationes, vt supra tactum est, solum suadent, sed non euincunt necessario decisionem *d. l. In quartã*, & cum posset dubitari de potestate Martiani circa inducendam prædictam differentiam, ex regula *textus in* §. *Responsa prudentum Instit. de iure naturali*, cum notatis ibi per scribentes, Ideo Diuus Pius speciali constitutione sua confirmauit totam decisionem *Martiani in d. leg. In quartam*, ibi (*vt Diuus Pius constituit*) quæ constitutio nõ est restringenda solũ ad versiculũ, *sed & si accepta*, circa data conditionis implẽdæ, causa sed etiã ad omnes casus decisos *in d. l. In quartã* est referẽda, *ex regula cap. 2. requiris de appell. l. Talis D. legat.* 1. *post antiquiores insignis præceptor Brito ad cap. potuit de Locato* §. 2. *n.* 13. *Pereg. tom.* 1. *cõsil.* 38. *n.* 17. cũ qua aduertẽtia forsan noua, cessat fatigatio scribentium *ad d. l. In quartam*, & iam molis est redactus saxus durus, *à Ripa Bart. & Berengario*, & alijs supra consideratus.

6.

7.

8

Ad secundam difficultatẽ *de text. difficili, in l. Nesenius* 22. *D. ad legem*

Falcidiam, dum videtur prebare prælegata computari hæredi, in quartam Falcidiam; Respondent Doctores, *vt per Picum num.* 61. *Ripa, numer.* 17. *Alciatus à numer.* 14. *Berengar.* 1. *inspect.nu.* 54. *in dict.leg. Inquartam*, quorum mentē sequitur *Cuiac. lib.* 17. *quæstionum Pauli cap.* 1. *super eadē lege Tornielus in repetitione leg. Filium quem habentem C. famil.erciscund. numer.* 6. *Cæsar in dict. leg. Inquartam à num.* 100. *& à num.* 160. *Maretus ad cap. Raynucius cap.* 5. *numer.* 34. *Donel.* 8. *lib. comm. cap.* 26. §. *Sciendum, Post Gouean. ibidem, Peregr. artic.* 3. *num.* 40. in terminis illius legis omnes cohæredes fuisse grauatos ad inuicē legata præstare, & insimul à Titia fuisse etiam extraneis legata relicta, ita vt computatis omnibus legatis tam cohæredum, quam extraneorum, Falcidia admitenda sit, in
8. his terminis, Titia non potest defalcare legata cohæredibus relicta, deducendo Falcidiam, quia etiam vice mutua alia legata à cohæredibus percepit, quæ licet secundum strictum iuris rigorem non veniāt imputanda, *iuxta d. leg. Inquartam*, tamen saltem ex æquitate repellēda est Titia, doli exceptione, a defalcatione Falcidiæ, tenetur enim compensare legata à cohæredibus percepta, saltem vsque ad concurrentem quantitatem, admissa scilicet compensatione ex voluntate testatoris, *l. Postea quam* 21. *D. compensat.* patet hæc responsio, *ex verficulo, non est audiendus*, ibi (*non est audiendus desiderans vti aduersus eum Falcidia beneficio, si id, quod percepturus est ex voluntate testatoris suppleat, quod deducere desiderat.*) & in hoc sensu est similis *decisio in l. Qui non militauerat.* 78. *D. hæredibus Instit. in primo responso, l. Hæredi D. his quibus, vt ab indign. secundum Cuiac. citato loco*, & concorditer transeunt Doctores cum hac interpretatione; Fatigantur tamen quam maxime, circa constructionem, *versiculi plane*, in quo *Paulus*, obscurissimè; loquutus est, ita vt illum de confusione arguere possimus, verba *versiculi*, hæc sunt, *plane cæteris legatarijs non vniuersum, quod cohæredi præstat, imputabit, sed quantum daturus esset, si nihil ab eo perciperet*) quæstio â *Paulo* decisa in hoc versiculo, retento superiori themate, ea est; an prælegata, quæ Titia à cohæredibus præcepit, prodesse debeant extraneis legatarijs, quominus Falcidiā patiantur, ex legatis sibi relictis, supposito quod prædicta prælegata, remouent Falcidiam a legatis, quæ Titia ipsis cohæredibus persoluit, vt supradiximus; cui quæstioni satisfacit *Paulus*, negatiuè, prout iam supra in prima quæstione, pronunciauerat, ibi (*id quidem quod à cohærede, legatorum nomine percipitur, non solet legatarijs proficere;*) scilicet extraneis; quod obscurius scripsit *in d. versic. plane*; consentiunt Doctores, quod hic sit sensus *versic. plane*, & ego etiam fateor de plano

hanc

hanc fuisse mentem *Pauli, cum Pico Ripa Berengar. Alciat. Goueano, Cuiac. Peregrin. Tornielus citatis locis*; Attamen contendo verba Pauli; directe hoc non insinuare; ideoq; 9. non recte *Gouean. in glossa verbo, percepit*, nec etiam *Berengar. vbi supra*, nec *Cuiac.* illa proprie accepit, vnde ex mente *Alciati d. leg. In quartam numer.* 15. quem sequutus est, *insignis Barbosa in l. Deducta*, §. *Numis ad Trebell. in manuscript. num.* 3. quē post hæc scripta per legi, dic verba *Pauli* sic esse legenda *in dict. versiculo, Plane, (plane cæteris legatarijs non vniuersum quod cohæredi præstat, imputabit,)* scilicet Titia grauata, quasi sit sensus, licet Titia præ- 11 stet cohæredi plus quam deducere poterat ex Falcidia, & tantundem a cohærede vice mutua percipiat, admissa compensatione, de qua supra, nō ideo extraneis illud totum, seu vniuersum prodest, vt minus præstent nomine Falcidiæ, sed solū prodest extraneis illa pars pro rata debita à cohæredibus ratione Falcidiæ, ac si nihil Titiæ cohæredes dedissent; Vnde extranei soluēt illā Falcidicam portionem, quā essent soluturi, si Titia nihil à cohæredib⁹ legati, seu prælegati nomine accepisset; ac per consequens, verba sequentia, *dict. versiculi plane*, ibi *(sed quantum daturus esset)* non debent referri ad Titiā grauatā, sed ad cohæredem, qui de legato á Titia sibi relicto, tenebatur dare eidem Titiæ portionem Falcidicam; & in effectu præstaturus erat; nisi Titia ab ipso cohærede, vice mutua ex testatoris voluntate tantundem accepisset, quod satis demonstrant vltima verba *dict. versiculi plane*, ibi (*si nihil ab eo perciperet*) scilicet Titia grauata; quæ expositio *dict. versicul. plane*, re verá est illa, quam *Paulus* identice scripsit; nec alia conueniens assignabitur.

Ad tertiam obiectionem *de leg. Quod autem, versiculo, sed si*, quem *Goueanus ibi, & Gothofredus* tribuunt *Iuliano lib.* 40. *Digestorum*, dum pro- 10. bat hæredem, cui a testatore relinquitur legatum, ne Falcidia vtatur, si legatum acceptet, non posse vti Falcidia; Respondent vnanimiter Doctores; procedere ex tacita renunciatione, quam hæres post aditam hæreditatem facere valet, nam quemadmodum in potestate hæredis est post testamentum confirmatum Falcidia non vti, *iuxta textum in l. Potest 71. D. ad legem Falcidiam*, ita similiter potest, acceptando legatum, ex voluntate testatoris Falcidiæ renunciare, quasi permutando Falcidiam cum legato, vnde caute locutus est Iurecōsultus *in d. versiculo, sed si*, dum ait *(deneganda erit actio legati si lege Falcidia vti malit)* quasi quarta Falcidia semper ei debeatur de rigore, attamē suppositā voluntate testatoris, si ipse hæres legatum acceptet, vel per prætorem ex æquitate, vel per exceptionem doli, remouendus sit, vt recte duobus verbis de more explicat

Gouean.

Goueanus vbi supra, & in d. l. In quartam, glossa verbo, hereditaria, in l. Filium, quem habentem Cod. famil. erciscu. & ibi Bald. num. 12. Peregrin. de fideicommiss. artic. 3. num. 36. Cæsar in d. l. In quartam num. 146.

Ad quartam oppositionem *de text. in l. Si dignum, & de text. in l. In ratione. §. Vendere l. Qui fundum 87. in principio D. ad leg. Falcid.* facilius satisfiet, quia colligitur responsio ex literæ eorundemmet iurium, in illis enim iubet testator vendere rem certo prætio, quo dato, iā hæres censetur accipere prætium iure hæreditario, vnde nihil mirum, si
11. veniat imputandum, ex regula prima a Martiano proposita *ind. l. In quartam*, de qua supra, nam prætiū illud succedit loco rei *iuxta textum in l Si rem & pretium D. petitione hæredit, leg. Quia prætio D. de vsufruct.* & ideo hæres retinendo prætium, censecur res ipsas prætio venditas retinere, quas iure hæreditario percipere fatendum est, in quibus terminis iura illa non offendunt regulam nostram negatiuam suprapositam, quam responsionem agnoscunt communiter scribētes ad illa iura, *vt post Accurt. Bart. Alexand.* & antiquiores tenet *Goueanus in d. l. Si dignum*, vbi *Gothofred. litera, T. Cuiac. 9. respons. Papiniani super l. Deducta §. Numis D. ad Trebellian. & lib. 61. Digestorum, Saluij Iuliani, super dict. l. qui fundum, in principio, Maretus ad cap. Raynucius cap. 9. nu. 9.* & transiere repetentes *ad dict. l. In quartam*, vt per *Picum à num. 8. Alciat. num. 10. Rip. num. 57. Berengar. cap. 2. num. 59. & cap. 3. num. 20. Cæsar à num. 147. & sequenti, & nu. 118. Succin. Iunior. num. 5.*

Ad quintam difficultatem, *de textu in l. Id autem 75. §. Sane ad legem Falcid.* hic prætermittimus respondere, quia infra in quæstione circa data in vim conditionis plene dicemus; ad alia vero, quæ vltimo loco supra expendimus, infra agētes de Trebellianica satisfaciemus, ibi enim proprius erit locus.

Aggrediamur ergo elucidationem perdifficilis quæstionis in hac materiā, an scilicet prælegata, quæ hæres grauatus vltra dodrantem, à 12.
cohærede percipit, in totū manēat extra Falcidiam, an saltem pro parte hæreditaria debeant in illam imputari, quam quæstione adeo difficilem fatetur *Faber. lib. 6. de coniect. cap. 4.* vt dicat nihil esse in toto corpore iuris ciuilis difficilius, in quo puncto iam *Bartolus* professus est defficere ingenium suum, vt ex illo refert *Cæsar in d. l. In quartam, nu. 259.* adijciens quod re vera est Gordiani nodus, qui dissolui nō potest; in hac ergo quæstione communis sententia *Bart. Angeli, & aliorum*, antiquorum, quos sequitur *Paulus de Monte Pico num. 81. Succinus Iunior num. 56. Cæsar num. 156. Pereg. de fideicomm. articul. 3. num. 3. Duaren. d. cap. 8. §. Altera regula col. 3. ex medio Goueanus animaduersionum cap. pen.* quē sequitur *Faber. d. cap. 4.*

Cuiacius lib. 8. responsorum Papiniani super l. Acceptis 92. ad l. Falcid. cum alijs tenet, legatum, seu prælegatū, (quod proprie dicitur illud quod à cohærede cohæredi relinquitur, vt optime cōprobat ex multis *Goueanus d. cap. penult. Faber d. cap. 4. in medio*, licet a Iureconsultis simplici nomine legati denominetur, vt videre est *apud Martianum ind. l. In quartam*, ibi (*non quas iure legati*) *& in l. Quod autem 74. eodem titulo*, ibi (*quod quis legatorum nomine à cohærede accipit, l. Nesenius 22. eod. & passim alibi*) à cohærede cohæredi relictum nō imputari solum pro parte dimidia, qua pertinet ad cohęredem soluentem, sed imputari pro alia dimidia quam cohæres legatarius percepit iure hæreditario, iuxta *d. l. In quartam in princip.* certū est enim, quod prælegata deducuntur ex toto acerno hæreditatis *l. 1. C. si cert. petatur*, & videtur hæc pars confirmari ex eo, quia hæres sibi ipsi legatū præstare nequit, nec validum est, *l. Qui filiabus 17. §. fin. cum l. Et quidem 18. D. legat. 1. l. Plane 34. §. Duobus leg. Legatum 119. §. 1. D. eodem titulo, l. In ratione 30. §. vltim. D. ad legē Falcid. Vlpianus in fragment. titul. 24. §. 22.* & admitunt de facili Doctores vt per *Boer. decis. 280. num. 7. Mantica de coniect. lib. 7. titul. 7. num. 11. Surdus consil. 253. num. 5. Peregrin. de fideicom. artic. 7. num. 2. & d. num. 38. Emanuel Mendes Card. in §. Sic adē Inst. de legat. illat. 10. n. 11. & n. 17. & 23.* & ideo pro parte hæreditaria tenetur cohæres accipiens imputare in quartā, quia iure hæreditario accipit; Deinde, confirmant *ex l. Quod autem 74. versiculo, itaque D. ad leg. Falcid.* vbi Iureconsultus solum partem illam, quam vnus cohæres ab alio percipit pro parte cohæredis soluentis eximit a Falcidia, maxime cum nullus alius sit locus in iure ciuili, ex quo colligatur esse limitanda iura supradicta, dum constituunt legata non valere pro parte hæredis legatarij, sed manere in asse hæreditatis, tanquam quid hæreditarium, tunc sic philosophantur Doctores communis sententiæ, legatum hæredi relictum a se ipso non valet pro parte sua, sed est quid hæreditariūm, constat autem illud, quod iure hæreditario percipitur, imputari, igitur saltem pro parte sua hæreditaria imputandum est prædictum legatum, quæ fundamenta multum vigent pro communi.

Contra communem tamen defendunt *Goueanus sibi contrarius ind. l. In quartam num. 1. & in d. l. Nesenius, Fachineus d. lib. 5. controuers. cap. 15. versicul. At cum agitur de leg. Falcidia, & versiculo, puto igitur, Cæsar vbi supra à num. 134.* qui existimant prælegata non solum pro parte cohæredis soluentis; sed etiā pro parte cohæredis legatarij, & recipientis non imputari in Falcidiam, probatur *ex d. leg. In quartam in principio* ibi (*non quas iure legati, accepit*) & ibi (*nam hæ in quartam non imputantur*) scilicet 15

ſcilicet in totum, nec etiā pro parte hæreditaria; eſt in idem *text. in leg. quod autem* 74. *D. ad leg. Falcid.* ibi (*itaque quod quis legatorum nomine à cohærede acceperit, in quadrantem ei nō imputatur*) vbi etiam Iureconſultus loquitur abſolute, & hoc ellicit, inquit *Gouean proxime*, fauor hæredis, vt totum legatū, ſeu fideicōmiſſum extra quartam ſit, ac ſi nulla pars quoad imputationem iure hæreditario caperetur; & cōfirmatur hæc ſententia *ex d.l. In quartam*, *verſiculo ſed in fideicommiſſaria*, ibi (*pro ea vero parte, quā accepit à cohærede extra quartam eſt, id eſt, quod à cohærede accipitur*) in quo verſiculo, Martianus totus eſt, in manifeſtanda differentia, quæ reperiebatur inter vtranq; quartam Falcidiam, ſcilicet, & Trebellianicam, quoad intentum imputationis, dixerat in principio in Falcidiam, nihil de legato, vel fideicommiſſo etiam pro parte hæreditaria imputari, poſtea loquutus eſt circa Trebellianicam, per aduerſatiuam, ad illud, quod in Falcidia prædixerat, vt omnes fatentur, & reſoluit in Trebellianicam imputari legata, & fideicommiſſa ſaltem pro parte hæreditaria, non autem imputari pro parte cohæredis ſoluentis, nulla ſane daretur differentia inter vnam, & alteram quartam, ſi imputatio in vtraque eſſet identiqua, quod fundamēti maius omni ſolutione iudico ad ſuſtinendam hanc opinionem contra communem, ideoque puto dicendum in Falcidiam non imputari legata, nec fideicommiſſa, nec etiam pro parte hæreditaria, ratio huius deciſionis, *d.l. In quartam in principio*, eſt quia licet verum ſit ſecundum rigorem, & ſubtilitatem iuris ciuilis, vt pars prælegati iure hæreditario capiatur *d.l. Qui filiabus* §. *fin. dict. l. legatum* 119. §. 1. *D. legat.* 1. fauore tamen hæredis cōtrarium deciſum fuit *in d.l. In quartam*, vt ipſe hæres magis alliceretur ad hæreditatē acceptandam, induxit Martianus ſeparationē illius partis prælegati, quæ alias iure hæreditario capi debebat, vt tota cenſeatur capi à manu cohæredis, qui effectus, cū ſit contrarius rigori iuris, non Martiano Iuriſconſulo tribuendus eſt, ſed potius Diui Pij conſtitutioni, in qua fundatur tota illa celebris deciſio *d. l. In quartam*, ita vt nulla ex parte pars legati, ſeu fideicommiſſi in Falcidiam imputetur, vt ſupra reſoluimus, & habet pro ſe Conſtitutio illa Diui Pij voluntatē teſtatoris, qui prælegando vni ex hæredibus, cenſetur velle, vt omne illud prælegatum præcipuum obtineat liberum ab omni imputatione, & hac ſententia retenta non obſtant fundamenta contraria pro cō muni; nam litera *dict. l. In quartam*, magis fauet noſtræ ſententiæ, quā communi; Deinde; illud, quod medietas prælegati capitur iure hæreditario, fatemur de rigore iuris, attamē quoad computationem Falcidiæ, inducta eſt a Diuo Pio illa

ficta

ficta ſeparatio per quam prædicta pars non iure hæreditarió, ſed totũ iure legati aperte cohæredis cenſetur acceptum; Neque *l. Quod autem 74. verſiculo itaque*, aliud probat, recte enim intelligitur ſecundum tenorem *d. l. In quartam*, ſecundum noſtrum nouum, & verum intellectum, quo remouentur omnes argumentationes quas communis excogitare poteſt.

Proſequendo igitur vlterius imputationem Falcidiæ, quæro an donata in vim cõditionis veniant imputanda, in Falcidiam, in quo dubio, negatiuè reſpondet *textus in d. l. In quartam*, ibi (*non quas implendæ conditionis cauſa*) iuncto ibi (*nam hæ non imputantur*) conſonat *verſiculus, ſi quid vero in fine, ciuſdemmet legis, l. Id autem 75. l. Quod autem 74. l. ad veterani 40. §. 1. D. ad leg. Falcid. leg. Legatus 65. l. In ratione 30. §. Tam & ſi*, ſecundum verum intellectũ, *Duaren. lib. 2. diſput. cap. 10. Alciat. lib. 6. Parad. cap. 4. & in d. l. In quartam, num. 13. vbi poſt Bart. Rip. nu. 6. Torniel. num. 22. Goueau. num. 5. Caſar frumagiolus num. 147. & num. 155. Peregrin. de fideicom. articul. 3. num. 43. Faber de coniect. lib. 6. cap 3. à principio, inſignis Barboſa, l. Si cum dotem §. Si pater, num. 29. D. ſol. matrim. Donel. lib. 8. com. cap. 26. §. Hæc de his* ratio huius rei ſecũdũ omnes ſi pra citatos ea eſt, quia ea quæ hæredi dantur cauſa conditionisi mplendæ mortis cauſa capi dicuntur, nõ autem iure hæreditario, per textum. *in l. Si quis ſub conditione D. ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti, l. Manius 53. D. condit. & demonſt. d. l. Id autem D. ad l. Falcid.* conſtat autem quod ea quæ iure hæreditario non capiũtur, non imputantur in Falcidiam, igitur: Inſurgit tamen *Bart.* contra hanc reſolutionem, *oppoſit. 10. & ſequenti, de text. in l. Si dignum 19. D. ad leg. Falcid.* vbi ſi teſtator grauat hæredem, vt fundum Titio pro viginti vendat, illa viginti quæ videntur capi cauſa conditionis implendæ, in Falcidiam imputantur; Secundo opponit *Bartol. de l. Qui fundum 86. D. eodem titul. ad leg. Falcid.* vbi ſimiliter teſtator qui ſolũmodo habebat in bonis centum in fundo, ſi grauet hæredem, vt dictũ fundum pro quinquaginta vendat, & tradat Titio, tenetur illa quinquaginta à Titio recepta in Falcidiam imputare, cum in vim conditionis cenſeantur data, conducit *textus in l. In ratione 30. §. Tam & ſi D. eod. tit.* Tertio oppugnatur ſuprapoſita reſolutio *ex textu in l. Id autem 75. verſiculo ſane, D. ad leg. Falcid.* vbi poſt quam Caius propoſuit regulam negatiuam, quod conditionis implendæ cauſa accipitur in Falcidia non imputatur, ſubiungit limitationem, quod ſi hæres accipiat ab ſtatu libero numos peculiares tenetur eos in Falcidiam imputare, quando etiam in vim conditionis eos accipit, quia iure hæreditario eos cenſetur habere vt idemmet Caius adiecit.

Quibus tamen non obstantibus prædicatum nostrum suprapositū verisimum est, vtpote deductum ex viscеribus dictorum iuriū quæ supra citauimus. Nec *Bartoli* obiectiones plurimum vrgent; nam ad primam respondetur maximam
16. faciendam esse differentiam, inter illa quæ nomine prætij ab hærede accipiuntur, nam priora minime in quartam imputantur *iuxta d. l. In quartam, cum supra citatis*, posteriora vero imputanda sunt, vt recte docent iura *à Bartolo* adducta, & agnoscunt Doctores communiter *per Rip. num.* 57. *Berengar. artic.* 2. *num.* 57. *Cæsar vbi testatur de Communi nu.* 147. *ad d. l. In quartam, post gloss. in d. l. Qui fundum*, ratio inter vtrunq; casum assignatur a Iureconsultis vtrobique, quia donata pro conditione adimplenda tantum mortis causa capiuntur, nō autem iure hæreditario; At vero quando testator iubet rem hæreditariam vendere pro certa quantitate, iam prætium illud succedit loco rei, & censetur accipi ab hærede iure hæreditario, vt iam supra cum multis resoluimus, *Cæsar vbi supra nu.* 148 *Ioannes Maretus ad cap. Raynucius supra cap.* 6. *num.* 9. *Gouean. in d. l. Si dignum, vbi etiam Gothofred. litera, T, Cuiac.* 9. *respons. Papinian. super leg. Deducta* §. *Nummis D. ad Trebell.* certum est enim in iure, prætia rerum succedere loco ipsarum, *leg. Si rem, & prætium D. petitione hæred. l. Labeo* §. *Sabinus D. de verborū signif. l. Imperator* 72. §. *vltim. D. legatis secundo*, sed res hæreditariæ si extarent, procul dubio erant imputandæ ex Martiano *in d. l. In quartam*, igitur similiter prætium earū, Nec contra hanc nostram verisimam interprætationem obstare potest, dicendo prædictam doctrinam nō posse aplicari terminis suprapositis, quia prætium tunc succedit loco rei quādo sumus in Iudicijs vniuersalibus; vt patet ex iuribus supra citatis, non autem, quādo tractatur 17
de Iuditijs particularibus; vt probatur *ex l. Qui vas* 49. §. *fin. D. de furt. l. Si seruum* §. *vltimo D. de verbor. oblig. l. Venditor* 21. *D. hæreditat. vel actione vendita, Tiraquel. de retract. part.* 1. §. 32. *glos.* 1. *num.* 21. *& sequentibus Aflictis decisione* 369. *nu.* 4. *Barbos.* 3. *part. Rubricæ D. solut. matrimon. numer.* 73. *Caldas de renouat. quæst.* 3. *numer.* 18. Vnde cum in particularibus prætium non succedat
18. loco rei, nec etiam ex vltima voluntate poterit succedere *iuxta leg. Filius famil.* §. *Si quid alicui D. de legatis primo*, considerat *Cæsar supra numer* 150. Prædictæ autem obiectioni respondet idem *Cæsar numer.* 152. in omnibus iuribus supracitatis circa quorum intellectū, insudamus, agi de Iudicio vniuersali, non autem de particulari, patet *ex dicta leg. Si dignum leg. Qui fundum cum alijs*, quæ licet de re particulari loquantur, tamen cum conficiant totum corpus hæreditarium considerantur iudicia vniuersalia,

vt in

vt in principio Inſt. de rebus corporal. & in corporalibus; Sed hæc reſponſio no placet, diſſonat enim iuris principijs, nullibi enim legimus res particulares hæreditarias effici, ſeu cõſiderari ides vniuerſales, ſeu quid vniuerſale, vt intuenti conſtabit; Quare melius reſpondet *Corraſius in d.l. Filium quem habentem, C. fam. erciſc. num.* 113. quod licet verum ſit in particularibus iuditijs prætiũ non ſuccedere loco rei, tamen in vltimis voluntatibus ex potentia ipſarum, ſi cõſtiterit teſtatorem ſic voluiſſe, & ita iuſsiſſe abſq; dubiõ ſuccedet, vt aperte nobis probat *d.l. Si dignum.* 20. cum ſupra relatis, in quibus impoſsibile erat vt prætium in quartã imputaretur, niſi ipſum iure hæreditario capi cenſeretur, *iuxta Martiani deciſion. d.l. In quartem.* Nec aliquid facit Cæſaris cõſideratio *de text. in d.l. Filius fam.* §. *Si quid alicui, D. legat.* 1. quia text. 18. ille ſi recte expendatur *Corraſij* probat reſolutionem, & noſtram, nam ibi dicitur quod ſi legatarius ratione proprij impedimennti, rem legata capere nõ poſsit, nihilominus æſtimatio debebitur ex voluntate teſtatoris, qui ſciens, de impedimento legauit, vt optime proſequitur *Molina de primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 86. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 120. *num.* 4. *& nu.* 6. & tamen prætium non ſuccedit loco ipſius rei, quia præſumitur teſtatorem ſic voluiſſe, vt legatum vires caperet, ne alias cogamur, interprætari ipſum teſtatorem in vtiliter voluiſſe, *contra regulam l. Quoties de rebus dubijs* quam ornant *Menoch. lib.* 6. *de præſumpt. præſumpt.* 4. *Paleotus de not. cap.* 57. *num.* 6. *Mantica lib.* 3. *de coniect. tit.* 1. *à principio Peregrin. de fideicom. art.* 12. *num.* 11. *inſignis Barboſa in l. Quædotis D. ſolut. matr. num.* 1130. *Caſtillo tom.* 4. *cap.* 14. *à principio, & cap.* 29. *& cap.* 30. *per totum, & cap.* 32. *à num.* 48. Vnde hæc illatio veriſsima, quod ſi teſtator vellet vt æſtimatio haberetur loco rei, nec res, neq; æſtimatio deberetur, quemadmodum ſi teſtator vellet, vt prætium, pro quo iubet hæredi rem hæreditariã vendere, ſuccedere loco rei, abſq; dubio ſuccedit, & imputabitur, vt probat *d.l. Si dignum, d.l. Qui fundum, d.* §. *Vendere*, prout recte interpretantur *Gouean. Gothofred.* & communis ſupra relata *Ripa n.* 64. *Berengar. artic. vltim. num.* 126. Vnde iam ceſſat ſecunda obiectio *Bart.* de qua ſupra de *d.l. Qui fundum in principio.*

Totus labor ſtat in ſatisfaciendo tertiæ obiectioni, *dictæ leg. Id autem* 19. 75. §. *Sane*, ſed ommiſsis *gloſſæ*, & aliorum ſolutionibus maxime *Gouean. ind. verſic. ſane.* vbi etiam *Gothofredus, litera, R. Peregrin. de fideic. artic.* 3. *nu.* 43. & melius omnibus *Cuiac. lib.* 2. *reſponſ. Papiniani ſuper. l. Quid ſtatu liber* 41. *D. donationibus cauſa mortis*, qui recte intelligunt *d. verſic.* vt procedat ſecundũ tenorẽ *d. l. Quod ſtatu liber, & l. Qual cõditionis* 36. *D. eod. tit. de donat. cauſa mortis*, quãdo ſeruus grauatus eſt dare hæ-

redi pecuniam, ex peculio quod penes se habebat, quod peculium hæreditarium esse nemo ignorat *l. 1. C. peculio eius qui liber esse l. Certum C. familiæ erciscund.* & tamen seruus pro libertate consequenda potest, dare nummos peculiares: quod fauore libertatis admissum esse, nos docet *text. in leg. 3. §. 1. ibi, receptum est enim vt seruus peculiares quoque nummos dando perueniat ad libertatē, & in §. Cum igitur, ibi constat enim statu liberum de peculio posse dare) D. de statu liberis l. Si quis ita 13. §. 2. D. eod. tit. de statu liberis.* Vnde cum in terminis, *d. versiculi sane*, seruus liber relictus sit sub conditione, si decē det hæredi, dando numos peccliares, vt patet ex dictis iuribus, & in super hęres tenetur dictos numos peculiaret in quartam imputare, quia licet illos non capiat iure hæreditario, ex titulo acceptionis, attamen ipsi numi sic accepti cum sint res hæreditariæ necessario iure hæreditario capi dicuntur, & ideo merito imputantur, in quartā Falcidiā, Vnde iā clara fit æquiparatio, quā *idem textus in d. l. Id autē in fine*, facit inter huiusmodi numos peculiares, & legata caduca, quæ semper imputātur, tanquā res hæreditarię, quia de ipso corpore sunt, ita etiam numi peculiares, licet dentur ab statu libero, tamē sunt de corpore hæreditatis, & iure hæreditario capi dicuntur; vt per supracitatos.

Consequēter dubitari cōsueuit, vtrum data pro modo, à testatore scripto implendo, veniant imputanda; In quo dubio *Accursius in l. In ratione §. Tam & si Bart. in d. l. In quartam oppos. 11.* cōmunis *per Succin. ibid. n. 60 Cæsar n. 153. Bereng. art. vlt. n. 20.* tenent data hæredi pro modo implendo, imputanda esse in Falcidiā, mouentur *ex decisione textus in d. l. In ratione 30. §. Tam & si, D. ad l. Falcid.* ibi (*tamen id, quod non figura conditionis accipere iussus est ab eo, cui hæreditatē restituere rogatus est, Celso, & Iuliano nostro placuit cōputari*) qui textus loquitur propriè de quarta Falcidia, & postquā in principio proposuit regulā de dato conditionis implendæ causa, ne veniret imputandum, subiungit prædicta verba, quæ insinuant reliqua, quæ non figura conditionis, sed in vim modi hæredi præstantur, imputanda esse, & hoc est vnicum prædictæ cōmunis sententiæ fundamentū. 20.

Verum a cōmuni recedit *Cæsar d. loco n. 154.* distinguendo in hunc modum; nam vel modus adiectus est per testatorem, dispositioni, vel tantū dationi, si adiectus est dispositioni, tūc nullo modo sic data imputanda sunt in quartam Falcidiā, *d. leg. In quartam, versiculo, sed & quod cōditionis*, & quæ supra resoluimus, si vero modus apositus est dationi, tunc cum dicantur prouenire ex iuditio testatoris imputabuntur, vt ipse contendit probare *ex d. §. Tam & si*, & ait esse de mente *Bart. dict. oppositione 11. in dict. l. In quartam, vbi Torniell. num 30.* Sed hæc distinctio *Ca-*

ctio *Cæsaris, & Tornielli* verbalis est, vt ex ipsa apparet; nec vlla ratio differentiæ inter vtrunque casum, ab ipsis præstatur, nec re vera præstari potest, quia nulla est; Nã quid interest data pro modo implendo ad effectum imputationis, quod sit modus appositus dationi, an dispositioni, cum vtroq; casu semper sit verum dicere huiusmodi data non accipi iure hæreditario, in quo stat tota vis imputationis.

Quare in destincte dicendũ existimo contra cõmunem, data hæredi pro modo implendo, minime 22. imputationi Falcidiæ subijci, nam si data causa conditionis implendæ non imputantur, ex eo quia mortis causa capiuntur, & non iure hæreditario, cur venient imputanda data pro modo implendo, quæ similiter iure hæreditario non capiuntur, constat *ex dict. l. In quartam, in principio*, ibi (*quas iure hæreditario capit,*) agnoscunt cõmuniter scribentes ibi, vt per *Ripã n.* 14. & in terminis magis huic nostræ sententiæ assentit *Torniellus d. n.* 30. Nec cõmunem probat *d. §. tam etsi, in verbis supra relatis*, quia si attendas non loquuntur de datis pro modo implẽdo, sed de datis simpliciter hæredi ex iussu testatoris, quo casu, considerauit Iureconsultus sic data, non in vim conditionis, nec in vim modi, sed magis pro pretio rerum, & in recompensationem ipsarum data censeri, ideoque merito Iurecõsultus testatur esse imputanda, & hic est genuinus sensus illius literæ, & latius infra circa Trebellianicã, dicemus, vt interpræfatur *Faber 6. de coniect. cap. 3. in med. Peregr. de fideicomm. articul. 3. num. 42. ad finem.* Deinde textus ille in prædictis verbis; retenta communi quam retinendam testatur *Coueanus ibi*, non loquitur de quarta Falcidia, sed loquitur de quarta Trebellianica, in qua alia contraria dispositio sequeda est, vt infra cum de Trebellianica egerimus latius demonstrabimus, in illa imputari data in vim conditionis, modi, vel quocunque alio titulo.

Ex quibus immediate subsequitur discutienda quæstio illa, an data in vim conditionis, aut pro modo implendo veniant imputanda in 23. Falcidiam vtilitatem illius qui dedit, saltem virtute exceptionis, affirmatiuam sententiam defendit *Accursius in d. l. In quartam, verbo, legatarijs, & in l. Qui fundum 87. D. ad leg. Falcid. Bart. in l. Ad veteram illo titulo. Bald. in l. Filium quem habentem C. famil. erciscund. num. 8. Succin. Iunior. ad d. l. In quartam num. 57.* vbi etiam *Berengar. nu. 69.* qui omnes mouentur *ex decisione textus in l. Nesenius 22. D. ad l. Falc. & in l. à filio 93. D. eod. tit.* vbi prælegata imputantur in Falcidiam respectu cohæredum, qui illa persoluunt, cum tamen certum sit prælegata non imputari in Falcidiam, cum iure hæreditario non percipiantur, *dicta leg. In quartam*, & agendo de

legatorum imputatione late diximus supra, Ergo similiter data in vim conditionis, saltem in fauorē dantis, per exceptionem debent repellere Falcidiam; secūdo, quia lex, quæ loquitur in vno ex æquiparatis, etiam in alio procedit, *glossa receptissima in l. Si quis seruo, C. de furtis Barb. l. Si constante D. solut. matrim. nu. 98. Surd. de aliment. titul. 2. quæst. 10. num.* 2. sed acceptæ iure legati, vel fideicōmissi, æquiparantur his, quæ dantur in vim modi, *iuncta d. l. In quartam in 2. parte, igitur*. Tertio quia accepta in vim modi, vel conditionis, eādem continent vtilitatem, respectu hæredis recipientis quam continēt legata, vt patet, sed legata remouēt Falcidiam, saltē virtute exceptionis: ergo etiam data in vim conditionis, & in vim modi, illam remouere debent.

Sed merito contrariam sententiam tenentur magis communiter
24. Doctores, *Accursius sibi contrarius* ante omnes *in l. penult. Cod. ad leg. Falcid, & ibi Cynus, Politus in dict. l. Filium quem habentem numer. 56. vbi Corral. num. 48. Picus ad d. l. In quartam num. 80. Ruinus ibi nu. 10. Ripa num. 62. Cæsar à nu. 165. Torniellus num. 44.* qui indistinctè negant data pro conditione implenda, vel in vim modi, nec etiam pro vtilitate dantis remouere Falcidiam, ducuntur in primis, ex generalitate *d. l. In quartam*, dum negat similem imputationem. Deinde, quia accepta causa conditionis implendæ, non accipiuntur iure hæreditario, sed quæ iure hæreditario non capiūtur minime veniunt ad imputationē, cū hæc non dicantur posita in dispositione, *d. leg. Si quis sub conditione D. si quis omissa causa testam.* Tertio pro hac parte facit *text. in l. Si fūdus legatus 65. D. ad l. Falc.* vbi si legetur fundus dignus quinquaginta sub cōditione, si legatarius quinquaginta dedisset, valet legatum, & potest lex Falcidia in eo habere locum, & tamen quinquaginta fuere data in vim conditionis, ergo nec etiam in vtilitatem dantis, sic donata saltem per exceptionem, Falcidiam remouent.

Et hac parte retenta, quæ vera est, non obstant fundamenta pro cōtraria supra scripta; Ad primum 25 namque, & principale *de text. in l. Nesenius*, Respondemus, textū in nihilo contrariari nostræ sententiæ, si enim bene aduertas, *textus in d. l. Nesenius, & in d. l. à filio*, procedunt solummodo in legatis mutuis, quā do vterque cohæres grauatur ad inuicem legata præstare, in hoc enim casu merito, saltem per via exceptionis, succurritur possessori, ne teneatur Falcidiam pati, pro quantitate, quam ipse ex prælegato præstare cogitur, quod Iureconsultus Paulus coniecturatur ex voluntate testatoris, ibi (*non est audiendus desiderans vti aduersus eum Falcidiæ beneficio, si id quod percepturus est ex voluntate testatoris suppleat quod deducere*

deside-

desiderat) naturalis nanque æquitas suadet, vt si tu vis, vt ego in vtilitatem tuam adimpleam voluntatem testatoris, præstando tibi integrum legatum, tu etiam parem gratiam mihi referas, soluendo legatu absq; ulla Falcidiæ detractione, vt satis insinuant verba *d.l. Nesenius, & d.l. à filio*; quæ ratio naturalis æquitatis defecit in datis, causa conditionis implendæ, quia hæc non intelliguntur prouenire à testatore, in gratiã hæredis accipientis, sed tantum in gratiam soluentis, vt conditio habeatur pro impleta, & ipse possit legatum, tanquam purum, petere *ex regula leg. Mœuius, cum vulgar. D. de conditionib. & demonstrat.*

Nec obstat secundum argumẽ-
26. tum de, æquiparatione datorum in vim conditionis, & legatorũ, quia satisfit, si aduertas æquiparationem tunc procedere, quãdo facta fuerit in omnibus, non vero, quãdo tantũ in vno casu, quia non est admitenda extentio, ad alium non æquiparatũ, imo longe diuersum prout est materia imputationis, circa Falcidiam, vel Trebellianicam, in quibus diuersæ militant regulæ *d.l. In quartã*; vel aliter respõdetur, quod æquiparatio in hoc casu tantũmodo procedit in sensu negatiuo, videlicet, tam legatum, quam datũ in vim conditionis nõ imputantur in Falcidiã, ex qua æquiparatione negatiua minime inferri potest, ergo quando legata imputantur in vtilitatem, dantis; etiam data in vim cõditionis imputari debent, quæ est illatio affirmatiua, in qua datur diuersissima ratio, nam in legato datur voluntas testatoris insimul cum æquitate, in dato autem in vim cõditionis, non datur voluntas dispositiua, vnde nihil mirum, si legata imputentur, saltem per viã exceptionis, data autem in vim conditionis, minime; vt bene considerat *Cæsar Frumagiolus in d.l. In quartam num.* 168. Tertium, & vltimum contrarium de facili tollitur, si dicamus, quod formalis ratio imputationis non consistit in vtilitate recipientis, nam si hæc esset, omnia quocunque mõdo data, seu hæredi venientia imputarentur, quod Martianus negat, *in d.l. In quartam*; vbi solum accepta iure hæreditario Falcidiam remouent, idque ex rationibus supra relatis, vnde cum data in vim conditionis non capiantur iure hæreditario, sed magis mortis causa, ideo non deseruiunt imputationi, maxime, cum voluntas testatoris, & æquitas quæ in legatis mutuis cõsideratur, deficiat in proposito. 27.

Controuersa etiam quæstio est, vtrum donata, inter viuos, veniant imputanda in Falcidiam, quã quæstionem affirmatiue decidere videtur *textus singularis, & difficilis in l. Cum quo* 56. *§. fin. D. ad Falcid.* dum decidit, quod, si quis dominus centum aureorum, viginti quinq; alicui in vita dederit, quem postea hæredem instituit, & grauauit vltra

dodrantem, talis hæres Falcidiam deducere nequit, quasi testator ex eo,quia viginti quinq; ipsi hæredi dederit in vita visus sit prouidere circa Falcidiam, audiamus Iurecōsultum; (*sæpius euenit ne emolumentū eius legis hæres consequatur nam si cētum aureorum dominus, viginti quinq; alicui dederit, & cum instituerit hæredem, & dodrātem legauerit, nihil aliud sub occasione legis Falcidiæ interuenire potest, quia viuus videtur hæredi futuro prouidere*) notat *glossa, ibi Bartol.* & communiter scribentes, *& in l. In quartam*, vbi *Bart. num. 9. Ripa* 31. *Picus.176. Alex. 24. & consil. 50. n.15. lib. 2. Franciscus Beccius consil. 29. Decius in l. Illud, C. de collationib. ad finem, Menchac. ad l. Omnimodo, §. Imputari C. inofficioso testam. num. 254. alias lib.3. §* 30. sequitur alijs relatis, *Peregrin. de fideicom. artic. 3. num.35. Caldas, ad §. Sed hæc Instit. de inofficioso, 2 part. num.18 Cujacius lib.3. sentent. Pauli titul. 8. §.3. Gothofred. in dict. §. vltim.* qui omnes cum multis alijs communiter resoluūt, quod data inter viuos simpliciter nulla assignata causa, veniunt in Falcidiam imputanda; quod similiter dixit *Bart.* circa legitimam in *l.1. §. Si vel parens D. si quis à parente fuerit manumiss. Menchac. & Pereg. citatis locis.*

Contrariam tamen sententiam, imo data hæredi inter viuos, non
28. esse regulariter imputanda in Falcidia, obseruarunt vnanimiter Doctores *ad d.l. In quartam, vt per Bart. ibi, opositione 1. in primo membro distinctionis, Castrensis nu.5. Ripa num.* 37. *Alciat. num. 7. Picus* 45. *Berengar. art.3. num.2. Succinus num.29. Torniellus numer.52. sequitur Cæsar Frumagiolus num.19. Politus in l. Filiumque habentem C. famil. erciſc. num.52. vbi Corras. num.91. cum alijs*; qui mouentur. Primo, *per textum difficilem in l. Pater filiam* 14. *D. ad leg. Falcid.* vbi filia non tenetur imputare in Falcidiam dotem, quam pater in vita eidem assignauerat; Secundo, quia vt constat *ex d. leg. In quartam*, solum deseruiunt Falcidiæ imputatione, quæ iure hæreditario capiuntur, sed data inter viuos non dicuntur accepta iure hæreditario, vt patet,& late cōprobat *Berengar. d. artic.3. num.7. &* 8. Vltimo,quia ad computationem Falcidiæ, solū attenduntur illa bona quæ testatori reperiuntur tempore mortis, *leg. In quantitate in principio D. ad legem Falcid. §. Quantitas Instit. eodem*, sed data inter viuos, non reperiuntur tēpore mortis in patrimonio, seu hereditate defuncti; igitur, & ita aperte videtur probari *ex d. l. Pater filiam*, ibi (*quia dos in hæreditate patris non inueniretur*) ex quibus huic sententiæ adhærendum censeo.

Illa vero retenda non obstant fundamenta contrariæ.precipuum 29.
enim *de text. in dict. l. Cum quo §. fin.* licet varie intelligatur per Doctores supra relatos, Communis sententia haber, ideo in Falcidiam imputari donata inter viuos, in terminis *d. §. fin.*

d. §. *fin.* quia expreſſe, ibi appoſita conditio per ipſum dantem, vt tempore mortis imputarentur in quartam, quo caſu certum eſt data inter viuos imputari, *iuxta regulam l.* 3. §. *Etſi non mortis D. bonis libertorū*, & quæ notantur *ad l. Si quando* §. *Generaliter Cod. inofficioſo teſtamento*, conſtat hæc reſponſio *ex Herculano ad d.l. In quartam, vbi Picus nu.* 45. ſed ab illa recedunt plures, maxime *Bart. d. oppoſ.* 1. qui conſiderat *in d.* §. *final.* nullum verbum reperiri ex quo colligatur teſtatorem expreſſe diſpoſuiſſe, vt ſic donata in Falcidiam imputarentur; Quare idem *Bart. Alexand. Imola, in d.* §. *final. Ripa d.l. In quartam, num.* 38. & ibi *Succinus num.* 10. *Berengar. num.* 2. exiſtimant ibi verum eſſe teſtatorē
30. donantem, nullam legem donationi expreſſe appoſuiſſe, ſed colligi tacite ex ipſius mente, & ideo nihil mirum ſi veniant ſic data imputāda, quam coniecturam collegunt prædicti Doctores, ex modo donationis, ex quo conſtat teſtatorem quartam partem, in vita ſeparaſſe, & hæredi tradidiſſe, quaſi prouidēdo eidem de Falcidia, quod videntur inſinuare verba *dict.* §. *final.* ibi (*quia viuus videtur hæredi futuro prouidere*;) Verum contra hunc Intellectum inſurgit *Hieronimus Torniellus in d.l. In quartam num.* 23. *Caſar num.* 70. expendentes quod ſi prædictum ſenſum admitamus in datis inter viuos, a fortiori illud admitere debemus in relictis titulo legati, vel fideicommiſſi, quæ ex vltima voluntate proueniūt, maxime, cum in ſimboliſantibus facilior ſit tranſitus de vno caſu ad alium, *leg. In rem* §. *Item ſupra D. rei vendicat.* Deinde quia prouiſio teſtatoris de qua *in d.* §. *fin.* non fuit vt data inter viuos in Falcidiam imputentur, ſed ſolum ne legata per illam diminuā tur; Vnde idem *Torniellus, & Caſar cum eo*, tranſeunt, ad aliam cogitationem, videlicet, quod ex eo data inter viuos in ſpecie *d.* §. *fin.* remouent Falcidiam, à legatis, quia fue- 31.
runt data nuda traditione tantum, nec ibi dominium translatum fuit, cum nō præcedat titulus habilis ad translationem ipſius, argumento *l. l. Nunquam nuda, D. acquirend. rerum domin.* Vnde cum hæres per donationem dominium non acquiſiſſet, cenſetur poſtea illud acquirere titulo hæreditario, quo dato, de plano procedit, quod habita & accepta titulo hæreditario de bonis teſtatoris in Falcidiam imputentur, *d.l. In quartam cum ſimilibus.* Et quod nullus *in d.* §. *fin.* præcedat titulus expreſſus donationis patet ex litera, tacitus etiam nō eſt præſumendus contra *regulam l. Cū de indebito D. de probationibus* Menoch. *caſu.* 88. *& lib.* 3. *præſumptione* 31. *Maſcardus de probat. concluſion.* 555. *Mantica de contract. lib.* 13. *titul.* 9. & reſpondent ad verbum, dederit, de quo *in dict. textu* quod de ſui natura translationem dominij importat, *l. Vbi autem* §. *fin. D. de verborum*

borum oblig. §. Sic itaque Inst. de actionibus vbi Lodouicus Gomez. column. 3. Padill. in l. naturalis §. 1. D. de præscript. verbis, numer. 22. Menchac. frequent. cap. 59. num. 14. Corras. lib. 2. miscell. cap. 3. Pichard. ad §. Si filium, de officio iudicis à nu. 195. quia multoties verbum, dare, significat nudam traditionem secundum subiectam materiam prout colligitur ex §. *Item is cui Institut. quibus mod: re contrah. oblig. l. 1. D. commodati*, & denique nituntur confirmare intentū *ex verbis d. §. fin.* ibi (*& dodrantem legauerit*,) quibus Iure consultus insinuare videtu, dominium illorum viginti quinque, quæ hæredi fuere donata, non transijsse in ipsum hæredem ex titulo donationis, quia si trāsijsset, non dixisset Iurecōsultus dodrantem, sed totam hæreditatē, sed quantuncunque hic intelligendi modus subtilis sit, tamen intel-
32. lectui *Bart. Alexandri, & aliorum*, qui magis communis est adhærendum censeo, illum vltra supracitatos amplectitur *Cuiac. ad Paulū lib. 3 sentent. titul. 8. §. 3. Gothofredus in d. §. final. litera, O. Peregrinus de fideicom. artic. 3. num. 35. idem Cæsar vbi supra num. 396. Morla in emporio, titulo 3. quæst. 5. n. 10. Robles de repræsent. lib. 2. cap. 16. nu. 31.* faciunt quæ *Caldas ad §. Sed hæc de inofficioso 2. part. numer. 18. præceptor Veiga ad §. quædam de actionibus*; qui intellectus satis corroboratur ex his quæ *Gouea nus ibidem*, quia Iurecōsultus solum ex coniectura desumpta ex forma, & tenore donationis collegit testatorem in vita voluisse hæredi futuro prouidere circa Falcidiam, ad effectum, vt sic data haberentur loco Falcidiæ, nec legata postea defalcarentur, argumento, *leg. Quod autem versiculo, sed si ideo, D. ad leg. Falcid. d. §. fin.* non cessat ipso iure per imputationem, sed remouetur hæres, per exceptionem doli, vt recte aduertit *Gouean. ibidem*. Vnde concludendum est quod licet regula sit, donata inter viuos non venire imputanda, in Falcidiam, vt cum cōmuni supra diximus, tamen hęc regula fallit, quando sic donata dentur ea intentione, vt pro Falcidia habeantur, quia si per hæredem acceptentur remouent Falcidiam, saltem per exceptionem *iuxta dict. §. fin.* possunt adduci in confirmationem plura iura quæ de imputatione legitimæ agunt, *l. 1. §. Si parens D. si quis à parente fuer. man. l. Si quādo §. final. vbi glossa, verbo, imputatur Cod. inofficioso testam. l. 3. §. Etsi non mortis, D. bonis libert.* ita ex *Bart.* tradit *Ripa num. 31. Berengar. d. art. 31. num. 2 versic. 2. Conclusio, Succin. nu. 31. vbi supra*, & non habere contradictorem in conditione expressa, tradit *Cæsar. supra n. 92.* & in tacita *Berengar. proxime n. 1. Angel. Alex. Immol. in d. §. fin. Peregrin. d. num. 35. Cæsar proxime nu. 96. Palitus in leg. Filium quem habentem Cod. famil. erciscund. num. 54.* Nec obiectiones *Tornielli, & Cæsaris*, contra intellectum *dict. §. fin.* aliquid euincunt quia in

textu

textu satis constat de donatione, deinde id ipsum quod resoluimus in datis inter viuos, etiam, & afortiori resoluendum est in relictis per legatum, vel fideicommissum, vt in eadem materia resoluimus circa intellectum, *l. Quid autem versiculo, sed si D. ad leg. Falcid.*

Vnde consequenter per tractanda est quæstio, vtrum data inter viuos titulo reuocabili, veniant in Falcidiam imputanda, qualia sunt
33. donata causa mortis, vel donata inter virum, & vxorem, quæ morte confirmantur *Principium Instit. de donat. l. Donationes quas parentes Cod. donationibus inter l. Papinianus D. eodem titul.* in qua quæstione plures Doctores tenent, has donationes semper esse imputandas, si donatarius fuerit solus hæres institutus, vel pro parte si cohærede habeat, saltem ex intentione testatoris, *ita gloss. Azonis, & Hugonis antiqui, in d. l. Filium quem habentem, & ibi Bartol. Alexand. ad d. l. In quartam nu.* 11. *Immola*, & alij ex quibus testatur communem *Picus ad dict. leg. In quartam num.* 50. *& ibi Berengar. d. artic.* 3. *num.* 6. vbi ait hanc opinionem in practica seruandam, mouetur ex eo, quia in Falcidiam imputantur prælegata, quæ quis à cohærede accepit saltem pro parte hereditaria *d leg. In quartam, versiculo, pro ea vero parte*, sed hæ donationes subeunt vicem prælegatorum, *leg. Cum hic status in principio D. donat. inter vir. & vx.* vbi donationes hæ legatis æquiparãtur ex quibus Falcidia per illa debet remoueri.

Sed quicquid prædicti contendant, certũ est quod ipsi manifeste in hoc puncto falluntur, quia hæ donationes nullo modo possunt 34.
imputari in Falcidiam, nec pro parte hereditaria, nec pro alia, vt optime scripsit *Accursius* communiter receptus, *in l. Post legatum §. Mortis, verbo, legatario, D. his à quibus vt indign.* refert ex *Angelo Picus num.* 52. *Ripa* 39. *Torniellus* 22. *Cæsar* 91. *in d. l. In quartam, Guillelmus de Cuneo Cynus Paulus Castrensis, & alij*, quos sequitur *Politus in d. leg. Filium quem habentem, nu.* 53. ducuntur ea ratione quod in Falcidiam non imputantur nisi ea quæ iure hæreditario accipiuntur, *d. l. In quartam in principio*, sed hæ donationes nõ lucrantur titulo hæreditario, quia à morte testatoris ante aditionem hæreditatis vires accipiuntur *dict. l. Cum hic status d. l. donationes quas parentes, Menoch. lib.* 3. *de præsumpt. præsumptione* 29. *à num.* 66. *Sanch. de matrimon. lib.* 6. *disputat.* 14. *n.* 1. *post Gregor. Lopes per textum ibi, in l.* 4. *titul.* 11. *part.* 4. ergo cum non capiantur iure hæreditario, minime veniũt imputanda.

Tertio pro hac parte facit *textus in l. Sequens quæstio D. de legat.* 2. vbi in restitutione fideicommissi non veniunt quæ hæres accepit à testatore inter viuos, igitur, si hæ donationes non veniunt in restitutionẽ, à fortiori non venient imputandæ,

quia

quia titulo diuerſo ab hæreditario capiuntur.

Et hac parte retenta non obſtat vnicum fundamentum partis contrariæ, nam manifeſte apparet falſum ſupponere, dū exiſtimat prælegata in Falcidiam imputari pro parte hæreditaria,quia contrarium verius eſt, vt ſupra reſolutū maner, nec contrarium probatur *ex verſiculo pro ea vero parte, d. leg. In quartam*, quia non loquitur de Falcidia, ſed de Trebellianica, vt ex ipſo apparet,& nos infra latius dicemus, vbi longe dari diuerſas regulas imputationis oſtendemus; nec aſſumptum, quo prædicti auctores intendebant probare minorem,illā probat,concludenter,nam donationes hæ, quæ morte cōfirmantur,æquiparantur legatis ad effectum vt Falcidia admitatur, propter diminutionem rerum hæreditariarum *d.l. Cum hic ſtatus*, ſed non æquiparatur quoad effectum imputationis, in qua longe alia diuerſa practicantur principia.

35.

Limitant tamen prædicti Doctores hanc noſtram ſententiam, ne procedat, quando de voluntate teſtatoris apparuerit velle quod talia legata imputentur, nam hoc caſu vera eſt limitatio iſta, cum enim huiuſmodi donationes ſolum ex mente teſtatoris vires accipiant, ipſeque iubeat vt hæres illas teneatur imputare, aperte cenſetur ipſe teſtator prædictas donationes reuocare,& velle vt hæres illas tanquam quid hæreditarium,percipiat,argumento *l. Si mortis* 12. *Cod. donationibus inter virum,ita tradit Alexander num.* 11. *Picus* 45. *Berengar. d.art.* 3. *num.* 2. *verſiculo prima limitatio Ripa num.* 39. *Torniellus num.* 30. *ind.l. In quartam vbi Cæſar numer.* 81. fatetur communem , illam amplectendo cui etiam adhæreo.

36.

Ex quibus ſic reſolutis inferuntur quam plurimæ illationes,& pervtiles,& primo infertur dotē ſiue à patre ſiue ab extraneo in vita donatam non venire imputandam,ſi dotata hæres proponatur ſcripta in teſtamento,& grauata vltra dodrātem,quod aperte probatur *ex l. Pater filium* 14. *D. ad leg. Falcid.* vbi pro viribus Papinianus hanc quæſtionem determinat,& notant, ibi comuniter ſcribentes, *vt poſt Alex. Corneus conſil.* 298. *column.* 1. *lib.* 4. *Cæſar d.l. In quartam num.* 80. *Peregrin. de fideicom. artic.* 3. *n.* 30. de qua etiam late agit *inſignis Barboſa in l. Si cum dotem* §. *Si pater D. ſolut. matr. num.* 26. *& ſequenti, poſt Corraſ. in l. filium quem habentem numer.* 92. *vbi Politus num.* 61. *Cuial. lib.* 6. *Reſponſorum Papiniani ſuper d.l. Pater filiam* vbi etiam *Goueanus noſter, Craſſus* §. *Falcidia quæſt.* 16. quem refert & ſequitur *Gothofred. in d. leg. Pater filiam litera, N.* qui primo expendunt principium in hac materia, quod in Falcidiam ſolum imputantur illa quæ iure hæreditario percipiuntur,cum autem dos nō ſit acceptata iure hæreditario, nil mirum ſi imputatio-

putationem effugiat, & licet *textus in d.l. Pater filiam*, loquatur de quarta Trebellianica, *vt per Barbosam*, & reliquos modo citatos, tamen eius decisio à fortiori procedet in quarta Falcidia, in qua strictius proceditur circa materiam imputationis, vt notant omnes cõmuniter scribentes *ad d.l. In quartam, per textum ibi*; Tenebitur tamen filia dotem
48. non dum solutam, vel à patre iam repetitam, in terminis iuris ciuilis, cum Falcidia compensare, si testator hoc Iubeat in testamento, ratio est, quæ deducitur *ex l. Si debitor* 12. *D. ad leg. Falcid.* vbi testator potest grauare hæredem, quẽ sortitus est creditorem, ne debitum ab hæreditate detrahat, sed potius cum Falcidia compenset; cum ergo in terminis suprapositis pater sit debitor dotis, quam penes se retinet, merito tenebitur filia cum Falcidia compensare, & comprobatur à cessante ratione *d.l. Pater filiam*, ibi (*quia dos in hæreditate patris non inueniretur*) vbi filia non tenetur compensare dotem cum Falcidia, quia pater nõ erat debitor dotis, quæ adhuc à marito retinebatur, vnde, si daremus patrem, iam dotem repetijsse à marito, necessario fatendũ est, ipsum posse iubere, ne filia Falcidia vtatur, & hanc doctrinam late confirmat *insignis Barbosa in d. §. Si pater nu.* 29. *& in rubrica illo titulo* 4. *part. num.* 22. *Cuiac. vbi supra*; Quam resolutionem declarabis, ne procedat in casu, quo pater tempore constitutæ dotis stipulatus sit ipsam sibi, vel hæredibus suis restitui soluto matrimonio, in terminis *l. Quoties D. soluto matrim. cum vulgar.* nam in hoc casu, dos censetur inter bona ipsius testatoris, ac proinde, quemadmodum, si testator iuberet, vt quamlibet rem hæreditariam filia in Falcidiam imputaret, ipsa tenebatur obedire, ita similiter in casu proposito, imo etiam non iubẽte testatore, veniret dos imputãda, quia tunc filiæ nullum ius in dote acquiritur, sed tãquam alia res hæreditaria reputatur, & ideo ei non valet acquiri, nisi iure hæreditario, quo casu imputanda venit, *iuxta d. l. In quartã*, & quæ supra diximus, & satis deducitur ex ratione quam Papinianus adiecit *in d.l. Pater filiã in fine*, à contrario sensu, (*quia dos in hæreditate patris nõ inueniretur*) quasi si inueniretur prout in casu proposito, imputanda sit, *vt post Immolam, & Alex. in d.l. Pater filiam prosequitur Picus d.l. In quartam n.* 42. *Cæsar* 91. *vbi etiam Alciat. n.* 8.

Infertur secundo, quod si pater acquirat feudum, vel emphiteusim, vel maioratum, quæ hæreditaria non, sint minime esse imputanda in Falcidiam, ratio illa est, quia hæc bona non acquiruntur a filijs, vel hæredibus iure hæreditario, sed alio diuerso, scilicet iure sanguinis, argumento *l. Unum ex familia §. Si de Falcidia D. legatis secundo, l.* 3. *D. interdict. & relegat. Caldas de potestate elig. cap.* 16. *num.* 3. *Padill. in d. §. Si de* 39.

Falcidia num. 11. *Molina de primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 10. & circa imputationem legitimæ supra diximus, cum *Mangil. quæst.* 36. *nu.* 39. *Clarus* §. *Feudum, quæst.* 46. *num.* 2. *Valasc. de iure emphit. quæst.* 46. *cum alijs*, & in terminis, de quibus loquimur circa Falcidiam, resoluunt *Angel.* & *Alexand. ad leg. Si patroni D. ad Trebellian.* & *consil.* 29. *num.* 5 *lib.* 5. *Bald. consi.* 56. *lib.* 3. *Corrasius in d. l. Filium num.* 94. *Ripa d. l. In quartam num.* 67. & 84. *Cæsar ibidem. nu.* 75. & deducitur manifeste ex eo, quia hæc bona non acquiruntur successoribus iure hereditario, sed omnia quæ iure hæreditario nõ capiuntur minime veniunt imputãda, vt patet ex sæpe citata *l. In quartam*, igitur.

Contrarium tamen resoluendũ erit, si prædicta bona hæreditaria exiſtant, ita vt nemo in illis succedere possit, nisi solus hæres, tunc enim cum iure hæreditario capiantur, necessario imputanda sunt, *d. l. In quartam*, & in terminis resoluũt *Rubeus consil.* 18. *n.* 3. *Couar.* 2. *variar. cap.* 18. *n.* 4. vbi testatur de cõmuni *Cephalus consil.* 214. *n.* 65. *Cæsar. vbi proxime nu.* 76. ex quibus, & alijs in terminis tradit *Alciat. in dict. leg. In quartam nu.* 9. resoluens secundum Gallorum Consuetudinem, feuda in Falcidiam semper imputari, ex eo, quia patrimonialia bona cẽsentur, & tanquam quælibet res hæreditariæ capiuntur, vt post *Ioannem Fabrum, in rubrica Instit. de emptione, & vend. Guidonem Papæ quæst.* 59. *tradit Cassaneus in Consuetud. Burgund. titul.* 3. §. 5. *num.* 59. *Cæsar dict. num.* 75. *Alciat d. num.* 9. sicut apud nos de emphiteuticis regalibus, & perpetuis similiter dicendum est, quia hæc iure hæreditario semper capiuntur, ideoque semper subiacet imputationi.

Infertur tertio ex prędictis, quod acceptum a filio hærede ex hæreditate patris propter transitũ ad secũdum matrimoniũ, vel in premium emancipationis, vel alio simili genere acquisitionis, citra ius, & nomen hæredis, effugiunt onus imputationis, *vt ex Martiano in dict. l. In quartam*, communiter deducunt Doctores ibi, vt per *Ripam. nu.* 85. *Cæsarem num.* 77. *Alciat. d. num.* 9. quæ sint satis circa imputationem in Falcidiam, quæ fit de rebus.

Restat, vt agamus de fructibus, qui percipiuntur ex rebus hæreditarijs, quomodo veniant imputandi, excludantque Falcidiã, quæ tractatio magnũ nobis aperiebat spatiandi campum, sed ne terminos nostri instituti transgrediamur, breuiter quid sentiam, aperiam: *Cõmunis opinio de qua Ripa in l. In fideicommissariam D. ad Trebell. n.* 47. *Duarenus ad illum titul. cap.* 8. *ante finem, Cæsar. ad d. l. In quartam, num.* 121. *cum sequentibus, Ioãnes Coppus de fructibus lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 6. *n.* 7. *Picus ad d. l. In quartã, à n.* 109. scribunt fructus non imputari in Falcidiã, quia vt hæc admitatur, vel excludatur, considerantur bona, quæ tantũ remanent

40.

manent tempore mortis testatoris *l. In ratione* 30. *l. In quantitate* 73. *in principio D. ad l. Falcid. §. Quantitas Inst. eodem titulo*, & ideo decrementa vel augmenta hæreditati obuenientia cedunt lucro, vel damno hæredis, nisi ex causa de præterito, quæ habuisset originem in vita testatoris procederent, quia hoc casu etiã prosunt, vel nocent legatarijs, *per tex. in l. serui* 42. *l. Pœnales* 32. *versiculo, nam sic a D. ad l. Falcid.* optime prosequitur doctissimus vir *Marcus Antonius, Peregr. de fideicommiss. art.* 10. *nu.* 36. *Mangilius de imputat. quæst.* 129. *n.* 22. sed quia contra hãc communem faciunt *l. Quod de bonis §. Fructus l. Paulus* 24. §. 1. *leg. Qui quadringenta* 88. *§. fin. D. ad l. Falc. l. In lege Falcid.* 45. *l. Is cui* 31. *l. Circa* 66. *versic. non videtur, l. In quantitate* 73. *§. In diem D. eod. tit. ad l. Falcid. vbi Gouean. & Cuiac. lib.* 60. *edictum Pauli super d. l. In lege* 45. quibus omnibus hæres tenetur fructus in quartam Falcidiam imputare, quos ex legatis conditionalibus percepit, quia fructus pendentes tẽpore mortis testatoris hæreditatem augent, & remouent Falcidiam, *l. In lege Falcidia placuit* 9. *D. ad legem Falcid.* faciunt *text. in l. In quantitate §. In diem, & in d. l. In lege Falcidia* 45. *D. eod. titul.* vbi fructus legatorũ in diẽ relictorũ, computãtur in quartam.

In hac Iuris Consultorum contrarietate, *Paulus Castrensis in d. leg. Qui quagringinta §. fin.* ad finem, destingit inter fructus collectos ex rebus sub cõditione legatis, & fructus collectos ex rebus pure legatis, & inquit, primos imputari in quartam, secundos vero minime, & sic vult cõponere iura inter se discrepantia, quæ distinctio sequuta est, *per Cuiac. tractat.* 5. *ad African. pag.* 1957. *super d. §. fin.* & in se vera est, si suis distribuatur casibus, sit ergo. Primus, quãdo fructus tepore mortis erant maturi, hi enim in quartã imputantur, & remouent Falcidiã, quia censentur pars rerum hæreditariarum, *d. l. In lege Falcidia placuit* 9. *D. ad l. Falcid.* cuius hic est genuinus sensus secundũ eundem *Cuiac. lib.* 19. *quæst. Papiniani. super eadem leg. Gouean. ad legem in fideicõmissariã D. ad Trebell. vbi Ripa n.* 52. *Mãgilius de imputat. q.* 125. *nu.* 39. optime de more *Peregrin. artic.* 39. *nu.* 50. *& sequenti Cæsar cum communi ad d. l. In quartam num.* 122.

Secundus casus est de fructibus, qui tempore mortis testatoris tantummodo erant nati, in quo cõmunis sententia, de qua *Cæsar d. n.* 122. *Peregr. d. art.* 49. *n.* 16. tenet prædictos fructus esse in quartã imputandos, *per textum in d. l. In lege Falcidia placuit* 9. *D. ad legem Falcid.* quia re vera hi fructus dicuntur pars fundi, *leg. Fructus pendentes D. rei vendicat.* ac proinde debent imputari, quia sunt pars patrimonij, etiã tempore mortis testatoris; sed contra communem insurgunt *Immola in d. l. In leg Falcid.* quem sequitur *Cæsar d. num.* 122. qui conantur ostendere

communem claudicare, in hoc casu, quia *d. l. In lege Falcidia placuit*, solum agit de fructibus maturis, ac proinde, si Iureconsultus vellet cōprehendere fructus quoscunque, loqueretur per alia verba, nec se restringeret ad maturos tēpore mortis; sed mihi adhuc arridet communis, nam certum est, etiā eos fructus augere hæreditatem, ipsosque esse æstimandos, quod sufficit vt ipsi in quartam debeant imputari.

Tertius casus est, quādo fructus tempore mortis testatoris; sunt tantum sati, sed adhuc non sunt nati, in quo casu *glossa Bartol. & alij in d. l. Quod de bonis §. Fructus D. ad l. Falcid. Alex. Paul. & alij in l. In quantitate eodem titul.* ex quibus testatur cōmunem *Præpositus senensis in suis quæstionibus quæst.* 10. *nu.* 1. *Cæsar vbi supra n.* 123. *Peregr. de fideic. art.* 49. *n.* 18. respondent affirmatiue, quod prædicti fructus veniant imputandi per *d. l. In l. Falcidia placuit* 9. *D. ad l. Falc.* quasi huiusmodi fructus dicantur etiā pars rerum hæreditariarū, & ipsam hæreditatē augeant. 45.

Quartus casus est de fructibus collectis hereditate iacēte post mortem testatoris, & hi non imputātur in quartam Falcidiā, quia sunt augmentum hæreditatis post mortem testatoris, quæ cedūt lucro hæredis, *iuxta d. l. In quantitate* 73. *& l. In ratione* 30. *D. ad l. Falcid. §. Quantitas Inst. eod. Peregr. de fideic. art.* 10. *n.* 36. *Cæsar cum communi supra num.* 121. idq; resoluunt ex illa ratione, quia 46.

ad practicandā, vel remouendā Falcidiam, solum attenditur patrimonium, quod testator reliquit tēpore mortis, cuius dispositionis variæ præstantur rationes, nam *Peregrin. d. loco*, ait ideo tēpus mortis attendi, quia post aditionem hęredis, fingitur hæres ipse, retro adijsse hæreditatem, tempore mortis, argumento *l. Hæres quandocunq; D. acquir. hæred.* & ex tunc ipse hæres remanebat obligatus legatis, ex quasi cōtractu celebrato inter ipsum, & testatorē defunctū *ex regula textus in §. Hæres Inst. de obligat. quæ ex quasi contract.* & necesse fuit, vt tunc constaret de patrimonio testatoris, vt appareret, in quantū hæres manebat obligatus, maxime, cū tēpore Digestorum nō teneretur soluere legata vltra vires hæreditarias *leg.* 1. §. *Is qui quadringenta D. ad Trebell.* Alij dicunt huius rei ratione esse, ne morientium voluntates sint in suspēso *l. fin. D. cōmunia prædiorū, Molin. lib.* 3. *de primog. cap.* 10. *n.* 26. *& sequentib. Faber de coniect. lib.* 19. *c.* 16. sed mihi videtur ratio, illa quod cū lex considerasset bona testatorū post ipsorū morte posse decrescere, sicut augeri, & nasci ex hoc inextricabiles nodos, ac lites, iure optimo, leges constituere, vt tempus mortis attēderetur, quæ omnes, rationes per se non sunt concludētes, sine lege, sed illa iūcta cōcludūt, nec huic resolutioni potest obijci, quod hæreditas fructibus augetur, *l.* 2. *C. petitione hæreditatis leg. Item veniunt*, §. *Fructus. D. eodem*

D. eodem titul. quia regula illa non procedit quoad imputationem Falcidiæ, vt supra probamus, in qua solum inspicitur patrimonium relictum tẽpore mortis, nec aliquid facit lucrum, vel damnum proueniens hæreditate iacente, quia omne, siue commodum, siue incõmodum hæredi incumbit, *d. autem l. 2. & d. §. Fructus*, procedunt, in hæreditatis possessore iniusto, à quo 48. hæreditas aufertur cum fructibus, & in crementis vt considerat *Duarenus d. cap. 8. ad finẽ, Amaia, 3. obs: cap. 2. à num.* 35. Nec etiam obstabit *l. Ita tamen* 27. §. 1. *D. ad Trebell.* vbi fructus percepti hæreditate iacente veniunt in restitutionẽ, quia textus ille procedit in fideicõmisso vniuersali, in quo fructus collecti hæreditate iacente restituũtur, quia acquiruntur hæreditati, quæ defunctum repræsentat *principium Iustitutis de stipulatione seruorum l. Hæreditas* 34 *l. Hæreditas* 61. *D. acquirendo rerũ dom. Barbosa 3. part. rubr. D. solut. matrimon. num. 9. Cardoso ad §. Si eadem Institut. de legat. illatione* 25. *num.* 2. *Faber. de erroribus dec ad.* 49. *error.* 1. *n.* 5. *& Pichard. §. Sui de hæredũ qualit. num.* 35. & cum maior ad hæredem perueniat, etiam maior est restituẽda, sed non potest procedere in legatis particularibus, quorum dominium adhuc residet penes hæreditatem ante aditionem, *leg. Si tibi homo* 86. §. *Cum seruus D. legat.* 1. *ibi* (*ex die adita hæreditatis eius fuisse intelligitur*) supponendo hos fructus non fuisse maturos tẽpore mortis, quia tunc non dicitur testator illos reliquisse tempore mortis, ideoque non veniunt in cõsiderationem, vt Falcidiam excludant iuxta supradicta.

Vltimus casus, in quo quam maxima est dubitatio, ille est, quando scilicet legata sunt relicta sub cõditione, vel in diem certam, & in hoc 49. casu dicendũ est; fructus perceptos ab hærede pendente conditione, vel antequam perueniat dies esse imputãdos in quartam Falcidiam, ita probatur *ex d. l. Quod de bonis* §. *Fructus d. l. Paulus* §. 1. *l. Is cui* 31. *l. in l. Falcidia* 45. *D. ad l. Falcid. d. l. Qui quadringenta* 88. §. *fin. eodem tit. iuncta, l. Circa* 66. *D. eodem*, declarat *Cuiac. lib.* 60. *Pauli ad edictum super d. l. In l. Falcidia* 45. *post Bart. Alex. Paulum in d. §. Fructus, Corrasius in d. l. Filium quem habentem n.* 105. *Præpositus Senens. in suis quæstionibus casu* 2. *quæst.* 10. *n.* 9. *Cæsar d. l. In quartam nu.* 127. *vsque ad num.* 130. & in hoc casu fatentur Doctores nõ esse faciendam differentiam inter Falcidiam, & quartam Trebellianicã, sed æqualiter imputari in vna, ac in altera, quia in vtroque casu percipiuntur pendente conditione, vel die, ex iuditio testatoris, argumẽto *l. Cum tempus D. regul. iur.* ita testatur communiter receptum *Ripa in d. l. In fideicommissariam D. ad Trebell. n.* 48. *Peregr. de fideicom. artic.* 49. *n.* 50. vbi communem fatetur; declarando tamen ne procedat in fructibus

50. collectis post diem legati cedentē, nam cum ex tunc dominium legati transeat ad legatarium, ad eum etiam pertinent fructus *ex regula l. Hærenius D. de vsuris, ita Ripa vbi supra nu. 51. Peregrin. d. art. 49. num. 91. Barbos. in l. Diuortio 2. part. D. sol. matr. n. 3. & n. 82. Molina de primog. lib. 3. cap. 11. nu. 16. Couar. 1. var. cap. 15. n. fin. Castill. de vsufruct. cap. 80. n. 11. Valasc. de part. cap. 34. à princip. Giurba decisione 97 Gutier. lib. 2. pract. quæst. 33. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 10. Caldas de nominat. quæst. 16. à num. 24. Molina de iust. disput. 194. Crassus §. Legatum quæst. 70. & 71. Simon de Pretis de interpretr. vlt. vol. lib. 2. interpret. 1. dub. 1. solut. 4. insignis præceptor Brito ad cap. 2. de Locato 3. part. num. 28. Fab. de coniect. lib. 7. cap. 3 & cap. 4.*

Dubitari potest. Vtrum filij primi gradus computare teneantur in quartam Falcidiam fructus perceptos ex legato, vel fideicōmisso conditionali, in quo dubio communis

51. sententia negat, *vt per Bald. in l. Iubemus C. ad Trebellian. nu. 6. Parisius consil. 43. n. 69. lib. 3. Albanus consil. 7. Corneus in l. Quanquam C. ad leg. Falcid. Hieronimus Gabriel consil. 16. num. 29.* ex quibus, & alijs testatur communem *Peregr. art. 49. num. 58.* mouentur *per text. in d. leg. Iubemus C. ad Trebellian.* quam ad Falcidiā extēdunt Doctores ex regula æquiparatorum cum vulgaribus.

Sed contraria sententia etiam communis est, *vt per Angel. & Paulum in dict. leg. Iubemus Alciat. lib. 9. consil. 153. & sequenti, Caphal. consil. 153. num. 61. Mantic. de coniect. lib. 7. titul. 2. ad finem, alias nu. 12.* cum multis quos citat *Peregr. d. num. 58.* qui fundantur in regulis suprapositis, quasi non reperiantur limitatæ in filijs primi gradus; sed miror nō aduertisse tot, grauissimosque Doctores ad textum expressum *in d. l. Iubemus Cod. ad Trebellian. versiculo, idemque*, vbi Imperator duxit necessarium expresse declarare idem circa Falcidiam, quod circa Trebellianicā dispositum erat, ne scilicet filij primi gradus teneantur in quartā, siue vnam, siue alteram fructus imputare, vt bene aduertit prior communis sententia; Vnde aduerto *textum in d. l. Iubemus*, optimū esse ad probādas differentias inter vnā, & alteram quartam, ex eo quia ad effectum huius imputationis, duxit necessarium exprimere æquiparationem, quam si non expressisset minime esset admitenda; Aduerto vltimo, hoc priuilegium de fructibus in quartam non computandis, non extendi ad casum, quo ascendentes grauantur â descendentibus, ratio, est quia illud priuilegiū non egreditur personam filiorum primi gradus, vt constat *ex textu claro in §. fin. eiusdem legis Peregrin. d. artic. 49. num. 63. Picus in l. In quartam num. 22. facit leg. Filius famil. D. ad leg. Falcid. plures citat Mangilius d. quæst. 125. num. 25.* 52.

SVMMA-

SVMMARIA CAP. III.

DE TREBELLIANICÆ IMPVTATIONE.

AGitur de intellectu leg. In quartam, & reprobatur Cuiac. Goueân. & Faber, qui literam illius emendare conantur. num. 1.

Omnia, quæ à cohærede præstantur cohæredi in Trebellianicam imputantur. num. 2.

Prælegata imputantur in Trebellianicam pro parte hæreditaria. num. 3.

Quarta Trebellianica deducitur contra voluntatem testatoris num. 4.

Ratio, ob quam prælegata pro parte cohæredum non imputantur. num. 5.

Agitur de intellectu l. Titia 86. D. ad leg. Falcid. num. 6.

Prælegatum pecuniæ totum imputatur in Trebellianicam. nu. 7.

Intelligitur l. Hæredes 26. §. vltim. D. fam. erc. num. 8.

Cur prælegatum speciei non computetur totum sicut prælegatum quantitatis. num. 9.

An data causa conditionis implendæ imputentur in Trebellianicam. numer. 10.

Agitur de intellectu l. In quartam versiculo, sed & quod cum l. In ratione, §. Tam & si, ad leg. Falcid. ibidem vbi emendatur §. Tam & si.

An filij teneantur imputare in Trebellianicam legata, fideicommissa, & data virtute conditionis, negatiua. num. 11.

Defenditur contraria. num. 12.

Intelligitur ibi. l. Iubemus C. ad. Trebell.

Donata inter viuos non imputantur in Trebellianicam. num. 13.

Intelligitur l. Cum quo §. fin. ad l. Falcid. num. 14.

Agitur de intellectu leg. Filium quem habentem C. famil. ercisc. à num. 15. & in 1. part. num. 16. & 17.

Intelligitur d. l. Filium, in versiculo compensato. num. 18.

Prælegata soluta à cohæredibus solum prosunt fideicommissarijs extraneis pro rata. num. 19.

Fundus, de quo in d. l. Filium, non fuit prælegatus, nu. 20. imo concessus in peculium.

Pater potest assignare portionē hæredi in re particulari, vel quartam filio. num. 21.

Donationes quæ morte confirmantur, an imputentur pars affirmatiua. n. 22.

Contraria, & vera defenditur. nu. 23.

Omnia, quæ hæres capit ex iuditio defuncti, imputantur in Trebellianicā. num. 34.

Dos non imputatur in Trebellianicam num. 25.

Bona emphiteutica, feuda, & maioratus non imputantur. num. 26.

Lucra, quæ hæredi prouenunt extra testamentum defuncti, non imputātur in Trebell. num. 27.

Res ab hærede alienatæ in quartam imputantur. num. 28.

Hæres non potest eligere rem pro quarta

nec etiam filius pro legitima. nu. 29.
Fideicommissarij possunt reiuendicare res fideicommisso alienatas ibidem.
Assignatur ratio cur fiat imputatio hæredi in quartam rerum, quas ipse alienauit. num. 30.
Assignatur communis ratio quod mero iure alienatio non valet. nu. 31. sed reprobatur. ibidem.
Intelligitur l. 3. §. Res quæ D. ad Trebell. num. 32.
Hæres grauatus pendente conditione verus dominus est. ibidem.
Iustinianus de nouo constituit ne res fideicommissariæ possent per hæredem alienari. num. 33.
Iure Digestorum nulla actio datur fideicõmissario, vt recuperet res ab hærede alienatas. num. 34.
Agitur de Intellectu l. vlt. §. vltim. D. legat. 2. n. 35. & 37.
Intelligitur l. Quidam ita 25. §. fin. D. ad Trebell. num. 36.
L. hæres 28. l. Generaliter §. fin. D. qui & à quibus l. Seruum 11. D. manumiss. intelliguntur ibid. & nu. 44.
Intelligitur text. in l. vlt. §. vlt. D. legat. 2. n. 37. cum 2. sequentibus.
Alienata in fraudem creditorum valent, si titulo oneroso, licet retractentur num. 38. dummodo detur fraus.
Si autem titulo lucratiuo sint alienata semper reuocatur alienatio. ibidẽ.
Nec creditores pretium restituent, si probetur fraus.
Si libertus in frudem patroni alienet ipso iure non valet alienatio. nu. 39.
Sed patronus reuocans tenetur pretium restituere. ibidem.
Hæres tenetur res alienatas imputare, siue sit grauatus pure siue sub cõditione restituere. n. 40.
Alienatio facta per hæredem pendente conditione fideicommissi, adueniente conditione non retractatur de iure antiquo. n. 41.
Effectus in esse productus non perit deficients causa. ibidem.
Intelligitur l. Lex Vectigali D. de pignor. quod resoluto iure dantis resoluitur accipientis. n. 42.
Post restitutionem, non potest hæres alienare. num. 43.
Legata post conditionem impletam non possunt alienari per hæredem. n. 44.
Intelligitur l. Seruo 72. §. 1. D. legat. 1. ibidem.
Valet alienatio serui legati pendente conditione; sed nõ valet manumissio. ibidem.
Intelliguntur l. Seruum de manumiss. l. Hæres 28. l. Generaliter §. fin. D. qui & à quibus. ibidem.
L. Si quis inquilinos 115. §. 1. D. leg. 1. ibidem.
Imperator de nouo constituit ne res per fideicommissum relictæ possint per hæredem alienari. num. 45.
Legatum damnationis non transibat ipso iure in legatarium. ibidem.
Actiones de quibus l. 1. Cod. commun. deleg. solum danour pro legatis, & fideicommissis particularibus. n. 46.
Pro fideicommisso vniuersali competit fideicommissaria hæreditatis petitio. ibidem.
Proponitur communis sententia, quæ tenet hæredem, etiam post nouã constitutionem,

tutionem, Iustiniani posse alienare, si ignoranter faciat.num.47.
Sed contrarium verissimum est.nu.48.
Prior tamen communis obseruabitur in practica in hoc Regno.n.49.
Proponitur imputatio de fructibus, & ibi Doctores qui de illa egerũt.n.50.
Fructus collecti ante aditam hæreditatem veniunt in reitutionẽ.n.51.
Fructus collecti post aditam hæreditatẽ pendente conditione fideicommissi nõ restituuntur.num.52.
Opponitur contra præd. resolutionem quod grauat° tenetur restituere augmentum hæreditatis.n.53.
Intelligitur l. Ita tamen §. Si seruum D.ad Trebel.num.55.
Intelligitur §.1.d.l.Ita tamen.ibid.
Intelligitur l.Item veniunt §.Item non solum D.petitione hæred.nu.54.
Intelligitur l.2.Cod. petitione hæredit. num.55.
Intelligitur leg. Hærenius D. de vsur. num.56.
Etiam si testator iubeat restituere quidquid supererit ex hæreditate, adhuc fructus non restituuntur.nu.57.
Idem dicendum, si testator dicat quãta pecunia ex hæreditate adhuc fructus non restituuntur. num.57.
Idem dicendum, si testator dicat quanta pecunia ex hæreditate mea supererit, restitue. num.58.
Agitur de intellectu l.Balista 32. D. ad Trebell.ibidem.
Et reprobatur Cuiac.ibidem.
Proponitur intellectus Ripæ.num.59.
Appellatione pecuniæ, & fructus comprehenduntur.ibidem.
Assignatur verus intellectus ad d.leg. Balistą.num.60.
Geminatio verborum plus operatur.ibid.
Agitur de antinomia leg. Deducta §. pen. D. ad Trebellian. cum l. 3. §. Nonnunquam D.de vsuris.n.61.
Etiam quando testator grauat hæredem restituere quidquid ex hæreditate super fuerit tempore mortis, adhuc non tenetur fructus restituere d.n.61.
Verbum bona omnia comprehendi.ibid.
Refertur intellectus Cuiacij multis in locis, & reprobatur.num.62.
Alius intellectus Accurtij, & Barbos. reprobatur.ibidem.
Assignatur verus intellectus.nu.63.
Agitur de antinomia l. Deducta §. Hæreditatem D.ad Trebell.cum l.Paulus 14.§.1.D.de vsuris à num.64.
Fructus restituuntur cum fideicommisso particulari, vel cum vniuersali post restitutionem, vel in casibus vbi dominium transit ipso iure.n.65.
Idem in fideicommisso relicto Ecclesiæ. ibidem.
Fructus data mora veniunt restituendi num.66.
Mora quando incurratur per hæredem num.67.
Aliqui post litem contestatam ibidem.
Defenditur deberi etiam ante litem cõtestatam, post interpellationem hæredis.num.68.
Legata, & cætera relicta in testamento petuntur per actionem stricti iudicij. num.69.
In actionibus stricti iuris fructus non veniunt à tempore moræ ante litem contestatam.ibidem.

Intelli-

Intelligitur cap. Raynucius §. Ineo de testament. num. 70.

Intelligitur l. 3. in principio D. vsuris. num. 71.

Intelligitur l. 1. & l. 3. C. vsur. & fruct. legat.. num. 72.

Mora per aduentum diei in fideicommissis non incurritur. num. 73. secus in contractibus. ibidem.

Fructus veniunt restituendi ex dispositione testatoris. num. 74.

Septem casus referuntur vbi ex voluntate testatoris veniunt.

Primus, si detur verba geminata.

Secundus, si hæres ex permissu testatoris alienet.

Tertius, si restitutio fideicommissi differatur in vilitatem fideicommissarij.

Quartus, quando creditor fuit institutus, & grauatus.

Quintus, quando hæres grauatur vltra vires hæreditatis.

Sextus, si pater grauetur proprio filio restituere.

Septimus, in terminis l. Centurio D. de vulgari.

Hæres tenetur fructus restituere, si aliquæ res fideicommissariæ perierint. num. 75.

Fructus regulariter in quartam imputantur. num. 76.

Hæres inuitus non tenetur imputare fructus. num. 77.

Alij distinguunt inter fructus extantes, & consumptos ita vt consumpti imputentur alij vero non. num. 78.

Alij dicunt esse relinquēdum arbitrio iudicis. num. 79.

Vera sententia habet hæredem semper teneri fructus imputare. num. 80.

Quarta deducitur de rebus, quando fideicommissum pure debitur. n. 81.

Fructus siue extantes, siue consumpti imputantur. num. 82.

Arbitrium iudicis non habet locum vbi datur iuris dispositio. n. 83.

Hæres percipiens fructus negligentia fideicommissarij, non tenetur illos imputare. n. 84.

Intelligitur l. Si mora 10. D. sol. matr. ibidem.

Quando fidcicōmissarius est absens ādhuc hæres non tenetur fructus restituere. num. 85.

Fructus percepti ex rebus pertinentibus ad quartam Trebellianicā non imputantur. num. 86.

An hæres creditor defuncti teneatur fructus cum debito compensare proponitur negatiua. n. 87.

Proponitur contraria sententia. n. 88.

Defenditur prima, & communis, & ibi intelligitur l. Mulier §. Cum proponeretur ad Trebell. nu. 89. & seq.

Intelligitur leg. Quod de bonis §. Quod auus D. ad legem Falcid. num. 91.

Intelligitur leg. Cum pater. 79. §. Titio D. legat. 2. num. 92. & reprobatur Cuiac. super eodem text.

Intelligitur l. Imperator §. Cum quidā D. legat. 2. n. 93.

Hæres tenetur fructus compensare, quādo testator cauit ne hæres debitum petat. num. 94.

An filij teneantur fructus in quartam compensare. nu. 95. & in legitimam nō tenentur, ibid. circa l. Iubemus C. ad Treb. l. Scimus §. Replet. C. inoff.

Parentes

Parentes similiter fructus in legitimam non tenentur imputare. num. 96.
Proponitur contraria. num. 97.
Defenditur prior sententia. n. 98. & ibi.
Intelligitur l. Filius fam. 18. D. ad leg. Falcid. & num. 100.
Priuilegium legis Iubemus non procedit in ascendentibus, qui tenetur fructus in Trebellianicâ imputare. n. 100.
Parentum legitima de rebus hæreditarijs replenda est. num. 99.
Priuilegium l. Iubemus, procedit etiam quando filij sunt grauati extraneis restituere. n. 101.
Proponitur contraria sententia. n. 102.
Sed defenditur prior, & communis. numer. 103.
Intelligitur §. vlt. d. l. Iubemus ibidem.
Vtrũ lex Iubemus procedat in legitimatis per rescriptũ affirmatiua. n. 104.
Contraria. num. 105.
Defenditur prima sententia, & intelligitur §. Filiũ, in authentico, quibus mod. natural. eff. sui coll. 7. n. 106.
Regulariter adoptiui non veniunt appellatione filiorum. num. 107.
Nepos adoptatus ab auo naturali consequitur iura proprij filij. n. 108.
Adrogatus non gaudet priuilegio d. l. Iubemus C. ad Trebell. n. 109.
Naturales non gaudent d. priuilegio l. Iubemus. num. 110.
Naturales peditum nostri regni gaudẽt prad. priuilegio. n. 111.
Nepotes non habent priuilegium dict. l. Iubemus, licet habeant primum locũ. num. 112.
Substitutus filij etiam non habet priuilegium d. l. Iubemus. num. 113.
Reprobatur distinctio Costa. num. 114.
L. Iubemus non procedit in transuersalibus, sicut nec l. Cum auus de cond. & dem. num. 115.
Filius hæres patris, qui est in possessione bonorum, vt legitimã, & alia quartam deducat, sufficit ei retentionis remedium. num. 116.
Filius hæres si alter sit in possessione bonorum patris, potest intentare actionem ex testamento, si hæres illum fatentur hæredem. n. 117.
Si hæres vniuersalis neget filium hæredẽ potest filius agere petitione hæreditatis. num. 118.
Vtrum competat filijs pro legitima obtinenda actio hypothecaria, affirmatiua. nu. 119.
Defenditur negatiua. num. 120.
Si pater minus legitima filio relinquat, habet filius conditionem ex lege ad suplementum. n. 121.
Filius præteritus à patre habet remediũ dicendi nullum testamentũ. n. 122.
Filius exhæredatus à patre potest dicere testamentum nullum, nisi causa exhæredationis ab hærede probetur. num. 123.
Donationes facta in fraudẽ legitimæ filiorũ, reuocari possũt per filios. n. 124
Donatio inofficiosa an in totũ reuocetur, cõmunis distinguit an re, & cõsilio, an re tantũ sit inofficiosa. n. 124
Reprobatur communis. num. 126.
Quocunque modo donatio sit inofficiosa, solum reuocatur vsque ad quantitatem legitimæ. num. 127.
Intelligitur l. Titia §. Imperator D. legat. 2. num. 128.

Intelli-

Intelligitur l. Si libertus 12. versiculo plane D. iure patronatus. nu. 119.
An filij habeant actionem reuocatoriã contra alienata per patrem infraudẽ legitimæ titulo emptionis. n. 130.
Pars affirmatiua, quæ sub distinctione resolvitur ibidem.
Actio reuocatoria etiam competit filijs illegitimis pro quantitate alimentorum. num. 131.
Parentibus etiam competit reuocatoria contra male alienatã à filijs, sicut querela inofficiosi, & remediũ nullitatis contra testamentum. n. 132.
Reuocantur etiam donatæ per natiuitatem filiorum. num. 133.
Vtrum si pater donans non reuocet, possent filij reuocare, pars negatiua. numer. 134.
Pars affirmatiua sequitur. num. 135.
Respondetur fundamẽtis communis negatiuæ. n. 136.
In terminis l. vltim. C reuoc. non transit facultas reuocandi ad filios, vel hæredes donatoris. ibidem.
Dominium in terminis d. l. Si vnquam ipso iure translatum est in donatorem, & de illo ad filios. num. 137.
Confirmatur d. sententia affirmatiua. num. 138.
Donatio adeo reuocatur per natiuitatẽ filiorum, vt etiam si filij decedant nõ conualescit. num. 139.
Intelligitur l. Posthumus 12. D. iniusto rupto. num. 140.
Respondetur ad l. Ex facto §. penul. D. ad Trebell. ibidem.
Donatio facta filio reuocatur tantum pro quãtitate legitimæ ex natiuitate aliorum. num. 141.
Petitio hæreditatis, & dicendi nullum testamentum durant per triginta annos. num. 142.
Condictio ex lege ad suplementũ durat quinquenio secundum aliquos. n. 143
Sed reprobantur quia durat per 30. *annos. num.* 144.
Respondetur argumentis prioris. n. 145.
Primo, ad l. Si quis filium 34. *C. inoff. in fine.*
Secundo, ad l. fin. Cod. inoff. donat.
Denique l. 2. *Cod. de apostatis.*

FINIS.

CAP. III.

QVARTA PARS CAP. III. DE TREBELLIANICAE IMPVTATIONE.

REstat, vt Trebellianicæ Imputationem discutiamus,& quanuis *Cuiac. 8. obseruat. c. 4. & lib. 2. responsorum Papiniani super l. Quod statu liber D. donationibus causa mort.* contendat totis viribus nullam esse faciendam differentiam, quoad imputationem, inter quartam Falcidiam,& Trebellianicã, & adijciat *literam Martiani in d. l. In quartam, §. Sed infideicommissaria*,dum diuersas regulas assignat in computatione Trebellianicæ, ab illis, quas assignauerat circa quartam Falcidiã, adulterinam, & spuriam esse, nec in Pandectis Florentinis reperiri; refert etiam ex eo *Gothofred. in d. leg. In quartam litera*, C. attamen quidquid *Cuiac.* fatigetur inaniter, Cõmunis,& vera litera *d. l. In quartam, §. Sed in fideicommissaria*, retinenda est,quæ in omnibus vulgatis Codicibus reperitur, & in castigatiori litera,quæ habetur apud *Gothofredũ*, retinetur vulgaris lectio, quidquid etiam *Goueanus in d. §. Sed in fideicommissaria*, & post eum *Antonius Faber. lib. 6. de coniect. cap. 4.* aliter legendum credant,& literam emendent, nam prædictis vanis cogitationibus omissis,cum *Martiano in d. versiculo, sed in fideicommissaria*, regula proponenda est affirmatiua, quod siue legatum, siue fideicommissum datum fuerit hæredi, vel à cohærede, vel a fideicommissario, in quartam ei imputatur, confirmatur *ex l. Deducta*, 58. §. *Nummis acceptis, versiculo, diuersa causa, D. ad Trebellianum, l. Si hæres*, 89. *l. Acceptis* 92. *D. ad l. Falc.* textus optimus, *in l Filium quem habentem C. famil. erciscund. ibi (computato præterea quod à cohærede vice mutua accepit,) post Ripam Alciat. Torniellum, ibidem, prosequitur Cæsar Fiumagiolus nu.* 174. *& sequentibus Torniellus iterum in d. l. Filium n.* 8. *Peregr. de fideic. artic.* 3. *n.* 38. *&* 45. *vbi refert Angelum Mateacium acriter reprehendentem Cujac. vbi supra, Faber lib.* 6. *de coniectur. cap.* 4. *post principiũ, Fachin.* 5. *controuers. cap.* 15. *Barbosa, l. Si cum dotem, §. Si pater, n.* 10. *D. sol. matr. Goueanus d. l. In quartam n.* 7. *Cuiac. sibi cõtrarius lib.* 40. *Digestorum Iuliani super l. Titia* 86. *eodem titulo*, denique *Gothofredus ad d. l. In quartam Donel. lib.* 7. *comẽt. cap.* 30. §. 1. Est tamen hæc quarta multo minus priuilegiata, quam Falcidia, vt late prosequitur *Cæsar. in d. l. In quartam, n.* 238. *& sequentibus*, maxime *num.* 252. & præcipuè

in eo, quia prælegata à cohæredibus relicta, in Falcidiam, nec etiam pro parte hæreditaria computãtur, in Trebellianicã vero, tota pars hęreditaria computatur, *d.* §. *Sed in fideicõmissaria, text.* optimus, *in dict. l. Filium quẽ habentem*, ibi (*hæreditariâ parte prædij in quartæ ratione retenta*) cuius hic est verus sensus, quidquid *Torniel. in repet. illius n.* 4. aliud tentet, sed non percepit mentẽ, & casũ Imperatoris, vt infra latius diximus, pro parte tamen cohæredum præcipua quoque Trebellianico hæredi cedunt, nec in quartã imputantur, *d.* §. *Sed in fideicõmissaria, versic. pro ea parte*, quẽ ad hoc mirabilẽ appellat *insignis Barb. in manuscriptis ad d.* §. *Nũmis, licet Cuiac. in locis sup. cit. & lib.* 9. *respons. Papiniã. super lege Deducta* §. *Nũmis D. ad Trebell. & lib.* 20 *quæstionũ eiusdem Papiniani super l. Acceptis* 92. *D. ad l. Falc.* quẽ sequitur *Franciscus Duarenus lib.* 2. *disputat. cap.* 10. contendat nullam esse faciendã differentiã inter vnã, & alterã quartam; Ratio, ob quam prælegata pro parte hęreditaria imputantur, illa est, quia hæc quarta detrahitur contra voluntatem testatoris, quia solus hęres, non autem fideicõmissarius habet pro se voluntatem testatoris, *iuxta l.* 1. *C. impuber. & alijs subst. l. Filius D. quod cũ eo l. Postulante* 44. §. *fin. D. ad Trebellianum, text. optimus de iure, in l. Titia* 86. *D ad leg. Falcid. & in nostro cap. Raynaldus, in d. vero l. Titia* ad effectum, ne pars hæreditaria, quã hæres percepit de prædijs prælegatis computaretur in Trebellianicã, de qua ibi, Considerat Iulianus, quartam ibi fuisse retentam ex voluntate testatoris, subiungens, quod nisi daretur ibi expressa voluntas, totã partem hæreditariam, quã a se hæres capit in illis prædijs teneretur ipse imputare, vt constat ex verbis textus ibi (*quoniam contra sentẽtiam matris famil. lex Falcid. admitteretur*) iuuat, quia si hæres scriptus nollet adire, stat remedium prætorium, per quod cogi potest adire, & restituere *l. Quia poterat* 4. *l. Cogi* 16. *D. ad Trebell.* §. *Sed quia Inst. de fideic. hæred.* aduertit *Cæsar supra nu.* 253. Quod remedium defecit in Falcidico hærede, vt palam est, igitur nil mirum, si prælegata imputentur in Falcidiam, agnoscunt cõmuniter scribentes *Gouean. in d. l. In quartam num.* 4. *Maretus ad cap. Raynucius cap.* 5. *n.* 28. *post Bart. & antiquiores, Berengar. ad d. l. In quartam, c.* 2. *super textualibus n.* 35. *Alciat. nu.* 2. *Picus, & alij per Ripam à nu.* 13. maxime *n.* 15. *& sequenti, Cæsar n.* 105. *& 251. & 264. Faber dict. cap.* 4. *post medium.* Excitatur etiam in hoc dubium de ratione differentiæ inter vnam, & alterã quartã, de quo pluradiximus supra circa imputationẽ Falcidiæ, ibi recurrito; Ratio autẽ, quare prælegata pro parte cohæredũ in Trebellianicã nõ imputẽtur, omissis multis, *Acurti*° quẽ sequitur *Alciat. 6. paradox. c.* 4. *Maret. d. c.* 5. *n.* 20. *post Bart. n.* 8. *Alciat. n.* 3. *Ripa num.* 91.

4.

6.

nu. 91. *in d. l. In quartam, Corras. in d. l. Filium quem habentem nu.* 155. *& ibi Politus nu.* 89. ea videtur esse, quia testator vello censetur meliorare hæredē in illa parte prælegati, & cū in vltimis voluntatibus omnia modulētur ex voluntate disponentis, etiam in materia imputationis, merito hæres Trebellianicus lucratur prælegatum pro parte cohæredū, vt declarat Martianus *in d. versic. pro ea vero parte*, quā interpretationē post hæc scripta, inueni apud *insignē Barbosam in d. §. Nūcis n.* 4. Ego vero, vt iam supra circa Imputationē Falcidiæ scripsi, credo nullā ex supra scriptis rationibus esse cōcludentem à priori in hac materia, totamq; decisionem tam in regulis quā in exceptionibus, *d. l. In quartam*, tribuendam esse rescripto *Diui Py*, quo confirmatæ sunt omnes partes illius notabilis, & difficillimæ decisionis, & cum hac nostra ac noua aduertentia, de plano procedunt spinosæ viæ, ac durus saxus in dentibus Bartoli, ac cæcos tenebrarum, quæ reperiuntur à Consumatissimis viris in visceribus *d. responsi Martiani, in d. l. In quartam.*

Est tamen summe difficile qua ratione fuerit ductus Iulianus *in d. l. Titia* 86. *D. ad l. Falcid.* ad faciendum cōputationem ibi scriptam, proponitur enim Titius hæres institutus in Triente, adiectis duabus cohæredibus Secunda, & Procula, quibus Titius fuerat grauatus hæreditatē restituere per fideicōmissū, in super ei fuere certa prædia à testatrice prælegata, in qua facti specie nullū dubiū fuit de partibus cohæredū; quin integra prælegata apud Titiū remanerent, vt recte aduertit *Goueanus ibi nu.* 1. idq; vel ex ordine scripturæ, vt existimat *Faber. d. c.* 4. *post mediū*, sequendo omnes veteres interpretes, quorum resolutionem amplectitur *Peregr. de fideic. art.* 7. *à n.* 63. *&* 67. *Corras. in l. Cum virum C. fideicim. n.* 26. *vbi Padill. n.* 21. *Gomes* 1. *tom. cap.* 4. *nu.* 18. *Costa cap. Si pater, glos. obliqua, nu.* 35. *post Berengarium ad d. l. In quartā, c.* 2. *n.* 56. *Donel. de iure Ciuili lib.* 7. *c.* 25. *Gregorius Lopes l. vlt. tit.* 5. *part.* 6. *glos. hereditas, Matienço l.* 1. *titul.* 4. *lib.* 5. *glos.* 19. *n.* 28. *Mantica lib.* 7. *de coniect. tit.* 7. *n.* 10. *Decian. lib.* 1. *cons.* 41. *n.* 137. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 193. *& sequent. Castillo tom.* 4. *cap.* 8. *n.* 12. *Casar ad l. In quartam à n.* 102. *Fabrū vbi supra sequitur Gothofred. in d. l. Titia litera, O. & seq. Veiga ad tit. de legat.* 1. *super l. Et quidem* 18. *n. pen. Insignis collega meus, & totius regni atlas Mota in l.* 3. *§. Quidam liberis D. ad Trebellianū, vbi etiā insignis Barbosa*, vel procedat ex eo, quia hæreditatis appellatione non cōtinētur legata, vt tenent *Cuman. & alij citati à Costa vbi proxime, Salicetus in d. l. Cū virū n.* 3. *vbi Corras. n.* 39. *Ripa in l. Hæredes mei §. Cū ita n.* 48. *& Alciat ibidē n.* 7. *Bertolamæus Succinus cōsil.* 107. *à n.* 36. *lib.* 3. *Ceuall. q.* 384. quos sequitur *Cuiac lib.* 40. *Digestorum Iuliani super dict. Titia, per textum in l. Titius* 93. *D. legat.* 1. *vt*, vt sit, ex vno, vel altero capite, certum est non dubitari de partibus

cohæredum, sed solum de parte, quam hæres à se ipso capit, id est, triente prædiorum, quem iure hæreditario percepit, & quia testatrix nominatim cauit, vt Titius quartam retineret, decidit Iulianus Titium illius trientis, quem iure hæreditario in prædijs prælegatis cepit, teneri computare partem duodecimam, sic facta computatione, prælegata, non veniunt in restitutionem pro octo partibus cohæredum, sed testatrix „iussit retinere quartam de præcipuis, quæ continet tres partes, ergo illa pars quæ remanet de triente, & quæ facit duodecimam partem imputanda est, nam vndecim partes remanent apud hæredem Titium præcipuæ, scilicet octo cohæredum, & tres, quas ex voluntate testatricis retinuit, illa autem pars, quæ remanet extra iuditium testatricis imputatur. Sed oritur difficultas, quare prælegata veniant integra idest, totæ duodecim partes illorum sub verbis testatricis, ibi (*retenta quarta*) ad effectum, vt hæres vltra octo partes cohęredum, ex alijs quatuor partibus, quas à se capit, tres retineat, & vnā tantum computet, cum ad effectū restitutionis solum considerentur illæ quatuor partes hæreditariæ, non autem octo cohæredum, sed Tollitur difficultas dicendo hoc pendere ex coniectura voluntatis testatricis, quæ voluit, vt hæres non solum quartam retineret de hæreditate, sed etiam de prælegatis, constabat etiam, quod hæc voluntas non poterat sustineri, pro illis octo partibus cohæredū, quas hæres med restituit, nec computat, ex supradictis, fuit igitur necessarium, ad implementum voluntatis, vt quarta pars prælegatorum deduceretur, de illis quatuor partibus, quas hæres à se capit, & quæ debebant venire in restitutionem, quia aute de triente hæreditario superest vna pars, quæ est duodecima prædiorum, ipsa tantū imputatur, itaq; facit voluntas testatricis, vt illæ tres partes prædiorum, quæ alias erant imputandæ, si ipsa non daretur expressa, non imputentur, ex quo manifeste patet, in hac materia totum pendere ex volūtate testatoris, quæ vt supradiximus etiam facit, vt in Falcidiam non imputentur legata, nec pro parte hæreditaria, quam interpretationem in effectu sequūtur *Cæsar ad dict. l. In quartam num.* 105. *vbi Riua num.* 45. *& Berengar. cap.* 2. *num.* 56. *Peregrin. artic.* 3. *n.* 39. *Guterr. consil.* 18. *n.* 22. *Insignis collega ac supremus cōsiliarius Mol. ad §. Quidam liberis, l.* 3. *ad Treb.* Vnde valde suspecta redditur ratio *Cuiacij ibidē*, dū existimat has tres partes cedere hæredi acrescionis iure, licet bene explicet computationem, *d. l. Titia*, aliter esse faciendam, nisi testatrix ita cauisset, vt idemmet textus insinuat, cum ibi ageretur de Trebellianica, in qua prælegata imputantur, pro parte hæreditaria, cū desumantur contra voluntatē testatoris; vt supra diximus; quæ resolutio limitari potest ne procedat, quādo

48.

hæredes

hęredes per viã cõpensationis obijciant contra accipientẽ prælegatũ, nã tunc minime cogi poterunt ad patiẽdam deductionẽ Falcidiæ, seu Trebellianicæ, ex ratione textus *in l. Nesenius 22. D. ad l. Falc.* vbi communiter scribẽtes & nos supradiximus circa deductionem Falcidiæ.

Illud autem, quod diximus prælegata non computari pro parte cohæredis, intelligẽdum est vt procedat in prælegatis corporis hæreditarij, secundum *Accursium, d. leg. In quartã, verbo, à cohærede.* Nam si prælegatum fuerit quantitatis, totũ in Falcidiã venit imputãdũ, vt probat *Papinianus 9. respons. in l. Deducta* §. *Nummis D. ad Trebell.* idq ex authoritate rescripti *D. Adriani* quod videtur confirmare nostrum intellectũ *ad d. l. In quartã*, quia fere omnes decisiones in hac materia nitũtur authoritate rescriptorũ, cõsonat responsum eiusdẽ *Papiniani in l. Cũ pater 78. in principio D. legat. 2.* & Martiani *in d. l. In quartam, versiculo, sed & sic accepta*, cuius dicti rationẽ præstat *Maret. vbi supra cap. 3. n. 31.* quia scilicet pecunia recepit functionẽ ingenere suo, *l. 2. §. 1. D. si cert. pet.* aliam præstat *Gouean. in d. leg. In quartã, n. 10.* aliam rationẽ præstat *Cæsar in eadem l. In quartam, n. 108. & à n. 256.* qui ait ideo totũ imputari, quia lex fingit, vt totum dominium pecuniæ apud hæredem censeatur, & cum totam à se capere censeatur, nil minum, si totam imputare teneatur, tanquam acceptam iure hæreditario; & cum hæc fictio sit contra regulas iuris, necessariũ fuit *Adriani rescriptũ. Cuman. & Alex. in d.* §. *Nummis gloss. de portione, Bart. n. 16. Purpuratus* 58. *Decius n. 6. Alciat. n. 11. in l. Singularia, D. si cert. pet.* Eandẽ rationẽ agnoscun, licet illã tribuãt I. Ctis plures quos sequitur *insignis Barbosa*, sed merito ad rescripum recurrit *Cuiac. 9. respons. Papiniani sup. d.* §. *Nũmis*, quod iã antea fecerat *Gouean. in d l. In quartam ante finẽ versic. tertia sententia*, quos sequitur *insignis Barbos. in manuscriptis ad d.* §. *Nũmis*, quidquid aliter *Torniellus ibi in repetitione n. 6. Bereng. vero in d. l. In quartã, c. 2. n. 38. Cæsar ibi à n. 106.* Sed contra supra positã resolutionem stat *text. ex diametro*, cõtrarius, qui totam destruere videtur *in l. Hæredes 26.* §. *vlt. cum l. seq. D. fam. ercisc.* qui textus ordinarijs, & repetẽtibus fuit incognitus, ita vt nec *insignis Barb. vigilãtissimus* Iurecõsult⁹ de illo meminisset *in d.* §. *Nũmis*, vbi prælegatũ pecunię desumitur de aceruo communi hæreditatis, nõ autẽ ex parte hæreditaria cuiusq; cohæredis, quia officio iudicis, res cõmunis hæreditaria venditur, vt adimpleatur prælegatũ, quæ difficultas solũ præuisa est *à Cuiacio, lib. 8. respons. Papin. super d. l. Cum pater, & lib. 23. ad edictum Pauli super D.* §. *fin.* & pro expeditione ipsius destingit, inter casum, quo pecunia sit prælegata ab ipsis cohæredibus, seu simpliciter per præceptionem relicta, & inter

casum, quo quãuis grauatus est hæreditatem restituere accepta pecuniæ quantitate, ita vt primo casu procedat *d.l. Hæredes §. fin. cum lege sequenti*, in secundo vero casu procedat *d. versiculus sed & si accepta, d. §. nummis, d.l. Cum pater*, rationem differentiæ ponere possumus in eo, quia in primo casu certum est testatorem, qui in nihilo hæredẽ grauat, imo ei relinquit prælegatũ, voluisse, illum præferre cæteris cohæredibus in prælegato, sed vt minus cæteros grauaret, fit cõtributio pro portionibus hæreditarijs, & ideo, si prælegatum importet 300. & sint tres cohæredes reliqui duo persoluent ducenta, pro portionibus hæreditarijs; In secundo vero casu, quando hæres grauatus est hæredi-
8. tatem restituere, retenta, vel accepta certa quantitate, de propria portione censetur testator velle, vt hæres sic grauatus deducat, & insimul imputet, quasi in locum, & subrogationem Falcidiæ, seu Trebellianicæ, quantitas illa subrogetur, ac si iure hęreditario fuisset præcepta, *d.l. In quartam vers. sed & si accepta d. §. Nummis d.l. Cum pater in principio, iuncto rescripto D. Adriani, seu Diui Pij*, vt contendit *Cuiac. d. lib. 9. respons. Pap super d. §. Nummis*, & hic intellectus mihi videtur conformis literę supra citatorum iurium, vt pungit *Faber. in rationali super d. §. vlt.* Si autem quæras quare prælegatum fundi, vel alterius corporis hæreditarij, non sit imputandũ in quartam, nisi tantum pro portione hæreditaria non autem in totũ 9.
sicut pecunia, prout in terminis *d.l. Cum pater, & d. §. Nummis versicul. diuersa*, respondeo id ex eo procedere, quia pecunia fictione iuris censetur esse in portione hæreditaria; *l. Propemodum 88. D. de verborum sign.* iũcta interprætatione *Diui Pij*, 10
at vero in prælegato fundi, non datur aliqua fictio, & in illo cẽsentur omnes cohæredes habere portionẽ suam, *ex regula l. Meuius §. Duobus D. legat. 2.* & ideo non potest cohæres totum ex portione sua accipere, sed tantum pro portione hæreditaria, reliquas autem, quas ex portione cohæredum censetur accipere, minime tenetur imputare, ex *regula d.l. In quartam versiculo, pro ea vero parte*, cum qua dispositione in dubio censetur testator se conformare, ex notatis *ad l. Hæredes mei §. Cũ ita D. ad Trebell. vbi post Alex: Ripa nu. 74. Menoch. lib. 4. præsumpt. 202.* & ita pertansit *insignis Barbosa ibi in manuscriptis*, cũi adde *Doctissimum Torniell. in repetitione à nu. 6. & sequent.* Aduerte tamen necessariũ esse, vt prælegatum in quartam imputetur, vt permaneat penes hæredem, nam si hæres sit etiam grauatus secundo restituere, minime tenebitur imputare, *ex leg. Si à me 29. D. ad leg. Falcid. l. Acceptis 93. eodem Paul. & Alex. Goueanus. Cæsar ind. l. In quartam à nu. 119.* vbi testatur neminẽ discrepare *Cuiac. 20. quæst. Papin. in d.l. Acceptis.*

Inuesti-

Inuestigandum nobis est, an datum causa implendæ conditionis veniat in Trebellianicam imputandum, qüæ quæstio inter ipsos Iurcconsultos, maxime controuersa est, nam Martianus *indict. leg. In quartam, versiculo, sed & quod* affirmatiuam partem amplectitur, cum
10. quo pertranseunt magis communiter scribentes, *vt post Bart. num.* 10. *Berengar. cap.* 1. *nu.* 14. *&* 61. *Alciat. num.* 6. *Ripa num.* 18. *Cæsar. num.* 174. *&* 204. *Goueanus ad l. In ratione* 30. §. *Tam & si num* 1. *D. eodem titul.* & pro regula constituit *Peregrin. de fideic. artic.* 3. *num.* 3. *& nu.* 45. *Fab. de coniect lib.* 6. *cap.* 3. *à principio*, Stat tamen ex aduerso pro parte negatiua textus dificillimus, & eiusdem Martiani locus, *in d. l. In ratione* 30. §. *Tam & si*, vbi textus aperte loquitur de Falcidia, id est, Trebellianica, quæ de fideicõmisso vniuersali desumitur, patet ibi, (*ab eo cui hæreditatem restituere rogatus est*) & tamẽ incipit idem Martianus constituẽdo regulam contrariã, ibi (*tam & si autem legis Falcidiæ ratione, quæ implendæ conditionis causa hæredi sunt data, in quartam non computentur*) per quem text. contrariam opinionem tenuere *Salicet. in l. Filium quem habentem Cod. famil. ercis. vbi Torniell. n.* 15. *Ripa d. l. In quartam num.* 72. *vbi Cæsar num.* 192. cui videtur accedere *Cuiac.* 8. *obs. cap.* 4. *& lib.* 2. *respons. Papiniani super lquod statu liber D. donat. caus. mort.* vbi fatetur text. illum esse indissolubilem, cui accedit *Fachin. lib.* 5. *controuers. cap.* 15. *versiculo restat*, ita vt prorumpant prædicti, *versiculum Martiani ind. l. In quartam, sed, & quod*) esse spurium, & adulterinum, nec *in Basilicis, aut Pandectis Florentinis* talia verba reperiri, & vtpote commentitia reijcienda, standumque esse regulæ *dict.* §. *Tam & si*. Verum, hæc interprætatio se ipsam ferit, nec alia indiget reprobatione; nec etiam curandum est de alia quam, scripsit *Alciat. 6. paradox. cap.* 4. Nec de alia, quam aprobauit *Cæsar in d. leg. In quartam num.* 147. *&* 155. *Goueanus super dict.* §. *Tam & si*, existimat textum in principio loqui de Falcidia, sed *à versiculo, tamen*, mutare casum, & loqui de quarta Trebellianica, in quam cõputantur ea, quæ dantur hæredi nõ pro impleméto, seu figura conditionis, sed magis pro pretio hæreditatis restituendæ; Verum enim vero aprobatissimus, & acutissimus Lusitanus non prævidit inepte loquutum Martianũ, si decideret in Trebellianicã datũ pro pretio imputari, cũ iã haberet decisum datum pro simplici conditionis figura semper esse imputandum, *d. versiculus sed & quod*, quod negat idem Martianus, *in d.* §. *Tam & si*, deinde ex alio capite conuincitur *Goueanus*, quia obiter tantum per legit *d.* §. *Tam & si*, Nam si attente per legeret, absque dubio fateretur textum continere latinitatem corruptam, quæ secũdum gramaticæ regulas saluari nequit, vt

optime aduertit *Antonius Faber d. cap.* 3. patet ibi(*ab eo cui hæreditatem restituere rogatus est*) iuncto ibi, *quia non conditionis implendæ causa, sed quodammodo pro pretio inferre iussi sūt*) ex quibus constat quod *in versicul. tamen ab eo*, loquutus est in singulari,de eo qui iussus erat inferre pecuniam, & *in versiculo,quia*, loquitur de plurali, ibi (*iussi sunt*) continuata semper eadem oratione, & casu, vnde textus ille quoad me valde suspectus reditur.

Quam ob rem mihi maxime arridet *Fabri annotatio in d. c.*3. quod textus ille in tota sua contextura loquitur tātum de quarta Falcidia, in quam nō computantur data sub figura conditionis, vt bene incipit *Martianus à principio*, postea subijcit limitationem ad prædictam regulam, *in versiculo*, *tamen*, retento semper temate quartę Falcidiæ,quā do id,quod datur, non tam figura conditionis implendæ infertur,quā pro pretio rerum, quas hæres ex legatis,vel fideicommissis particularibus restituere iussus est;quæ limitatio identificatur cum *decisione textus in l. Quod autem, & in l. Qui fundum* 87. *D. ad leg. Falcid.* nec replices contra prædictam interpretationē, de verbis ibi (*ab eo cui hæreditatem restituere rogatus est*) quia verba illa vt consonent alijs verbis *versiculi quia*, ibi (*iussi sunt*) necessario legenda sunt in numero plurali, in hunc modum, *ab eis quibus res hæreditarias restituere rogatus est, vt optime legit Faber d.cap.* 3. quo relato transit *Gothofredus in d.* § *. Tam & si, litera; Z*, qua lectura omnia inter se conueniunt,ne ipse Martianus sibi dissonare videatur. Legendo etiam *in versiculo,quo loco, ibi, hæreditatem, id est,res hæreditarias*, & ita textus ille restituitur ad suum proprium, & genuinū sensum,quem retenta cōmuni litera nunquam adæquatum inuenies?

Diximus hucusque omnia legata,fideicommissa, vel data etiam causa implendæ conditionis imputari in Trebellianicam,cōtrouertūt Doctores, an æqualiter procedat hæc resolutio in filijs primi gradus, ac in alijs? In quo dubio *gloss.* 3. *in fine in l. Filium, quem habentem Cod. famil.erciscund.* & ibi *Bald. nu.* 6. *& obiter ibi Paulus, Immol. in l. In quartam col.* 4. *num.* 17. vbi etiam *Succin. iunior numer.* 61. tenent negatiuam sententiam, mouentur *ex leg. Iubemus Cod. ad Trebellian.* vbi filij primi gradus reperiuntur priuilegiati, ne teneantur, in quartam imputare fructus ex rebus fideicommisso subiectis, quia filij debent percipere suam quartam ex ipsis corporibus hæreditarijs, quæ iure hæreditario ad illos perueniunt, vnde arguunt præ citati Doctores; ergo aperte consequitur filios primi gradus non teneri in suam quartam Trebellianicam imputare legata, fideicōmmissa,vel acceptum causæ conditionis implendæ, cum hæc nō sint deducta ex ipsis rebus;

& cor-

& corporibus hæreditarijs, argumẽto *leg. Si quis sub conditione D. si quis omissa causa testamenti*, vbi illa, quæ dantur causa conditionis implendæ non ponuntur in dispositione.

Sed contraria sententia videlicet, quod etiam in filijs primi gradus data causa conditionis implendæ, imputentur in Trebellianicam, communis, & vera est, quam tenet *Bart. post antiquiores, in d. l. In quartam n. 5. Alex. num. 6. Ripa nu. 79. Picus 92. Ruin. 15. Bereng. in principio num. 62. Iaſ. 18. Polit. nu. 91.* qui communem testantur, quam sequitur *Cæsar, ibidem à num. 186.* pro qua opinione facit regula *d. leg. In quartam, versiculo sed in fideicommissaria, vsque ad versicul si quid vero*, vbi generalem regulam scribit Martianus, quod datum causa implendæ conditionis, venit in imputationẽ Trebellianicæ, sed hæc regula non reperitur limitata in filijs primi gradus, ergo & ipsi tenentur imputare sic accepta; Secundo retorquendo argumentum, *ex d. l. Iubemus*, sic philosophantur *in dict. l. Iubemus in principio iuncto §. final.* Imperator de nouo cõstituit specialitatem in fauorem filiorum, respectu fructuum solummodo, sed limitatio supponit, & probat contrariam regulam in alijs rebus preter fructus *iuxta l. Nam quod liquidæ §. fin. D. de penu legata, l. Quæsitum §. Denique vbi Bart. D. de fundo instructo*, ergo præter fructus tenentur filij omnia alia in quartam imputare; & hæc sententia retenta, facile euitatur *Baldi* argumentum *de dict. l. Iubemus*, nam Imperator ibi non decidit quartam Trebellianicam filiorum necessario de ipsis rebus hæreditarijs, & quæ iure hæreditario percipiuntur esse complendam, sed solummodo respectu fructuum, respectu vero cæterarum rerum, reliquit quartæ imputationem ordinarijs iuris regulis alias autem sequeretur, quod in hac filiorum quarta solum imputarẽtur illæ res, quas filij iure hæreditario percepissent, quod est absurdum, contra expressam determinationem Martiani, *in dict. l. In quartam*, vbi postquam in Falcidia regulam constituit in eam solum imputari ea, quæ hæres iure hæreditario percipit, In Trebellianicã vero non solum ea, quæ iure hæreditario, sed quocunque titulo legati, fideicõmissi, conditionis implendæ causa, & similiũ, vt interminis latius considerat *Cæsar supra num.* 185. & nos diximus supra circa Falcidiam.

Subsequitur alia quæstio circa imputationem illorum, quæ hæredi grauato inter viuos præstantur; 13.
in qua quæstione, regulam ponunt Doctores negatiuam, videlicet, habita, & accepta per hæredem etiam ex facultatibus defuncti titulo inter viuos, minime esse imputanda in Trebellianicam, ad quã regulam probandã adducunt *textũ*, quem supra circa Falcidiam expẽdimus *in l. Pater filiam 14. D. ad legi*

Falci-

Falcidiam, vbi dos data inter viuos filiæ non imputatur in Trebellianicam, agnoscunt Doctores regulā *post Bart ad leg. In quartam oppos. 3. Berengar. ibidem artic. de Trebellianica num. 22. Cæsar n. 190. & 195.* & diximus supra latè, cum de Falcidia ageremus vide supra hac 4. *part. cap. 2. num. 28.* Ratio huius regulæ ponitur à Doctoribus in eo, quod in Trebellianicam, licet imputentur plures res, quam in Falcidiam, ex eo, quia in Falcidiam solummodo imputantur ea, quæ iure hæreditario percipiuntur, in Trebellianicam vero imputantur ea omnia, quæ ex iudicio testatoris ad hæredem perueniunt; Sed necessarium est, vt ex iudicio testatoris in testamento scripto descendant, vt aperte colligitur ex tota cōtextura *d. l. In quartam* per totam, & de communi attestatur *Cæsar ibi nu. 198.* Sed hæc donata inter viuos nō accipiuntur ex vltimo iudicio testamentario; ergo merito excipiuntur ab imputatione; Sed stat in contrariū text. difficilis, *ind. l. Cum quo §. fin. D. ilio titul. ad leg. Falcid.* vbi testator titulo donationis inter viuos quartā tradit Titio, quem postea hæredē scripsit, & grauauit vltra dodrantē, respondet Consultus testatorem cē seri in vita hæredi prouidere, ac proinde quartam illam imputandā esse in Falcidiam; ergo à fortiori imputatio facienda est in Trebellianicam, in qua amplior fit imputatio, vt supra sæpius diximus; quia omissis intellectibus, quos Doctores excogitare solent ad illū §. *fin.* vt apparet ex dictis supra hac 4. *p. c. 2. n. 30. dicendū est*, ibi ex coniecturata mente donātis colligi ea mē tem tradidisse, vt Falcidiam excluderet, quod multo maiori ratione in Trebellianica procedet, vt est de mente omnium Doctorum, quos supra circa Falcidiam citauimus, quibus adde *Berengarium d. artic. de Trebellianica num. 23. Cæsar n. 195. & à num. 73.*

Sed adhuc contra hanc regulam obstat textus difficillimus de toto iure *in l. Filium, quem habentem Cod. familiæ erciscund.* vbi pater in vita donauit fundum filio secundum antiquorum intellectum, de quo *glossa ibi*, quem postea hæredem instituit, & fideicommisso grauauit, & decidit *Diocletianus Imperator*, filiū teneri in Trebellianicam imputare quartam partem fundi, quem per donationem à patre accepit, & sic aperte insinuat, etiam donata inter viuos imputari in Trebellianicam, contra nostram regulam suprapositam, quod satis conuinci videtur ex verbis Imperatoris, ibi (*quem habentem fundum*) vbi participium, *habētem*, supponit clarissimè filium iam tempore paternæ mortis, & grauaminis sibi impositi fundum penes se retinuisse, nec dicas ibi nō agi de donatione inter viuos, quæ regulariter non valet inter patrem, & filium *l. Donationes, quas parentes Cod. de donation. inter vir.* quia potest intelligi

14.

intelligi de filio emancipato, cui facta donatio tenet *d. l. Donationes*, & quæ Doctores ibi.

Quare in verificando titulo, per quem filius fundū habebat *in d. l. filium*, sanguinem insudant Doctores, vt videre est post antiquiores 16. *ex Vincentio de Sala, post Bartol. Acurt. Bald. & Salycetum ibidē, Politum, & Corras.* & alios, qui quidem *Sala*, octo intelligendi modos ad illum textum assignat, vide *ibi nu.* 11. 29. 36. 47. 49. 54. 55. & 57. & ex *Hieronimo Torniello ibidem num.* 1. *Alciat. ibi parad. cap.* 5. *Facchin. lib.* 6. *contr. cap.* 70. *Fab. de coniect. lib.* 6. *cap.* 5. *Gothofred. ibi* ex quibus duo sunt principaliores, primus est, quod filius hic habebat fundum in vita patris concessum in peculium profectitium, vt ex redditibus eius negotiaretur nomine patris, *in terminis, l. Certum Cod. eodem titul.* vt *per Sala ibi num.* 12. *Torniell. d. num.* 1. *Fab. d. cap.* 5. Secundus est, quod ibi fuit fundus prælegatus à patre, quē sequitur *Sala d. num.* 57. *Torniel. supra d. num.* 1. asserentes hunc intellectum iuris principijs consonantiorem esse; Nam pater iussit ibidē filio, vt percepto fundo, cohæredibus, & alijs hæreditatem restitueret, & respondet ad illud participiū (*habentem*) quod videtur significare tempus presens, quasi filius habeat fundum tempore testamēti, vt opinatur *Bart. ibidem*, & plures alij, & debeat intelligi filium habentem fundum tempore conditionis implendæ, quo fit restitutio fideicommissi, & tunc refertur participium ad verbum restituere, & debet significare secundum tempus restitutionis, *l. In delictis* §. *Si extraneus D. de Noxalib. l. Titius D. Milit. testamento*, & ideo, prælegatus fundus censetur in casum adimplementi conditionis, & fideicommissi præstandi, & videtur similis casus *in* §. *Si quis, vna Instit. de fideicommiss. hæreditat.* quem sensum videntur demonstrare verba *d. l. Filium*, ibi (*deducto, quod à cæteris cohæredibus in eo fundo soluitur*) ex quibus Imperator testatur cæteros cohæredes tempore restituendæ hæreditatis per filiū, suas partes eidem soluisse; vnde si filius fundum antea haberet, necesse nō erat, vt de nouo cæteri cohæredes illud præstarent, nec text. loqueretur per verbum, *soluitur*, quod est præsentis temporis, sed loqueretur de præterito, ibi (*solutum est,*) secundum quem intellectum constat, textum non agere de donatione inter viuos facta à patre filio, quæ veniat in Trebellianicam imputanda, sed de fundo prælegato, quod semper imputatur pro hæreditaria parte *d. l. In quartam versiculo, sed in fideicommissaria.* Vt igitur aperiamus nodum intricatissimū, & intellectum illius *l. Filium* circa eam oportet aliquantulum immorari, & sciendum est Imperatores ibi, sub illo breui verborum compendio, tres difficillimas quæstio- 17.
stiones decidere; Verba textus sunt

(*Filiū*

(*Filium, quem habentem fundum, portionem hæreditatis fratribus, & quibusdam alijs sub conditione verbis precarijs restituere, sanxit testator; post eius conditionis euentum hæreditaria parte prædij in quartæ ratione retenta, compensato præterea, quod à cohæredibus vicè mutua percepit, & siquid de est in supplementum deducto, quod à cæteris in eo fundo soluitur, (supra quartam habẽs reddere compelletur*) primã quæstionem decidit Imperator in illis verbis ibi, (*hæreditaria parte, in quartæ ratione retenta*) per quæ aperte insinuat filium grauatum fideicõmisso vniuersali, cui aliqua res prælegata est, teneri in quartam Trebellianicam imputare partem hæreditariam prelegati, quam à se ipso capere censetur, in quo text. ille sequitur regulam Martiani *in d. l. In quartam, versiculo, sed in fideicommissaria*, vbi prælegatum non imputatur in quartam pro illa parte, quam à coheredibus accepit grauatus, pro parte vero hæreditaria, quam a se ipso capit, bene fit imputatio, in quo quarta Trebellianica maxime differt à Falcidia, in qua prælegatum, nec pro parte hæreditaria imputatur, vt late supra ad notauimus, Deinde supponunt Imperatores inprædictis verbis hanc imputationem illiuspartis hæreditariæ fieri ipso iure, in quartam Trebellianicam, non solum ad vitandam Trebellianicam, quo ad cohæredes fidei cõmissarios, qui erant fratres, sed etiam quoad alios fideicõmissarios, qui cohæredes non erãt, nam filius grauatus fuit portionem hæreditatis suæ fratribus cõhæredibus, & in super alijs extraneis, nõ cohæredibus restituere, patet ex litera, ibi (*fratribus, & quibusdã alijs*) & ideo imputatio partis hæreditariæ non solum prodest, quoad fratres cohæredes, sed etiam quoad alios extraneos, quibus etiam fideicommissum restituẽdum est; Nec contra hanc verisimam contexturam obstat, quod hæc pars prælegati capitur iure hæreditario, vt patet, quod videtur stare non posse cum supradictis, dum supponimus patrem iussisse, vt tempore restitutionis fundum retineat, quo tempore iam videtur fundum percipi sine titulo hæreditario, quia respõdetur hoc prælegatum à principio datum fuisse, sed perceptionẽ fuisse reseruatam in tempus restitutionis fideicommissi, & ideo merito à se ipso pro parte hæreditaria capi censetur. Nec etiam obstat, quod fundus prælegatus debet venire in restitutionem fidei commissi, *l. In fideicõmissariam*, 18. §. *fin. D. ad Trebellian.* quia satis fit, venire in restitutionem pro parte hæreditaria, quãdo imputatur in quartam Trebellianicam ipso iure, ne in alijs diminuatur pro rata fideicõmissum; Vltimo non obstat decisio, *l. Titia 86. D. ad, legem Falcidiam*, vbi non imputatur tota pars hæreditaria prælegati, sed tantum duodecima, quia id procedit ex speciali prouisione-

sione testatoris, de qua ibi, & nos supradiximus.

Veniendo ad secundã quæstionem, quam Imperatores *in d. l. Filium quẽ habentem*, decidunt ibi (*compensato præterea, quod à cohæredibus vice mutua percepit*) in quo texta est difficilis, & horribilis etiam Doctoribus eximijs; nam cohæres grauatus fideicõmisso vniuersali, non tenetur in quartam Trebellianicam imputare quod à cohæredibus prælegatum accepit, *d. l. In quartam versiculo in fideicõmissaria*, ibi (*pro ea vero parte, quam à cohærede accepit, id extra quartam est*) pro cuius dubij resolutione dicendum est, verum esse regulariter prælegatum, quod à cohærede accipitur nõ venire imputandum in Trebellianicã, *d. versic. pro ea vero parte*, tamen si cohæres grauatus, velit Falcidia, vel Trebellianica vti, aduersus cohæredes, à quibus prælegatum accepit, potest per viam exceptionis, seu compensationis repelli, *iuxta textum in leg. Nesenius 22. l. à filio 94. D. ad legem Falcid.* vbi ratio assignatur à Iureconsulto *Paulo in versicul. sed cum is*, vbi eleganter *Gouueanus noster, & postea Cuiacius lib. 13. quæst. Paul. super illo text. & nos supra cap. Præcedenti*, & in hoc casu, & terminis *d. l. Nesenius versicul. sed ex his, loquitur textus in d. l. Filium, versiculo compensato*, In quo etiã aduertẽdum est, quod hæc compensatio solummodo excludit Trebellianicã respectu cohæredũ soluentiũ, non autẽ respectu aliorũ fideicõmissariorum, qui cohæredes non sunt, vt probat *d. l. Nesenius in versic. quære, & in fine*; vnde alij extranei, qui cohæredes non sunt, tenentur integrare Trebellianicã de reliquo fundo, exceptis partibus cohæredũ, quas filius grauatus respectu istorũ imputare non tenetur, sed potius præcipuas sibi extra imputationẽ reseruare, & euincitur ex modo loquendi Imperatorũ *in d. l. Filium*, ibi (*compensato, &c.*) vbi cum fiat cõpensatio, minime fieri potest nisi cum debito illius, qui soluit, nõ autem cũ alieno, iuxta regulas cõpensationũ. Deinde, quia verba illa (*vice mutua percipit*) important fideicõmissum cohæredibus datum in cõpensationem prælegati, quod ab illis percipit filius grauatus, Vnde consequitur hanc cõputationẽ, quæ fit per viam cõpensationis, nõn fieri ipso iure, quia rigor iuris est in contrarium, vt supra expendimus.

18. Accedendo ad tertiã quæstionẽ, an. s. illa pars fundi, quã vice mutua filius à fratrib° cohæredibus accipit 19. veniat imputanda in quartã in cõmodũ aliorũ fideicõmissariorũ, qui nõ sunt cohæredes? In qua quæstione omissis varijs Doctorũ interpræ tationibus *doctissimus Torniel. ibid. n.* 9. existimat incõmodũ, & vtilitatẽ aliorũ fideicõmissariorum minime esse imputandas partes illas, quas filius grauatus à fratribus cohæredibus iure prælegata percepit, mouetur, *ex verbis d. l. Filiũ, ibi* (*deducto, quod à cæteris in eo fundo soluitur, supra quartã habens reddere compellitur*) quasi textus decidat, quod si filius

grauatus, debeat deducere centum verbi gratia pro rata Trebellianicæ, vel Falcidiæ, & pars hæreditaria fundi sint 20. & prælegata fratrum sint quadraginta, quæ simul iuncta efficiũt sexaginta, verbi gratia, & fideicommissarij sint fratres duo simul, & cohæredes à patre instituti, deinde alij fideicommissarij, qui non sunt cohæredes, etiam duo Titius, & Seius, tam fratres quam extranei debẽt pro rata soluere quadraginta, quæ restant ad supplendam quartam; vnde licet prælegata fratrum cohæredum ascendant ad quantitatẽ totius quartæ, quia scilicet valebat octuaginta quæ replebant totam quartam, tamen imputatio in dictam quartam facienda non est respectu aliorum fideicommissariorum, nisi pro rata, quæ fratres attingebat, secundũ portionem hæreditariam in quadraginta, scilicet ita, vt alij extranei adhuc teneantur præstare suam partem de fideicõmisso pro rata, scilicet quadraginta alia, & similiter de qualibet quota debet fieri computatio numerica; In quõ *text. ind. l. Flium*, sequutus fuit decisionem *l. Nesenius 22. D. ad l. Falcid. in vtraque decisione*, primo dum iubet, vt filius grauatus teneatur cõpensare prælegata, quæ à fideicõmissarijs fratribus vice mutua quasi in compensationẽ Falcidiæ, vel Trebellianicæ accepit, ita vt, si prælegata excedãt ratam partẽ Trebellianicæ, vel Falcidiæ, quæ à cohæredibus deducenda est, fiat solummodo imputatio quo ad ratam, reliquũ vero, quod supererit, cedit lucro filij grauati, *d. l. In quartã vers. pro ea vero parte*, si autem prælegata minorem cõpleãt summã, vt ratã non impleant, tunc de fideicommisso deducetur, quod deest ad implementum, verba *d. l. Filium* sic in omnẽ euentũ intelligẽda esse cõtendimus, ibi *compensato, quod à cohæredibus, vice mutua percepit, & si quid deest in supplementũ deducto*) ita si prælegata transcendant ratã, quæ a fratribus cohæredibus soluenda est ipsi filio grauato, super excrescens cedit lucro ipsius grauati, *d. vers. pro ea vero parte*, si autem non adimpleant ratam, deducetur supplementũ ex rebus fideicõmissi *d. leg. Filium, in proximè citatis verbis*, quoad alios vero extraneos fideicõmissarios, qui cohæredes non sunt, solũmodo illa pars, quæ de prælegatis soluitur, prodest illis, quoad concurrentem quãtitatem, quia cũ quarta efficiat 100. & dimidia videlicet. 50. pertineat ad fratres cohæredes, & alia dimidia, quæ efficit alia 50. pertineat ad ipsos extraneos, licet prælegata cõpleant totã quartã, id est tota centũ, tamen his nõ prodest, nisi in quinquaginta, quæ est pars pro rata soluẽda à fratribus coheredibus, adhuc enim tenentur alij suã partẽ integrã idest, quinquaginta persoluere, & sic intelligẽda sũt verba *d. l. Filiũ (ibi quod à cæteris in eo fundo soluitur supra quartã habens reddere cõpellitur)* quæ construenda

20.

struenda sunt supra quartam, id est supra partem quartę, quæ à cæteris fideicommissarijs, qui non sunt cohæredes soluēda est, tunc autem si fundus retentus à filio grauato excedat prædictam quartam, tenebitur omnibus fideicommissarijs illud superfluum præstare insimul cum cætera hæreditate; Vnde *d. l. Filium*, nō liberat alios fideicōmissarios à solutione suæ partis quartæ, licet prælegata à filijs cohæredibus, totā Trebellianicā repleant, & confirmatur ex decisione *dict. leg. Nesenius, in versicul. respondi*, vbi similiter etiam filius grauatus non poterit petere ab extraneis fideicōmissarijs tota centum, quasi nihil à fratribus cohæredibus acceperit, argumento *d. l. Nesenius versiculo respondi*, quia procederet respectu ratæ cuiusque, ita vt, licet ex prælegatis integrā quartam percipiat, tamē nō tollit quominus pro rata ab alijs petat, sed pars cohæredis soluentis prælegata imputatur, etiam, quo ad alios pro concurrente quantitate.

Ex quibus satis clara apparet litera, *d. l. Filium*, cui sensui accedo libenter, quia re vera hic est certissimus; nec alius à Doctoribus præ-
20. stitus quadrat literæ, & menti Imperatorum ibidem, in eo etiam prædictis Doctoribus assentiri nequeo, dum supponunt fundū fuisse à patre prælegatum, nam si fundus fuisset prælegatus etiam in tempus restituendæ hæreditatis, ipse fundus veniret in restitutionem pro parte cohæredum, iuxta textū optimū, *in l. In fideicommissariam 18. vers. Si legatum D. ad Senatus consult. Trebell.* quod *d. l. Filium* non patitur in finalibus verbis, vbi fideicōmissarij etiam extranei habent partem in fundo, ibi (*quod à cæteris in eo fundo soluitur*) ac proinde, aperte probat fundum, non prælegatum, sed hæreditarium esse; Vltra quam quod repugnat verbum, *habentem*, quod cum denotet præsens tempus, iam supponit filium habere tempore testamēti, & ideo procliuiorsum in priorem intellectum, quod hic filius fundū penes se habebat in peculio profectitio; deinde pater decedens filium instituit hæredem, & grauauit fideicommisso vniuersali sub conditione partē suæ hęreditatis restituere duobus fratribus cohæredibus, & alijs duob' extraneis fideicōmissarijs, retenta quarta ex prædicto fundo, & acceptis prælegatis à fratibus suis, & hic est verus, & genuinus sensus *d. l. Filium*; Nā participium, *habentē*, clarissime supponit filiū fundum habuisse tempore testamenti, *vt cum gloss. Bart. & alijs cōprobat Sala d. n. 12. Torniellus nu. 1.* deinde, quod pater iussisset, vt filius ex illo fundo quartam percipisset, necessario supponendū est, quia Imperatores tot sunt in facienda cōputatione fundi, & nullum circa illud scrupulum mouent, quod sane non efficeret, nisi pater specialiter cauisset, vt de fundo deduceretur Trebellianica, vel Fal-

cidia; nam de iure communi filius non posset eligere quartam in eodem fundo,quia quarta non detrahitur de vna tantum re adlibitum hæredis, vel fideicommissarij, sed fit resecatio pro rata de singulis rebus, *iuxta textũ in l. Lineam Margaritarum 26. D. ad legem Falcidiam, Peregrin. de fideicommiss. articul. 47. num 42. & 45.*

Vlterius,quod pater cauere potest,vt Falcidia, seu quæ libet quarta deducatur de tali fundo, aut villa comprobat *Bald. ibi num,35. Ripa* 21. *96. Peregr. de fideicommiss. artic. 39. n. 26.* melius omnibus, *Mangilius de imputation. quæst. 122. à num. 6.* vbi alios citat, qui videri possunt, vbi ait satis esse, si ex coniecturis constet ita sensisse testatorem, licet expresse non declarasset, *l. Cum hic status, §. Si quis rogatus D. donat. inter. vir, l. Licet imperator,* & quæ ibi notant Doctores *D. delegat. 1. ita Corras. in d.l. Filium num. 139. Sala nu. 14. Pereg. d. n. 26.* & est verisimum, secundum prædictos, & ita in terminis interpretantur *dict. l. Filium; Bald. & Ripa dictis locis, Mangilius, vbi proxime, Bereng. in d.l. In quartam artic. 3. num. 37.* qua suppositione omnino necessaria præhabita, tunc recte procedunt illa tria notabilia, quæ supra circa literam, & sensum illius textus scripsimus, quod filius imputet partẽ hæreditariam fundi in Trebellianicam; deinde, quod compensẽt prælegata á cohæredibus vice mutua sibi soluta, vsque ad concurrentem quantitatem partis, quæ pro Trebellianica deducenda erat ex fideicommisso cohæredibus debito. Tertio, quod cæteri fideicommissarij etiam tenentur suam partem soluere,quamuis prælegata suppleãt totam quartam, & tenentur soluere illam in prædicto fundo,iuxta testatoris voluntatem, quia prælegata soluta a fratribus cohæredibus nihil proficiunt confideicommissarijs extraneis. Ex quibus satis eneruatur argumentum supra formatum,*dict. l. Filium* dum supponebat ibi fundũ obuenire filio ex donatione inter viuos, quia satis cõprobauimus secundum vtrunque intellectũ principaliorem, non ex donatione inter viuos, sed ex vltima voluntate ad filium peruenire.

Subsequitur alia immediata quæ stio, an donationes illæ, quæ morte confirmantur, prout sunt dona- 22.
tiones inter virum,causa mortis, à patre in filium in potestate; an hæ veniant in Trebellianicam imputãdæ? In qua,pro parte affirmatiua facit,quod hæres tenetur in quartã Trebellianicam imputare omnia; quæ ex iudicio testatoris ad illum perueniunt, *vt per Paulum nu. 6. Berengar. art. 30. n. 25. in d.l. In quartã,* per textum ibi *in 2. parte,* vbi imputantur data causa conditionis implendæ,vt supra probauimus: ergo a fortiori imputabuntur prædictæ donationes, quæ non solum perueniunt ex iudicio testatoris, sed

etiam

etiam egrediuntur de proprio ipsius patrimonio, vt constat, igitur. Deinde, in Trebellianicam imputantur prælegata saltem pro parte hæreditaria, *iuxta d. leg. In quartam, versiculo, sed in fideicommissaria*, sed prædictæ donationes æquiparantur legatis, ex quibus etiam Falcidia detrahitur, *l. Cum hic status 33. De donat. inter vir. l. In donationibus leg. Si mortis causa Cod. ad leg. Falcidiam, igitur.*

Sed merito contrarium resoluẽdum est, quod prædictæ donatio-
23. nes, non veniãt imputandæ in Trebellianicam, Ratio est, quia hæ donationes, licet quoad sui validitatẽ depẽdeant ab vltima voluntate donantis, tamen, quo ad sui initium, & substantiam dicuntur donationes inter viuos, *leg. Donationes, quas parentes Cod. de donat. inter, l. Papinianus D. eodem l. Cum hic status eodem, §. Est & aliud Instit. de donat. per totum titulum de donat. causa mortis.* Deinde, quia confirmatio harum donationum non dependet ex testamẽto, vel ex aditione hæreditatis, sed ex perseuerantia, & duratione voluntatis, vt patet ex iuribus citatis. Vnde non potest dici quod ex iuditio testamenti defuncti proueniant, quod est requisitum necessarium, vt tales donationes imputentur, igitur. Et licet in specie neminem inuenirem, qui ita declaret, tamẽ satis colligitur ex mente omnium scribentium *ad dict. l. In quartam*, vbi *Torniellus num.* 50. *Cæsar. num.* 195. & diximus supra circa Falcidiam.

Nec obstant, quæ pro prima tentiva expendimus, quia verum est omnia, quæ prouenium ex iuditio defuncti imputari in Trebilliani-
cam, *vt cum Paulo, & Berengario*, ibi 24.
dicitur, quibus addo *Cæsarem cum communi sententia num.* 198. *Rip. nu.* 81. *Succin.* 65. *in dict. l. In quartam*, & alia comunis *in dict. l. Filium*, vbi *Ias. num.* 2. *Mathesil. num.* 98. *Polytus num.* 88. *Corras.* 148. *post Bartol. Immol. & Alex. & alios antiquiores, quos ipsi referunt*, licet ab ea recedat *Tornell. in d. l. In quartam num.* 52. Sed immerito, quia nullum citat fundamentum, ex quo communis periclitetur, sed negamus predictas donationes prouenire ex iuditio defuncti pendente ex testamento, cum sint donationes veræ, quæ dicuntur prouenire ex contractu, supposita duratione voluntatis donatis vsque ad mortem, in quibus datur retrotractio à principio *d. l. Donationes quas parentes*. Ad aliud fundamentum de æquiparatione donationum, & legatorum, respondemus procedere, quo ad effectum solummodo inducendæ Falcidiæ, quia æqualiter per donationes ac perlegata diminuitur patrimoniũ, vt patet ex iuribus supra citatis, sed non procedit, quoad effectum imputationis, quia adhuc requiritur omnino, vt res deueniat ad hæredẽ grauatum, ex iudicio testamentario, vt cum cõmuni sententia supra

diximus. Vnde si constiterit, quod donans in sua vltima dispositione iussit, vt prædictæ donationes imputarentur, tunc sine dubio veniet imputandæ, quia iam ex iuditio, & vltima voluntate testatoris proueniret cũ tota proprietate dicuntur.

Exquibus sic resolutis infertur ad quæstionẽ dotis, quæ cũ proueniat ex donatione inter viuos mi-
25. nime veniet imputanda *iuxta textum in leg. Pater filiam.* 14. quæ proprie loquitur in Trebellianica *D. ad legem Falcid. vt per insignem Barb. leg. Si cum dotem* §. *Si pater numer.* 28. *& seq.* & tamen, quia non prouenit ex vltima voluntate, ideo non imputatur, ita *Cæsar. dict. l. In quartam num.* 195. & nos diximus supra late circa Falcidiam.

Infertur etiã bona emphiteutica, fæudalia, maioratus, capellas; &
26. alia, quæ ad hæredem perueniunt, non ex iuditio testatoris, sed à primo concedente, *iuxta l. Unum ex familia* §. *Si de Falcidia D. de legat.* 2. *l.* 3. *D. de interdictis, & relegatis* minime venire imputanda, ex eo, quia non proueniunt principaliter ex iuditio defuncti, *iuxta regulam d. l. Pater filiam iuncta d. l. In quartam, in secunda parte,* vbi communis scribentiũ sententia, *vt per Alex. consil.* 89. *num.* 5. *lib.* 4. *Ripa in d. l. In quartam num.* 67. *Berengar. art.* 3. *n.* 22. *Cæsar nu.* 194. & nemo discrepat.

Infertur similiter omnia alia lu-
27. cra, seu bona, quæ ad filium, seu hæredem perueniunt virtute legis, vel in pœnam alicuius actus testatoris, nõ venire in Trebellianicam, quia cum non veniant ex iudicio testatoris, minime possunt imputari, iuxta iura, & Doctores supra in simili citatos, & regulam ponit certissimam *Cæsar indict. l. In quartam num.* 190. à qua recedendum non est.

Restat pro consummanda hac materia imputationis, tractare, an res alienatæ ex fideicommisso vniuersali, & insimul fructus percepti
28. ex ipsis rebus, veniant in quartam imputandi, & quod attinet ad res alienatas, certissimam regulam affirmatiuam, ponit Vlpianus *in leg. Marcellus* 3. §. *Res, quæ D. ad Trebellianum* (ibi res, *quæ ab hærede alienatæ sunt, in quartã imputantur hæredi,*) & probatur *ex l. Si hæres* 70. §. 1. *eod. titulo, textus in d. l. vltim. in principio,* & §. *fin. D. de legatis* 2. *l. Seruo legato* 68. §. 1. *D. de legatis* 1. aperte demostrat Imperator *in l. vltima* §. *Sin autem, &* §. *Sed quia Cod. communia de legatis,* quod scilicet hæres, qui res fideicommisso subiectas ad vtilitatẽ propriam alienauit, tenetur ipsas in quartam imputare, *ita Bart. Paul. Alex. Iason. Immol. ind.* §. *Res, quæ, Ripa ad l. In quartam num.* 105. *Picus ibidem num.* 119. *Berengar. artic.* 3. *nu.* 36. *Soccin.* 88. *Fabian. in Authentica nouissima num.* 113. *C. inofficioso testamento, Corneus consil.* 303. *num.* 14. *lib.* 4. *Paris. consil.* 44. *num.* 46. *lib.* 2. *Rolando cons.* 25. *num.* 17. *lib.* 1. *Cephal. consil.* 189. *num.* 20. *Cæsar ad leg. In*

quartam

quartam num. 275. & 294. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumptione* 188. *num.* 3. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 10. *num.* 30. & 34. & *artic.* 39. *nu.* 3. vbi plures consulentes refert, ita vt sit concors apud omnes scribentes sententia in supracitatis iuribus, & *in Authentica, res, quæ Cod. communia ddeg.* ad quod citat *Peregrinus dict. artic.* 39. *num.* 4. *textum, in nostro cap. Raynaldus, in versiculo, dilectus,* accedunt commentaria *insignis Barbosæ add. §. Res, quæ num.* 6. addo *Monetam de commut. vltim. voluntatum cap.* 9. *num.* 349. quæ resolutio licet à prædictis in distincte amplectatur, & tanquam certa supponatur, tamẽ grauissimis difficultatibus opprimitur; Nam si hæres non potest directe eligere suam quartam siue Falcidiam, siue Trebellianicã in vna re particulari hæreditatis, *iuxta leg. Lineam Margaritarum* 26. *D. ad l. Falcidiam l.* 2. *C. eodem titul. Paulus de Monte d. l. In quartam num.* 106. *Mangilius quæstion.* 122. quomodo potest alienare res, quas voluerit ex hæreditate fideiõmmisso subiecta, vt postea in quartam ei imputetur, quod admittendum non est, *contra regulam, cum quid vna via lib.* 6. sicut etiam filius non potest eligere legitimam de bonis paternis in vna re particulari, vt late prosequitur *Iason. in d. §. Res, quæ num.* 16. *vbi insignis Barbosa d. num.* 6. *Suar. ad leg. Quoniam in prioribus ampliatione* 11. *num.* 20. *Valasc. de partitionibus cap.* 17. *Menoch. casu* 162. *Costa cap. Si*

29.

pater glossa in re certa num. 15. *Pereg. de fideicommiss. artic.* 36. *num.* 72. *late Mangil. de imput. quæst.* 122. vbi in omnibus quartis Falcidia, Trebellianica, vel etiam legitima idem resoluit, igitur? maxime, cum alienatio rerum, quæ subijciuntur fideicommisso omnino sit prohibita, *per textum in Authent. res, quæ C. communia delegat.* vbi communiter scribentes, & si de facto prædictæ res alienentur, irritatur alienatio, & fideicommissarij possunt reuendicare prædictas res alienatas a tertijs possessoribus, *iuxta decisionem Imperatoris, in l. vltim. §. Sed quia, & §. Sin autem sub conditione Cod. commun. ddegat.* vbi prosequuntur Doctores, *Molin. lib.* 1. *de primog. cap.* 16. *nu.* 33. *Peregr. de fideicom. artic.* 40.

Propter quæ *Paulus cons.* 94. *nu.* 2. *lib.* 2. *Bald. consil.* 42. *Rubeus cons.* 557. *num.* 1. *Crot. in l. Filius famil. §. Diui D. leg.* 1. *num.* 20. *Alex. cons.* 3. *volumine* 3. *Aretin. cons.* 19. *Bertrand. cons.* 91. *ad finem, volumine* 1. *Ias. Alexand. in d. §. Res, quæ,* quos citat *Barbosa vbi d. num.* 6. *Paulus de Montepi[illegible] d. l. In quartam nu.* 112. *vbi Ripa num.* 96. existimant rationem consistere in eo, quia res fideicommisso subiectæ prohibentur alienari in fauorem fideicommissarij, ne scilicet fideicõmissum subuertatur, ac proinde prohibitio alienationis tãtum comprehendit res, quæ fideicommissario restituendæ sunt, ideſt, intra dodrantem, non autem, comprehendit quartã Trebellia-

30.

bellianicam, quæ penes hæredem manſura eſt,& ideo valida eſt alienatio pro illa tantum parte *dict.* §. *Res,quæ*, & quod ſupra quartã alienatur,reuocatur,quam ſententiam tenuit etiam *Cuiacius in expoſitione Nouellæ* 39. ſed hæc ratio decidendi *ad d.*§. *Res, quæ*, & ad reſolutionem ſuprapoſitam aperte cõfunditur, ſi aduertas, quod hæres quantuncunque velit,non poteſt eligere res particulares pro ſua parte *dict.l. Lineam, l. Plautius* 49. *D. ad legem Falcidiam*, communis ſententia,de qua ſupra; ergo ne fraus fiat prædictæ regulæ,admittenda non eſt talis alienatio, quæ forſan inuito fideicommiſſario fiet, & ſoluetur ei poſtea aliud pro alio, *contra l.* 2.§.*f. D.ſi cert. pet.*

Quare cõmunis ſententia ſcribentium *ad d.*§.*Res,quæ vt per Bart. num.* 2.*Iaſon.ex alijs num.* 12. *Decius conſilio* 202.*num.* 8.*& conſil.* 235.*nu.* 31. 16.*Bald. in l.Filium num.* 28. *Cod. familiæ erciſcund.* quam ſequitur inſignis *Barboſa ad d.*§.*Res,quæ nu.* 6. *Petra de fideicommiſſis quæſt.*4.*n.*36. *Michael Craſſus* §.*Fideicomiſſ.quæſt.* 56.*num.*4.*Moneta de commut. vltim. vol.cap.*9.*num.*163.*&* 165.*Peregrin. artic.*40.*nu.* 38.*Gratianus Forenſium cap.*656.*à num.* 24. exiſtimant alienationem,de qua ibidem mero iure non valere, tamen ex æquitate confirmandã eſſe in iudicio diuiſorio,ne alias ſequatur, quod hæres, qui alienauit, teneatur emptori de euictione,quam communem ſententiam confirmant ex eo,quia licet hæres habeat Trebellianicam in ſingulis rebus hæreditarijs *d.l.* 2. *C.ad legem Falcidiam*, ſicut filius legitimã in ſingulis rebus patrimonialibus, *l.Scimus* §. *Repletionem C. in officioſa*, tamen iudex partitionis non in parte ſingularum, ſed in rebus ſeparatis Trebellianicam, & legitimam iudicabit, vt euitetur communio,quæ diſcordias parit *l. Cum pater* 77.§. *Dulciſſimis D. de legatis* 2. & ne patrimonium defuncti in partes minutas dilaceretur *contra l.* 2. *C. quando, & à quibus quarta pars debeatur lib.* 10. *ita ex Bart. in l. Suus quoque D. de hered. Inſtit.* num. 10. *Picus, & communis ad l. In quartam à num.* 132. *Carras in leg. Filium C. de fam. erciſcund. num.* 197. *Valaſc. de partit. cap.* 18. *num.* 4. *Menoch. de caſu.* n63. *vol.* 21. *Mangilius d. quæſt.* 122. *num.* 12. vbi infinitos citat. *Rolland. conſ.* 12. *num.* 3. *volumin.* 1. ita ſimiliter in iuditio partitionum iudicare debet, vt alienationes ab hærede factæ ratæ habeantur, maxime,ſtante æquitate *l.* 2.§. *Item Varus D. aqua pluuia arcend.* Deinde confirmatur prædicta cõmunis *ex textu in l. vltim.*§. *vlt. D. de leg.* 2. vbi fideicommiſſarius tunc ſolum non poteſt rem alienatã reuocare, quãdo illam vendiderit ignorans grauamen fideicõmiſſi, quaſi ſi hæres non ignoret nulla ſit alienatio, *Petra, Craſſ. & Moneta vbi proxime*, cum communi,quam referunt.

Sed prædicta communis licet ſit grauiſ-

grauissimorum patrum, tamen attento rigore iuris vera non est; nã *Vlpianus in d.* §. *Res, quæ*, non fundatur in æquitate iudicis, quæ maxime extrinseca est, nec scripta reperitur, vt sequenda sit contra rigorem, *l. Placuit Cod. de Iudicijs*, ac proinde alia via quærenda est, per quam sine spinis procedere valeat ratio decidendi *ad d.* §. *Res, quæ.*

Quam ob rem veram rationem decidendi *ad textum in d.* §. *Res, quæ*, 32. eam esse existimo, de qua *Paul. in l.* 3. §. *Sed quia num.* 3. *Cod. communia, de legat. præceptor Veiga ad leg. Filius familias* §. *Diui D. delegat.* 1. *& nos diximus in nostra relectione ad cap. Per tuas de arbitr. Corneus num.* 2. *in d.* §. *Sed quia, Faber. de error. decad.* 70. *errore* 7. *ex medio, & decad.* 99. *errore* 4. *col. pen.* quia hæres fideicommisso grauatus pendente restitutione, & ante ipsa factã, vere dominus est omnium rerum hæreditariarum, vt constat *ex l. Restituta* 37. *l. Facta* 63. *D. ad Trebell.* Ex quibus constat quod ad effectum, vt dominium omnium rerum, quæ fideicommisso continentur transeat in fideicõmissarium, & discedat ab hærede, cui per aditionem hæreditatis acquisitum fuit, *iuxta leg. Cum hæredes* 26. *D. de acquir. possess. l. Hæres in omne* 37. *D. de acquir. hæreditat. leg.* 1. §. *Scæuola, D. si quis testament. liber esse iussus fuerit*, requiritur, vt interueniat restitutio, illa autem non interueniente, adhuc hæres quantuncunque grauatus dominus est, & tanquam talis potest valide res alienare, & prædicta alienatio de iure Digestorum mero iure valet, nec per fideicommissarium postea retractari potest, *l. Si hæres* 70. §. 1. *D. ad Trebellian.* quod supponit aperte *d.* §. *Res, quæ*, dum iubet, vt res alienatæ imputentur hæredi alienanti in quartam, quod textus non decideret, nisi valide fuissent alienatæ, quia res, quarum vtilitas nõ manet penes hæredem, nullo modo imputantur *l. Si à me* 29. *D. ad l. Falcidiam*, & ideo valet alienatio quasi debiti, & crediti compensatio, quod etiam supponit Imperator *in l. vlt.* §. *Sed quia Cod. communia delegat. ibi* 33. (*nemo itaq; hæres, ea, quæ per legatum, vel pure, vel sub certo die relicta sunt, vel quæ restitui alijs disposita sunt, vel substitutioni suppositæ, secundum veterem dispositionem, putet esse in posterum alienanda*) in verbis illis, (*secundum veterem dispositionem*,) quæ vetus dispositio vlla alia nõ est, quã *d.* §. *Res, quæ*, secundũ quã attento tẽpore antiquo Digestorũ valebat alienatio facta ab hærede grauato, de rebus fideicommisso suppositis, vbi scripsit *Accurs. ibi verbo veterem*, cuius expositio verissima est contra torrentem Doctorum, qui existimãt iam de iure veteri Digestorum prohibitam fuisse alienationem, *vt per Alexand. in d.* §. *Res, quæ*, *n.* 7. *Fab. decad.* 88. *error.* 2. Imperator enim ibi totus est in irritando de nouo prædictam alienationem, actũ ageret, si de iure veteri Digestorũ hoc

esset

hoc esset determinatum, & patet ex verbo *in posterum*, quod significat nouam probationem, & ex vltimis verbis *d.§. Sed quia*, ibi *alienã spem decipere*, quæ spes non decipe-retur, si fideicõmissarius posset re-uocare alienata per hæredem, ma-xime, quia nullibi de iure antiquo Digestorum, reperitur cautum, ne hęres fideicommisso grauatus alie-nare possit, imo multa sunt iura Digestorum, quæ talem alienatio-nem permittunt expresse, prout est *textus in l. Cum hæreditas* 36. *in prin-cipio D. ad Trebellianum*, vbi cauetur posse hæredem grauatum circa res subiectas restitutioni compromitte re, cum certum sit in iure prohibi-tum alienare esse prohibitum com-promitere, *cap. Cum tempore de Ar-bitris*, & nos supra *2. part.* late dixi-mus, & aperte supponunt Docto-res, *ad d.l. Cum hæreditas* 36. *vbi post Cuiacium lib.* 13. *ad edictum Pauli Peregr. de fideicom. artic.* 40. *à n.* 119. *Cald. forens. quæst.* 23. *n.* 113. contra *Molin. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 22. quod etiam costat *ex l. Lucius* 78. *§. fin. eodem tit. ad Trebellian.* vbi similiter permit-titur transactio, ibi (*si non transactũ est*) de qua late *Fachin. contr. lib.* 2. *cap.* 26. *Mantica de contractib. lib.* 26. *titul.* 9. *à num.* 3. *Faber decad.* 1. *error.* 7. *Gaspar ad eundem lib.* 2. *tractat.* 25. *quæst.* 6. Deinde comprobatur *ex* text. *clarissimo in l. vltim. §. vlt. D. de legat.* 2. vbi Iurisconsultus *Scæuola* respondit, quod si hæres vendidit rem fideicõmisso subiectam igno-rans, tenetur ipse pretium fidei-commissario restituere, vt fundus maneat penes emptorem, vt infra dicemus, *de quo Cuiacius. leg.* 3. *in fin. Cod. communia delegatis.* Vlterius ad est *textus in l. Si hæres* 70. *§.* 1. *D. ad Trebellianum*, vbi nulla ciuilis actio de iure Digestorum compe-tit fideicommissario ad reuocan-das res alienatas, & testatur esse communem opinionem *Torniell. in leg.* 1. *D. legat.* 1. *num.* 23. *&* 105. In quo aperte supponit Poponius alienationes factas per hærede an-te restitutionem fideicõmissi esse validas mero iure, quod adeo ex-tendit, vt possit seruum hæredita-rium manumittere, cum libertas semel præstita retractari nequeat, *§. Semel Instit. quibus ex causis man. non licet*, & solummodo concedit personalem actionẽ ad persequen-dum fideicommissum, quæ contra tertios possessores non datur, *iuxta l. vltim. §. fin. D. de contrahenda emp-tione*, & probatur similter *ex textu in l. Quidam ita* 25. *§. fin. D. ad Tre-bellian.* vbi seruus fuit manumissus, qui sub fideicommisso vniuersali continebatur, & tamen libertas da-ta non retractatur, sed solummodo competit fideicommissario actio personalis ad persequẽdum pre-tium, & interesse ipsius serui, nec id procedit ex scientia, vel ignorã-tia domini alienãtis, vel manumit-tentis, sed ex potẽtia dominij, quod hæres retinet, dum non restituit, vt supradiximus.

34

Vltimo

Vltimo *ex l. Plane* §. 1. *D. deleg.* 1. vbi si vendatur hæreditas, datur actio solum contra venditorem, non autem contra emptorem, quia cõtra hunc solum in subsidium. Nec obstat *textus in d. l. final.* §. *fin. D. de legat.* 2. vbi videtur Iureconsultus
35. requirere, vt hęres ignoret rem esse subiectam fideicommisso, ad effectum, vt alienatio valeat, per quem textum, communis doctorum sententia, quam ex *Paulo in d.* §. *vltimo, Alex. in d.* §. *Res, quæ num.* 4. *Soccin. regula* 38. *à principio Padilla in Authen. res, quæ n.* 3. *quã sequitur Barb. in d.* §. *Res, quæ num.* 10. *Gabriel conf.* 118. *&* 119. *Rolando conf.* 81. *lib.* 2. *Menoch. conf.* 44. *numer.* 16. *Peregrin.* qui plures citat *artic.* 40. *num.* 38. *Cuiac. cum. Fulgosio in d. l. Quidam* §. *fin. lib.* 40. *Digestorum Iuliani, Reinoz. obseruatione* 10. *num.* 10. distinguunt inter hæredem scientem, & ignorantem, ita vt hæres sciens nõ possit valide res alienare, *d.* §. *vltimo*, saltem à contrario sensu, at vero ignorans valide alienet *text. ibidem, d.* §. *Res, quæ*, quam resolutionẽ ante omnes scripsit *Accurs. in dict. l. Quidam ita* 25. §. *fin. verbo, fauore D. ad Trebellian.* Sed hæc communis fallitur manifeste ex supradicta ratione, & ex generalitate *dict.* §. *Res, quæ*, vbi nulla fit distinctio inter hæredem scientem, & ignorantem, textus autem *in dict.* §. *fin.* longe alium habet sensum diuersum, vt infra dicemus.

Nec etiam obstat *text. in dict. l. Quidam ita* 25. §. *fin.* ibi *(sui fauore libertate seruata)* vbi Iulianus videtur insinuare, esse necessarium, vt 36.
sustineatur libertas data seruo contento in fideicommisso, attendere purum fauorẽ libertatis, quasi sine illo non valeat manumissio, etiã de iure Digestorum, quæ sane valeret, si hæres posset res fideicõmissarias hæreditatis alienare, quia melior litera habet (*libertate fauore serui seruata,*) vt legit *Gothofred. ibi, & in l. Seruum.* 11. *D. de manumissionibus*, ac proinde, textus non ponit aliquam specialitatem ratione libertatis, sed potius secũdum iuris principia saluam manere ipsi seruo, quia hæres dominus erat interim, dum illum manumisit, ac proinde verbum illud, fauore, id est vtilitate serui; Vnde non est acipienda interpretatio *Cuiacij.* qui secutus *Fulgos. in d.* §. *fin. d. leg. Quidam, lib.* 40. *Digestorum Iuliani* distingit cum communi inter hæredem scientem, & ignarum, ita vt, quando fuerit sciens detur fauor libertatis, quæ alias valere non posse videbatur, argumento *l. Hæres* 28 *l. Generaliter* 29. §. *fin. D. qui, & à quibus, l. Seruũ* 11. *D. manumiss.* vbi probatur seruos legatos non posse manumitti, quia iura illa loquuntur in seruis legatis specialiter, qui nullo casu manumitti possunt, siue hæres sciat, siue ignoret, vt ait *d. l. fin. d. l. Seruum, Peregrin. d. art.* 49. *nu.* 39. *Barb. in l. dotalem D. solut. matrimon. num.* 16. *Donel. lib.* 2. *com. cap.* 13. §. *His ipsis. in med.* non vero

vero procedunt in ſeruo contento ſub fideicommiſſo vniuerſali; qui manumitti poteſt, pendente fideicommiſſo conditionali, dum pendet conditio, ſed etiam in fideicõmiſſo puro; nam adhuc ſeruus hæreditatis ante factam reſtitutionẽ, valide manumitti poteſt,quia à vero domino manumittitur, vt infra latius.

Nec *textus in d.leg.vlt.§.vltim.D. delegat.* 2. dum videtur requirere 37. ignorantiã,aliud probat,quia omiſſo alio intellectu.quem Doctores communem fatentur illorum, qui diſtinguunt inter prohibitionem tacitam ortam ex natura fideicommiſsi, & inter prohibitionem expreſſam,ita vt *d.* §. *fin.* procedat in primo caſu,non in ſecundo, *ita poſt Claud.in d.*§. *Diui num.* 4. *Iaſon.* 2. *lect.num.*100.*& ibi Ripa numer.* 11. *Alciatus in d.*§.*fin.num.* 6. *Pariſius lib.*2.*conſ.*81.*nu.*43.*Succinus,Decius, Corneus, & plures citati per Sarmiento lib.*6.*ſelect.cap.*2.*num.* 2. quia licet prohibitum ſit rem ſubiectam fideicommiſſo alienare,*l.vltim.*§.*Sed quia Cod. comun. deleg.* tamen interim pendẽte conditione valet alienatio; ſed cõuincitur ex ſupradictis vbi ſatis demõſtrauimus hanc prohibitionem tacitam *dict.*§.*Sed quia* adueniente conditione, idem operari ac expreſſam, omiſſo ſimiliter alio ſenſu *accutiſsimi Sarmiento dict. cap.*2.*numer.* 5. *poſt Immolã Bald. & Cumanum,* quos refert dum conſiderat ignorantiam, vt hæres euitet pœnam duplæ nomine euictionis, ſi res alienata per hæredem, euincatur per fideicommiſſarium ab emptore, quia certum eſt tempore illius textus hæredẽ poſſe alienare,quia dominus erat *d.* §. *Res,qua,* Vnde veriſſima eſt doctrina à nobis ſuprapoſita , ita vt, ſiue hæres ſciat,ſiue ignoret eſſe fideicõmiſſo ſubiectam,ſemper valebit alienatio; conſiderat ergo Iureconſultus ignorantiam tam in hærede,quam in emptore ſerui hæreditarij,vt oſtendat alienationem,de qua ibi retractari nõ poſſe per fideicommiſſarium per actionem reuocatoriã, quaſi in eius fraudem factam, ſecundum iuris principia *tituli quæ in fraudem creditorum*, §. *Item ſi quis in fraudem Inſt. de action.* nam certum eſt in iure noſtro,quod multoties ille, qui dominus eſt rei, & vtpote talis, poteſt de rebus ſuis ad libitum diſponere, *iuxta regulam vulgarem de qua in leg. In re mandata, Cod.Mandati*, tamen ſi creditores ſortiatur, & aliquid aliener in ipſorum fraudem,poteſt à creditoribus retractari, per Paulianam actionem; nam licet alienatio facta in fraudem legis ipſo iurenõ valeat,*per textum ſingularem in l. Si libertus D.de iure patron. Gabriel Periera deciſ.*49. *num.*4. tamen alienatio facta in fraudem creditorum valebit, veniet tamen retractanda, ſi probentur requiſita ad actionem reuocatoriam de quibus *in leg.Ait prætor.* 10.*in principio,* & §.1.*D quæ in fraud.* 38

in fraud. cred. l. Si quis cum haberet l. Omnes D. eodem titul. §. Præualuisse Instit. quibus ex causis manumit non licet, considerata tamen illa differentia, quod ille, qui rem accepit alienatam in fraudem creditorum, si titulo lucratiuo accepit, semper actio reuocatoria contra ipsum competit, licet fraudis sit ignarus, quia agit de lucro captando, *leg. Qui autem 6. in fine D. quæ in fraudem credit. l. penul. C. eodem titul. Conan. comment. lib. 5. cap. 11. num. 4. Maynus lib. 20. de actionibus cap. 9. Costa cap. Si pater gloss. priuare non potest nu. 27. Pereira supra num. 1. & 6.* At vero, si rem acquisiuit titulo oneroso emptionis, permutationis, & simili, non datur contra eum actio, nisi particeps fuerit fraudis, *d. l. Ait prætor in principio, l. Si debitor 7. D. quæ in fraudem Pereira d. num. 6. in fine*, Ratio est, quia cum agat de damno vitãdo requiritur dolus ex parte sua, qui quidem dolus tunc solum committitur, quando quis scit debitore rem suam vendere eo animo, vt creditores fraudet, quo casu emptori, qui de fraude participauit pretium non restituitur; nam licet intelligat debitore alienando fieri non soluendo, tamen non ideo dicetur fraudẽ participare, nisi sciat minori pretio res vendi in fraudem creditorum, *dict. leg. Si debitor*, quia fraude data creditores minime pretium restituere tenentur; *Couarru. regula Peccatum 3. part. in principio, num. 3. versiculo secundo.*

In patrono autem reuocante res alienatas à liberto in eius fraudem, 39.
contrarium erit, nam hic semper tenebitur pretium restituere emptori, quanuis de fraude participet, *leg. 1. §. Si quis in fraudem D. si quid in fraudem patroni*; Ratio est, quia in hac actione solum attenditur dolus liberti, non autem emptoris, & ideo datur contra emptorem etiam de fraude non participe, qua propter semper pretium ei restituitur: Vnde certissimum est in omnibus casibus suprapositis, nunquam reuocatoriam actionem competere, si fraus abfuerit, & venit intelligendus *textus in dict. leg. vltim. §. vltim. D. de legat. secundo*, Nam si hæres malitiose res hæreditatis ante restitutionem alienet, valeret alienatio, sed fideicommissarius probata fraude posset illas reuocare, illa autem cessante, tenebitur hæres, vel pretium restituere, *iuxta dict. §. vltim.* vel in quartam imputare, *iuxta dict. §. Res, quæ*, quæ iura ita intelligenda, & supplenda sunt. Quod confirmatur *ex leg. Deducta, §. final. D. ad Trebellianum*, ibi (*si non in fraudem id factum sit.*) vbi valet pignoratio rerum hæreditariarum, si non fiat in fraudem, vel etiam responderi potest cum *Fabro dec. 70. errore. 7 post medium*, quod ibi consideratur ignorantia ne hæres teneatur fideicommissario ad interesse, ad quod alias teneretur.

Ex quibus manifeſte apparet ideo hæredem grauatum teneri in quartā imputare res à ſe alienatas, quia ſcilicet dum non reſtituit, do-
40. minus eſt totius hæreditatis, quæ reſolutio æqualiter procedit in hærede, qui fideicommiſſum purè reſtituere tenetur, ac in illo, qui ſub conditione, vel poſt mortem grauatur; nam ad impleta conditione, purificatur fideicommiſſum, ac ſi a principio pure fuiſſet relictum, *l. Si pupi. lus. 26 in fine D. de cond. inſt. l. vlt. vbi notat Iaſon. D. d. vulgari, l. Generaliter in ſine D. qui, & à quibus, Peregrin. de fideicommiſ. art. 49. n. 78. Sarmiento dict. cap. 2. nu. 5.* Et ideo. quemadmodum in vno caſu valet alienatio propter dominium reſidens in perſona hæredis ante reſtitutionem, ita etiam in alio, & eſt reſolutio veriſsima, & menti commendanda, nec attendendum eſt ad ſcientiam, vél ignorantiam hæredis quoad effectum alienationis, vt modo ſcripſimus, quæ etiam procedit in alienatione, & manumiſſione ſerui reperti in hæreditate, *vt ex d. l. Hæres §. 1. d. l. Quidā ita §. fin. D. ad Trebellianum, comprobauimus.*

Reſtat ſolum pro complemento huius quæſtionis perquirere, an ſi hæres ex fideicommiſſo conditio-
41. nali alienet, poſt aduentum conditionis retractari valeat alienátio, & reſolutiuè dicendum eſt, non poſſe retractari alienationem valide factam à principio; Nam cum hæres ſit vere dominus, alienando tranſtulit dominium, ac proinde licet cōditio ad impleatur, nihilominus alienata non reuocantur; nam quoad ſummum in hoc caſu fideicommiſſum manet purum, ſed hæres etiā fideicōmiſſum purū pot eſt alienare, quia ante reſtitutionē, ve re retinet dominium, *d. l. Reſtituta, l. Facta D. ad Trebell.* ergo alienatio hæc irreuocabiliter valebat tempore Iureconſultorum, nec ex ſuperuenientia aliqua retractabatur, argumento *regulæ factum legitime lib. 6. l. 2. D. itiner. actuque priuat. l. In ambiguis* 85. §. 1. *D. reg. iur.* nec effectus in eſſe productus ceſſare poteſt, etiamſi ceſſet eius cauſa, *l. vlt. D. vnde lib. Menoch. lib. 4. præſumpt. 189. à num. 197. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 16. n. 70.* maxime, quia tempore Iureconſultorum, fideicōmiſſarius nullam actionem realem habebat, ad perſequendas res fideicōmiſſæ hæreditatis, ſed ſolū habebat actionem perſonalem, quod ſatis deducitur ex noua conſtitutione, *Iuſtiniani in l. 1. C. Commun. de legat.* vbi de nouo illas cōcedit, ſed actio perſonalis, quæ illo tempore tantum fideicommiſſarijs ex teſtamēto dabatur, non competit contra tertios poſſeſſores, *l. vltim. §. final. D. de contrahend. emption. Gamma deciſione* 13. *Cabed. deciſ.* 153. *part.* 1. *Valaſc. de iure emphit. quæſt.* 32. *à nu.* 17. *Morla. tractat. de ſeruit. numer.* 79. *Peregrin. conſil.* 97. *lib.* 1. *Felician. lib.* 2. *de cenſib. cap.* 5. *num.* 7. *Auendaño eodem tractat. capit.* 25.

Lara

Lara de vniuers. lib. 2. cap. 25. nu. 4. Flores variar. quæstion. 17. numer. 6. Caldas 4. part. cap. 4. num. 10. Surd. de aliment. titul. 8. priuil. 51. num. 5. igitur alienatio irreuocabilis erat, solumque hæres tenebatur vel pretium restituere, vel illud in quartam imputare, si iustum erat.

Nec obstat regula vulgaris, quod resoluto iure dantis resolúitur ius accipientis, *l. Lex vectigali 31. D. de pignoribus, de qua Surdus decis. 286. nu. 10. Caldas de extinctione Emphit. cap. 5. n. 74. Cabedo 1. part. decis. 134. num. 1. Faber decade 23. errore 2. à n. 3. & decad. 63. error. 8. Cuiac. lib. 1. respons. Scæuolæ c. 19. Garsia tract. de hypotheca post contr. à num. 4.* Cui de plano satisfit, si dicas, in hoc casu non resolui ius dantis per ad implementum conditionis, quia remanente fideicommisso puro, adhuc hæres dominus est rerum hæreditariarum, quod transferre potuit, nec potest retractari; at vero in specie *dict. leg. Lex vectigali* dominium non residet penes pignorantem post conditionem impletam, sed reuertitur ad dominũ, & ideo, ibi resoluitur ius dantis.

Non procedent tamen supra resoluta, quando à testatore scripta fuerit prohibitio de non alienando, quia hæc impedit dominij translationem, *iuxta leg. Filius familias §. Diui D. de legat. primo*, vbi omnes repetentes, *leg. Petro §. Fratre de legat. secundo, leg. Cum pater §. Libertis D. eodem titul.* & nos late diximus in *secunda parte, Molin. lib. 1. cap. 16. numer. 33. Peregrin. Caldas Loazes*, & plures alij, quos ibi citauimus, sicut etiam post-restitutionem non potest hæres alienare, quia amisit dominium *dict. l. Restituta.*

Sicut etiam supra resoluta non procedent in hærede, qui fuit grauatus legatis particularibus, etiam conditionalibus, quia in his non valebit alienatio, purificata conditione, quia transit dominium recta via in legatarium, *iuxta regul. l. A Titio D. de furt.* prosequitur late *Iacobus de Nigris in repetit. leg. 1. D. de legat. 1. à numer. 93. vbi Torniellus à num. 99. Gomes 1. tom cap. 12. nu. 7. Couarru. in nostro text. §. 1. à princip. Peregrin. de fideicommiss. articul. 49. num. 11. Cast. cap. Si pater gloss. & consequenter nu. 32. Surdus cons. 300. num. 1. & de aliment: titul. 9. quæst. 16. à principio, Caldas de nomination. quæst. 16. à num. 23. Valasc. consil. 194. à num. 2. Ceuall. quæst. 758. Castill. de vsufr. cap. 9. Riciard. §. Non solum, Inst. de legat. nu. 19. Barbos. l. Diuortio in princ. n. 82.* ac proinde, cũ hæres dominium non habeat illud transferre non potuit, *l. Traditio D. de acq. rer. domin.* & ita intelligitur *textus in l. Seruo. 72. §. 1. D. de leg. 1.* vbi reuocatur alienatio serui legati sub conditione, ipsa purificata, ex quo duplex colligitur, notabile. Primum, quod valet alienatio facta per hærede de seruo sub conditione legato, dum non venit conditio;

Secundũ, quod veniente conditione retractatur alienatio. Nec contra primum obstat *leg. Si seruum*, 11. *D. de Manumiss. leg. Hæres.* 28. *leg. Generaliter.* 29. §. *final. cum similibus D. quis & à quibus*, vbi non potest manumitti seruus sub conditione legatus, quia vera respõtio est, ideo non posse manumitti, quia post quam semel fuerint effecti liberi, amplius retractari nequit libertas, §. *Semel Institut. quibus ex causis manum. non licet*, & ideo alienatio, quæ fit per manumissionem est irreuocabilis, at vero, alia alienatio valet pendente conditione, *dict.* §. 1. *l. Seruo*, & supra tetigimus, agnoscunt prædictam interpretationem post alios *Peregrin. de fideicommiss. articul.* 40. *num.* 39. *insignis Barb. in leg. Doralem, D. soluto matrimonio nu.* 16. *Cuiac. lib.* 40. *Digestor. Iuliani in l. Quidam* §. *final. ad Trebellian quem sequitur Gothofredus in dict. leg. Seruum Faber lib.* 19. *de coniectur. cap.* 13. *in fine, post insignem Barbos. in manu scriptis ad dict.* §. *Res quæ, eminentissimus vir ac Collega meus Mota ibidem*. Nec etiam obstat, *l. Si quis Inquilinos* 115. §. 1. *D. de legat. primo*, vbi hæres fuit damnatus dare seruum suum, & tamen valida fuit alienatio serui, quia respondetur dupliciter, primo, quod textus loquitur de seruo non testatoris, sed hæredis, in quo non transit dominium, nec procedit *dict. leg. à Titio*, vel secundo dic, ibi agi de legato damnationis, in quo etiam sine restitutione non transit dominium recta via, & ideo valet manumissio hæredis tempore Digestorum; hodie autem contra, *leg. vltima*, §. *Sed quia Cod. Commun. de legat.*

Intellige omnia hucusque resoluta vera esse de iure Digestorum, quo tempore adhuc non extabant nouæ Iustniani constitutiones, de quibus *in l. prima, & in leg. vltim.* §. *Sed quia, &* §. *Sin autem Cod. Commun. deleg.* in quibus Iustinianus secundum *Paul. ibi nu.* 3. *Corneum* 2. *Fab. decade* 70. *error.* 7. de nouo constituit, quod hæres grauatus restituere aliquid ex hæreditate per fideicommissum, non posset alienare, nec hypothecare, vel seruos manumittere, vt antea tempore Iureconsultorum poterat, quod de fideicõmisso vniuersali expresse disponitur *in dict.* §. *Sed quia nostra*, vbi Imperator id constituit, quia absurdum existimauit posse hæredem alienare rem, quam in suis bonis pure non possidet, ibi (*quia satis absurdum est, & irrationabile, rem, quam in suis bonis pure non possidet, eam ad alios posse transferre,*) & ibi *in fin.* (*& alienam spem decipere*) in quo satis comprobat Imperator nostram sententiam, vt supra expendimus, exprimit enim Imperator etiam legata purè relicta alienari non posse per hæredem, quia dominium ipsorum recta via transit in legatarios, *dict. leg. A Titio D. Furtis*; Sed aduertendum est non

dum est non sine misterio loquutum fuisse Imperatorem de legato, quia, vt iam tetigimus, tempore antiquo Digestorum legata damnationis, in eo differebant ab alijs legatis, quia in alijs transibat dominium recta via, & ita procedit *dict. leg. à Titio*, at vero in legatis damnationis, erat necessaria restitutio, nec dominium recta via transibat in legatarios, & sic videtur insinuare *textus in leg. Si quis Inquilinos* 115. §. 1. *D. legat. primo*, qui textus licet loquatur de seruo ipsius hæredis, tamen si fuisset testatoris, eadem præstaretur responsio à Iurisconsulto, iuxta notata per Doctores *ad dict. leg.* 1. *D. delegat.* 1. *vbi præptores nostri, Pichard.* §. *Sed nostra Instit. delegat. num.* 6. *in fine*. Vnde tempore Digestorum, si legatum damnationis fuisset per hæredem alienatum, valeret alienatio mero iure, quia scilicet hæres erat dominus legati; nec aliqua actio realis legatario competebat, per quam posset legatum alienatum reuendicare, vt supra defideicommisso notauimus, donec Iustinianus *in leg.* 1. *Cod. de commu. de legat.* omnibus legatis concessit illas tres actiones, de quibus ibi, & ideo, ex consequenti ipse *in dict.* §. *Sed quia nostra*, meminit de legato, vt nullo modo valeret alienatio, si pure fuisset relictum, & non solum hoc in legato costituit, sed etiam in fideicommisso vniuersali, ibi (*vel quæ restitui alijs dispositæ sunt, vel substitutioni, supposita*) quæ verba destributiuè accipienda sunt, vt priora significent fideicōmissa parti cularia, posteriora vero vniuersa- 46.
lia, id est fideicommissarias destributiones, & vltimo idem expresit in alienatione, vel manumissione serui, vt nullo modo posset per hæredem manumitti, vel alienari, circa quod aduertendum est, quod licet Imparator, *in dict.* §. *Sed quia* omnino prohibeat alienationem rerum fidecommisso cōtentarum, tamen hoc non in consequentiam actionum, quas scripsit *in dict. l.* 1. *Cod. communia delegat.* Quia actiones, de quibus, ibi pro legatis solum, & fideicommissis particularibus fuerunt adinuentæ, vt patet ex eius litera, ibi (*censemus omnibus, tam legatarijs, quam fideicommissarijs, vnam tantum naturam imponere*) pro fideicommissis vero vniuersalibus, nulla actio, nec de iure antiquo, nec de Iure nouo competit, quia dominium tam attento iure antiquo Digestorum, quam Iure nouiori Iustiniani, ante restitutionem semper manet penes hæredem, alias enim sequeretur, quod iura, & actiones transirent in fideicommissarium inuitum, *cōtra legem qui in aliena 6. in principio, D. de acquirend. hæredit.* potest tamen fideicōmissarius hodie res ab hærede alienatas reuendicare post restitutionem factam, per fideicōmissariæ hæreditatis petitionē, *iuxta totum tit. D. de fideicom. hæredit. pet.*

post Gomez l.45.num.164. Peregrin.de fideicom.articul.45.à num.19. Faber decade 11.errore 3.Vuesembech.ad illū titulum. Et quia *textus indict.§. Sed quia nostra* solum agit de fideicommissis, & legatis puris,adducit etiā Imperator in §.*sequenti*, *sin autem sub conditione* Infra, consulendo hæredibus,ne alienent, quia exponūt se periculo euictionis; Deinde, si adhuc pendente conditione alienauerint ipsa conditione impleta, alienatio irrita intelligatur, in quo ius antiquum corrigit, quia de iure antiquo alienatio retractari non poterat,vt supra resoluimus.

Intelligunt tamen communiter scribentes *in d.l.vltim.§.vltim.D.de legatis 2.& in l. Quidam ita §.fin.D. ad Trebellian. & in d.§. Sed quia nostra, & in d.§.Sin autem sub conditione* tunc solum de Iure nouo Iustiniani dictis locis non valeat alienatio de rebus fideicommisso contētis,quando ipse hæres sciens,& volens tales alienationes tentauerit, quam sententiam tenet post alios *Alexand.dict.§. Res,quæ num.7.vbi Immol.col.* 2. testatur esse communem, *Ripa in repetitione, l. Filius familias §.Diui D. de legat.1. num.11. Petra de fideicommiss. & de prohibita alienatione quæst.4. num.* 36. *Decius cons.236.nu.7.Iason.in d.§. Sed quia nostra*, ex quibus, & multis alijs receptum esse refert, & sequitur *Peregrin.articul.*40. *num.* 38. sequitur *Barbos.in d.§.Res,quæ num.*2. & est communissima sentētia inter fere omnes scribentes, vt per *Peregr. d. loco,Sarmiento d.cap.2.num.* 2. Ita vt dispositio *d.§. Sed quia*, solum comprehendat casum, quo hæres alienauit res subiectas restitutioni sciēter quasi dolose,& si ignorāter illas alienasset, adhuc post prædictā cōstitutionem valeret alienatio, & ipse teneretur persoluere pretiū fideicommissario, vel imputare in quartam,secundum terminos iuris antiqui *d.l.vltim.§.vltim.D.leg.2.* & quæ notantur *in d.l.3.§.Res,quæ D. ad Trebellian.* ducuntur Doctores ex verbis *d §. Sed quia nostra*,ibi (*secundum veterem dispositionem*,ac si dixisset Imperator de nouo, declaro nullas, & irritas alienationes factas ab hærede de rebus restitutioni subiectis,quādo scienter factæ fuissent secundum veterem dispositionem,quæ ita clara non erat, & aliū casum,quando ignoranter illas fecisset hæres,tanquam omissum relinquit iuris antiqui dispositioni, argumento *l.Commodissime D.delib. & posthum.*ac proinde,adhuc hodie valere deberet *iuxta d.§.fin.* secundum communem intellectum.

47.

Sed absq; dubio verior, & semper memoranda est nostra sententia,quam ex antiquioribus solum tetigit *Paulus nu.3.in d.§. Sed quia, & Corneus ibi num.2. Cald. for.quæst. 23.num.36.Faber. de error.decad.88. errore.2.*quod omnis alienatio facta per hæredem de rebus fideicommisso suppositis, siue scienter, siue ignoranter fiat, semper sit nulla, & inualida

48.

inualida attenta diſpoſitione noua Imperatoris *in d.* §. *Sed quia*, vbi de nouo hoc ita diſpoſitum eſt, nec ſine cauillatione, vel mera diuinatione aliud defendi poteſt. Nec obſtant verba Imperatoris ſupra relata, ibi (*ſecundũ veterem diſpoſitionẽ*) quia vetera diſpoſitio indiſtinctè permittebat alienationes factas ab hærede, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, nec aliqua via poterunt retractari, præter quam, ſi in fraudem fierent, vt ſupra late declaramus. Et ideo veriſimus ſenſus, & planus Imperatoris eſt, ne hæres fallatur putans in poſterum poſſe aliquid de fideicommiſſo alienare, etiã ante reſtitutionem, prout poterat de Iure antiquo Digeſtorum, quia per illam nouam conſtitutionem prohibebat Imperator quãcunq; alienationem, quocunq. modo fieret, in poſterum adijciendo illa verba, ibi (*ſed ſciat non ei licere, quod alienum eſt, vtpote ſui patrimonij exiſtens alieno iure applicare*) ſubijciendo ſtatim ſuæ generalis prohibitionis rationem, ibi (*quia ſatis abſurdum, &c.*) vnde apparet, quam diuerſum ſenſum, & intellectum tenuerit Imperator, in ſupracitatis verbis ab illo, quem cõmunis ſententia interpretatur, nec communem iuuabit fundamentũ illud, quod hæres etiam hodie poſt nouam Imperatoris deciſionem *in d.* §. *Sed quia* manet verus dominus omnium rerum hæreditariarũ ante factam reſtitutionem, *d. l. Reſtituta*, *d. l. Facta*, ac proinde tãquam talis poteſt alienare, quia de facili reſpondetur, verum eſſe ipſum manere dominum, ſed ſine facultate alienandi propter Imperatoriam prohibitionem, *in d.* §. *Sed quia*, vnde ſi tentet alienare, non valebit alienatio, propter legis reſiſtentiam, argumento *leg. Quemadmodum Cod. de agricol. & cenſit lib.* 11. *Barb. l.* 1. *part.* 5. *à num.* 14. *D. ſolut. matrimon.* quam prohibitionem expreſſe declarauit idem Imperator *in Authent. de reſtit. & ea, quæ parit collat.* 4. vnde deſumpta eſt *Authentic. Res, quæ Cod. cõmunia deleg.* Sicut non valet alienatio de rebus vinculo perpetuo ſuppoſitis propter prohibitionem de non alienando, vt proſequitur *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 33. nos late diximus *in ſecunda parte.*

Ex quibus luce clarius apparet, quod licet hæres teneretur imputare in quartam omnia alienata de fideicommiſſo, quia ſcilicet valebat alienatio, vt probatur *ex dict. l.* 3. §. *Res, quæ D. ad Trebellian.* attento tempore Digeſtorum, vt ſupra diximus, tamen de iure nouiori minime tractari poteſt de imputatione, cum alienatio valeat aliquo caſu, ſequendo veram, & genuinam mentem iurium, quanuis in noſtro Regno Luſitaniæ, ſi caſus eueniat iudicandum ſit adhuc poſt iura nouiora hæredẽ teneri imputare, quæ ignoranter alienauit ſecundum cõmunem ſententiam, quam ſupra refutauimus, quam apud nos iubet obſeruari *Ordin. lib.* 3. *tit.* 64. *ſi Bart.* 49.

adhæreat. Vnde ceſſat labor *Cæſaris ſupra à num.* 277. & aliorum, quos refert, qui inſudãt, an hæres teneatur imputare res, quas alienauit, ſi iterum eas recuperauit.

Reſtat ſolum in hac Trebellianicæ imputatione tractatio de fructi-
50. bus, quæ ardua,& difficilis eſt, nec ab ſcribentibus hucuſque ſatis enucleata, vt videre eſt ex ſcribentibus *ad l. In fideicommiſſariam* 18. *D. ad Trebell. vbi poſt Claud. Rip. à num.* 3. *vſque* 35. *Coſta cap. Si pater gloſſ. obliqua à num.* 44. *Peregrin. de fideicomm. art.* 49. *à principio, & per totum Mangil. quæſt.* 125. *Mantica de coniectur. lib.* 7. *tit.* 10. *fere per totum, & alios*, quibus adde *Cuiacium lib.* 2. *quæſt. Papiniani ad leg.* 3. §. 1. *D. de Vſuris & in ſolemnibus recitat ad d. l. In fideicõmiſſariam Cæſar. ad d. l. In quartam à n.* 206. Ex quorũ dictis diſtingue fructus collectos ante aditã hæreditatẽ, à fructibus collectis poſt aditam hæreditate pendente conditione fideicõmiſſi, & denique à perceptis poſt diem fideicõmiſſi cedentem.
51. Primi enim fructus augẽt hæreditatem, & ſemper veniunt in reſtitutionem, *l. Item veniunt.* 22. §. *Nõ ſolum D. de petitione hæredit. l. Fundi D. actionibus empt. l. Ita tamen* 27. §. 1. *in fine* 2. *reſponſi D. ad Trebellian. l.* 2. *Cod. de pet. hæredit.* & dicũtur augere hæreditatem, *d. l. Item.* §. *Fructus d. l. In fideicommiſſariam, gloſſ. in leg. Quod his verbis* 83. *D. de legat.* 3. *Claud. in d. l. Ita tamen* §. 2. *vbi teſtatur de cõmuni Ripa in d. l. In fideicomiſſariam num.* 38. *Peregrin d. art.* 49. *num.* 1. *&* 2. Nec de his fructibus noſtra quæſtio eſt, quia cum efficiãtur vnum quid cum hæreditate, tenetur hæres inſimul illos cũ reliquis bonis reſtituere, quia non tanquam fructus, ſed tanquam hæreditas reſtituuntur, & eſt in confeſſo apud omnes ſcribentes, *Coſta verbo obliqua num.* 47. quod etiam in maturis tempore mortis teſtatoris admitit *Cuiac. d. lib.* 20. *verſiculo* 2. *præſcriptio Menoch. caſu* 256. *num.* 4. *Peregrin. d. nu.* 2.

Verſatur igitur noſtra inſpectio in fructibus, qui colliguntur ex 52.
rebus fideicommiſſo ſubiectis poſt aditam hæreditatem, pendente cõditione, vel die fideicommiſſi vniuerſalis, in quo paſſu de duobus quærunt iura, & Doctores. Primo, vtrum hæres illos poſsit percipere abſque onere reſtitutionis. Secundo, vtrum in quartam ſic perceptos teneatur imputare? Ad vtrunque eſt textus capitalis *in d. l. In fideicommiſſariam*, vbi omnes ſcribentes; circa primum, regulam ponit negatiuam *d. l. In fideicommiſſariam*, quod ſcilicet hæres non tenetur fructus ab hæreditate perceptos reſtituere fideicommiſſario poſt aditam hæreditatem, conſonat *l. Poſtulante* 44. §. 1. *D. eod. tit. l. Ita tamẽ* §. 1 *in* 1. *reſponſ.* vbi ampliat ſingulariter, etiã quãdo hæres coacte adit. 53.
l. Si quis bonorum D. legat. 1. *l. Paulus D. de vſur. poſt. Bart. Caſtrenſ. Alex.* & communiter ſcribentes ad *dict. l. In fidei-*

In fideicõmissariam prosequitur *Ripa ibi à nu. 4. Hieronim. Laurent. nu. 1. Castr. d.l. Si quis bonorum Peregrin. de fideicom. artic. 49. num. 20. Cuiac. lib. 20. quæst. Papiniani super l. 3. §. Non nunquam D. de vsur. & in recetation. ad tit. ad Trebellian. super d.l. In fideicommissariam* vbi etiam *Gothofred. litera. G. Socin. reg. 216. Ioann. Cephal. in repetitione l. Centurio D. de vulgari à num. 13. Menoch. casu. 256. numer. 8. Surdus decis. 21. à principio, Mantica lib. 7. tit. 10. à nu. 6. Faber. de error. dec ad. 11. error. 3. & 4. Cæsar. ad d.l. In quartam num. 206. Roland. cons. 30. num. 2. lib. 1. Bellonus consilio 30. num. 8. & cons. 64. num. 5. post insignem Barbosam in apostillis ad d. leg. In fideicommissariam, præceptor primarius Carualho ad l. Hæredes mei in principio D. eodem titul.* Ratio huius regulæ ea est, quia, qui rogatur hæreditatem restituere, id solum tenetur præstare, quod hæreditatis est, fructus autem non hereditati, sed rebus ipsis accepto feruntur, deinde interim hæres est dominus hereditatis, fructusq; perceptos facit suos, quos restituere non tenetur, quia non sunt in hæreditate *d.l. In fideicommissariam vers. quoties*; patitur tamen regula illa, quã maximas difficultates, primo, *ex l. 2. Cod. de petit.* 3. *hæredit. l. Item veniunt §. Item non solum D. eodem titul.* vbi qui tenetur hæreditatem restituere, non solum res ipsas, sed fructus præstare cogitur, & cætera augmenta, siue ante aditam hæreditatem, siue postea acquirantur. Secundo, videtur cõtraria decisio *Iuliani lib. 40. Digestorum in l. Ita tamen §. Si seruum D. eodem titul. ad Trebellian.* vbi hæres, qui coacte adiuit hereditatem, quo casu nullum dominium acquisiuit, adhuc restituere non tenetur fructus medio tempore quæsitos, tamẽ collectos ante aditam hæreditatem restituere tenetur, *l. Hærennius 42. D. de vsur.* vbi omnes fructus restituuntur fideicommissario post aditionem.

Sed vera est regula supraposita, nec obstant difficultates, nam Ad primã difficultatẽ *de d.l. 2. C. petitione hæred. d. §. Item non solum* respondetur, quod illa iura non loquuntur in 54.
hærede, qui dominus est totius hereditatis effectus per aditionem, & retinet dominium, donec restituat, sed loquuntur in possessore hæreditatis, qui nullo iusto titulo hæreditatem retinet, quo casu, licet à parte rei habeat bonam fidem, tamen fictione iuris malæ fidei possessor reputatur, & constat nullum dominium habere, quia hæreditas illa, adhuc consideratur non adita, & quid vniuersale, quod recepit augmentum, ideoque cogitur non solum res, sed & fructus restituere, ita intelliguntur prædicta iura, secundum *Couar. lib. 1. variar. cap. 3. num. 6. ad finem. Pinel. l. 2. de rescindenda 2. part. cap. 4, num. 61. Garsia de expens. s cap. 23. num. 40. Lourenço in Rubr. de rebus dubijs, Peregrin. tom. 1. consil. 81. num. 20. Amaia 3. obseru. cap. 2.*

cap. 2. Ex quibus iuribus non potest argui contra regulam nostram.

Nec etiā obstat secunda difficultas, quia respōdetur vt supra, secūda etiā soluitur vnico verbo, si aduertas textum illū loqui de fructibus perceptis ex rebus hereditarijs ante additionem hæredis, vt patet ex litera in fine, quo casu semper restituuntur, vt cum communi sententia notat *Rip. d.l. In fideicōmissariam num.* 9. *Barb. ibi num.* 6. *Laurent. n.* 17. *Cuiac. lib.* 40. *Digestorum super d.* §. *ad fin. Peregrin d. artic.* 49. *nu.* 2. quod ampliant Doctores etiam ad casum, quo hæres coactus adijsset hæreditatem, *d.* §. 1. qui ita procedit, *vt post Alexandrin d.l. In fideicommissariam num.* 7. *tenet Ripa, & Laur. supra, Gelearda in l. Centurio n.* 47. *de vulg. Alciat. leg. Pecuniæ* §. *num.* 4. *de verbor. significat. Barbos d. l. In fideicōmiss. num.* 3.

55. Nec obstat argumentum *de leg. Hæremus* 42. *D. de vsuris*, quia si recte aduertas, textus ille loquitur in legataio particulari, ad quem recta via virtute legati deuoluitur dominium rei legatæ, iuxta vulgarem regulam *l. A Titio D. de furtis*, de qua plene *Iacobus de Nigris in repetitione l.* 1. *D. de legat.* 1. *à num.* 93. *cum multis sequentibus, & ibi Torniel. à n.* 99. cum multis alijs supra hoc capite relatis; vel loquitur in fideicōmissario rei particularis, ad quem etiā iam pertinebat dominium fideicōmissi, vt late tradit *Barb l. Diuortio, 2. part. num.* 3. *& nu.* 82. *in principio D. solut. matrimon. Couar.* 1. *variar. cap.* 15. *num.* 14. *post medium Fab. lib.* 7. *de coniectur. cap.* 3. *&* 4. *Peregrin. d. artic.* 49. *num.* 88. *Castillo tom.* 1. *cap.* 80. *num.* 11. *Molin. lib.* 3. *cap.* 11. *Gam. decis.* 350. *Valasc. de part. cap.* 34. *num.* 1. *Guttier. pract.* 2. *quæst.* 33. *Giurb. decis.* 97. *Cald. de nomin. quæst.* 16. *num.* 24. nostra autem regula procedit in fideicommissis vniuersalibus, in quibus dominium ante restitutionem in fideicommissarij non transit *d.l. Restituta*, cum supra citatis.

Ampliatur hæc regula, etiā quādo testator dixisset hæc verba, quicquid in hæredem meum ex hæreditate mea, bonis vè meis peruenerit, id omne restituat Titio post mortem; nam adhuc fructus non venient in restitutionem fideicōmissi, vt probat textus singularis ad hoc *in l. Hæredes mei* 56. *in principio D. ad Trebellian.* cui similis est text. *in l. Quod his verbis* 83. *D. de legat.* 3. *Tusch. litera, B, concl.* 101. *num.* 4. *Fachin. lib.* 12. *cap.* 67. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 197. *Gail.* 2. *obseruat.* 133. *Faber. decad.* 11. *error* 3. *&* 4. *notat Pereg. d. artic.* 49. *n.* 23: Ratio huius dicti ea est, quia mens testatoris dirigitur ad res ipsas, quando locutus est per verba suprapositā, nec sub hac forma verborum est locus contrarius in iure Ciuili.

Extenditur secundo, si testator dicat, hæres meus restituat quantā pecuniam perceperit ex hæreditate mea; nam adhuc non tenebitur

fructus

fructus restituere, vt scribit *Celsus*, quem refert *Martianus in l. Scribit* 33.*D. ad Trebellian.* notat *Peregrin. d. num.*23. Sed contra hanc ampliationem stat ex diametro idem *Celsus in l. Balista* 32.*D. eodem titul.* vbi hæres grauatus fuit restituere quantancunq; pecuniam ad se ex hæreditate peruenisset, & responsum est sub hac forma verborum, astringi hæredem etiam fructus restituere; nam respondet *Cuiac. lib.* 4.*obs. cap.*39.*& in recitation. ad d.l. In fideicommissariam*, hipothesim *d. l. Balista*, fuisse, vt filius grauatus caueret restituere Reipublicæ Coloniæ Philipensium quantam pecuniam ex hæreditate ad se peruenisset, & licet pro fideicommisso cautio prætoria interponi soleat, *l. Hæc stipulatio D. vt legator. seu fideicom. nom.* caueatur, in ea tamen fructus non continentur *l.* 1. §. *Bellissime D. eodem titul.* ideo testator Balista contentus non fuit prædicta cautione, sed transiuit ad cautionem conuentionalem, vt ostenderet velle fideicommissum ex conuentione deberi, quo dato certum est, hanc conuentionem recipere fructuum incrementum, argumento *l. Pecunia* 178. §. 1. *D. de verbor. signif.* quæ cautio conuentionalis plenior est prætoria ex partium intentione, & ideo nihil mirum, si *in d.l.* veniant fructus, ex eo quia magis ex conuentione, quam ex testamento, voluit testator, vt hæreditas ad rem publicam peruenisset; Sed hic intellectus doctissimi viri, quē refert, & sequitur *Gothofred. in dict. l. Balista litera, T*, minime admittendus est, tum quia diuinat, tum etiam, quia ex litera aperte constat Balistam testatorem voluisse, vt ex testamento hæreditas ad Rempublicam sine conuentionali cautione restituatur. Secundo loco *Ripa in d.l. In fideicommissariam num.* 15. *Tusch. litera, P, conclus.* 200. existimat ideo *in d. l. Balista* venire fructus in restitutionē fideicommissi, 59.
quia testator loquutus est per verbum, *Pecunia, ibi quantacunque pecunia ad te peruenerit*) quod verbum de sui natura comprehendit non solum res fideicommissarias, sed etiā fructus ab eis prouenientes, per text. *in l. Pecunia nomine.* 222. *D. de verb. signif.* quem sensum tetigit *Accurs. verbo fructus*. Sed hæc interpræratio *Ripæ* peior est priori *Cuiac.* nam Celsus totus est in coniectura testatoris, vbi (*quasi specialiter hoc testator expressisset,*) quæ coniectura non colligitur ex natura verbi Pecunia, quo vtitur testator, sed aliunde, vt statim dicemus; maxime, cum ide Celsus, cuius sententiā refert *Martianus in l. Scribit*, 33. *immediate sequenti*, dicat hæredem grauatū prædicta forma, ibi (*quanta pecunia ex hæreditate sua ad eum peruenisset*) nō teneri fructus restituere, igitur alia via quærenda est.

Quare existimo verisimū esse communem intellectum ad illum textum, ideo ibi fructus venire in 60.
fideicom-

fideicommissi restitutionem, quia testator dupliciter grauauit hæredem, declarando eius mentem semper esse, vt totam pecuniam hæres restitueret, patet ibi (*quantacunque pecunia de bonis meis ad eũ peruenerit*) & ibi (*eam pecuniam omnem ad Coloniam Philipensium peruenturam*) quæ geminatio verborum insimul cum dictione vniuersali, ibi (*omnem*) manifeste demonstrat testatorem voluisse, vt etiam fructus sub fideicomisso comprehendantur, ita *Accurs. in verbo, fructus, Bartol. ibi nu. 1. Alexand. in d.l. In fideicommissariã num. 6. Hieronimus Laurent. num. 32. Alciat. in l. Centurio D. de vulg. num. 49. Mantica de coniect. lib. 7. titul. 10. nnm. 12. Menoch. de arbitrarijs casu. 256. num. 15. Peregrin. de fideicommissis artic. 49. num. 28. Surd. decis. 21. num. vlt. Castillo tomo 1. cap. 47. nu. 31. ex præceptoribus insignis Barbosa ad d.l. In fideicommissariam n. 7. Carualho ad d.l. Hæredes mei ad Trebellian. num. 20.* Et ex prædicta geminatione verborum cum dictionibus vniuersalibus, merito collegit *Celsus* coniecturam, quod testator ex illo modo loquendi voluerit hæredem etiam fructus restituere, & ideo prorumpit dicẽdo æqualiter colligi prædictam coniecturã ex modo loquendi, perinde quasi specialiter testator hoc expressisset; Vnde consequenter colligitur quod vbicunque testator, vel expresse, vel ex coniecturis voluerit, vt fructus restituantur, id obseruabitur *dict. l. In fideicommissariam, ibi aut quis specialiter fuerit rogatus, & fructus restituere*, quod verbum, ibi (*specialiter*) declarandum est per *d. l. Balista*, vt sufficiant æquipollentes coniecturæ, ibi, *quasi specialiter, &c. notat Cuiac. d. lib. 20.. quastion. Papiniani super d. §. Nonnunquam l. 3. D. de fusris ante finem vers. 6. & vltima Menoch. d. loco num. 14. Pereg. supra n. 29. & 26.* apud quos refertur communis, *Mantica supra. n. 9.* qui exemplificant tacitas coniecturas in terminis, *l. Cum ita relictũ, §. Pegasus D. de legat. 2. l. 3. §. Cum Pollidius D. de vsuris l. Seius saturninus D. ad Trebellian. l. Imperator, §. Cum quidam D. de legat. 2. leg. Cum filio D. de legat. 1. l. Cum ex filio D. de vulgari l. Liberto §. Filium D. de annuis leg. leg. Lucius §. Hæredem D. ad Trebellian.* prosequitur *Mantica d. titul. 10. à num. 10. Peregrin. à num. 25. vsque num. 30.*

Tertio ampliatur prædicta regula, vt procedat etiam casu, quo testator dicat hæres meus teneatur restituere quod ex hæreditate mea super fuerit tempore mortis suæ; nam adhuc fructus restituere non tenetur, vt probat textus expressus, *in l. Deducta 58. §. penul. D. ad Trebellian.* vbi *notant glossa, & scribentes* communiter per *Alexand. in leg. Titius num. 6. D. illo titul. Mantica d. titul. 10. num. 7. vers. quinimo, & num. 13. Peregrin. supra num. 23. refert Barbos. in d. leg. In fideicommissariam, num. 10.* Sed ex aduerso. stat

61.

eiusdem

eiusdem Papiniani *locus lib.* 20. *quæstion. in l.* 3. §. *Nonnunquam D. de vsuris*, vbi testator grauauit hæredem restituere, quicquid ex bonis supererit, ibi (*si quis rogetur post mortem suam, quicquid ex bonis supererit Titio restituere, & ibi (quod ex fructibus supererit iure voluntatis restitui oportebit)* tenetur etiam fructus restituere, quæ antinomia adeo præsit scribentium mentem, vt communis distinguat inter casum, quo hæres grauatur sub eo tenore verborum (*quicquid ex hæreditate supererit, restituas*) & inter casum, quo grauatur sub alio (*quicquid ex bonis supererit*) ita vt priori casu non veniant fructus, & ita intelligatur decisio, *dict.* §. *penult.* In secundo vero casu veniant fructus, *dicto* §. *Nonnunquam*, ita *Accurs. in glossa l. leg. Titius* 54. *D. ad Trebellian. vbi Bartol. & Paul.* communis *per Ripam ad leg. In fideicommissariam, num.* 16. *Alciat. consil.* 66. *column. vltim. lib.* 9. *Peregrin. dict. numer.* 23. & 29. ex alijs *Menoch. dict. casu.* 256. *num.* 16. *Iulius Pacius cent.* 5. *quæst.* 39. *Mantica dict. lib.* 7. *titul.* 10. *num.* 13. Ratio differentiæ est, quia verbum, *bona*, latius patet, & omnia comprehendit, *leg. Cogi*, §. *final. D ad Trebellian.* hæreditas vero solum videtur restringi ad bona, quæ fuerunt tempore mortis, *leg. Hæreditas de verb. significatione*; sed hæc differentia non est admittenda, quia offendit immediate decisionem *l. Hæredes mei D. eodem titulo*, vbi nulla fit differentia inter verbum, *bona*, & verbum hæreditas, imo significat Iure consultus ibi, æquale significatum habere vnum, ac alterum verbum, considerat in terminis *Faber. decad.* 47. *error.* 10. *num.* 6. Vnde *Cuiacius lib.* 12. *obseru. cap.* 10. *& lib.* 9. *respons. Papiniani super dict. leg. Deducta* §. *penult. & lib.* 20. *quæst. eiusdem Papiniani super dict.* §. *Nonnunquam*, 62. *& in solemnibus recitationib. ad d. leg. In fideicommissariam*, quem sequitur *Gothofred. in dict.* §. *penultim. litera O*, in ea est opinione, vt delenda sit particula, non, *in dict.* §. *penultim.* ita vt legendum sit affirmatiue ibi, (*fructus superfluos restituere videtur rogatus*) quia, inquit ipse, impossibile est Papinianum acutissimum, & oculatissimum Iureconsultum sibi ipsi contradixisse tam manifeste; Vnde si blata particula, non, de plano procedunt iura illa. Sed hæc interpretatio, cum mendosam faciat omnium Codicum fidem, admitenda non est, maxime, cum ipse *Cuiacius* nullam aliā rationem suæ emendationis afferat, nisi propriam opinionem, quæ licet apud me, sit grauissimæ authoritatis, attamen amicus Plato sed magis amica veritas, & fides omnium librorum, vt ex pluribus, quos euolui ad intentum, mihi constitit, testaturque legendum esse, *dict.* §. *penultim.* cum negatione, *Non*, ibi (*restituere non videtur rogatus,*) & idemmet Gothofred.

Gothofred. ita legit in text. Quare *Accurs. verbo voluntatis, in dict.* §. *In fideicommissi*, aliam assignat concordiam, videlicet, quod ideo fructus restituuntur, *in dict.* §. *Nonnunquam*, quia testator ibi locutus est, per verbum (*quidquid supererit*) quod vniuersale est, & omnia debet comprehendere, *iuxta leg. Iulianus D. de legat.* 3. at vero *in dict.* §. *penultim. leg. Deducta*, solum testator loquutus est, per dictionem (*quod*) & ita indiffinitam; vnde nihil mirum, si magis cumprehendat dictio vniuersalis, quàm indefinita, & hāc concordiam sequitur *insignis Barbos. in manuscriptis in d. l. In Fideicommissariam num.* 10. *Peregrin. de fideicommissis dict. artic.* 49. *num.* 29. Verum hæc concordia etiam non mihi arridet, ex eo, quia *leg. Hæredes mei* 56. *in principio*, loquitur per dictionem, (*quicquid ex hæreditate, vel ex bonis,*) & tamen fructus non comprehendit, igitur non est solidus recursus ad dictionem, *quicquid, Faber. vbi supra dict. num.* 6. Deinde, satis refutatur ex eo, quia in iure notissimum est diuersum indefinitam locutionem æquiparari vniuersali, *vt per text. in l. Si seruitus* 22. *D. de seruit. Urban. leg. Qui filiabus D. de legat. primo, cap. Quia circa*, 22. *de priuileg. late Couarru. lib.* 1. *variar. cap.* 13. *num.* 9. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumption.* 121. *num.* 5. *& præsumpt.* 51. *num.* 44.

Quare pro viribus ingenioli nostri dicendum puto iura illa in nihilo contrariari; nam Papinianus *in dict. leg. Deducta* §. *penultim. lib.* 9. *responsorum*, respondit ad casum interrogatum, vtrum quando testator grauat hæredem, vt restituat quod ex hæreditate super fuerit, vel quicquid ex bonis super fuerit (*nihil interest vno, vel altero modo loquatur*) teneatur hæres ex vi verborum, & grauaminis fructus restituere, respondet Papinianus negatiue, quod hæres non censetur rogatus fruct. restituere superfluos & præstat rationem, quia ea verba ex natura sua important diminutionem, quia hæres ex permissione testatoris, potest res pro suis necessitatibus distrahere, *l. Titius* 54. *D. eodem*, & ita, vt in quam, important diminutionem, & non augmentum fructuum; Vnde ex vi verborum, & natura sua fructus nō veniunt restituendi, quod idem fatetur Papinianus *in dict.* §. *Nonnunquam*, vbi exorditur dicendo, quod nonnunquā euenit, vt fructus debeantur, etiam quando non sunt nominatim relicti, & ponit exemplum ibi, (*vt puta si quis rogetur restituere, quicquid ex bonis supererit,*) nam ex vi, & natura verborum fructus non veniunt, sed aliquando euenit, vt veniant, non vi verborum, sed iure voluntatis, quando scilicet, hæres grauatus est sub prædicta forma, (*quicquid ex hæreditate, vel ex bonis supererit, restituere,*) & hæres plura bona ex præ-

dicta

dicta hæreditate in vita pro neceſſitate ſua alienauerit, quod licite, efficere poterit. *dict. leg. Titius* 54. ſupponit *Authentic. contra cum rogatus Cod. ad Trebellianum*, quo caſu æquitas ex poſtulat, vt hæres tempore reſtitutionis fructus ſuperſtites fideicommiſſario reſtituat, idque non ex vi verborum, ſed ex iure voluntatis, quæ coniectura elicitur per Papinianum ex diminutione, quam hæres in vita feciſſet, quaſi teſtator tacite, ſi cogitaſſet de tali alienatione diſpoſuiſſet fructus ſaltem ſuperſtites venire in reſtitutionem, inſimul cum remanente hæreditatis, quaſi ponat Papinianus limitationem, ad regulam, quam ſupponit, *ex dict. §. penultim.* videlicet, quod &ſi ex vi verborum fructus non veniant in reſtitutionem fideicommiſſi conceſſi ſub ea forma, *(quicquid ex hæreditate ſuper fuerit,)* tamẽ ex cõiecturata voluntate, quãdo bona hæreditatis fuerint, diminuta per hæredem, tunc ſaltem, quod ex fructibus ſuper fuerit teneatur hæres reſtituere, ne fideicommiſſarius omne damnum patiatur, ſcilicet diminutionem bonorum, & in ſuper fructus omnes amittat, ſed potius medium in caſu præſenti obſeruetur, & ſaltem in recompenſationem diminutionis bonorum quod ex fructibus ſupererit præſtetur, quod apertiſsmè conuincitur, tam *ex principio d. §. Non nunquam, quã ex verſiculo vt enim, ibi (vt enim, id eſt, ſicut enim, ea, quæ bona fide diminuta ſunt in fideicommiſſi cauſa non comprehenduntur, ſi pro modo cæterorum quoque bonorum diminuantur, ita quod ex fructibus ſupererit iure voluntatis reſtitui oportebit)* quæ noſtra interpretatio confirmatur ex deciſione *tex in leg. Scribit.* 33. *D. ad Trebellianum*, vbi Celſus tractat an ſi hæres grauatus ſit reſtituere omnem pecuniam, quæ ad ſe ex hæreditate peruenerit, in quibus terminis non tenetur fructus reſtituere, vt ſupradiximus in ſecunda extentione, & tamen ſi aliquod detrimentum in rebus hæreditarijs contingat, tenetur hæres ex fructibus reſcarcire, & præſtat Celſus rationem, ibi (*nouiſsime ait iniquum eſſe ad fideicommiſſarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertineat*) quaſi ratione æqualitatis ſeruandæ inter hæredem, & fideicommiſſarium teneatur hæres detrimentum ex fructibus ſatisfacere, cum tamen fructus reſtituere non teneatur ex vi fideicommiſſi, igitur ſimiliter *in dict. §. Nonnunquam*, ex iure voluntatis, ne fideicommiſſarius totum damnum patiatur, reſoluit Papinianus ſaltem quod ex fructibus ſupererit, teneri heredem reſtituere fideicommiſſario, & qui melius adinuenerit ad propoſitum ſcribat.

Vnde infero intellectum ad aliam antinomiam ciuilem Papiniani *in leg. Deducta* 58. §. *Hæreditatem*, cum reſponſo Pauli *in leg.* 64.

Paulus 14. §. 1. *D. de vſuris*, dum Papinianus ait partus ancillarū venire in reſtitutionem, ex eo, quia nati ſunt pendente conditione fideicommiſsi, per quod hæres grauatus eſt reſtituere totam hæreditatem exceptis reditibus, quia hæres reditus percipere iuſſus eſt, & ita appellatione reditus non continentur partus ancillarum, in quo ſecundum principia in hac materia Papinianus reſpondet *in leg. In pecudum, D. de vſuris leg. Vetus D. de vſufructu leg. Ancillarum* 30. *D. de petit hæreditatis* §. *In pecudum Inſtit. de Rerum deuiſione* proſequuntur cō muniter Doctores vtrobique, poſt Ordinarios *Corraſ. lib.* 5. *Miſcellan. cap.*8. *Conan. lib.*4. *Comment. cap.* 2. *Donelus lib.* 7. *cōment. cap.*26. *& lib.* 4. *cap.* 25. *Cuiac.* 14. *reſponſ. Pauli ſuper dict.* §. 1. *& ad Papin. reſponſ. leg. Deducta* §. *Hæreditatem Genoa de concilia, in dict. leg. concil.* 58. *aliàs pag.* 181. *Menoch. d. caſu.* 49. *Spino de teſtament. gloſſa* 13. *num.*77. *Mantica de coniecturis lib.* 12. *titul.* 30. *à num.*13. *Peregrin. articul.*49. *numer.* 64. *Barboſa l. Diuortio* §. *Non ſolum D. ſoluto matrimonio à num.*2. *Caſtillo tomo* 1. *contr. cap.* 27. *Amaya lib.* 3. *obſeruat. cap.* 1. cum quibus de magis communi regula firmanda eſt, quod appellatione reditus non cōtinentur partus; & ideo hæres grauatus hæreditatem reſtituere ſine reditibus; tenetur ſeruos natos ex ancillis hæreditarijs pendente fideicommiſſo reſtituere, & hic eſt verus caſus *d. leg. Deducta* §. *Hæreditatem, l. Mulier.* 22. §. *Sed enim D. eodem titulo in verſiculo præterea*, vbi aperte conſtat, quod licet hæres, reditus, & fructus percipiat, tamen partus ancillarum reſtituere tenetur, ex eo, quod non continentur in fructibus, ex ratione, de qua *d. leg. In pecudum D. de vſur dict.* §. *In pecudum*, vbi *Balduin. Ottoman, & Minſinger, & Pichard.* Contrarium tamen ex diametro reſpondet *Paulus in dict. leg. Paulus* 14. §. 1. *D. de vſuris*, vbi hæres proponitur grauatus reſtituere hæreditatem ſine reditu poſt mortem, & concludit Paulus hæredem retinere partus ancillarum, nec eſſe obligatum illos reſtituere fideicōmiſſario, quaſi ipſi appellatione reditus contineātur, infinitas conciliationes ponūt ſupra citati Doctores, inter quos aliqui nouiſsimi volunt, prout *Iulius Pacius cent.* 5. *concil.* 43. *Genoa, numer.* 36. *Amæya, num.* 18. quod regula ponenda ſit cum *Paulo in in dict.* §. 1. quod partus non veniunt in fideicommiſſum, & vltra alias diuinationes reſpondent *ad dict.* §. *Hæreditatem*, quod ibi ex eo ſerui reſtituuntur, quia hæres tenetur ancillas demortuas reficere ex partibus earum, ad ſimilitudinem fætus pecorum, quia hæres ex fructibus tenetur reficere damnum, *iuxta leg. Scribit* 33. *eodem titulo.* Sed conuincitur, *ex dict. leg. Mulier*, §. *Sed enim verſiculo, præterea*, vbi partus ex propria vi, &

natura

natura fideicommissi vniuersalis, sunt cum cæteris rebus restituendi; Deinde, quia similitudo gregis, quam adducunt, ineptissima est; nam hæres non tenetur restituere, nisi illud, quod venit ex natura fideicommissi, pecus autem si augeatur, vel diminuatur, totum cedit lucro, vel damno fideicõmissarij, *leg. Si grex* D. *de legatis* i. Nec *d. l. Scribit*
65. venit ad rem, quia ipsa solum procedit, quando res fideicommissariæ voluntate hæredis fuere alienatæ. Vnde semper persistendum consulo in regula, quæ deducitur *ex* §. *Sed enim, & ex d.* §. *Hæreditatem.*. Nec obstabit responsum *Pauli, in d.* §. 1. quia si bene aduertas Paulus totus est in interprætandis verbis testamenti in quo scriptum est, vt hæres restituat hæreditatem sine reditu, ibi, *propter verba testamenti, quibus de reditu solo deducendo testator sensisset*, faciebat dubium, quia cum partus nec in reditu, nec in fructibus continerentur, videbatur ex vi verborum testamenti hæredem teneri partus restituere, *iuxta regulam d.* §. *Hæreditatem, & d.* §. *Sed enim*, sed Paulus respondet partus non contineri fideicommisso, necesse restituendos ex mente testatoris, de qua sibi ex modo loquendi constitit, quasi magis dictum, & minus scriptum, quia testator voluit, vt nihil ex augmento hæreditatis fideicommissario præstaretur, ibi post mortem sine reditu, nam licet verba testamenti, dum loquebatur sine reditu viderentur menti aduersari, quia appellatione reditus partus non continentur, tamen Paulus mentem sequutus, respõdit partus fideicõmisso non cõtineri sed debere remanere pænes hæredem, vt colligitur ex verbis ipsius responsi, ibi (*ante diem fideicommissi cedentem partus ancillarum editos fideicommisso non contineri,*) quibus Paulus non detulit quæstioni verborum sine reditu, sic ostendens alio ex capite longe diuerso motum fuisse, ad sic respondendum, quem intellectum post hæc scripta inueni apud *Gothofred. in dict.* §. *Hæreditatem*, reliquos vide per supra citatos.

Patitur tamen regula supraposita aliquas fallentias, & prima est, ne procedat post dominium fideicommissario quæsitum, prout *in leg. Herenius* 42. D. *de vsur.* in fideicommisso particulari, vel post restitutionem actualem, vel verbalem in fideicommisso vniuersali, vel in casibus in quibus ipso iure, etiam sine restitutione transit dominium, de quibus agit *leg. penult.* §. *fin. Cod. ad Trebellianum*, *vbi glossa*, etiam fructus restituendi sunt, quia cum hæres priuetur dominio rerum hæreditariarum, illos percipere nequit, nisi ad illos restituendos, *leg. Qui scit ad finem* D. *de vsur. ita Bartol. in dict. leg. In fideicommissariam, numer.* 4. *vbi Aipa. numer.* 14. *Laurent.* 28. *Capra consilio.* 32. *lib.* 5. *ad finem, numer.* 17.

Paul.& Alexand.in d.§.fin. Iaſ.l.1. §.De illo num. 11. *D.ad Trebell. Coſta cap.Si pater gloſſa ipſis pauperibus,nu.* 9. *Peregrin.de fideicom. artic.* 2. *num.* 56. *& artic.*49. *num.*89. *& ſequentib. Menoch. d.caſu* 256. *num.*28. *Mantica d.titul.*10. *num.* 8.29. *&* 30. *&* 30. *& ſequentibus,Craſſ.§.Fideicommiſſum quæſt.* 42. *à num.* 5. *Barboſa l. Si mora D.ſolut.matrimon.nu.*103. *Faber.decad.*65. *error.*10. *Moneta de commutatione vltim vol. cap.*9. *n.*528. *poſt præceptores ad leg.*1. *D.ad Trebell. Cephalus conſil.* 50. Vnde inferunt ſimiliter fructus collectos ex fideicommiſſo relicto eccleſiæ eſſe reſtituendos, quia dominium tranſit in eccleſiam ipſo iure,*iuxta l.vltim. Cod.de ſacroſ.eccleſ. Alciat.l.Centurio D.de vulgari num.*44. *Barboſ.d.l. In fideicommiſſariam num.*1. *Tiraquel.de pia cauſa priuil.*88. *Menchac.de progreſſ.lib.*3.§.26.*num.* 2. *Coſta cap. Si pater verbo, ipſis pauperibus numer.* 8. quicquid repugnent plures,de quibus *Peregrin. dict.artic.* 2.*nu.*63.

Secunda fallentia,quā Doctores, & iura ſcribunt ad prædictā regulā eſt,ſi hæres moram cōmittat in fideicōmiſſo reſtituendo; nam data mora, omnes fructus tenetur reſtituere, *d.leg. In fideicommiſſariam* 18. *D.ad Trebell.* ibi (*niſi mora facta ſit*) *l.Ita tamen* §.1. *ibi* (*ſi nulla mora facta eſt fideicommiſſo*) *l. Poſtulante* 44. §. *penult. & vlt. D.eodem ibi* (*ſi mora non interceſsit*) *leg. Vxori* 24.ibi(*aut quod propter moram*) *D. de vſufructu legato l.Si quis* 23. *ibi niſi mora facta, D.delegat.*1. *l. Cum res* 47. §. *vlt. D. eodem l.Patronus D delegat.*3. *l.Titia* 87.§.*Vſuras leg. Si quis ſeruo* 84. *D. legat.*2. *l.Equis D. de vſur.l. Sed & ſi* 28.§.*final. D .de petit.hæredit. text. optimus in l.Si cui* 91. *in fin.D.eod.tit. & demonſtratur ex l.* 1.§.*Belliſs:me in fine D. vt legatorum, ſeu fideicommiſſorum*,Ratio eſt,quia mora vnicuiq; debet eſſe nociua *regula Mora de reg.iuris lib.* 6. proſequitur *Iaſon.per textum ibi inl. Apud Iulianum.* §. 1. *D. delegat.* 1. *Angel.conſ.* 331. *Aretin. conſ.*155.*num.*11 *Ripa d.l.In fideicommiſſariam à num.*5. *Laurentius ibi à num.* 3. *Alexander.*7. *inſignis Barboſ. ibi in apoſtillis n.* 5.*addo Māticam d.lib.*7.*titul.*10. *nu.*25. *Couar. cap. Raynutius* §. 11.*num.*4.*Peregrin. de fideicom.artic.*49. *à num.*85.*Cuiacius in d.l.In fideicommiſsariam, & in d.lib.*20. *quæſtionum Papiniani ſuper l.*3.§.*Nonnunquam D.de vſur. verſiculo* 3 *præſcriptio,Coſta eap. Si pater gloſſa, obliqua, nu.*57. *Fab.decad.*11. *error.*3.*&* 7.*Donel.lib.*7.*coment. cap.* 26.§.*Quod tamen*, eſt tamen maxima inter ſcribentes contentio, quā do dicatur hæres in mora,vt teneatur fructus reſtituere; aliqui enim volunt, prout *Angelus, & Paul. in* 6
*l.*1. §.*de illo D.ad Trebellianum,Soccin. conſ.* 42. *lib.*3. *num.* 5. *refert Peregrin.d.loco, num.*86.vt ſit neceſſaria litis conteſtatio, *per textū in cap. Raynucius, verſiculo in eo vero*, vbi requiritur litis conteſtatio ad conſtituendum hæredem in mora.Deinde per *text. in leg.* 3. *D.de vſuris*, vbi

Imperator

Imperator Marcus Antonius constituit, vt post litis contestationem, & moram hæredis vsque ad sententiam præstare teneatur hæres ipse fructus, quasi mora incipiat à litis contestatione. Tertio sunt pro hac parte duo iura expressa, *in l. 1. & 3. Cod. vsur. & fructib. legat.* verba *l. 1. sunt (legatorum, seu fideicommissorum vsuras ex eo tempore, quo lis contestata est, exigi posse manifestum est, sed & fructus rerum, & mercedes seruorum, qui testamento debentur, similiter præstari solent)* verba *l. 3. hæc (in legatis, & fideicommissis fructus post litis constationem, non ex die mortis consequuntur,) l. Quæsitum 93. §. vltim. D. lega. 1.* ex quibus manifeste videtur requiri, quod detur litis contestatio, vt hæres cõstituatur in mora ad fructus restituendos, & post supra citatos ita resoluit cum communi opinione *Viuius lib. 1. com. opin. 459. sequitur Mangil. de Imputation. quæst. 125. num. 31.*

Sed ab hac sententia recedunt magis communiter Doctores cum
68. *glossi. d. l. 1. & l. vltim. Cod. de vsur. & fruct. glos. d. l. Quæsitum, §. vlt. glos. verbo, ex mora in l. 1. §. Bellissime D. vt leg. seu fideicommis. nomine caueatur, vt per Claud. in d. l. In fideicommissariã column. 2. Bald. in l. 1. D. ad Trebellianum, quem sequitur Pereg. d. articul. 49. num. 86. Barbosa in d. l. In fideicõmissariam num. 5. plures Giurba tom. 1. decis. 97. nu. 16. Faber decad. 11. error. 2. à num. 4. & d. lib. 7. de coniect. cap. 3 Amaia 3. obseruat. cap. 2. n. 35.* qui resoluunt sufficere ad constituendum hæredem in mora, interpellationem extraiudicialem factam per fideicommissarium; Ratio est, quia extra iudicialis interpellatio regulariter sufficit ad constituẽdum quem in mora, *l. Si ex legati causa,* vbi omnes scribentes *D. de verbor. oblig. l. Mora 32. D. de Vsur. glossi. communiter recepta, verbo, tostato, in l. Qui Romæ, §. Cohæredes D. de verborum, vbi Alex. Aretin. Soccin. Ias. Peregr. proxime, cum Barbosa, & in l. Si mora à num. 9. D. solut. matrimonio,* addo *Cuiacium in posthumis ad titulum, Cod. de vsur. & fruct. legat. column. 2. in principio, Laurent. cum Bart. in d. l. In fideicommissariam n. 5. Simon de Pretis de interpretatione vltimar. voluntat. lib. 3. interpretatione 3. dubio 5. solut. 2. num. 26. Gothofred. in not. ad d. l. In fideicommissariam litera, l. & post eum Mangilius quæst. 125. à principio,* vbi aduertit, fructus ibi venire in restitutionem à tempore moræ, etiam ante litem contestatam; facit etiam, quia vsuræ, & fructus legatorum, vel fideicommissorum debentur a tẽpore moræ, etiam ante litem contestatam, *leg. Si quis seruo 86. D. de legat. 2. l. Tutia 89. §. Vsuras l. Qui solidum. 77. §. Etiam* D. *eodem,* cum multis alijs; nam quemadmodum hæres ante interpellationem, fructus lucratur, ex eo, quia eos non colligit ex iudicio defuncti, sed negligentia hæredis, *l. Si mulier 22. §. Si hæres* D. *ad Trebellian.* ita post interpellationẽ

censetur morosus, quia cessat iudicium defuncti, & non potest fideicōmissario imputari, cur non petijt fideicommissum, cum interpellauerit hæredem.

69. Nec obstat quod fideicommissa, legata, & similia, quæ ex testamento debentur petuntur ex stricto iudicio, & non per actionē bonæ fidei, certum est enim quod nō non reperiuntur prædictæ actiones in §. *Actionum Instit. de Actionibus*, & fatentur omnes, vt testatur *Faber. decad. 91. error. 3. & 4.* Sed certum est in iudicijs stricti iuris, non à tempore moræ, sed solum à tempore litis contestatæ deberi vsuras, & fructus, *l. 3. §. In his, l. Videamus* 38. §. *Si actionem* D. *de vsuris, l. 3. §. In hac* D. *cōmodati; Tiraquel. retract. tit. 1. §. 15. gloss. 2. à num. 16. Aflict. decis. 319. num. 3. Barbosa in Rubrica de soluto matrim. 3. part. num. 70. Faber decad. 11. error. 1. num. 5. & lib. 15. de coniect. cap. 1. ex med. Pichard. in princip. quibus mod. re. nu. 66.* igitur similiter in legatis dicendum est, non venire fructus, nec vsuras, nisi à tempore litis contestatæ, quia respondetur speciale esse in legatis, & fideicommissis, vt quanuis sint eorum iudicia stricta, tamē quoad effectum, vt ex illis soluantur fructus, & vsuræ, sequuntur iudicia bonæ fidei, idque in fauorem vltimæ voluntatis, vt constat ex omnibus iuribus supra citatis, addo text. difficilem, qui ita explicandus est *in l. Vsuræ* 34. D. *de vsur. optime Faber. decad. 91. error. 4. Donel. dict. lib. 7. comment. cap. 26. §. Quod tamen.*

Et hac parte retenta, non obstāt 70.
iura in contrarium adducta pro prima sententia; nam ad primum de *cap. Raynucius §. Ineo autē de testam.* respondet *Barb. d. num. 5.* ideo ibi venire fructus solummodo à tempore litis contestatæ, quia hæredi ibi nulla fuit interpellatio facta, & hæres præsumitur bona fide fructus possedisse, quia dum fideicommissarius non petit, hæres non tenetur restituere, quia iuste dubitat, an ipse velit sibi restitui fideicōmissum, & ideo non dicitur hæres in mora, *iuxta l. Mulier* 22. §. *Si hæres* D. *ad Trebellian.* quem intellectum præstitit *Claud. column. 2. & Laurent. d. num. 5. in d. l. In fideicommissaria præsentit Fachin. lib. 5. contr. cap. 1. vers. ad quartum argumentum Hotomani*, quo casu videtur etiam procedere, *d. l. 3.* D. *de vsur.* vt statim videbimus; sed hic intellectus patitur scrupulum ex verbis, *d. cap. Raynucius in versicul. 1. incipit post modum*, ibi (*super bonis eiusdem Adiectæ excitata materia quæstionis*) & ibi (*cæperunt litigare*) ita vt priusquam litigarēt, supponitur præuia petitio, & interpellatio ex parte Altherochæ, & eius filij, ac proinde videbatur hæres in mora constitutus secundum nostram sententiam supra factam.

Quare dicendum existimo, hæredem, de quo *in d. cap. Raynucius* indistincte negasse fideicommissario obligationem restituendi, cō-

tende-

tendebat enim hæres dominium acquisijsse ex præscriptione, & vsucapione pro dote, quæ cum sufficiat ad acquisitionem dominij, præsumitur hæres possessor bonæ fidei ante litem contestatam, cum ignoraret grauamen à R. impositũ, & ideo solum post litem contestatam censetur possessor malæ fidei, vt fructus teneatur restituere, *iuxta l. Sed etsi §. Si ante D. de petit. haredit. l. Certum Cod. de Reiuend.* & hæc interpræatio constat ex eodem *cap. Raynucius, in d. versic. post modum, Faquin. vbi supra ad quartum argumentũ ad finem*, ex quibus constat *d. cap. Raynucius* nõ negare hæredem per interpellationem constitui in mora, etiam ante litem contestatam, sed excusari ibi, ex modo citata ratione.

Ad secundum fundamentum
71. *de l. 3. D. de vsur.* satisfit, si dicas text. illum nobiscum conuenire, si recte intelligatur, ac proinde nostram cõ firmat, & non destruit opinionem; nam Papinianus ibi totus est in explicãdo decreto Imperatoris Marci Antonini, dũ Imperator ait, quod si feciſſet hæres moram post iudicis sententiam, intermisso legitimo tempore vsque ad sententiam, commoda fideicommissarius accipiat, quasi dicat Imperator, hæres, qui committit moram in restituendo fideicommisso, non solũ tenetur ad fructus, quos percepit, sed etiam ad commoda, id est ad illud, quod fideicommissarius percipere potuisset *leg. Si nauis §. vltim. D. de reiuendicat. l. Apud Iulianum. 41. §. Fructus, l. Quæsitum 93. §. fin. D. legat. 1. l. Qui solidum §. Vsuras D. de legat. 2.* cum alijs, vnde si commisit moram post sententiam, ad omnes fructus, & omne commodum restituendum tenetur ex tempore moræ, deducto legitimo tempore, quod datur à iure condemnatis ad soluendum, *l. Debitoribus D. de re iudicata, l. vltim. Cod. de vsur. rei iudicatæ*, quia hoc tempore licet teneatur hæres ad fructus, tamen nõ tenetur ad commodum; vsque adhuc decretum, quod ita interpretatur Papinianus, vt teneatur post sententiam hæres ex mora, si illam nõ commisisset ante sententiam, quod ordinarium est, excepto casu quãdo hæres contendit, vt sibi præstetur quarta, nam tunc, dum sibi non præstatur, non est in mora, excepto ergo hoc casu, potest esse in mora à tempore interpellationis, vt interpretatur *Cuiac. ibi Fab. de coniect. lib. 7. cap. 1. & dec. 16. error. 10. n. 3.* & apertius constat *ex vers. cæterum seq.* vbi etiam ante litem contestatam potest mora in curri à tempore scilicet interpellationis, vt bene *Cuiac. ibi* in quo text. ille manifeste comprobat nostram sententiam. Deniq; concludit *Papinian. in vers. culo, qua tandem*, qui legendus est interrogatiuè, ita vt dicat, cur liberandus sit hæres, quasi sit sensus, non est liberandus hæres à soluendis fructibus, quos medio tempore

concesso

conceſſo pro ſoluẽdo iudicato per-
cepit licet commodum, non ſol-
uat, & præſtat rationem, cum ea
temporis intercapedo iudicato di-
lationem dare, non lucrum afferre
debeat; ex quibus ſatis apparet tex-
tũ illum noſtram confirmare ſen-
tentiam, in nihilo autem illã offen-
dere, optime *inſignis Barb. l. 2. in 1. part. D. ſoluto matrimonio à num. 13.* Totus labor ſtat in ſatisfaciendo,
72. *l. 1. & 3. C. de vſur. & fruct. legat.* Sed dicendũ eſt *cũ gloſ. 1 ind. l. 3. Bald. in l. 1. oppoſit. 1. Cod. illo titul.* vbi etiã *Paulus de Caſtro*, prout ante eos *Bart. ibi*, & communiter Doctores reſpondent *Faber decad. 11. error. 2. num. 6.* iura illa neceſſario intelligenda eſſe, quando nulla interpellatio præceſsit, tunc enim quia hæres habuit iuſtam cauſam non reſtituendi, non tenetur fructus reſtituere, niſi à tempore litis conteſtatæ, quo factus fuit poſſeſſor malæ fidei, *dict l. Certum Cod. Reiuendicat.* quẽ intellectum ſequitur *Cuiacius in poſthumis ad illum titulum Giurba deciſione 97. num. 3. Amaia 3. obſer. cap. 2. num. 35. Fab. iterum decad 91. error. 3.* Nec contra hunc intellectum poteſt replicari ex eo, quia ibi agitur de rebus legatis, & fideicommiſsis particularibus, in quibus videbatur dominium tranſire recta via in legatarios, ac proinde fructus neceſſario pertinere ad legatarios, quia reſpondet communis ex *Bart. & Paulo*, ibi res legatas fuiſſe alienas, & ideo dominium nõ trã-
ſire niſi à die traditionis, fructus vero à tempore moræ, etiam ante cõteſtationem litis, ſi detur interpellatio, vt nos ſupra oſtẽdimus, quod iura illa non negãt, licet decidant caſum minus dubium, relinquunt aliud diſpoſitioni iuris, *argum. leg. Commodiſsime D. delib. & poſthum.* eodemmodo ſatisfit ad text. *ind. leg. Quæſitum §. vltimo D. delegat. 1. cum ſimilibus.* Sed merito contra hanc communem reſponſionem inſurgit *Fab. de coniectur. lib. 7. cap. 3. & 4. & d. decad. 11. error. 2. à num. 7.* quod ſit nugatoria, & meram contineat diuinationem commentitiã per Doctores, vero ſimile ſane nõ eſt Imperatorem regulã in hac materia prẽfinire in caſu limitationis, non autem in caſu ordinario, & generali, & exiſtimo iura illa de plano procedere, ſi conſideres legata, & fideicommiſsa quantuncunque expreſſa voluntate relinquantur, tacitam habere conditionem, ſi legatum, aut fideicõmiſſum agnitum ſit, vnde dum non conſtat de voluntate legatarij, vel fideicõmiſſarij iuſte retinet hæres, qui nõ tenetur perſcrutari voluntatem legatarij, verum ſi legatarius interpellauerit, fructus etiam reſtituentur.

Vtrum autem mora in hoc caſu dicatur cõmiſſa per tacitã interpellationẽ, quæ fit per lapſum diei *iuxta l. Magnam Cod. de contrab. ſtipulat. de qua Barb. in dict l. Si mora à num. 10.* negatiuè reſponde, quia
74.

hæres

hæres antequam fideicommissum ab eo petatur iuste fructus percipit, *l. Mulier §. Si hæres ad Trebellianum*, vbi Doctores communiter; nam cum onera hæreditaria transeant in fideicommissarium, potest probabiliter dubitari, an sibi velit restitui, quale dubium cessat in cõtractibus, in quibus certa dies apponitur, constat enim de mente contrahentium velle, vt illa die adimpleatur *d.l. Magna*, Contrarium tamen dicendum erit si interueniat mora irregularis, veluti si restitutio facienda sit minori, ecclesiæ, vel simili priuilegiato, *l. 3. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria l. 3. §. 1. versiculo idem dicendũ D. de adim. leg. post Rip. num. 10. ind. l. In fideicommissariam Barbos. ibi d. num. 5. & postea Mantica dict. lib. 7. tit. 10. num. 28. Peregrin. d. artic. 39. num. 67.*

Tertiam fallentiam adducunt Doctores, quando testator expresse, vel tacite disposuit, vt hæres fructus restituat, de casu expressæ voluntatis, est text. *ind. l. In fideicommissariam*, ibi (*aut quis specialiter fuerit rogatus, & fructus restituere*) vbi notant omnes, circa exempla tacitæ voluntatis, quæ idem operatur, ac expressa, *leg. Cum proponebatur de legat. 2. l. Si seruus plurium §. fin. D. legat. 1.* quod etiam in filijs, si vltra legitimam, & Trebellianicam eis reliquatur, procedit, secundũ *Surd. decis. 41.* cuius fallentiæ plura assignantur exempla, quorum principaliora prælibabimus, ne ieiune hunc articulum transeamus. Sit ergo primus casus, quando ponuntur verba geminata per testatorem, vt supra diximus *in l. Balista 32. D. ad Trebellianum.* Secundus casus erit, quando hæres alienauerit ex permissu testatoris *l. 3. §. Nonnunquam D. de vsuris.* Tertius casus, si testator differat restitutionem fidei commissi in vtilitatem fideicommissarij, prout si fuerit filius, vel alia persona dilecta testatoris *d. l. 3. §. Cum Pollidius D. de vsur. leg Si ita relictum, §. Pegasus D. legat. 2. leg. Scius Saturninus D. ad Trebellian. l. Liberto 21. §. vlt. D. de annuis legat. l. Lucius §. Hæredum D. ad Trebellianũ Menoch. d. casu 256. num. 18. Mantica d. titul. 10. n. 10. Peregrin. d. artic. 49. nu. 25. Cuiac. versic. 6: præscriptio.* Quartus casus est, quando testator instituit creditorem suum, & illũ grauat, tunc etiam fructus tenetur restituere *leg. 3. §. Mulier D. de dote prælegata l. Cum pater. 77. §. Titio D. de legat. 2. leg. Quod de bonis, §. quod auus D. ad legem Falcidiam, l. Mulier §. Cum proponeretur D. ad Trebellianum, Mantica supra à n. 22. post Ripã vbi supra n. 20. Peregr. à n. 27. Barbos. 4. p. l. 1. à n. 2. D. solut. matr. Alciat. l. Centurio D. de vulg. nu. 51. & consil. 172. lib. 2.* Quintus casus est, quãdo testator grauat hæredem vltra vires hæreditarias, vt probatur *ex l. Imperator. 72. §. Cum quidam D. de legat. 2. d. §. Titio l. Ita tamen §. Hæres ex asse D. ad Trebellian. Mantica*

74.

supra

ſupra num. 20. *Peregrin. ſupra num.* 34. *Alciat. d. conſ.* 172. *præter Ordinarios dictis locis.* Sextus caſus eſt, ſi pater grauetur proprio filio, quem habet reſtituere, per text. quem ſic intelligunt *in leg. Cum filio ad finem* 11. *D. de legat.* 1. quia præſumitur appoſuiſſe dilationem in fauorem filij, ſed text. nihil minus decidit, vt ibi videri poteſt, vide tamen *Manticam num.* 17. *Peregrinum nu.* 30. *vbi ſupra*, qui plures citat pro, & contra. Vltimus caſus eſt *ex dict. l. Centurio D. de vulgari*, quando pater iure militari teſtatus eſt, qui text. non loquitur de fructibus omnibus ab hærede collectis, ſed de fructib⁹ in hæreditate inueris, proſequitur latiſsime *Coſta cap. Si pater verbo, obliqua à num.* 43. *Fachin. contr. lib.* 10. *cap.* 18. *& cap.* 90. *Peregrin. d. artic.* 49. *num.* 32. alios caſus adducunt præcitati Doctores qui minus probabiles videntur, ideo conſulto illos omitto.

Quarto fallit regula noſtra in caſu, quo ipſæ res hæreditariæ caſu corruerint, vel aliàs ante reſtitutionem peremptæ ſint, in hoc enim caſu tenetur heres ex fructibus medio tempore perceptis res illas reficere, probat text. ſingularis *in leg. Scribit* 33. *ad finem D. ad Trebellianum, Roman. ſing.* 261. poſt ordinarios ibi, *Ripa in d. l. In fideicommiſſaria num.* 18. *Pinel. in l.* 2. *de Reſcind. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 63. *Alciat. d. leg. Centurio num.* 52. *Barb. d. l. In fideicommiſſariam num.* 8. *Peregrin. d. art.* 46. *num.* 35. *& à num.* 33. *Cuiac. lib.* 20. *quæſt. Papiniani ſuper l.* 3. §. *Non nunquam poſt principiū D. de vſur.* Nā vt inquit *d. l. Scribit*, iniquum eſt, vt damnum totum ad fideicōmiſſarium ſpectet, augmentum vero totum ad hæredem, merito igitur conſtitutum eſt ſaltē exconiectura voluntatis, vt hæres ex fructibus teneatur reficere damnum contingens in ipſis rebus hæreditarijs, dū ipſe poſſedit.

Vltimo fallit prædicta regula poſt reſtitutionem ſaltē verbaliter factam fideicōmiſſario quia quantuncunque fuiſſet negligens, in recuperandis rebus fideicommiſſarijs, fructus tamen ad ipſum pertinent, quia reſtitutio verbalis dominium transfert *l. Reſtituta* 37. *D. ad Trebell.* & conſequenter fructus, ex regula *l. Herenius D. de vſuris*, quia idem quoad intentū operatur verbalis, ac realis reſtitutio *d. l. Reſtituta leg. Facta* 63. *D. eodem poſt ordinarios Couar. cap. Raynucius* §. 10. *num.* 6. *Peregrin. de fideicom. artic.* 2. *num.* 50. *& num.* 53. *& artic.* 49. *nu.* 88. *Mangil. quæſt.* 125. *nu.* 33. *Marius Giurba deciſ.* 97. *per totam*, nec in hoc caſu attenditur negligentia fideicōmiſſarij poſt dominium acquiſitum.

Ex quibus intrat quæſtio noſtra de imputatione fructuum in Trebellianicam, & firmanda eſt regula, quod licet regulariter fructus nō
75. ſint fideicommiſſario reſtituendi, tamen in Trebellianicam imputātur *d. l. In fideicommiſſariam verſiculo plane*,

plane, ibi (plane fructus in quartam imputatur vt est rescriptum) l. Deducta, §. Ante diem, d. Mulier, §. Alia causa D. eodem glòss. in d. l. In fideicommissaria, vbi post Bart. Paulum, Alexand. Iason. Ripa à nu. 25. Laurent. à num. 48. Cæsar ad d. l. In quartam à num. 216. Menoch. d. casu 256. à num. 50. Peregrin. artic. 49. à num. 52. Mangil. de imputat. quæst. 125. à nu. 1. & sequent. Crass. §. Trebellianica quæst. 11. num. 1. Vincent. de Franc. decis. 11. num. 11. Rolandus cons. 30. nu. 2. lib. 1. Bellon. cons. 30. numer. 8. plures per supra citatos, addo *Gozadinum consil. 97. numer. 5. Gothofred. dict. leg. In fideicommissariam, litera, L,* qui illam afferunt rationem, ideo fuisse inductã hanc imputationem, quia hæc quarta deducitur contra voluntatem testatoris, *leg. Titia 86. D. ad l. Falcidiam,* & ita, vt magis obseruetur voluntas defuncti, tenetur hæres in quartam fructus imputare, maxime, quia hi fructus percipiuntur ex iudicio testatoris, *l. Si mulier, §. Si hæres D. ad Trebellianum,* Sed quicquid iudicio testatoris ad hæredem peruenit, in quartam Trebellianicam imputatur, igitur, notat in terminis *Cuiacius in recitation. ad d. l. In fideicommissariam column. 3. versicul. altera quæstio, (Cæsar vbi proxime à num. 209.* qui licet à prædicta regula deuiet, *num. 207.* dicendo *d. leg. In fideicommiss.* illam non probare, tamen idem insinuat, dum refert rescriptum, de quo fit mentio *in d. versiculo plane,* ad responsum eiusdem Vlpiani *in leg. Mulier. 22. §. Si hæres D. ad Trebellian.* vel ad aliud alicuius Imperatoris, quod non apparet hodie in corpore iuris Ciuilis; Vnde recte confirmatur noster intellectus *ad dict. l. In quartam* circa regulas, quas proponit in materia imputationum referendo se ad rescriptum, de quo ibi, cum constet à partium enumeratione, etiam circa fructuam imputationẽ respondisse Vlpianum in *dict. l. In fideicommissariã* ex mente rescripti, quod non aliud esse debet, nisi illud de quo *in d. l. In quartam, & in leg. Deducta §. Nũmis D. ad Trebellian.* per quod omnia regulantur in materia imputationum, tam Falcidię, quam Trebellianicæ.

Dubium quammaximum est inter Doctores, an hæres semper teneatur fructus in quartam imputare, etiam inuitus, ita vt, si ille velit 77
suam quartam ex rebus integram detrahere, & fructus restituere, seu pretium eorum, adhuc cogatur imputare? In quo quatuor diuersæ sententiæ reperiuntur; prima est magis communis antiquiorum, *Iacob. de Aret. Oldradi, Rayn. in d. l. Mulier, §. Hæres,* & aliorum, quos refert *Menoch. d. casu 256. num. 50. Cæsar num. 229.* sequitur *(laud. l. Ita tamen §. Hæres ex asse D. ad Trebellian.* qui negatiuam tuentur, videlicet, hæredem inuitum non teneri fructus imputare; mouentur ea ratione; nam aliud pro alio inuito creditore

solui non potest, *leg.* 2. §. 1. *D. si certum petatur*, sed Trebellianica debetur ex ipsis corporibus hæreditarijs, quia est pars hæreditatis *leg.* 1. *C. ad Trebellianum*, deinde fructus non sunt pars hæreditatis, ergo inuito creditore imputari non debent, illa pars minoris, quod fructus non sunt pars hæreditatis, conuincitur, quia hæreditas post aditionem hæredis, non dicitur amplius hæreditas, sed magis patrimonium hæredis, *princip. Instit. de hæred. qualit. leg.* 1. §. *Veteres D. ad acquir. poss.* §. *Neque Instit. de author. tut. Gos ad. consil.* 58. *num.* 4. *Roland. consil.* 99. *nu.* 1. *lib.* 1. ergo cum fructus non accepto ferantur ex hæreditate, sed ex proprio patrimonio hæredis, videtur dicendũ ipsos non esse imputandos in quartã; Vltimo citat (*laud. dict.* §. *Hæres ex asse* ibi, (*sed posito quadrante eiusque fructibus.*

Secunda opinio fuit *Castrensis, in d. l. Ita tamen* §. *Hæres ex asse*, quẽ
78. sequitur *Rip. dict. l. In fideicommissariam num.* 25. *Menoch. d. casu* 256. *num.* 51. *versic.* 4. *fuit opinio*, qui distingunt inter fructus consumptos, & inter extantes ita vt consumpti necessario veniãt imputãdi, extãtes vero minime; ratio est, quia in consumptis cessat ratio, quod aliud pro alio inuito creditore soluatur, in extãtibus vero adhuc militat.

Tertia opinio fuit *Bart. d.* §. *Hæres ex asse* quem ibi sequitur, *Cremẽsis, & Cumanus*, qui existimant hoc
79. dubium arbitrio iudicis decernendum esse, qui pro officio suo considerabit, an conuenientius sit quartam ex corporibus hæreditarijs deduci, an insimul ex fructibus, & quoad fieri possit, euitetur damnũ, tam hæredis, quam fideicommissarij, argumento *l. Non amplius, l. Potest D. legat.* 1.

Quarta, & vltima est sententia, quæ habet hæredem semper teneri 80.
fructus imputare, quã scribit *Alex. & Ioan. de Immola in d. l. In fideicommissariam, & in d.* §. *Si hæres*, quos sequuntur *Hieronim. Laurent. in d. l. In fideicommiss. num.* 51. *Hieronimus Torniellus ad l. In quartam, num.* 70. vbi citat Doctores Auinionenses *Cæsar ibid. nu.* 234. *Roland. cons.* 30. *à nu.* 5. *lib.* 1. *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 32. quæ opinio apud recentiores communior, & receptior est. *Alciat. l. In quartam nu.* 23. *Barb. d. l. In fideicommiss. nu.* 14. cui libentissime assentior, pro qua imprimis adducitur, *l. Iubemus Cod. ad Trebell.* vbi filij specialiter eximuntur ab onere imputationis, si ergo in potestate eorum esset imputare, vel non, nihil operaretur priuilegium, argumento *l.* 1. *C. de thesauris lib.* 10. Deinde, id aperte conuincitur ex generalitate *d. l. In fideicommiss. versicul. plane, & ex leg. Mulier.* 22. §. *Si hæres versicul. alia*, vbi fructus in quartam imputantur, quæ imputatio, ipso iure, cum sit legis dispositio, facienda est, argumẽto *l. Quod autem, & l. Cum quo* §. *fin. D. ad leg. Falcidiam* maxime, cum materia impu-

imputationis tota dependeat ex legis disposition iuncta præsumpta testatoris coniectura, *dict. l. In quartam*, cum ibi notatis, nec aliquis respectus habeatur ad voluntatem hæredis; Vlterius pro hac parte citatur *text. in leg. Quod de bonis*, §. *Fructus D. ad legem Falcidiam* (*ibi accepto facere sibi cogitur*) quibus verbis consultus ibi declarat, fructus in Falcidiam etiam inuito hærede imputari, igitur à fortiori in Trebellianicam imputandi sunt, etiam renitente hærede; Valet enim argumentum, cogitur hæres imputare in Falcidiam, ergo à fortiori in Trebellianicam, *dict. l. In quartam*, vbi communis, citatur etiam pro hac nostra sententia *text. in cap. Raynucius in versiculo, in eo vero*, vbi deciditur fructus ex fideicommisso perceptos per hæredem esse imputandos in quartam de necessitate, & hanc partem sequitur, *leg. vltim. titul.* 11. *part.* 6. *vbi Gregorius glossa, no deue*, omitto consulto duodecim cogitationes, quibus hanc sententiam cõfirmat *Laurentius d. num.* 51.

Qua opinione sic probata, & rettenta, facile diluuntur fundamenta aliarum, quas in principio citauimus; nam ad primæ sententiæ fundamentum, respondemus quartam Trebellianicam deberi ex ipsis rebus hæreditarijs, quando de præsenti, scilicet pure fideicõmissũ præstandum sit *dict. leg.* 1. *Cod. ad Trebellianum*; nam cum in hoc casu quarta deducenda sit, necessario de ipsis corporibus detrahenda est; at vero si currente tempore fructus percipiantur, necessario imputandi erunt, tum ex iuris dispositione locis proxime citatis, tum ex cõiecturata mente testatoris, vt quoad fieri possit, minus defalcentur bona testatoris per Trebellianicam, quæ contra ipsius voluntatem detrahitur, *iuxta leg. Titia D. ad leg. Falcidiam*; Nec in hoc casu, vnum pro alio inuito creditore soluitur, quia fructus de necessitate semper sunt imputandi, & tanquam quid specifice hæredi per testatorem relictum computantur. Ad §. *Vero hæres ex asse* satisfit dicendo, text. illum nostram confirmare sententiam; nam verba illa supra expensa ibi (*supposito quadrante, eiusq; fructibus, &c.*) non sunt Iureconsulti decidentis, sed sunt casus relatiua, & ideo non possunt inducere ius; Si autem legas *ex versiculo respondi vsque ad finem*, vnde incipit Iuliani responsio, inuenies, quod hæres consobrina, de qua ibi, tenetur imputare in suam quartam fructus perceptos ex medietate bonorum, quæ apud ipsam remanserunt, ita vt, si quartam adimpleant, nihil sit ex ipsa medietate defalcandum, si vero non impleant, tunc ex omnibus legatis detrahetur pars competens pro rata, vide *Cuiacium lib.* 40. *Digestorum Iuliani super eodem tit.* & §. Vnde admittendum non dico interpretationem,

Barbosæ ad d. §. Ex asse super leg. In fideicommissariam. n. 14. in manuscriptis, dum cum Alexand. dict. §. existimat, ibi partes consensisse, vt fructus deducantur, ne imputentur, diuinat enim, vt attente legenti cōstabit.

Ad distinctionem vero secundæ
82. sententiæ respondetur, nullo valido niti fundamento; nam fructus quocunque modo considerentur, siue extantes, siue consumpti, semper imputantur, supposito quod à solo separati sunt, nam hi fructus accipiunt functionē ingenere suo, *leg. 2. §. Mutui datio D. si cert. petat.* nec genus perit argumento *leg. Incendium C. si cert. petat.* & quantumcunque consumpti considerentur, cum simus in fideicommisso vniuersali, succedit pretium loco ipsorum, *text. in l. Si rem, & pretium D. de pet. hæred. l. Imperator §. fin. cum leg. seq. D. legat. 2.* ac proinde, siue sint consumpti, siue extent semper imputandi sunt, maxime stante dispositione clarissima, omnium iuriū, quæ supracitauimus.

Ad opinionem *Bart.* respondemus ipsam non habere locum, vbi
83. datur iuris dispositio, quia arbitraria solum admittuntur ex defectu declarationis iuris, *l. 1. ad fin. D. iure deliberandi cap. de causis §. 1. de Officio delegat.* cum plurib⁹, de quibus *Pichard. de mora num. 102.*

Limitant Doctores omnes regu
84. lam pronominatam de fructibus, in quartam imputandis, ne procedat quando hæres percepit prædictos fructus negligentia fideicōmissarij nō petentis, vt probat *text. in leg. Mulier. §. Si hæres D. ad Trebell. vbi Bartol. Alexand. Immol. & cōmuniter scribentes, Hieronimus Laurent. in d. l. In quartam num. 207. & 208. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 27. num. 4. & sequent. Mantica de coniect. lib. 7. tit. 10. n. 7. Peregrin. de fideicommiss. articul. 49. num. 79. Mangil. d. quæst. 135. num. 32. plures citat Pereg. vbi proxime, Barbosa leg. Si mora D. solut matrimon. num. 102. cito ad propositum text. in l. Postulante 44. §. 1. D. ad Trebellian. l. Facta 63. §. Si hæres, l. Quidam ita 25. §. fin. l. Ita tamen D. eodem (uiac. in recit. d leg. In fideicommissariam, versiculo altera quæstio, Gotho Fredo in not. ad dict. §. Si hæres*, qui omnes illam scribunt rationem, quia fructus collecti per hæredem ex negligentia fideicōmissarij, non veniunt ex iudicio defuncti, sed illud, quod non venit ex iuditio defuncti, non cōputatur in quartam Trebellianicam *dict. §. Si hæres, dict. leg. In quartam in 2. part.* maxime, quia hæres dum non interpellatur per fideicommissarium post diem fideicōmissi cedentem, retinet dominium omnium rerum hæreditariarum *dict. leg. Facta, dict. leg. Restituta D. ad Trebellian.* ac proinde, iure optimo fructus ex ipsis percipere valet ratione dominij, *leg. Solum §. Meum D. Reiuendicatione*, plures citat, & sequitur *Giurba decis. 97. numer. 6.*

Nec.

Nec contra hãc resolutionem obstat textus *in l. Si mora ad fin. D. solut. matrim.* vbi probatur, quod maritus tenetur restituere fructus, quos ex rebus dotalibus percepit, etiã quando ex mora vxoris illos collegit, quia, omissis varijs intelligẽdi modis, sufficiat cum *insigni Barbosa*, respondere, cuius responsiones tãquam pandectæ obseruandæ sunt, saltem in nostra Lusitania, vbi floruit tam insignis vir, & primarius in nostra inclyta academia Conimbricensi, qui ibi *num. 98. & sequent.* respõdet, ideo maritum fructus ex rebus dotalibus restituere teneri, quia non habet dominium in dependens; sicut hæres, sed habet illud solummodo, vt onera dotalia ex fructibus sustineat; cum ergo soluto matrimonio cesset causa colligendi, & lucrandi fructus ex parte mariti, quantuncunque vxor sit negligens in recuperanda dote, sẽper maritus fructus restituere tenebitur, *Ruin. & Barbos. dict. num. 99.* vnde infert, quod si res dotales in terminis *d. l. Si mora*, fuissent traditæ marito æstimatæ, ita vt teneretur pretium vxori restituere, *iuxta l. Quoties Cod. de iure dot. leg. Æstimatis D. soluto matrimonio*, quia tunc cum dominium sit plene mariti, etiã post morã faciet fructus suos, *Barbosa proxime*.

Quæstio tamen est, an si fideicõmissarius sit absens, vel ignoret diem fideicommissi cessisse, teneatur hæres fructus ex rebus fideicõmissarijs restituere, in qua plures Doctores grauissimi partem tuentur affirmatiuam, quod teneatur hæres illos restituere, mouentur, quia in hoc casu, nulla culpa, aut negligentia imputari potest fideicommissario, argumento *cap. 2. de Constit. ita Paulus in d. §. Hæres, Ripa d. leg. In fideicommissariam, num. 10.* qui dicit communem *Gratus consil. 132. num. 7. lib. 2. post Bart. & alios in d. l. In fideicommissariam, Mangil. d. quæst. 125. nu. 32.* Sed contrariam sententiam tuentur alij, quam maximæ authoritatis viri, *Alexand. in d. l. In fideicommiss. num. 7. Aretin. cons. 155. num. 11. Barbos. dict. l. Si mora, num. 102. ad fin. Costa cap. Si pater gloss. obliqua numer. 57. Hieron. Gabriel. cons. 121. col. vltim. Peregrin. d. articul. 49. num. 84. Guid. decis. 25. numer. 7.* Et probatur hæc pars ex text. claro in *dict. l. In fideicommissariam*, vbi deciditur fructus non venire in restitutionem, nisi à tempore moræ hæredis, sed in hoc casu nulla mora datur ex parte hæredis, quin ipse est dominus hæreditatis, & iure dominij percipit fructus, nec tenetur tollere impedimentum, seu absentiam fideicommissarij, ad effectum, vt illum interpellet, igitur. Ad textum vero *in dict. §. Si hæres*, respondet *insignis Barbos. dict. num. 102. ad finem*, illum requirere negligentiam ex parte fideicommissarij, vt non solũ hæres liberetur à restitutione fructuum, sed etiam ab imputatione,

at vero in hoc casu venient imputandi, quia non datur culpa fideicommissarij, *dict leg. In fideicommissariam.*

Declaranda est regula prædicta ne procedat respectu fructuum, qui
86. colliguntur ex quarta Trebellianica, nam hæres nō solum quartam, sed etiam fructus ipsi correspondēdes retinere valet, vt probatur *ex d. l. Mulier §. Si hæres versicul. alia, leg. Ita tamen §. Hæres ex asse D ad Trebellian. l. Quod de bonis §. Fructus ad legem Falcid. leg. Fructus eodem titul. textus optimus in l. Cum quis §. Mulier D. dote prælegata, post ordinarios, Ripa d.l. In fideicommissariam nu.24. Peregr.d.artic. 49.num.53. & tom.1. consil.70.n.6. Mangil.d.quæst.125. numer. 29.* vbi alios citat, ratio est, quia quarta statim debetur hæredi a tempore mortis testatoris *leg. In quantitate D. ad leg. Falcid.* & dominium ipsius pertinet ad ipsum hæredem *leg. Cum hæredes D. acquir. possess. principium Institut. de hæredum qualitate*, sed constat fructus pertinere ad dominum *l. Herenius D. de vsuris, cum pluribus supra citatis*, igitur de primo, ad vltimum cōsequitur fructus perceptos ex rebus ad quartam pertinentibus, nec venire ad imputationem; nec esse restituēdos, de qua resolutione nemo est qui dubitet.

Controuertere solent scribentes, an si hæres grauatus sit creditor
87. testatoris grauantis ipsum hæredē post annos hæreditatem restituere, teneatur fructus ex rebus fideicommisso contentis perceptos, cū debito compensare, in qua controuersia negatiuā sententiam tenent cōmuniter Doctores *Bart. Ioannes de Immola Albericus Iacobus de Arenis in l. Mulier §. Cum proponeretur D. ad Trebell. Fulgosius consil.81. Boerius decisione 44.num.14. Alciat. consil. 172. lib. 9. Rolandus à Valle lib.2. consil.65.col.vltim. Hieronimus Gabriel consil. 124. Menoch. consil. 183. à num.38. Surdus decisione 62.num.22. & consil.7.num.23.* communis per *Peregrinum de fideicom.art.35.n.10.* vbi testatur se pro illa obtinuisse non semel, sed sæpissimè in causis grauissimis, *addo Monetam de commutat. vltim.vol.cap.9.num. 123. & sequenti*, ratio illa est, quia hæres potest detrahere ex hæreditate debita propria *l. Si hæres, Si, l. Lucius*, 88. *§. Filium, & §. Titia D. ad Trebell. l. 1. & 2. Cod. eodem, l. Vnica, §. Illo C. rei vxoriæ actione, l.2. §. Cum quis D. hæreditate, vel actione vendita.* Neque in hoc casu, etiam inuentario non confecto datur cōfusio, quia testator non censetur hæredem grauatū instituere animo compensandi, argumento *l. Creditorem D. legat.2. l. Si compensandi Cod. hæredibus instituend. de quibus Mantica lib.7. de coniectur. titul.8. à nu 15. Gabriel d.consil.124. Roland.dict.consil.65.num.13. Paris. consil,25. num.62. lib.2. plures per Peregrin.d.artic.35.nu.1. Surdus semper videndus decisione 224. à principio, & à num.12. & decis.92.num.6. & decis. 333.nu.*

88.

333. *num.* 19. *& consil.* 291. *num.* 11. *Moneta supra num.* 124. *optime Benedictus Pinel. lib.* 1. *selectarum cap.* 7. *à nu.* 6. *insignis Collega meus, & totius Lusitaniæ Atlas, ac supremus Conciliarius Motta ad l.* 3. §. *Res quæ, D. ad Trebell.* & videtur expresse probari, *ex l. Si debitore D. ad leg. Falcid.* vbi solum aliquid imputatur debitum, quando testator cauet expresse; Deinde, *ex leg. Quod de bonis* §. *Quod auus D. ad legem Falcid.* vbi in casu fortiori supponit Papinianus nepotem ab auo grauatum hæreditatē simpliciter restituere, non teneri fructus ab hæreditate perceptos post mortem aui cum debito compensare, igitur similiter illos nō tenebitur cōpensare hæres extraneus, facit etiam *l. Cum pater* 79. §. *Titio D. de legat.* 2. vbi prædicta compensatio admittitur ex speciali ratione, facit denique *l. Irritum leg. In imponenda C. ad l. Falcid.*

Contrarium tamen tenuere grauissimi Doctores, *Paulus Castrens. in d.* §. *Quod auus num.* 3. *Vincentius Herculanus, & Alex. ibidem, Ripa in d. leg. In fideicommissariam n.* 19. *Paris. d. consil.* 25. *n.* 65. *Antonius Natta. consil.* 321. *col.* 2. *Cuiac.* 13. *responsorū Papiniani, super d.* §. *Quod auus, & in*
88. *hanc inclinat insignis Barbos. in leg.* 1. *part.* 4. *D. soluto matrim. num.* 20. *& seq.* pro qua sententia expendunt *l. Mulier* 22. §. *Cum proponeretur D. ad Trebell.* vbi postquam Vlpianus demonstrauit mulierem posse fideicommissum diminuere, vt sibi dotem congruam constitueret, cōfestim limitat, nisi tantos fructus ex fideicommisso percepisset, qui dotem congruam replerent, quasi fructus necessario in debitum dotis adeo necessarium sint de rigore computandi; Secundo, *ex dict.* §. *Quod auus, versiculo, plane,* vbi aperte decidit Papinianus fructus medio tempore post mortem aui perceptos, esse cum debito tutellæ cōpensandos, ibi (*plane si conditio fideicommissi fuerit impleta, fructus hæreditatis post mortem aui percepti, pari pecunia debito tutelæ compensabūtur*) Tertio, *per textum in l. Imperator* 72. §. *Cum quidam D. legatis secundo,* vbi similiter proponitur patruus cohæres, & grauatus consobrinum hæredem facere in simul cum filijs, & tenetur consobrino tantam portionem relinquere, quantam percepit à testatore, compensatis fructibus quos percepit ex bonis, in quibus, à testatore fuit hæres institutus. Vltimo, *ex d. l. Cum pater* 79. §. *Titio D. legatis* 2. vbi Mæuius debitor erat Titio Seianæ hæreditatis, & ipsum Titium hæredem à se scriptum grauauit, vt tam suā, quā Seianam hæreditatem sempronio restitueret, & inquit Papinianus, Titium teneri compensare in debitum Seianę hęreditatis fructus omnes, quos ex fideicommisso percepit; igitur dicendum videtur cum supra citatis Doctoribus, fructus semper esse cum debito compensandos.

Quibus fundamentis non refragantibus communis ſententia ve-
89 riſsima eſt ex iuribus, & rationibus ibi adductis; Neque obſtant prædicta contrariæ fundamenta, nam ad primum *de d.l. Mulier*, §. *Cum proponeretur ad Trebellianum*, varie reſpondent Doctores, *gloſ. vltim. ibi* exiſtimat, ideo ibidem fieri imputationem fructuum, quia dos non eſt verum debitum, ſed quid quaſi debitum, cum qua tranſit *Menoch. conſil.* 183. *n.* 51. *Gabriel d. conſil.* 124. *à num.* 6. Sed non eſt admitendus prædictus ſenſus, cum certum ſit, dotem eſſe debitum neceſſarium, & legale, *iuxta l. Qui liberos D. ritu nuptiarum, l. vlt. Cod. dotis promiſſ. & quæ inſignis Barboſa l. 1. D. ſoluto matrimonio 4. part. à num. 4. Cald. forenſ. quæſt.* 18. *Paſchal. de patr. poteſt 2. p. cap.* 6. maxime, quia Iureconſultus *in d.* §. *Cum proponeretur*, non ducitur ex eo, quod dos ſit debita, hoc, vel illo modo, vt infra patefiet; Secundo loco, *Benedictus Pinellus lib. 1. ſelect. cap.* 7. *à num.* 15 diſtinguit inter dotem iam certam, & promiſſam per patrem, & inter illam quæ licet ſit debita, tamen adhuc inefficax eſt, quia pendet ex matrimonio cō trahendo (nam dos non debetur ſine matrimonio, *l.* 3. *D. de iure dotiū*) ita vt, in primo caſu, cum dos ſit certa, minime ſint fructus imputādi, iuxta communē ſententiam ſuprapoſitam, In ſecundo vero caſu, recte veniant imputandi, quia cum hoc, debitum non fuiſſet contractū in vita patris, non poteſt conſiderari tanquam æs alienum; in hoc collocat *Pinelus* ipſe totum fundamentum ſuæ interpretationis, quā ipſe deſumpſit ex præceptore quē audiuit ſic dictantem in noſtra inclita Vniuerſitate; *ad d.* §. *Res, quæ*, ſed ſalua pace, prædicto intellectui nō acquieſco, quia ſi recte perpēdatur mens Iurecoſulti alio tendit, nō autē ad diſtinctionē ſupra excogitatam, nulla enim ratio, nec etiā colorata aſsignari poſt differentiæ, inter dotem debitam poteſt mortem patris, vel debitam in vita ſua, quia certum eſt vtroq; caſu debitū procedere à perſona ipſius, ſi enim nō procederet ab illo, non poſſet fideicommiſſum ratione dotis defalcari per filiam, vt idem textus inducit in principio, præſertim, quia debitum conditionale impleta conditione nil difert à debito puro a principio, *ex l. Generaliter* §. *fin. D. qui & à quibus*, Aliam interpretationem ſequitur *Barboſa d. 4. part. num.* 21. aliam ſcribit *Mangilius de imputat. quæſt.* 125. *num.* 43. aliam *Peregr. d. artic.* 35. *num.* 10. ſed nulla ſatisfacit, Ideo dicendum exiſtimo hanc quæſtionem coniecturalem eſſe, ſtā vt in dubio, ſi hæres, & inſimul creditor ex rebus fideicōmiſſarijs fructus percipiat, ex vi grauaminis nullo modo teneatur fructus cum
90 debito compenſare, cum à principio poſſet debitū ſibi aſſumere ex ipſa hæreditate, iuxta iura, & rationes de quibus ſupra pro communi ſenten-

sententia, quæ in his tantum terminis procedit; Vnde si aliqua detur cõiectura, ex qua colligatur testatorem censisse de compensandis fructibus cum debito, ipsi coniecturæ adhærendum est, quam ad frontem dari in terminis *d.* §. *Cum proponeretur*, conijcio ex eo, quia in textu filia fuit hæres instituta, & grauata, si sine liberis decederet, Titio hæreditatem restituere, posset ipsa filia ex fideicommisso cõgruam dotem poterat desumere contra voluntatem patris, qui totã hæreditatem iussit Titio restitui; Vnde vt minus offendatur prædicta uolũtas, inquit Vlpianus fructus computandos in dotem, pro concurrente quantitate dotis de nouo emergentis, de qua pater non cogitauit. Nec replices de illis verbis ibi (*quod, & mulieris pudicitia, & patris voto congruebat*) quasi hæc dotis deductio fiat secundum coniecturam paterni voti, quia si recte attẽdas prædicta verba non arguunt voluntatem patris, sed tantum cõgruentiam, contra voluntatem, ac proinde, vt quoad fieri possit, obseruetur, ellicitur coniectura de fructibus in dotem compensandis; Nec etiam secundo rederguas hũc nostrum intellectum, *ex l. Si debitor 12. D. ad l. Falcid.* vbi videtur probari solum hãc compensationem esse admitendam, quando testator hoc expresse disponat, quia aduertas quæso, maxime differre cõpensationem, de qua *in d. l. Si debitor*, à compensatione, de qua loquimur, quia illa est de debito ad Falcidiã, quæ maxime priuilegiata est, ne in eam imputetur, nisi acceptum iure hæreditario, vt late supra cap. 2. diximus, at vero compẽsatio de qua loquimur, est de debito ad fructus, in quibus nihil est impedimento, vt compensentur, si detur quæcunque coniectura ex parte testatoris; & confirmatur amplius hæc differentia, quia in terminis *d. l. Si debitor*, quantuncunque reperiatur voluntas testatoris expressa, vt debitum cum Falcidia compensetur, nõ admititur compensatio ipso iure, sed opposita doli exceptione, vt constat ex textu, nostra vero compensatio de fructibus ad debitum fiet ipso iure, vt insinuat *d.* §. *Cum proponeretur*, quia solum ex voluntate defuncti quocunque modo coniecturata dependet.

Ad secundum fundamentum, de *textu difficili in d. l. Quod de bonis*, §. *Quod autem*, *Bart. ibi*, & alij, quos sequitur *insignis Barbosa d. 4. parte l. 1. num. 22.* respondent textum de plano procedere, quia regulare est, quod fructus percepti iuuitio testatoris debeant computari in æs alienum, rationem ponunt in eo, quia cum illud debitu sit confusum mero iure, facile fructus in illud imputantur, cum æris alieni deductio iure speciali permitatur, *l. In imponendo l. Irritum Cod. ad legem Falcid.* sed hæc ratio decidendi nõ placuit *insigni viro Mosca in manuscriptis ad dict.* § 91.

dict. §. *Res, quæ,* Nec etiam *Pinelo eius discipulo d.cap.*7. *à num.*7. ex eo, quia certum est ante omnia deduci ex ipsa hæreditate æs alienum, *leg. Papinianus* §. *Quarta D. inofficioso testam. l. Et sine scriptura Cod. ad Trebellian. l. Non amplius D. legat. primo,* maxime, quia in dubio fructus ex fideicommisso percepti iuditio testatoris cedunt lucro hæredis; nec compensatio est admitenda, vt cōmunis recte contendit; Quare præceptores *in d.* §. *Res, quæ,* quos sectatur *Pinelus d.cap.*7. *num.*9. *Peregrin. d.artic.*35. *num.*11. *Menoch. d.consil.* 183. *num.*51. *Alciatus respons.*648. *num.*1. *Gabriel. d. consil.* 124. *num.*8. recte aduertunt, ideo fructus ibi cōpensari cum debito, quia satis colligitur ex voluntate defuncti talem fieri compensationem voluisse, ex eo, quia grauauit nepotem hæredē restituere, non solum bona, in quibus auus illum scripsit hæredē, sed etiam propria, & cum materia cōpensationis sit coniecturalis, vt supra tetigimus, & in illo textu vehemens appareat coniectura ex forma grauaminis, ex qua motus fuit Papinianus, ad proferendum responsum illud, ad quod non aduertit *Cuiac. lib.* 13. *respons. Papiniani, ibi* transit enim sico pede; sed occurrit *Goueanus diligentissimus. Lusitanus de more, ibidem.*

Vnde iam facilis redditur intellectus, & responsio *ad textum in d. l. Cum pater* §. *Titio D. legatis* 2. vbi eadem forma grauaminis propo- 92.

nitur, quæ *in d.* §. *Quod auus,* & ideo fructus ibi cum debito compensantur, propter apparentem coniecturam deductam ex forma grauaminis, vbi iam notauit *Bart.* quem refert & sequitur *Peregrin. d. artic.* 35. *num.* 11. *& articul.* 49. *numer.* 34. post *gloss. in l. Cohæredi* §. *Cum filia D de vulgari, præceptores ad d.* §. *Res, quæ, Gabriel. d. num.* 8. *Menoch. supra num.* 45. Nam cum testator vellet, vt hæres restitueret Sempronio, tā propriam testatoris hæreditatem, quam Scianam, in qua hæres creditor erat, quod nullo modo obseruari poterat, nisi fructus compensarentur, & ideo merito prædicta compensatio admissa fuit ibidem, per *Papinianum d.* §. *Titio,* ex voluntate testatoris sic collecta, ex modo grauaminis; Quare cauendum est *à Cuiac. lib.* 8. *respons. Papin. super d.* §. *Titio,* dum ait responsum Papiniani *in d.* §. *Titio, vsque ad versicul. plane,* niti tantum æquitate, quod stare nequit cum resolutione supra scripta.

Vltimo, iam parum negotium facescit responsio *ad l. Imperator* §. *Cum quidam D. legat.* 2. vbi Papinianus supponit fructus augere fideicommissum, quādo hæreditas patrui excedit valorem fideicommissi à primo testatore patri relicti, (omitto quæstionē, de qua per Doctores ibi, *& in l. Filius famil.* §. *Ut quis hæredem D. de legat.* 1. quando valeat grauamen vt quis alterum hæredem scribat *de qua Cuiac.* 20. 9

quæst.

quæst. Pap. ibidem Pinel. 1. select. c. 1.) suppositā tamen validitate, vt plenius voluntas testatoris adimpleatur in maiori quantitate bonorum fratris grauati, consobrinum hæredem insimul cum filijs, pro æquali portione relinquit, recurrit Papinianus ad coniecturam voluntatis testatoris, secundum quam, vt non minor portio filio fideicōmissario, quam a patre testatore fuit designata, restitueretur, rationem totius emolumenti, & fructuum considerandam decidit consultus, vt optime *contra Cumanum tenet Costa in cap. Si pater, glossa personis numer. 28. Peregrin. dict. articul. 35. num. 11.* & comprobatur ex eo, quia attēta rei natura testator potest grauare hæredem, seu legatarium, vsq; ad emolumentum, non solū rei legatæ, & totius hæreditatis, sed etiam fructuum medio tempore perceptorū, *l. 3. §. Iulianus D. de legat. 3. l. Filius famil. 117. §. 1. D. de legatis 1.* cum alijs citatis *à Peregrino de fideicommiss. artic. 33. num. 34. & num. 40. Faber de coniect. lib. 17. cap. 6.* ex quibus nihil mirum, si fructuum habeatur ratio in terminis *dict. §. Cum quidam*, cuius hic est verissimus sensus; vt vltra supra citatos, optime expendit *Menoch. d. consil. 183. num. 47. præceptores in d. §. Res, quæ, Mantica lib. 7. de coniect. tit. 10. n. 19.* quibus ducibus satis remanet defensa cōmunis sententia; Quæ tamen limitanda est, quando constiterit de mente testatoris, se velle admitere cōpensationē fructuum, prout colligitur, *ex d. §. Quod auus, & ex d. §. Tertio*, cū supracitatis, in quibus terminis rectē docent Doctores supra relati *n. 88.* quos sequitur *insignis Barb. d. 4. part. 4. D. sol. matr. n. 21.* & nō solū in hæredibus extrancis, sed etiā in filijs grauatis comprobat *Surdus decisione 21. per totam. Moneta de comut. de volunt. cap. 9. num. 123.*

Similiter etiam, & a fortiori tenebitur hæres debitum cum quarta siue Falcidia, siue Trebellianica compensare, quando testator expresse cauerit, ne hæres debitū pdat, etiam in casu, quo debitum excedat quartā, & fructus ex rebus hereditarijs collectos, quod euincit decisio, *l. Si debitor 12. D. ad l. Falcid.* & colligitur *ex d. §. Tertio, vers. plane, ibi Falcidiam compensationi sufficere*) quasi textus dicat, quod licet debitum sit maius Falcidia, tamē si hæres acceptet hæreditatem, nihil amplius ex debito petere possit. Ratio est, quia hoc casu non datur cōpensatio, prout in superiori, quæ solum datur de æquali, ad æqualem quantitatem, *dict. §. Quod auus ibi (pari pecunia)* iuncto §. *Compensationes Institut. de actionibus*; sed datur tantum onus hæredi impositum in testamento, vnde si hæres adeat, necessario ei satisfacere tenetur, siue plus, siue minus consequatur ex quarta, quam in debito continebatur, imputet enim sibi hæres, qui in tempestiue hæreditatem acceptauit, quo facto, tanti videtur 94.

quartā

quartam̄ æstimare, quanti fuerit in debito, argumento *textus, in d.l. Imperator* §. *Centum D. legat.* 2. *l. Sed si non seruus* 36. *D. ad leg. Falcid. prosequitur Natta consil.* 116. *numer.* 3. *Peregrin. articul.* 35. *num.* 4. & forte hanc ob causam ait *textus in dict.* §. *Titio*, iniquitatem occurrere hoc casu, quasi testator contra æquitatem faciat, prohibendo hæredem petere suum debitū, cum per hanc viam possit creditor suo debito defraudari, & magis dicatur grauatus quam honoratus, *contra regulam l. Filius famil.* 117. §. *apud Marcellū D. de leg.* 1. *d.l. Imperator* §. *Cum quidam*, tolleratur tamen à lege in hoc casu, quia hæres adeundo hæreditatem, videtur aprobare prædictū onus, sibique solum debet omne damnum imputare, neq; post aditionem ex debito amplius agere potest, vt recte scribit *Alexand. nu.* 2. *ind.* §. *Quod auus, ad fin.* & hoc est in causa, propter quam *d.* §. *Titio*, ait prudentius facturum hæredem, si hæreditatem repudiauerit, si autem fuerit legitimus, licet petat hæreditatem ab intestato, nullo modo incidet in edictum *si quis omissa causa testamenti*, quia in edictū illud solū incidit ille, qui dolo desijt adire hæreditatē *per text. inl. Qui autem* 6. *in principio, & in* §. *Si patronus D. illo tit. si quis omissa causa testam.* post ardinarios ibi prosequitur *Cuiac.* 8. *respons. Papiniani super d.* §. *Titio*, & 13. *respons. eiusdē super d.* §. *Quod auus Donel.* 3. *comentar. cap.* 8. §. *penult.*

Hucusq; de hæ edibus extraneis, restat solum de filijs tractare circa imputationem fructuum in legitimam, vel Trebellianica; circa quos imprimis aduertendum est, attento tempore antiquo Digestorum, filios teneri imputare in quartam, siue legitimam, siue Trebellianicā fructus collectos iudicio defuncti ex fideicommisso conditionali, vt constat *ex leg. Papinianus* §. *Unde si quis D. inofficioso testam. vbi post Bart.* & alios ordinarios prosequitur *Cuiac. in solemnibus recitationibus*, *Peregrin. de fideicom. articul.* 49. *num.* 39. & ante eos *Paulus Castrensis in leg. Scimus Cod. inofficioso nu.* 8. & 9. vbi tria tempora considerat, primum de iure antiquo Digestorum, *d.* §. *Unde si quis*, vbi filij imputabant in quartam, siue legitimam, siue Trebellianicam (illo enim tepore semper vna in aliam computabatur, vt omnes fatentur) fructus perceptos iudicio defuncti, ex rebus in fideicommisso contentis, ita vt, si sufficerent ad satisfactionem quartæ, nullo modo res hæreditariæ diminuebantur. Secūdum tempus fuit constitutionis *l. Iubemus C. ad Trebellianum*, (quam omnes dicunt cōditam fuisse per Zenonem, & *solus Paulus* illam tribuit Theodosio) per quam fuit constitutum in fauorem filiorum, vt tantum filij primi gradus non tenerentur fructus in suam quartam imputare, (quæ illo tempore, æqualiter Trebellianica, erat ac legitima) de hoc priuilegio testantur

95.

testantur omnes, ita vt etiam procedat, quando filius vltra quartam percepit legitimam, *Fachineus lib. 5. controu. cap. 9. Mangilus quæstion. 125. num. 4.* Tertium denique tempus fuit, Iustiniani, qui *in l. Scimus, §. Repletionē, C. inofficioso* constituit, *post legem quoniam in prioribus*, vbi grauamina a legitima reprobauit, vt etiam legitima ex ipsa substantia patris, & rebus ipsis, non autem ex fructibus fideicōmissi conditionalis deduceretur, *Cost. in cap. Si pater glossa priuare, num. 37. & sequenti, Surd. consil. 138. num. 76. Menoch. consil. 1149. num. 25. optime prosequitur Mangilius d. quæst. 125. num. 36.* vbi multos refert, *Surd. decisione 21. numer. 10. & num. 20.* Qua distinctione sic præcognita, iam certum est filios non teneri hodie in legitimam computare fructus collectos ex fideicommisso conditionali, licet illos percipiant ex iuditio testatoris, *iuxta dict. §. Repletionem*, iuncta communi Doctorum resolutione, de quibus supra proxime, licet tempore antiquo Digestorum, aliud obseruaretur, *iuxta dict. leg. Papinianus, §. Vnde si quis D. inofficioso*, cuius decisio abrogata est *per dict. §. Repletionem, Paul. consilio 88. & Cuiac. dict. locis Laurentius in leg. In fideicommissariā D. ad Trebellian. num. 89. vbi Ripa numer. 39. & 46.* quos sequitur *insignis Barbosa in manuscriptis ibi nu. 17.*

Illud sane maxime controuersum est. Vtrum quemadmodum filij non tenentur fructus computare in legitimam, (quia de Trebel 96.
lianica statim dicemus) attenta decisione *dict. §. Repletionem*, ita etiam affirmandum sit de parentibus a filijs grauatis fideicommisso conditionali, in qua controuersia duæ sententiæ communes contrariæ reperiuntur, vtraque enim pro se habet insignem præceptorem, Prima negatiuam, quæ contendit fructus in legitimam non esse imputandos late defendit post alios *subtilis à Costa dict. glossa, priuare, num. 38. versiculo, sed profecto*, quæ satis videtur comprobari *ex textu, in Authē-tico, vt cum de appellatione cognoscitur, §. Hæc autem disposuimus, iuncto §. Cæterum, quæ idem Costa expendit vbi proxime, & num. 35. iuncta lege Nam & si parentibus D. inofficioso testament.* dum legitimam parentum, & filiorum æqualiter esse metiendam determinat; plures alios Doctores citat supra *in prima parte num. 118.* sequitur *Barbosa vbi proxime cum Vicentio column. 6. Laurentio nu. 69. in d. lege In fideicommissariā*, itaq; iam hodie, quoad legitimam videtur, quod, non possit dari altercatio circa fructuum computationem, iuxta proxime dicta, cum qua, communem dicēs transit *Peregrin. dict. articul. 49. num. 47. & 49.*

Verum tamen fateor contrariū tenuisse aliam cōmunem sententiā, 97.
vt ex *Alex. ind. leg. In fideicommissariam, num. 4. Fabian. in Authentica nouissima Codice inofficioso nu. 112.*

Cucus tractatus de legitima §. Ex substantia nu.44. Rolandus libro 3. consil. 39. num.23, Caphalus consilio 598. num.8. Petra de fideicommissis quæst. 15. num.80. Crassus §. Trebellianica quæstione 11. in fine, Menochius casu. 256. numer.49. Surdus decisione 21. num. 12. & ex infinitis, quos refert *Peregrin. proxime, à num.43.* quibus accedit *Bald. & alij per Costa d. num. 38.* & additur *Mangilius de imput. quæstione 125. num. 38.* quem semper vide cōtra communem, quam refert *num.37. Ioseph. leg. Cum auus de conditionibus lib. 1. cap.9. num. 15. & sequentibus, Suares leg. Quoniam ampliatione 16. num. 5. sequitur Lourenço dict. l. Cum auus*, per textum *dict. leg. Iubemus*, quatenus denegat extentionem ad alias personas diuersas ab illis, quæ ibi recensentur, & per textum *in leg. Filius famil.* 18. *D. ad leg. Falcidam*, vbi fructus in legitimam parentum imputantur, qui textus non reperitur correctus.

Sed absque dubio prior sententia *Costæ Barbos. & aliorum* verior
98. est; quia supposita identitate iuris in vna, & altera legitima tam filiorum, quam parentum, necessario resoluendum est, decisionem *textus in l. Scimus §. Repletionem C. inoffic. testament.* dum fructus ab imputatione separat, in vtraque procedere; Nec communi rettenta, ob stant fundamenta contrariæ, Nam ad primum *dict. l. Iubemus*, satisfit, si dicas, loqui in Trebellianica, in qua aliæ regulæ longe diuersæ militant, vt satis supradictum est, & ideo ex ea, tanquam à separato nō posse argui, *iuxta l. Papinianus D. de minoribus*; Vel etiam respondē, idem in Trebellianica admitendū esse, nisi specialiter Imperator *dict. l. Iubemus*, declarasset nequaquam decisionem illam ad alias personas esse trahendam; Ad secundum de *textu in dict. leg. Filius famil.* sufficit aduertere procedere tempore antiquo Digestorum, quo in omnem quartam fructus imputabantur, sed post nouam Imperatoris decisionē *d. §. Repletionem*, iam non habere locum, vt colligitur *ex Costa Barb.* & alijs citatis locis.

Circa Trebellianicam etiam resoluendum est, quod tempore antiquo Digestorum fructus in illam 99.
imputabantur, *per dict. §. Vnde, si quis*, (supposito quod vna quarta in aliam computabatur, vt omnes attento illo tempore fatentur,) qui textus loquitur de filijs, & descendentibus, de ascendentibus *est textus in leg. Filius familias* 18. *§. finali D. ad legem Falcidiam*, ita vt, si illo tempore fuissent grauati fideicommisso conditionali, tam filij, quam parentes, tenebātur in quartam fructus imputare, pro vt fatetur cōmunis sententia, de qua *Costa d. glossa, priuare, num.* 38. *in principio*, quæ etiam hodie, non solum in Trebellianica, sed etiā in legitima esse obseruandam decisionem *d. l. Filius fam. §.* 1. contendit, sed im me

rito,

rito, quia quoad legitimam altera-
ta est illius dispositio *per d.* §. *Repleti-
onem*, qui etiam in legitima parē-
tum procedit; vt proxime *cum Cost.*
& alijs, quos ipse refert, diximus?
Quo ad Trebellianicam vero, po-
test esse dubium, quia *per legem Iu-
bemus*, *Cod. ad Trebellianum*, quarta
Trebellianica ex rebus ipsis hære-
ditarijs filijs est reficienda, vt om-
nes vnanimiter fatentur, & reuoca-
ta est decisio *d.* §. *Vnde si quis*, quo
ad filios primi gradus, vt omnes ibi
aduertunt, maxime *Cuiac. ibidem*,
ergo etiā Trebellianica parentū ex
ipsis rebus auferēda videtur prop-
ter reciprocam naturam, vt supra
resoluimus, *circa d.* §. *Repletionem.*

Sed hac consideratione non ob-
100. stante dicendum est, quod si ascen-
93. dens proponatur grauatus à desce-
dente per fideicommissum condi-
tionale, & medio tempore pendē-
tis conditionis, tantos fructus per-
cipiat, qui sufficiant ad complemē-
tum quartæ, & ipsius fructuū, quod
in illam sunt imputandi, nec res
101 hæreditarias prætextu Trebellia-
cæ poterit defalcare, ratio est, quia
priuilegium *legis Iubemus*, solum
fuit concessum in fauorem spe-
cialem filiorum primi gradus, ex
illa ratione, ne fragilem satisfa-
ctionem fructuum ipsi percipiant,
pro satisfactione suæ quartæ, quam
ex bonis paternis ad similitudinem
legitimæ ibi deducendam consti-
tuitur, *secundum Cæsarem dict. l. In
quartam nu.* 211. in quo gradu non
ver santur ascendentes, quia sunt in
gradu superiori, non autem infe-
riori liberorum, *nec dict. l. Iubemus*,
illos comprehendit, *per* §. *fin. ibidem*
& in hac quarta Trebellianica ve-
rum docet communis sententia, de
qua *Cost. vbi supra*, *per d. l. Filius fa-
milias* §. 1: quia textus ille propric
loquitur de Trebellianica, & si ca-
sus accidat per illū est decidendus,
quia adhuc est in sua viridi obser-
uantia, nec etiam reperitur circa
parētes aliud decisum in contrariū,
quia *dict. leg. Iubemus*, non compre-
hendit ascendentes, vt modo pro-
batum est, & hanc nostram senten-
tiam tenet *Picus in leg. In quartam
ad legem Falcidiam*, *num.* 234. *Pau-
lus in dict. leg. Iubemus*, *numer.* 1. *in
fine*, *Ripa*, qui dicit communem, *in
l. In fideicommissariam num.* 31. *D.
ad Trebellian. Suar. ad leg. Quoniam
in prioribus Cod. inofficioso ampliat.* 16.
numer. 5. *Peregrin. de fideicommiss.
articul.* 49. *numer.* 45. *Caldas forens.
quæstione* 28. *num.* 11. *& ad* §. *Sed
hæc Instit. de inofficios. num.* 67. sem-
per videndus, *Mangil. post multos*,
quos refert *d. quæst.* 125. *num.* 104.
Cæsar ad l. In quartam num. 220. &
confirmari potest hęc pars, ex reso-
lutis *per Surdum in l. Cū auus D. cōdit.
& demonst. n.* 15. *& sequēti*, vbi secure
resolūit conditionem facitam à le-
ge subintellectam, si suis liberis,
d. l. Cum auus, *l. Cum accurssimi*, *Cod.
fideicommiss.* non intelligi, si pater
proponatur à filio grauatus, quam
resolutione cōmuniter recepta sit,

Costa in cap. Si pater glossa, si absque liberis, num. 6. Peregrin. dict. numer. 45. Caldas dict. §. Sed hæc num. 68. Menoch. libro 4. præsumptione 89. numer. 12. vbi excellenter hoc comprobat, & declarat, addo *insignem præceptorem Lourenço in eadem leg. Cum auus*; Nec obstat supra relatum fundamentū, quia solum concludit eādem legitimam,& quartā parentibus deberi, quæ filijs impartitur, *vt per Costa, & alios supra citatos*, sed inde non concluditur parētes eodem, quo filios potiri priuilegio, circa fructus non imputandos in Trebellianicam, *iuxta dicta leg. Iubemus*, §. *final.* & quæ statim disputabimus.

Discutiunt Doctores, vtrum priuilegium *dict. leg. Iubemus*, extendatur quando filij sunt grauati restituere alijs personis præter filios primi gradus, & resolutiue dicendum est, etiam in hoc casu procedere *d. leg. Iubemus*, nec extendi ad alias personas præter ibi enumeratas, id est filios primi gradus, non obstan-
101. te §. *vltim. eiusdem leg.* vbi Imperator prohibet extentionem illius legis vltra personas de quibus ibi meminit, quia mentio illa intelligenda est de personis grauatis, non vero de honoratis, quibus. restitutio facienda est, vt habet cōmunis sententia *cum glossa in leg. Quod de bonis* §. *Quod auus D. ad legem Falcidiam, Bart. Paul. Bald. in dict. l. Iubemus, Salicetus, & alij, vt per Gosadin. consil. 81. num. 15. Paris. lib. 2. consilio 36. num. 24. Roland. lib. 1. consil. 30. num. 1. Cephalus consil. 153. num. 18. Couarru. in cap. Raynucius* §. 11. *num. 4. Caldas forens. quæst. 28. num. 10. versiculo, verum, Fachin. controuers. lib. 5. cap. 10. Menoch. casu 256. num. 34. Mangil. quæstione 125. num. 6. Barbosa in manuscriptis ad dict. l. Indeicommissariam numer. 16.* optime *Peregrin. dict. articul. 3. num. 114. & articul. 49. num. 55.* vbi citat ad proposītum *dict. cap. Raynucius, versic. in eo*, sed inepte, quia longe diuersus est sensus, *d. versiculi vt supra nu. 70. diximus*, est tamen opinio *Peregrini* verisima, & communis, vt per *Torniellum ad dict. l. In quartam, num. 27. & ibi Cæsar num. 210. Ripa dict. leg. In fideicommissariam nu. 29. Hieronimus Gabriel. consil. 93. num. 3. Guter. leg. Nemo potest num. 311. Faber. dec ad. 11. error. 5. & sequentibus.* Vnde licet filius teneatur extraneo restituere, adhuc procedit priuilegium *dict. leg. Iubemus*, nec dicitur fieri extentio ad alias personas.

Fateor tamen non de fuisse plures, & grauissimos Doctores, qui 102
cōtrarium tenuere, quos refert *Peregr. d. num. 114. versiculo contra vero Fulgos. Cuman. Riminald. de quibus per Hondedus consil. 63. n. 114.* & plures alij, de quibus *Fachineus d. c. 10. versicul. 2. Alex. & Claud. in d. l. In fideicom. Cæsar vbi supra n. 220. Gothofred. in d. l. Iubemus litera, L, præceptores ad c. Raynutius supra*, ita vt si filij sint grauati restituere extraneis, tūc fruct' in quartā teneātur imputare;

idque

idque ex decisione *dict.* §. *vltim. l. Iubemus*, dum habet ne fiat extentio vltra personas, & casus decisos *in d. leg. Iubemus*. Sed casus decisus, & personæ enumeratæ sunt tantum, quando filij primi gradus tenentur restituere fratribus adinuicem grauatis, & honoratis, igitur; Sed absque dubio, prior sententia verior est, & in iuditijs receptior, *per Peregrin. d. num.* 114.

Nec obstat ponderatio *d.* §. *vlt.* quia satis euitatur ex prima consi- 103.
deratione magis cõmunis sententiæ, dum recte contendit decisionem, & priuilegium *dict. leg. Iubemus*, non esse extendendum vltra personas, & casus, respectu personarum, quæ à testatore grauantur, non autem respectu aliarum, quibus fideicommissum relinquitur, vnde, quando filij sunt grauati restituere extraneis, adhuc non tenẽtur imputare fructus in quartã Trebellianicam, nec etiam in Falcidiã, vt constat *ex dict. leg. Iubemus*, Et confirmatur ex ratione euidenti, certum est enim semper parentes magis diligere filios, quam extraneos, *ex regula l. Cum acutissimi Cod. de fideicommiss. & leg. Generaliter* §. *Cum autem Cod. Instituit. & substitut.* sed si priuilegium *dict. leg. Iubemus*, denegaretur filijs, quãdo extraneis tenentur restituere, vt contendebat posterior sententia, iam extranei fideicommissarij manerẽt præstantioris conditionis, quam filij fideicommissarij, quia quando fideicommissum filijs esset restituendum, non tenetur filius grauatus fructus in quartam imputare, *dict. leg. Iubemus*, sed quando extraneis, necessario illos imputaret, quod est absurdum, & ideo semper magis communis sententia amplectenda est; Nec pro secunda sententia cõsiderari potest, quod *dict. leg. Iubemus*, est correctoria ad *text. in leg. Papinianus* §. *Vnde si quis D. in officioso, & ad l. In fideicommissariã, versiculo, plane, D. ad Trebellianum*, ergo quantuncunque detur æqualitas, seu etiam maioritas rationis, non potest fieri extentio; maxime, quia licet responsio supra dicta euitet, efficaciam verbi, *personis*, de quo *in dict.* §. *final*, referendo illud ad grauatas, non autem ad honoratas; tamen nõ satisfacit verbo, *casibus*, de quo ibidem, patet *ex dict.* §. *final*, ibi (*non vlterius quam in his personis, & casibus, quorum supra mentio facta est*) vbi verbum illud, *casibus*, non patitur supradictã responsionem? Quia plene satisfacies, si dicas cum *Ripa in dict. leg. In fideicommissariam num.* 29. *& Peregrin. dict. articul.* 49. *num.* 57. verbum, *casibus*, non esse referendum ad principalem decisionem, de qua in principio *dict. leg. Iubemus*, sed ad casus satisdationis, de quibus agitur in §. Immediato, *eiusdem legis*, incipit, *in supradictis*, qui aliam materiam continet diuersam, vt intuenti constabit, & tenent supracitati, transit *Cuiac. in d. l. Iubemus*.

Supereſt perquirendum vtrum priuilegium *d. l. Iubemus* concedatur generaliter omnibus filijs, non ſolum naturalibus legitimis, de quibus hucuſque egimus, ſed etiam adoptiuis, & adrogatis, ſiue etiam legitimatis, ſiue naturalibus tantū,
104. & primo limine ſe offert diſcutere circa legitimatos per reſcriptum, (nam de legitimatis per matrimonium non eſt contentio, quia vere ſunt legitimi, *ex cap. Tanta qui filij ſint legitim.* plures citamus *in* 1 *part. num.* 525. quibus adde *Sarmiento lib.* 1 *ſelectar. cap.* 6. *&* 7. *& lib.* 7. *cap.* 4. *Ceuall. commun. contr. quæſt.* 193. *& quæſt.* 591. *Gratian. for. cap.* 653. *Peregrin. tom.* 3 *conſil.* 1. *nu.* 3. in p ædicta quæſtione, pars affirmatiua probatur, quia *d. l. Iubemus*, procedit in omnibus filijs, qui pro legitimis à lege reputantur, ſed legitimati per reſcriptum habentur a lege pro legitimis, quando ſunt vere & proprie legitimati; igitur? Maior eſt nota apud omnes ſcribentes *in d. l. Iubemus*, minor ſatis probatur, *ex Authentico, quibus modis naturales effic. legit. §. Sit igitur licentia collation.* 6. (*ibi nihil à leginimis filijs differentes,*) *& in Authentico quibus modis ſui, §. Illud*, Doctores citamus ſupra 1. *part. num.* 518. *& ſequenti*, & in terminis hanc noſtram reſolutionem tenent, *Alexand. in l. Ex facto §. quis rogatus num.* 29. *D. ad Trebell. Franciſcus à Ripa in repetitione l. Nemo poteſt de legat.* 1. *nu.* 54. *Tiberius Decian. lib.* 2. *conſil.* 49. vbi teſtatur pro ſe iudicatum, ſequitur *Peregr. d. art.* 3. *num.* 115. *& art.* 23. *num.* 28. *verſiculo, item diſpoſitio, Ioannes Antonius Mangilius d. quæſt.* 125. *num.* 11. faciunt reſoluta per *Caldas ad §. Sor or Inſtitut. de inofficioſo teſtamento, num.* 36.

Sed non defuere multi, grauiſſimiq; Doctores, qui contrariā ſententiam ſint ſequuti, primus fuit *Angelus in d. l. Iubemus*, & plures, 105.
quos citat, & ſequitur *Gabriel. commun. titulo, ad Trebell. concluſ.* 1. *nu.* 16. & in eodem caſu quo conſuluit *Decianus*, pro prima ſententia, conſuluit pro iſta contraria *Menochius lib.* 2. *conſil.* 164. *nu.* 34. *& lib.* 3 *conſil.* 272. *num.* 34. qui ſequentibus mouentur rationibus, & primo, authoritate Imperatoris in *Authentico, quibus modis naturales efficiantur ſui, §. Filium*, vbi legitimatus per reſcriptum principis, nō fit legitimus. quoad fratres, & alios vlteriores, ſed tantum, quoad patrem, igitur in legitimato verificari nō poteſt decilio *d. l. Iubemus*; ſecundo, quia priuilegium Zenonis conceſſum eſt contra regulā *l. Papinianus §. Unde ſi quis D. inofficioſo teſtam.* vt ſcilicet filij primi gradus non computent fructus in Trebellianicam, ſed ſtatutum, ſeu lex exorbitans, quæ loquitur de, filijs non verificatur in filijs legitimatis, vt reſoluunt *Tiraq. in l. Si vnquam verbo, ſuſceperit liberos num.* 20. *Menochius* vbi ſupra *nu.* 36. *Cæſar d. l. In quartam num.* 213. *argumento textus*, vbi gloſſa *in l. vlt. Cod. his*

qui

qui veniam ætatis, Rolandus tom. 2. consil. 100. nu. 35. Thesaurus decision. 63. num. 1. & 2. Mantica de coniect. lib. 3. titul. 4. n. 15. Menochius consil. 16. à numer. 6. & lib. 4. de præsumpt. præsumptione 185. n. 24. Surdus consil. 90. num. 24. lib. 1. Robles de repræsentatione lib. 3. cap. 14. num. 22. & cap. 18. num. 30. Vltimo inquiunt nullo modo potest verificari dispositio *d. l. Iubemus*, in filijs legitimatis, ex eo, quia tempore Zenonis illius cō ditoris, adhuc erat incognita legitimatio per rescriptum, quæ multo postea inuēta, & introducta est per Iustinianum, *in Authentico, quibus modis natur. efficiantur sui, & quibus modis efficiantur legitimi*, ergo ne dicatur trahi ad incogitata, dicēdum videtur noncomprehendere hos legitimatos.

Sed his fundamentis non obstā-
106. tibus, retinenda est prima sententia, vtpote verior, & satisfaciendo contrarijs, dicimus *d. §. Filium*, non loqui de filio vere, & propriè legitimato, de quo nos agimus, sed agere de filio legitimato per oblatiōnē curiæ, patet ex verbis ipsiusmet textus ibi, (*sancimus enim, oblatum curiæ naturalem filium, solummodo patri legitimum fieri*) sic tenet cōmunis sententia *ex Iasone post antiquiores in l. Si is qui pro emptore D. vsucapionibus num. 241. Costa cap. Si pater, glossa, si absque liberis num. 60. Garsia de nobilitate gloss. 21. num. 82. Caldas ad §. Soror Instit. de inofficioso testam. n. 47. post Bart. & communem, in l. Communium 9. C. natural. liber. Angelus de Perus. cons. 17. num. 5. versic. item talis legitimatio, Paulus Castrens. consilio 34. num. 3. Cardinalis Tuschus tom. 6. litera, L. conclus. 228. nu. 9. Surd. consil. 337. num. 5.* quidquid dicat *num. 30. Martinus Laudensis de legitimatione numer. 107. Antonius de Rosellis. eod. tract. lib. 3. quæst. vnica n. 4.* ideoq; ex eo textu argui non potest ad legitimatos per rescriptum, qui vere, & proprie fiunt legitimi, *iuxta d. §. Sit igitur licentia in Authent. quibus modis natural. eff. sui, & diximus in 1. parte.*

Ad secundam obiectionem, respondemus, verum esse *d. l. Iubemus*, deuiare à regula *dict. l. Papinianus §. Vnde si quis*, sed adhuc contendemus verificandam esse in legitimatis per rescriptum, *ex regula l. Cum lege. 26. D. de testament.* quia, quantuncunq; dispositio sit odiosa semper complectitur omne illud, quod sub proprietate verborum continetur. *dicta leg. Cum lege.* Manet autem satis probatum huiusmodi ligitimatos, nihil a legitimis differre, igitur proprie verificatur in illis dispositio, quæ loquitur de filijs; Ad tertiam, licet fateamur ligitimationem per rescriptum tempore Zenonis non fuisse in vsu, nihilominus supposita noua constitutione Iustiniani, per quam exequati sunt legitimati per rescriptum, vere legitimis, necessario asserendū est, Zenonianam constitutionem illos æqualiter determinare, circa fruct°

non imputandos in quartam; neq; obijcias *d. l. Iubemus*, non recipere extentionem, quia adhuc persistimus, quod non extenditur in hoc casu, sed comprehendit illos cū tota proprietate, qui licet à principio non gauderent illo priuilegio, tamē quia ex pōst facto redacti sunt ad terminos vere legitimorum, cœpit militare in illis fauorabilis constitutio *d. l. Iubemus*.

Sequitur vtrum *l. Iubemus*, practicetur in adoptiuis, & resolutiuè putamus dicendum, filios adoptiuos non potiri priuilegio *dict. leg.* quod cōprobatur ex eo, quia adoptiui non comprædendūtur in quacunque dispositione, siue legis, siue hominis, nisi de illis fiat expressa mentio, sic generaliter colligunt Doctores *ex textu, in l. Si ita quis* 53. *§. fin, D. legat. 2. & ex textu in l. Fideicōmissum* 75. *D. condit. & demonstr.* elegāter post alios, *Ripa in §. Si quis rogatus, l. Ex facto D. ad Trebellianū num.* 31. *Tiraquel. de primogen. quæst.* 84. *Lambertin. de iure patron. lib.* 1. *artic.* 9. *quæst.* 2. *principali; Menoch. lib.* 4. *præsumptione* 82. *nu.* 9. *Decianus consil.* 34. *lib.* 1. *Mantica de coniectur. lib.* 10. *titul.* 8. *à num.* 19. *Robles de repræsent. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 7. *Sarmiento* 5. *Selectar. sup. d. §. final.* & propter hāc rationem adoptiui non includuntur in contractu feudali, per *text. in cap.* 1. *§. Adoptiuus, si de feudo fuerit controuersia, Menoch. consilio* 1029. *nu.* 29. *lib.* 11. sic etiam adoptiui nō includuntur in emphiteusi,

107.

accepta pro se, & filijs, vt post *Speculatorem resoluit Caldas, de nominatione emph. quæst.* 13. *num.* 7. *Peregrin. de fideicom. artic.* 22. *num.* 93. & ad plures alios effectus, ad reuocationem donationis in terminis *l. Si vnquā, Cod. de reuocandis donationibus, vt per Ripam ibidem num.* 93. *Tiraquel. glos. susceperit. liberos à n.* 2. pro vt etiam nō pro sunt ad priuilegium immunitatis *leg.* 2. *§. Adoptiui D. vacatione munerum*, nec etiam ad excusationem tutellæ §. 1. *institutis de excusationibus tutorum*, nec sub tacita conditione, *leg. Cum auus de condit. & demonstrat.* secundum meliorem sententiam *Succin. ibidem num.* 56. *& Decij in l. Generaliter §. Cum autem Cod. Instit. & substit.* (licet repugnet *Menochius lib.* 4. *præsumpt.* 89. *à num.* 23.) & in materia nostræ *legis Iubemus* non comprædendi adoptiuos resoluit *Angel. ibi col.* 1. & generaliter in omni tam legali, quam hominis dispositione, non venire adoptiuos sub appellatione filiorū resoluunt communiter Doctores *Tiraquel. d. gloss. suceperit liberos nu.* 3. *Peregrin. d. artic.* 22. *nu.* 93. *Mangilius d. quæst.* 125. *nu.* 12. *per textum in d. lege fideicommissum* 73. *de condit. & demonstr.* igitur. Nec obstabit *l.* 1. *ad finē, D. legat. præst.* vbi prætor conseruat legata adoptiuis, ac legitimis naturalibus, in terminis *illius tituli*, ideo enim ibi legata conseruantur adoptiuis, quia iure consultus specialiter de illis meminit, cōtrarium autem diceremus, nisi illā

legem

legem promulgaret; maxime, quia non requiritur ibi, vt sint proprij filij cum sufficiat quæcunque coniunctio.

Declaratur tamen hæc doctrina, ne procedat in nepotibus adoptatis ab auis maternis respectu legitimæ sibi debitæ, *leg. Cum in adoptiuis* §. *penult. Cod. adoptionibus* §. *Sed hodie instit. de adoptionibus*, iunctis Doctoribus, & resolutione præstitis supra in prima parte *nu.* 126. nam ex ibi dictis constat, hunc adoptiuum grauatum, fideicommisso vniuersali, duas quartas retenturum, legitimam, & Trebellianicã, respectu legitimæ fructus nõ tenebitur imputare, *iuxta d. l. Scimus*, §. *Repletionem Cod. inofficioso*, quæ in omnibus liberis, quibus debetur legitima, procedit, tradit ex communi resolutione, *Peregrin. de fideicom. articul.* 49. *num.* 40. quoad Trebellianicã, tenebitur fructus ex iuditio testatoris perceptos imputare, quia nec vt filius adoptiuus vti potest priuilegio *d. l. Iubemus*, nec etiã vt nepos, vt statim dicemus. 108.

De arrogatis etiam potest dubitari, quia eis debetur legitima, vt resolutum remanet, supra *prima parte num.* 132. ergo videntur æqualiter debere potiri priuilegio Zenonianæ constitutionis, circa hos etiam puto sequendam distinctionem modo præstitam, ad nepotes adoptatos, ita vt in legitima seu quarta, quæ per Antonini constitutionem, *l. Si adrogator D. de adoptionibus*, eis debetur, fructus non imputentur, *iuxta dict.* §. *Repletionem*, qui etiam in his procedit; At vero, si insimul possit deducere Trebellianicam, vt supra *d.* 1. *parte diximus d. num.* 132. in hac fructus imputabunt, quia priuilegium *leg. Iubemus*, tantum concessum est filijs, ex proprio sanguine, & corpore genitis, vt est de mente omnium scribentium ibidem, & videtur de mente *Peregrini d. artic.* 22. *n.* 93. cum quo transire non recuso. 109.

Restat, quid dicendum de naturalibus; & mihi videtur certa resolutio, quod quæstio priuilegij, *dict. leg. Iubemus*, non verificatur in illis, qui in iure ciuili sunt odiosi *iuxta l.* 1. *Cod. naturalibus liberis* ideoque digni non sunt priuilegio legitimis concesso, maxime, cum naturales non habeant in bonis paternis vllũ participium, vt dicit *textus in Authentico, quibus modis naturales sui*, §. *Discretis*, & ante Valentem, & Valentinianum reputabãtur in capaces, vt ex *Caldas.* & alijs comprobauimus *d. parte* 1. *num.* 143. *& sequentibus*, nec postea Imperatores posuere præcisam obligationem parentibus, vt certam portionem hæreditatis relinquerent eisdẽ sed solum reuocata Constantini fœlicitate permiserunt parentibus, si velint, modo plus, modo minus eis relinquere, pro casus contingentia, patet *ex d.* §. *Discretis dict. Authentici*; Vnde concludo, ipsos attẽto iure communi non considerari 110. 111.

quo ad

quo ad materiam,*d.l.Iubemus*,circa quam tentari poteſt, quod etiam fuit cauſa illius priuilegij illa imputatio, quæ illo tempore fiebat de vna quarta in aliam, ita vt nec diſcerneretur, eſſet legitima, an eſſet Trebellianica, donec Iuſtinianus per ſuas conſtitutiones vnã ab alia differenciauit,ac proinde, optimo iure excluduntur naturales, vt reſoluunt *Alex.& Angelus in d.l. In fideicommiſſariam D.ad Trebell.*& cõ probat *Franciſcus de Ripa ibidem nu.* 52. à quibus mutuauit *Peregrin.d. artic.*3.*num.*116.addo *Menoch.dict. caſu* 356.*num.*41. *Mangilius quæſt.* 125.*num.* 30. à quibus non eſt recedendum; Vnde attento iure cõmuni ſi naturales proponantur grauati fideicommiſſo vniuerſali, ex quo quartam Trebellianicam deducant, tenentur in illam fructus collectos ex iuditio defuncti imputare, *iuxta leg. In fideicommiſſariam* 18. *leg.Si mulier* 22. §.*Si hæres D. ad Trebellianum.* Quid autem, reſoluendũ in noſtro regno circa filios naturales peditum, (non loquimur de filijs nobilium,quia hi re manẽt in diſpoſitione, iuris communis) qui veniunt ad bona paterna, ac ſi legitimi eſſent,*per Ordinationem lib.* 4. *titulo* 92: ibi (*& viraõ à ſua herança igualmente com os ligitimos*)per quiã Ordinationẽ Doctores citati ſupra *prima parte nu.* 173. eis concedunt omnia remedia cæteris legitimis competentia,in his enim exiſtimo militare priuilegium *d.leg. Iubemus*, ita vt, ſi grauati proponantur fideicommiſſo vniuerſali, præter legitimam,deducant etiam Trebellianicam, ſine fructuum imputatione, *iuxta d.l. Iubemus*,ratio eſt, quia hi naturales peditum reputantur à lege,vt vere legitimi,ergo lex quæ legitimis priuilegiũ conceſsit de fructibus in Trebellianicam non imputandis, æqualiter in his verificãda eſt,ex æqualitate rationis *c.Cum dilecta de cõfirmatione vtili vel inutili.* Nec obijciat quis *legem Iubemus*, nullo modo poſſe trahi ad iſtos naturales, tãquam ad incogitatos; quia replicamus ſuppoſita *regia Ordinatione* per quam exequantur legitimis, ſtricta diſputatione ſequi incluſos remanere ſub deciſione *d.l.Iubemus.*

Qnid, circa nepotes; Vtrum cõtineantur appellatione filiorum, vt potiantur, priuilegio *d. l. Iubemus*, cui quęſtioni reſpõdet ipſamet lex, dum ſolum ſe reſtingit ad filios primi gradus, ibi (*quoſdam ex his*) iuncto principio, ibi (*filio, ſeu filiæ hæredibus inſtitutis*) *iuncto* §. *Vltimo ibidẽ, gloſſa in poſitione caſus in fine*, cum qua tranſeunt omnes *poſt Cinum*, & *Angelus ibidem Bart. in l.Quod de bonis* §. *Quod auus D. ad legem Falcidiam*, *nu.* 1. vbi ait eſſe comune dictum, *Paulus in l. Sed ſi in conditione* §. *Nepotes num.* 1. *D. hæred. Inſtit. Gagnolus in l. Papinianus* §. *Meminiſſe D. inofficioſo nu.* 14. *Hieronimus Gabr. conſil.* 122.*dub. ſecundo num.* 8. & alijs relatis *Peregrinus de fideicom. artic.* 49. *num.*62.

112.

111. militare priuilegium *d.leg. Iubemus*,

num. 29. & 41. *Guter. leg. Nemo poteſt de legat.* 1. *num.* 331. *Fachineus lib.* 5. *cap.* 5. & 19. & *lib.* 12. *cap.* 11. *Faber. decad.* 11. *errore* 5. *cum ſequentibus, Pinel. lib.* 1. *ſelect. cap.* 7. *n.* 20. *Cuiac. in poſthumis ad d. l. Iubemus col.* 2. *Gothofred. ibi litera, R.* ideoque bene aduertit *doctiſsimus à Coſta, de ſucceſſione Regni, in parte tertia numer.* 51. *ad finem*, hunc eſſe caſum, vbi nepos non ingreditur locũ patris *inſignis præceptor Lourenço ad l. Cum auus D. de conditionibus*, quod etiam in nepote habente primum gradum reſoluunt multi relati, & ſequuti, *per Mangil. d. quæſt.* 125. *nu.* 18. & *ſequenti*, licet contradicant plures, quos ſequitur *Menoch. d. conſil.* 681. *num.* 20. *Berengar. ad l. In quartam num.* 331. *Cucus tract. de legitima* §. *Sed vtrum, data cauſa conditionis implendæ num.* 39. qui expendunt hoc caſu nepotes dici filios *iuxta textum in* §. *Cum filius Inſtitut. de hæreditat. quæ ab inteſtat. l. Poſthumorum D. iniuſto rupto*, cum alijs, ſed filij potiũtur præd. priuilegio igitur, & nepotes.

Sed merito contrarium tenent magis communiter Doctores, de quibus ſupra, quia licet nepotes etiam ingredientes locum filiorũ potiantur eorum priuilegijs, hoc ſolum procedit in caſibus expreſſis, quæ expreſsio minime datur *in d. leg. Iubemus*; quinimo contrarium expreſſe determinat *in* §. *fin.* ideoque priori ſententiæ ſemper adhærendum exiſtimo.

Vltimo, his addo, quod *idem ſubtiliſsimus à Coſta*, perquirit *in caſu, ſi pater gloſſa, debitæ num.* 16. Vtrum 113.
priuilegium *dict. leg. Iubemus*, poſsit habere locum, quando non ipſe filius, ſed hæres ipſius, id eſt ſubſtitutús pupillaris poſt mortem filij grauatur reſtituere hæreditatem ſuam in terminis *l. Si fuerit* 5. §. 1. *D. legatis* 3. & quæ ipſe *Coſta ſuprà num.* 17. in qua quæſtione, pars negatiua videtur ſuaderi ex eo, quia in propoſito iam non proponimus grauatum filium primi gradus, in quo ſolum modo procedit *d. l. Iubemus iuncto* §. *vltim. eiuſdem legis*, vt dictum remanet ſupra, & hãc opinionem defendit *Alex. conſil.* 67. *num.* 2. *lib.* 1. *Decius conſil.* 480. *num.* 14. *Paris. conſil.* 21. *num.* 50. *lib.* 3. *Ripa ad l. Nemo poteſt D. legatis primo numer.* 53. *Mangil. de imput. quæſt.* 125. *num.* 28. quæ ſententia mihi videtur veriſsima, & optimum habet ſenſum, dicendo teſtatorem in hoc caſu, quando grauat hæredem filij, magis dirigere verba ad perſonam ipſius hæredis grauati, quam ad filium, in quo caſu, certum eſt, quod licet pater legare, & fideicõmittere poſsit à perſona hæredis, prout à perſona filij, nihilominus non puto hæredem gaudere poſſe priuilegio *d. l. Iubemus*, quod conceditur perſonæ ipſius filij, vt ſupra reſoluimus, cum igitur in perſona hæredis extranei ceſſet ratio priuilegij, quia verum apparet diuerſam perſonam eſſe hæredis, à

perſona

persona filij primi gradus, necessario etiam cessare priuilegium dicẽdum est.

Nec mihi suadere possum admittendam esse considerationem differẽtiæ, quam *idem sapientissimus Doctor Costa* facit inter pupillares substitutos, quos pater æqualiter, ac filios grauare potest, in quo casu ipse fatetur cessare priuilegium, *d.l. Iubemus*, & inter alium casum, quo pater non potest testari pro filio iure patriæ potestatis, quia in hoc casu, inquit eminẽtissimus vir, semper onus executionis incumbit hæredi, ex ratione, quam scribit *Cumanus consil.* 141. scilicet, filium mortuum non posse exequi mandatum paternum, & in hoc casu contendit habere locum priuilegium *dict. leg. Iubemus*, sed hæc consideratio displicet ex eo, quia substantia, & fundamentum priuilegij consistit in qualitate personæ grauatæ, quæ necessario debet esse de filijs primi, gradus, nec ratio *Cumani*, quam *Costa* plurimũ facit, aliquid euincit pro contraria parte, quam ipse sequitur, aperte enim conuincitur, & retorquetur pro nostra, quia licet hæres post mortem ipsius filij, exequatur fideicommissum paternum, tamen non exequitur tanquã persona grauata, & sumus extra terminos *dict. leg. Iubemus*, sed exequitur tanquam hæres filij, & in hoc casu, etiã fatemur hæredem filij posse deducere quartam absque fructuum imputatione *ex l.* 2. §. *Ex his D. de verborũ*. At vero, si exequatur tanquam persona grauata, in quo casu loquitur *Costa*, dicendum est cessare priuilegium, quia persona grauata nõ est de liberis primi gradus, nec exequẽdo fideicommissum à patre relictum, illud facit tanquam hæres filij, sed tanquam principaliter grauatus, qui nullo modo potest frui priuilegio *dict. l. Iubemus*, ac proinde, ratio, quam expendit *Alexãd.* est inuitabilis, nec satisfacit *Costa*, scilicet per hunc modum facile fraudari intentionem *leg. Iubemus*, quæ maxima cum cautella loquuta est de filijs ligitimis primi gradus, nec nepotum, aut extraneorũ immistionem admisit, vt intuenti constabit.

Ex quibus infertur à fortiori, *l. Iubemus*, non procedere in transuersalibus, quia solum pro liberis primi gradus fuit promulgata, argumento *l. de accessionibus D. de diuers. & temp. præscription.* plures citamus supra *parte prima*, prout etiam de conditione *l. Cum auus*, ne intelligatur de transuersalibus, *tradit Costa, cap.* 51. *pater, glossa si* 51. *sine liberis num.* 7. *Gomes* 1. *tom. cap.* 5. *num.* 32. *Menoch. lib.* 4. *præsumptione* 63. *num.* 7. *& præsumpt.* 189. *numer.* 55. *Gabriel commun. titulo de fideicommiss. conclusione* 2. *Ioseph. & Accatius ibi*, cum quibus transit *insignis præceptor Lourenço in lectura dict. leg. Cum auus ad finem*, quæ dicta sint satis cirta *d.l. Iubemus*. Vltimo prætermittere

mitere non curauimus disputare, quæ nam sint remedia in iure, quæ competant filijs pro consequenda legitima in bonis paternis? Et pro resolutione aduertendum est, quod vel agimus ex causa testati, vel ex causa intestati, si agimus ex causa testati, varij sunt casus distinguendi.

Primus casus, quem Doctores considerant, ille est, quod si filius fuerit à patre hæres institutus in testamento, ipse mittitur in possessio
116. nem bonorum etiam quãdo proponatur grauatus fideicommisso vniuersali, & in hoc casu per aditionem hæreditatis, cum ipse filius sit factus dominus totius hæreditatis, *ex regula leg. Potuit Cod. de iure deliberandi, leg. Cum hæres D. de acquir. hæred.* si ipse filius possessionem totius hæreditatis sit adeptus, cum sit dominus, & insimul sit in possessione, nullo alio remedio indiget ad legitimam retinendam, nisi remedio exceptionis, siue retentionis, vt expresse decidit *Innocent. 3. in nostro cap. Raynaldus, ibi (quam quilibet extraneus deducere potuisset)* per viam scilicet retentionis, *l. Filium, quem habentẽ C. famil. erciscundæ, considerat Peregrin. de fideicõmiss. articul. 36. num. 147.* in principio, & deducitur ex ipsius iuris principijs, *leg. In fundo, D. reiuendicatione. leg. Si in area cum alijs D. de condict. indeb.* vbi scribentes omnes sic notant, & post ordinarios, *Peregrinus de fideicommiss. articul. 50. num. 30. insignis Barbosa in leg. Diuortio §. finali, 2. part. num. 1. Antonius Faber. de erroribus pragmat. decad. 26. error. 9. & error. 10. Aloysius Riccius 2. part. decisione 176. præceptor Veiga in Rubric. de actionibus,* & de hoc casu nulla potest esse inter Doctores cõtentio.

Secundus casus, qui in controuersiam deducitur, est, quando filius fuit in legitima à patre institutus, dato cohærede vniuersali, qui 117.
missus est in possessionem totius hæreditatis, quo casu plura competunt remedia, & primo intentare potest actionem ex testamento, *iuxta regulã, leg. 1. & 2. vbi glossa verbo, personales, Cod. Commun. de legat. Bald. dict. leg. Si quis in suo Cod. inofficioso testamento, num. 4. Crauetta consil. 312. column. penultim. quos sequitur Peregrin. dict. articul. 36. numer. 152. in principio Mangil. dict. quæst. 13. de imputat. num 7.* nec circa actionem ex testamento discrepant Doctores, vt per *Peregrin. articul. 45. numer. 15.* vbi extendit prædictam actionem etiam ad fideicommissarium vniuersalem, *cum glossa Bartol. Paulo, & communi in leg. penultim. §. Cum autem Cod. ad Trebell. Natta consil. 400. Iason. & alij ibidẽ,* vbi etiam illam fideicommissario particulari pro singulis rebus accomodat. Vltra quam actionem, etiã competere potest in hoc casu actio, *famil. erciscundæ*, vt fatentur scribentes, cum illo tamen additamento, quod sit necessarium, vt

hæres; vniuersalis filium cohæredem fateatur, vel saltem, quod filius partẽ legitimæ possideat, *iuxta regulam l.* 1. *&* 2. *in principio, &* §. *Si quarta D. famil. erciscundæ optime Valasc. de partit. cap.* 20. *Bald. dict. num.* 4. *& in leg. Non est Cod. famil. erciscundæ, Corn. consil.* 289. *lib.* 4. *num.* 8. plures alios citat, & sequitur *Mangil. d. quæst.* 13. *nu.* 3. *Peregr. dict. num.* 152. aduertendo tamen actionem personalem, quæ competit ex testamento, dari solummodo contra hæredem scriptum, sed non potest competere contra legatarios particulares, quibus pars hæreditatis iam tradita est pro solutione legatorum, quia cũ sit actio personalis non potest dari contra tertios possessores, & singulares, tã ex regula *l. vlt.* §. *fin. D. contrahend. empt.* quã *leg.* 1. §. *Si hæres præcepto D. ad Trebell. l.* 1. *Cod. si cert. pet. declarat. optime Cravet. & Peregr. citatis locis.*

Si vero in prædicto casu hæres vniuersalis neget filiũ hæredẽ, maxime controuertunt Doctores, an remedium possit intentare petitionis hæreditatis, affirmant *Bald. dicta leg. Si quis in suo num.* 4. *Cravet. consil.* 109. *num.* 5. *Cucus tract. de legitima,* §. *Legitima est quotta bonorum-num.* 17. plures refert *Mangil. dict. num.* 3. *Peregrinus dict. numer.* 152. communis *per Crassum* §. *Legitima quæstion.* 48. *numer.* 1. *Valasc. de partit. cap.* 18. *num.* 42. qui citant *text. in leg. Regulariter, & in leg. Licet D. de pet. hæred. leg. Sed & si* §. *Petitio. D. eodem,* vbi *glossæ,* quibus addo *text. optimum in leg. Non possumus, D. si pars hæreditatis petatur,* vbi probatur, quod per petitionem hæreditatis, debet quis cõsequi, vt hæres pronuncietur cum effectu, & mittatur in possessionem hæreditatis, in quo ostendit textus discrimen, quod [illegible]ur inter actionem familiæ erciscundæ, quæ solùm datur hæredi, qui aliquid hæreditarium possidet, vel qui ab hærede vniuer[illegible]alis agnoscitur, vt scilicet per i[illegible]actionem à cõmunione recedant, & vnicuique suum redintegretur; at vero per petitionem hæreditatis consequitur hæres, vt pars sibi debita cum effectu restituatur, prosequitur *optime Valascus de partit. cap.* 2. *à num.* 20. *&* 23. *Cuiacius lib.* 6. *Digestorum Iuliani super dict. l. Non possumus.*

Verum contra hanc receptam sententiam insurgunt plures, & grauissimi viri, cuius opinionis autor, fuit *Salycetus in leg. Scimus Cod. inofficioso testamento in fine principij, Curs. sen. consil.* 13. *ad finem,* quos refert, & sequitur *Peregrinus dicto num.* 152. *Mangil. dict. quæstion.* 13. *à num.* 4. *Aquiles personalis, l. vltim. Cod. edicto Diui Adriani num.* 709. quos sequitur *Marta de successione legali quæst.* 25. *articul.* 9. *à principio, Gail. observat.* 120. contendentes in hoc casu filio non competere petitionem hæreditatis, mouentur ex eo, quia legitima non est quotta hæreditatis, sed quotta bonorum,

118.

leg. Pa-

leg. Papinianus §. *Quarta autem D. inofficioso testamento*, cum ergo remedium petitionis hæreditatis sit vniuersale, quod non potest dari nisi pro quota hæreditatis, vt constat *ex dict. leg. Non possumus*, & reliquis supra citatis, merito resoluendum est prædictum remedium competere non posse; sed secure sequendam dico priorem opinionē ex fundamentis ibi citatis. Nec fundamentum posterioris vrgere potest, si aduertas. contrarium esse verisimum, quod scilicet legitima filorum sit quota hæreditatis, non autem quota bonorum, vt cū magis communi sentētia resoluimus supra cum de legitima agremus in hac 4. *parte. cap.* 1. *num.* 17. vbi vide, quo dato, cessat omnino fundamentum posterioris sententiæ.

Excitatur etiam grauis disceptatio, inter scribentes, an pro legitima consequenda, competat filijs
119. hypothecaria actio? in qua quæstione affirmatiuā partem tuentur *Ruyn. in l.* 1. *D. de legat.* 1. *Paulus de Montepico in l. In quartam D. ad leg. Falcid. num.* 117. *vbi Berengar. num.* 46. & 57. *post Bald. in l. Filium, quē habentem Cod. fam. erciscund. nu.* 36. & *cons.* 171. *lib.* 1. *Aretin. consilio* 155. *col. penult.* qui expendunt pro hac parte *textum in d. l. Papinianus* §. *quarta autem D. inofficioso testam.* vbi Iureconsultus ait legitimā anteponendam esse legatis; sed legata habent hypothecariam actionē, *l.* 1. *C. commun. de legat.* igitur etiam legitima, & à fortiori hypothecariā actionem habere debet, secundo, quia legitima, sicut & Falcidia debetur pro rata in singulis corporibus hæreditarijs, argumēto *l. Linea margaritarum D. ad l. Falcidiam* expendit *Mangil. quæst.* 12. *num.* 15. *Peregrin. d. artic.* 36. *n.* 33.

Sed merito contrariā sententiā defendunt communiter Doctores, *Alex. d. leg. In quartam, num.* 16. *Sa-* 120.
lycet. d. l. Filium, quem habentem Ripa dict. l. In quartam, num. 114. *Neguſ. de pignor. part.* 2. *membro* 4. *num.* 164. communis *per Gabriel communi. titul. de legitima concluſ.* 6. *Craſſus* §. *Legitima quæstion.* 14. *Peregrin. dict. articul.* 36. *numer.* 149. *Mangil. dict. quæstion.* 13. *num.* 14. *Gramatic. deciſ.* 90. *Anton. Cucus tractat. de legitima* §. *Sed an ita num.* 3. & 4. *Petra de fideicommiſſ. quæst.* 15. *num.* 44. *Calaſc. de partit. cap.* 18. *num.* 38. Plures *per Peregrin. dict. artic.* 49. *num.* 140. *Menoch. caſu* 163. *numer.* 26. *Surdus conſil.* 51. *numer.* 8. *Martha de ſucceſſione quæſtion.* 25. *articul.* 9. à *num.* 7. ducuntur ex eo, quia hypotheca tacita à iure non inducitur, nisi in illis casibus, vbi expresse de illa cauetur, patet *ex toto titulo D.* & *Cod. in quibus cauſis pignus, vel hypoteca tacite contrahatur*, ac proinde alleganti hypothecam incumbit probatio, argumento *leg. Ante omnia D. de probationibus*, post alios, ibi *Faber. de erroribus decad.* 63. *error. quarto*, nullibi autem in iure reperitur scriptum, quod bona pa-

terna sint tacite hypothecata pro legitima filiorum, igitur fatendum est hypothecam in hoc casu minime dari, nam hæc est materia, in qua Doctores erubescunt sine legi loqui, *iuxta Authent. de Tabellionibus §. Si vero Collatione 5.* vt expendit *Peregrin. dict. numer. 149.* Vltimo, quia valet argumentum de dote ad legitimam, *l. g. Quoniam Nouella Cod. inofficioso testamento, leg. Cum quo §. final, D. ad legem Falcidiam*, sed pro dote non dabatur hypotheca, *iuxta leg. Si tibi §. De pignore D. de Pactis, vbi glossa verbo, actio*, nisi specialiter de nouo fuisset admissa per Imperatorem *in leg. Assidui C. qui potiores*, quæ specialitas in legitima non reperitur, igitur in legitima resoluendum est nullam dari hypothecam, & hæc pars securior, & receptior est secundum supracitatos.

Nec obstant fundamenta pro prima sententia facta, quia ad primum fatemur legitimam anteponendam esse legatis, *dict. §. Quarta*, quia scilicet legatum non est debitum necessarium, sed totum dependet à mera voluntate testatoris, & ideo, cum tota proprietate dicitur donatio, *§. 1. Institut. de legat.* at vero legitima non prouenit ex mera voluntate patris, sed dicitur ad minus quasi debita, *iuxta glossā, & communem, per Padilha, ibi in leg. Si emancipata Cod. iuris, & facti ignor.* & quæ *Ripa in dict. leg. In quartam num. 112. Peregrin. supra num.* 150. Sed melius tollitur argumentum, si dicas, in legatis expressum esse ab Imperatore, vt detur hypotheca *d. leg. 1.* At vero in legitima hoc expressum non est, & ideo nō conuincit argumentum *ex regula, l. Ius singulare D. de legibus.* Ad secundum fundamentū satisfieri potest, dicendo, quod &si verum sit præsupositum, nēpe legitimam pro rata deberi in singulis corporibus hæreditarijs, sicut, & Falcidiam (de quo modo certum proferre iudicium non vacat) attamen in de non concluditur necessario ipsas res, seu corpora, hæreditaria esse hypothecata pro legitima, vt Autores prioris sententiæ contendebant.

Tertius casus est, quando pater filium in aliqua parte instituit, ita vt formæ legis satisfaceret, ne testamentum corruere possit, *iuxta* 121
Authent. vt cum de appellat. cognoscitur §. Aliud quoque capitulum collatione 8. licet relictum legitimam non compleat, quod fieri posse tenet cōmunis grauissimorum Doctorum, *vt per Menchac. de succes. §. 30. à numer. 79. Cras. §. Legitima quæstion. 32. num. 2. Mangil. de imputat. quæstion. 12. numer. 3. Barbos. leg. Si cum dotem §. Si pater D. soluto matrimonio, numer. 10. præceptor Veiga ad §. Quædam Institut. de actionibus, Faber. decad. 14. error. 7.* cum pluribus alijs, quos citat, & nos iam supra in principio huius quartæ partis *cap. primo*, tetigi-

tetigimus, hoc igitur in casu filius agit ad supplementum legitimæ, vt sibi repleatur, *iuxta terminos text. in leg. Omnimodo* 30. *& leg. Scimus* §. *Repletionem, Cod. inofficioso testamento*, qui text. valde celibris reputatur, tam per scribentes ibi, quam varijs in locis ad propositum, & quanuis *Fulgos. in dict.* §. *Repletionem, & consilio* 83. quem sequitur *Decius consil.* 235. *col. penult. Anan. consil.* 67. *Bald. leg.* 1. *Cod. de* 2. *nupt. afferentes doctrinam Bart. leg. Ex facto numer.* 20. *D. de vulg.* existiment pro supplemento legitimæ cõpetere filio hypothecariã, & insimul actionem ex testamento, *l.* 1. *Comm. de leg.* ex eo, quia pater illam ex testamento censetur reliquisse, quasi magis dictum, & minus scriptum *iuxta regulã dict.* §. *Repletionem, & leg. Quoniam in prioribus*, tamen hoc gratis dictum demonstrat *Peregrin. dict. loco nu.* 151. cum communi Doctorum torrente, quod adeo verum est, quod nec actio ex testamento competat ad supplementum obtinendum, quia petitur non secundum voluntatem testamento scriptam, sed potius cõtra illam; Vnde certo certius dicẽdum est, hoc supplementum deberi, & petendum esse per remedium extraordinarium, id est, condictionem ex lege, vt omnes bene sentiẽtes admittunt, *gloss. verbo, exigere in leg. Omnimodo Salycet. & Castrens. in dict. leg. Scimus column.* 1. *Iason. dict. leg. Omnimodo eodem titul. colum.* 2. *Soccin. Ruin. & alij, quos citat. & sectatur Peregrin. dict. num.* 151. & 153. plures *per Mangil. de imputationib. quæstion.* 92. *nu.* 4. *& quæstion.* 13. *num.* 10. *post Corneum consil.* 148. *num.* 3. *lib.* 4. *Aslict. decis.* 162. *numer.* 4. *Petra de fideicommiss. quæstion.* 15. *num.* 36. *Cephalus consil.* 42. *lib.* 1. *à principio, Ripa ad dict. leg. In quartam num.* 114. *& sequenti, Decius consilio* 633. *column. vltim. Crauetta consilio* 109. *num.* 5. *lib.* 1. *Fab. decad.* 14. *error.* 8. *decad.* 53. *error.* 7. *ad finem, Crassus* §. *Legitima quæst.* 48. *Costa cap. Si pater glossa in re certa, n.* 22. *Marta dict. quæstion.* 25. *articul.* 9. *num.* 12. 113.

Nec consideratio, quam Docto res supra relati expendebant, alicuius ponderis esse potest, vt bene aduertit *Peregrin. dict. numer.* 151. Imprimis, quod detur hypotheca, cum non reperiatur scripta, inepta est consideratio, vt iam supra diximus, quæstione præcedenti. Deinde, quod detur actio ex testamento minus admittendum est, quia supplementum, non secundum scripturam testamenti, nec secundum patris voluntatem, sed potius contra ipsam voluntatem scriptam ipso iure à lege inducitur, *dict. l. Omnimodo dict.* §. *Repletionem*, vt ex doctrina *Bartol. leg. Libertum*, §. *Filium D. de annuis leg. Alexand. Salicet*, & aliorum, optime tradit *Peregrinus dict. num.* 151. *in fine. Mangil*, qui etiam plures citat *dict. quæstion.* 13. *num.* 19.

Quartus casus est, quando pater in testamento filium præterit, quo
122. casu omissis varijs distinctionibus inter filios suos, & non suos, id est emācipatos,& fœminas, de quibus Doctores *ad l. Inter cætera D. de lib. & posthumis l. Maximum vitium Cod. de lib. præteritis iuncto principio de exhæredatione liber.* & quæ vtrobique scribentes, certissimum est,attenta nouiori decisione Imperatoris, *in Authent. vt cum de appellat. cognoscitur §. Aliud quoque capitulum collat.* 8. omne testamentum esse nullum ipso iure,quoad institutionem,si filij in eo prætereantur, vt est apud omnes scribentes indubitatum, vt post *Alciat. Iason. Suar. & antiquiores*, quos citat, testatur *Costa cap. Si pater gloss. instituit. num.* 12. *& in §. Et quid si tantum* 3. *part. num.* 169. *&* 207. *Menchac. decreat. §.* 20. *nu.* 219. *Crass. §. testamentum quæst.* 85. *à num.* 3. *& §. Legitima quæstion.* 33. *Rojas de success. cap.* 8. *à num.* 2. *Peregrin. de fideicom. artic.* 36. *num.* 55. *Cald. §. Sed hæc, de inofficioso testam. num.* 48. *& de nominatione quæst.* 9. *num.* 16. Vnde apertum fit consequens,quod si filius sit præteritus à patre in testamento,habet actionē dicendi nullum tale testamentum, vt per omnes supracitatos, addo *Pichard. princip. de exhæredat. liberor. num.* 40.

Aliud etiam remedium competit filijs præteritis ad legitimam cōsequendam contra tabulando testamentum paternum, de quo re-

medio diximus supra in *tertia parte ibi vide.*

Quintus casus est, si filius proponatur exhæredatus in testamēto paterno, quo casu de iure anti- 123.
quo Digestorum,& Codicis dabatur illud pingue remedium querelæ inofficiosi, *per textum in leg.* 3. *D. eodem. titulo, princip. Instit. de inoffic. Costa cap. Si pater verbo, Instiutit. n.* 15. *& in §. Et quid si tantum* 3. *part. nu.* 162. *Pich. d. princip. vbi optime Cald.* quando scilicet filius erat iniuste exhæredatus; nam pater exhæredando filium, satisfaciebat formæ legis, & ideo necesse erat, vt filius probaret iniustam exhæredationē; at vero, post nouam Iustiniani cōstitutionem, *de qua in dict. §. Aliud quoque capitulum, iuncto §. sequenti,* testamentum paternum nullū est, in quo filius exhæredatur, nisi vna causa de 14. relatis *in §. Causas dict. Authent.* à patre in ipso testamēto exprimatur,quæ postea ab hærede comprobetur, vt optime prosequitur *Costa d. gloss a instituit. num.* 21. *& seq. communis per Pichard. in Rubrica de inofficioso num.* 28. *& num.* 30. *post gloss.* initum, *in d. Authentico, &* §. *Aliud quoq. capitulum, iuncto §. Siue igitur, & sequenti Bart. in l. Filio præterito D. de iniusto, rupto num.* 12. *vbi Alex, & cons.* 89. *lib.* 2. communis, & praxi recepta,qui etiam illam sectatur per *Cald. in rub. Instit. de inofficioso testam. num.* 33. & apud Hispanos in dubitabilis est *per leg.* 8. *titul.* 7. *part.* 6. & in nostro regno, per

Ordin.

Ordin. lib. 4. titul. 82. §. 2. quidquid plures contrarium tenuerint, de quibus *Pichard. d. num.* 30. *Caldas numer.* 34. quorum opinio in puncto iuris defendi potest, vide apud eosdem.

Vltimus casus est, quando pater infraudem filiorum bona sua dissipauit, ita vt agant filij de reuocandis male alienatis infraudem suæ legitimæ, in quo casu inuenta est querela inofficiosæ donationis, ad 124. exemplum alterius inofficiosi testamenti, vt ait Imperator *in l. vlt. C. inofficios. donationib. & in l.* 1. *eod. tit. vbi glossæ, & Doctores* communiter scribentes *Bart. leg. Titia* 89. §. *Imperator per text. ibi de legat.* 2. facit *l. Si libertus* 16. §. *fin D. de iure patron. l.* 1. *& 2. C. si in fraudem patron. l. Si totas, l. Siliqueat. & per totum tit. C. inofficios. donationibus, l. Vnic. C. inofficios. dot.* facit *Ordin. lib.* 4. *titul.* 97. §. 3. *&* 4. communis *in d.* §. *Imperator*, vbi repetentes *Castr. num.* 4. *Immol.* 1. *Bertrand. cons.* 179. *nu.* 8. *lib.* 2. *Picus in leg. Post contractum de donat. num.* 3. *Clarus* qui de communi testatur §. *Donatio quæst.* 24. *nu.* 2. *Valasc. consultat.* 188. *à principio. Eman. Soar. in ærar.* §. *Donatio num.* 251. plures citat, & sequitur *Mangil. de imputat. quæst.* 99. *à principio, & per totam*; Nec in hoc est aliquis contradictor, est ergo necesse, vt competat hæc actio reuocatoria, quod sit donatio inofficiosa, quæ tunc dicetur, quãdo pater, vel omnia alienauit, inermes relinquendo filios, vel quando non omnia, sed maiorem partem, ita vt aliquid filijs relinqueret, minus tamen legitima, *vt per Valasc. Clar. Mangil. proxime numer.* 21. apud Hispanos, quando vltra legitimam, & quintum, apud Lusitanos, quando vltra legitimam, & tertiam *Ord. d.* §. 4.

Est tamen apud scribentes inextricabilis nodus, an donatio hæc inofficiosa debeat per hanc querelam in totum reuocari, an vero vsq. ad debitum subsidium filiorum? In 125. qua quæstione post innumerabiles distinctiones Doctorum, cõmunis schola plurimorũ de quibus *glossa & ibi Salycet à num.* 5. *&* 6. *l.* 1. *Cod. inoffic. donat. Fulgos, ibi Bertrandus d. num.* 8. *Anton. Rubeus à num.* 94. *Costa cap. Si pater glossa priuare non possit, ex num.* 2. *vsque* 19. *Gratian. tomo* 4. *cap.* 729. *num.* 2. *Clar. d. quæst.* 24. *num.* 2. *Mangil. d. quæst.* 99. *num.* 17. *& sequentibus, & quæst.* 95. *à nu.* 20. *Suar. d. num.* 251. *post Bart. nu.* 1. *& Castr. num.* 3. *in l.* 1. *Cod. inofficios. donat. Aretin. Riminald. Succin. & alij de quibus Mãgil.* supra, affirmat distinguẽdum esse in hunc modũ, quod, vel donatio inofficiosa fuit fraudulenta re, & consilio, vel fuit re tantum fraudulenta, primo casu actio reuocatoria in totum resoluit donationem, ita vt, in nihilo valida manere possit, non solum intra quantitatem legitimæ, sed vltra, & in totum; In secundo vero casu, solum reuocatur donatio, vsq; ad quantitatem legitimæ, Nec in

hoc casu attendendum esse an donatio sit facta filio, aut extraneo, quia eodem modo in totum reuocatur, quæ doctrina fuit *Bulgari* relati *à glos. in med. in l.* 1. *Cod. inofficios. donat.* mouetur hæc communis *per textum in d. l.* 1. vbi considerat donationem inofficiosam re, & consilio, ideo in totum reuocari. Secũdo expendit *leg. Si liqueat C. eodem titul.* vbi reuocatur donatio tantum vsq; ad supplemẽtũ legitimæ, quia solũ fuit re, inofficiosa plures alios citat *Mangilius supra nu.* 30. Tertio, potest expendi argumentũ de legitima filiorum ad legitimam patroni, late diximus in 1. *parte*, sed pro legitima patroni datur reuocatoria ad totam donationem, *l. Si libertus* 16. §. *fin. & §. plane D. de iure patronat.* quando re, & consilio fuit inofficiosa, igitur. Deinde *per text. in l. Titia* 89. §. *Imperator D. leg.* 2. vbi donatio in totũ reuocatur ac si donatrix ab intestato moreretur. Vltimo, quia querela inofficiosæ donationis introducta est, ad exemplum inofficiosi testamenti *d. l. vlt.* ac proinde, quemadmodum per hanc res in totum reuocatur, ita etiam per illam, *Cost. supra.*

Verum hæc communis *glossarũ, Bart. & Salycet.* & aliorum, quos de proximo citauimus, mihi ap- 126.
plaudere nequit, quia si percurras singula iura totius *tituli Cod. inofficios. donat.* facile inuenies omnia loqui de reuocatione donationis inofficiosæ, vsque ad concurrentẽ quantitatem legitimæ, patet *in leg.* 1. (*ibi subuenire vobis, vtpote quartam partem non habentibus desideratis*) quibus verbis, aperte demonstrat Imperator solum illum, qui defraudatus est in legitima, quæ attento tẽpore Codicis erat quarta, (vt supra dixi) posse intentare reuocatoriam pro quarta, id est legitima, vnde aperte insinuat ibi reuocationem esse faciendam, vsq; ad supplemẽtum legitimæ, idem comprobatur *ex l.* 2. *eodem titul. ibi* (*congruit, vt tibi quartam partem debitæ abintestato portionis præstiterit, Nã si pater abintestato decederet, tota hæreditas ad filiũ, tanquam ad proximiorem pertinebat*) Vnde, vsque ad quartam, quæ erat quantitas legitimæ, rescinditur donatio, *l. Si totas eodem, ibi* (*debitum bonorum subsidium consequãtur*) in quo clarum est ad legitimam se restrixisse Imperatorem, *l. Cum donationibus* 6. *eodem, ibi* (*quantum ad submouendam querelam sufficiat*) *l. Si mater* 7. *ibi* (*vt quartæ partis dimidium, quod ad excludendam inofficiosi testamenti querelam aduersus te sufficeret, &cæt.*) *text. optim. in d. l. Si liqueat, ibi* (*quod donatum est pro ratione quartæ ad instar inofficiosi testamenti conuicti diminuetur*) considerat *Costa supra nu.* 7. Ex quibus omnibus ipso sole clarius apparet *in toto titul. Cod. in officiosis donat.* semper reuocari donationem, pro quãtitate legitimæ, non vero in totum, siue agatur de donatione facta filio, siue extraneo; *d. leg.* 1. *ibi* (*factis donationibus siue in quosdã*

quosdam liberos, siue in extraneos) expendit *Rubeus d.* §. *Si imperator num.* 96. *Costa supra numer.* 21. *versiculo* 3. Constat ex reuocatoria, quæ datur patrono *leg.* 1. *& 2. Cod. de his, quæ in fraudem patroni.* Vbi non reuocatur legitima patroni, nisi æqualis quātitas, non vero in totum. Nec dubitādum est, quod fere in omnibus prædictis iuribus agitur de donationibus re, & consilio frudulentis, vt agnoscit *Costa*, & reliqui citatis locis.

Vnde indistincte dicendum existimo, donationē inofficiosam re-
127. uocari solummodo pro repletione legimæ, siue re tantum, siue re, & consilio inofficiosa sit, siue filijs, siue extraneis facta reperiatur, constat ex iuribus supra citatis, *glos.* in opinione *Azonis in l.* 1. *glos. vlt. in d. l. Si mater* expēdit *Mangil. d. quæst.* 99. *num.* 12. refert *Salycet. d. l.* 1. *nu.* 5. *in principio, Ioann. de Rauenis, & Ricardus Malumbrius in d. l.* 1. *Cod. inofficiosis donat.* quos refert *Ioannes Antonius Rubeus in repetitione dict.* §. *Imperator num.* 96. *& à num.* 144. *&* 193. qui expendit vltra omnia iura supra citata, *text. in Authentic. de immens. donat. iuncta Authent. vnde si parens C. inofficioso testam.* vbi reuocatio fit vsque ad debitū bonorum subsidium, quæ iura sunt irrefragabilia, & esse magis de mēte iuris ait *Aretinus cons.* 47. *à num.* 3. *Iason. in Authent. Vnde si parens, num. vltim. Paulus de Monteprco in l. Post contractum de donat. nu.* 6. *Ioan. Crotus in repetitione cap. Raynucius fol.* 25. & alij, quos refert *Costa cap. Si pater, verbo, priuare non possit, num.* 16. *versic. ut vero*, & probatur *ex lege* 8. *tit.* 4. *part.* 5. *vbi Greg. glos. fin.* & in nostro regno *lib.* 4. *titul.* 97. §. 4. & melior de iure *d. lib.* 4. *titul.* 65. §. 2. Deinde, *in leg.* 1. §. *Quanuis, &* §. *Si pluribus D. si quid in fraudem patroni* vbi donationes factæ à liberto in fraudem legitimæ patroni reuocātur pro rata legitimæ, ex quibus hæc opinio contra communem verissima est; neque ex communi vel alijs inuolutis distinctionibus, de quibus *glossa, Salycet. Baldus, Aretin. consil.* 47. optime *Costa cap. Si pater glossa priuare non posse, à num.* 16. *Nata cons.* 125. *à num.* 3. refert *Mangil. quæst.* 93. *num.* 20. & alij, scribentes *in d. l.* 1.) aliquid certum colligi potest, vt singula singulis referendo, videri potest *ex Rubeo d.* §. *Imperator à num.* 94. cum multis sequentibus.

Nec retēta hac nostra verissima sentētia, obstant illa duo iura, quæ ansam prębuere tantæ discordiæ cū 128.
alijs supra expensis; nam ad primū de *textu in d.* §. *Imperator* satisfacit *glossa* 1. quam sequitur *Rubeus in repetitione nu.* 146. dimidiam, de qua ibi, non esse referendam ad totam hæreditatem, sed solum ad dimidiā trientis, qui pro legitima vtriq; nepoti debebatur, quam interprætatiōnē non respuit *Cuiac. & Gothof. ibidem*, & nos l bēter amplectimur, sentit *Mangil. sup. num.* 24. *in fine.*

Ad text.

Ad *text. vero difficilem in d. leg. Si libertus, versicul. plane D. de iure patronat.* omissa responsione, quam tetigit (*Costa vbi supra d. num.* 16. *versic. non obstat text.* responderi potest, & meo videri secundum verum, & subtilem sensum literæ, ibi alienationem non reuocari in totum, sed solum pro parte patrono competente, ratione legitimæ., quod satis deducitur ex verbis, & mente iuris consulti Vlpiani, ibi (*verum per Fauianam, & Calui sianam actionem reuocabuntur ea, quæ per fraudem sunt alienata*) constat autem solum legitimam esse alienatam per fraudem, igitur solum ad concurrentem quantitatem debet alienatio reuocari, vel si magis arrideat, dic libertum, maximo esse vinculo alligatum respectu patroni, maximamque reuerentiam ei debere, cuius fauore constitutum fuit, quod si libertus in fraudem alienasset, posset patronus per Fauianã reuocare, & omnia abintestato possidere, sed prior intellectus conuenit literæ, *leg.* 1. §. *Si pluribus*, & §. *Quanuis D. si quid in fraudem patroni*, vbi reuocatio, quæ fit per Calui sianam restringitur solũ ad quantitatem debitam ipsi patrono, non autem admittitur reuocatio, pro omnibus rebus donatis, vt modo diximus, & sic intelligendu est *d. versicul. plane, cui textui* vsq; adhuc inueni, qui responderet, ex his qui communem sententiam sequuntur, nec aliquam congruam respo-

129. sionem admittit; *nam d.* §. *Si pluribus*, loquitur de reuocatione facta per patronum infraudem suæ legitimæ, & solum reuocat vsque ad debitũ subsidium, cur ergo §. *Plane*, non erit interpretandus ad illius similitudinem, vt ibi reuocatio fiat vsque ad debitum subsidium, quia hoc tantum fuit in fraudem patroni alienatum, *optima glos. final, in l.* 1. *Cod. si quid in fraudem patroni*, nec enim consideratio *Costæ supra num.* 17. satisfacit, quam sequitur *Mangil.* eo non citato *quæst.* 93. *n.* 21. *in fine*, dum quo adhoc, faciunt differentiam inter patronum, & filium reuocantem legitimam.

Nec *in toto titulo Cod. de inofficios. donat. est text.* qui communem opinionem, quã totis viribus defendit *Costa d. num.* 16. *versic. his tamem non obstantibus*, probet, quã male posse defendi scribit *Rubeus in d. repetitione num.* 46. Nam quantuncunq; percurras omnia prædicta iura, magis contra communem sententiam, quam in ipsius fauorem expendi possunt, vt supra sigillatim consideraui mus; Nec vltimum fundamentum de æquiparatione vtriusque querelæ inofficiosi testameti, & inofficiosæ donationis communem iuuat, quia similitudo, quæ inter vtranque reperitur, satisueri ficatur in effectu vnicuiq. proportionato, quia quemadmodum illa reuocat testamentum in totũ, quasi pater mortuus sit abintestato, ita & hæc reuocat male alienata infraudẽ,

fraudē, vsque ad concurrentem legitimę quantitatem, vt in terminis scribit *Costa supra num.* 22. Deinde vtraq; circa durationē temporis, recte procedit, quia sicut illa quinquennio finitur *leg. Si quis filium* §. *final, Cod. inofficioso testamento*, ita & hæc quinquennio finitur *glossa verbo temporibus, in dict. l. vltima Cod. inofficios. donat. Gratianus supra num.* 40. in alijs autem maxime differunt, quia illa contra testamentum, hæc vero contra cōtractum concipitur, vt late prosequitur *Rubeus in d. Repet.* §. *Imperator à num.* 5.

Ex quibus de rigore iuris hanc opinionē contra communem iuribus magis consonam reputo, licet communis in nostro regno practicanda sit proter authoritatem *Bartoli*, cui maxime detulit *lex Regia lib. 3. tit. 64. §. 1. ad fin.* apparet ergo ex supra resolutis filio competere quærelam inofficiosæ donationis pro legitima consequenda, quando pater in fraudē ipsius bona alienauit.

Quærunt Doctores, an ea resolutio admittenda sit, quando pater
130. non donauit, sed vendidit? in qua quæstione *glossa. in l. 1. Cod. inofficiosis donat.* ante finem, *& in l. 1. Cod. si in fraud. patron.* tenent querelam ex illo titulo, non posse locum obtinere in alienatione facta titulo oneroso, *glos.* sequitur *Bartol. in leg. Hæreditariam D. de bon. author. iud. possid. Iason in authentica Nouissima Cod. inofficios. num.* 3. *Berengar. in leg. In quartam D. ad leg. Falcidiam, num.* 262. *part.* 1. *Calcan. consil.* 75. *num.* 3. *Couarru. in cap. Raynucius* §. 10. *num.* 9. *Pinel. l.* 1. *part.* 3. *de bonis maternis num.* 76. *Costa cap. Si pater d. glossa priuare non possit numer.* 23. *Clar.* §. *Donatio quæst.* 24. *num. vltim. Barbos. l.* 2. *D. soluto matrimonio part.* 1. *nu.* 173. *Mangil. de impus. quæst.* 93. *num.* 16. apud quos, maxime apud *Costa*, plures antiquos reperies tenentes hanc sententiam negatiuam, quæ cōmunis est, & receptissima, vt constat *ex Bartol. Clar. Costa, & alijs*, quæ nititur in eo, quod reuocatio ex capite inofficiositatis dari non potest, quando possessor non est in lucro, patet ex toto illo titulo, sed supponimus in hoc casu titulum oneroſum, igitur nec emptori imputari potest, supposito, quod pretium numerauit, *leg. Nemo prædo D. de regulis iuris.* Contrarium tamen tenuerunt plures Doctores, quos refert *Costa vbi supra, num.* 23. *Clar. dict. quæstion.* 24. *num. final. Menoch. remedio* 9. *recuperand. num.* 181. alios citat *Mangil. supra num.* 17. quando pater vendidit minori pretio, quia in eo, quod vltra valet res, censetur facta donatio, argumento *text. in leg.* 1. §. *Si quis in fraudem D. si quis in fraudem patroni*, vbi similiter reuocatur venditio facta à liberto, quando in pretio patronum fraudauit; Sed in hac controuersia, optima concordia est, quam adducit *Costa vbi supra numer.* 24. quod vel

pater

pater vendidit ſimpliciter minori pretio, & in hoc caſu nõ habet locum querela, iuxta priorem communem ſententiam, quod in dubio præſumitur, vel conſtat patrem vendere minori pretio, vt de reſiduo faciat donationem, quod à filio probandum eſt, *ex l. Cum de indebito D. de probat, Menoch. caſu 89. Maſcard. Surd. & alij ibi*, & in hoc caſu dabitur reuocatoria quoad donationem, argumento *text. in l. Si ſponſus 5. §. Circa D. donation. inter virum leg. Si quis donationis 37. D. de contrahend. empt. Sanches lib. 6. de matrim. diſput. 1. nu. 11. Morla in empore o titulo de contrahenda quæſt. 20. num. 7. Pinel. l. 2. de Reſcind. part. 1. cap. 2. num. 27. Couar. 2. var. cap. 4. num. 10. Mantica de contractib. lib. 14. titul. 2. num. 20. Coſta ſupra* ad quos terminos reducendus eſt *Mangil. d. quæſt. 93. nu. 18. & ſequent.* cum pluribus, quos citat.

Circa aliud caput reuocationis
131. ex capite alimentorum, quæ filijs ſpurijs, & naturalibus nobilium cõpetit, admite cum *Surd. de alimentis titul. 8. priuilegio 81. à num. 10. cum Paleot. de noth. cap. 34. num. 10.* qui reſoluunt poſſe alienata reuocari vſque ad debitam quantitatem alimentorum, argumẽto *d. l. Si liqueat Cod. reuocand. donat. l. Si totas eodem Caſtillo tom. 4. c. 31. n. 94.* vbi plures.

Vnde conſequitur parentibus etiam dari eadem remedia, quæ ſupra conſiderauimus in filijs ad
132. conſequendam legitimam, quam ex bonis filiorum detrahere poſſũt, maxime querela inofficioſi, *iuxta princip. Inſtit. de inofficioſ. & in d. leg. Pater filium 14. D. eod. titul.* & in ſuperius dicendi teſtamentum nullum, ſi pretereantur, vel iniuſte exhæredentur, *iuxta textum in Authent. vt cum de appellat cognoſcitur, §. Aliud quoque capitulum, & §. Siue igitur, & §. Sancimus, Valaſc. conſult. 61. num. 2. & de part. cap. 17. à num. 32. Rojas de ſucceſſ. cap. 29. n. 42. optime Mangil. d. quæſt. 93. nu. 54. poſt Beroum. conſil. 49. num. 53.* cum alijs quos citat *Coſta dict. gloſ. priuare non poſsit nu. 34. & ſequenti, Cephal. conſil. 53. num. 64. Gab. conſi. 101. num. 9. lib. 1.*

Aliud caput Reuocãdi alienata conſiderant Doctores, per natiuitatem filiorum, *iuxta terminos, leg. Si vnquam Cod. de reuocand. donation.* in 133
quibus Doctores ſolẽt diſtinguere; nam ſi pater donauit extraneo per ſuperuenientiam liberorum totam donationem reſcindere valet, quaſi non donaturus, ſi cogitaret de filijs futuris *d. l. Si vnquam*, quam ſic interpretatur Doctores communiter ibi, *per Ripa n. 2. Rubeus in d. §. Imperator n. 156. & ſeqq. Mangil. d. quæſt. 96. n. 15. Bart. d. §. Imperator nu. 6. Corneus conſil. 15. volumine 1. Tiraq. in proœmio eiuſdem l. num. 17. & 60.* in quo nullum dubiũ eſt; inter ſcribentes, *Gom. 2. tom. cap. 4. num. 11. Mantica de contract. lib. 21. tit. 10. nu. 14. Bald. l. 1. C. inofficioſ. donat. n. 18. Clar. §. Donatio quæſt. 22. Guter. de iur.*

de iur. 1. par. c. 9. Peregr. lib. 6. variar. à num. 11. Fachin. lib. 3. contr. cap. 84. & sequentibus, Molina disputat. 281. Corras. 3. Miscell. cap. 30. Cald. de potest. eligend. cap. 4. & ad §. Sed hac de inofficioso n. 40. Barbosa l. 2. part. 1. de solut. matr. n. 167. Donel. iure ciuili lib. 4. cap. 27. & 32. Faber de coniect. lib. 7. cap. 14. & 15. post Cuiac. lib. 10. obser. cap. 5.

Maior tamen est contentio, quã do pater non reuocauit in vita donationẽ, an possint filij post mortem ipsius agere ex *dict. leg. Si vnquam?* In qua quæstione communis est sententia negatiua, vt pos- 134. tiquiores tradit *Ripa dict. leg. Si vnquam numer. 114.* vbi plures refert *Immol. in cap. vltim. de donat. numer. 5. Antonius Rubeus*, qui testatur de magis communi in repetitione *d. §. Imperator num. 255. Corneus consil. 231. lib. 2. Bertand. consil. 83. lib. 2. Clar. §. Donatio quæstion. 23. in fine, Tiraquel. verbo susceperit liberos num. 211. &; 222.* sequitur nouissime ex professo disputans *Mangil. de imputat. quæstion. 102. à num. 8. 17.* & fere per totam, pertransit *Cabedo p. 1. decis. 63. num. 6. Gamma decis. 240. in fine*, mouetur communis ex verbis *d. l. Si vnquam, ibi (in eiusdem donatoris arbitrio mansurum,)* quasi Imperator expectet arbitriũ donatoris circa reuocandam donationem: Secundo *ex l. fin. Cod. eodem titul.* vbi similis reuocatio, ex capite Ingratitudinis nullo modo transit adhæredes, vt per *Gamam de-* 133

cisione 176. Molina de iustitia disput. 453. num. 20. Barbos. l. Si quis intentione D. de iudicijs à nu. 72. Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 112. à num. 28. late, Caldas de extinctione, 4. part. cap. 18. num. 25. Sicut in declaratione felloniæ tradit post *Ripam dict. leg. Si vnquam. quæst. vltim. Tiraquel. super num. 215. & sequent. Mangilius supra numer. 12.* Tertio quia ibi agitur de iure declarandi, & proferendi arbitrium, quod personale est, nec ad hæredes transit, argumento *text. in l. Si quis arbitratu D. de verborum, glossa in leg. Idem Pomponius 5. §. final. D. de reiuendicatione, verbo, apparent.* Vltimo, quia reuocatio donationis fit ex dispositione, *dict. leg. Si vnquam*, sub illa conditione, si donatori placuerit, oportet igitur, vt donator expresse declararet voluntatem suam, argumento *text. in leg. Si ita legatum, §. Illi si volet D. de legatis primo*, de qua *Menoch. consil. 210. & lib. 4. præsumption. 210. numer. 57. Costa 2. selectarum cap. 4. Peregrinus articul. 40. numer. 61. Sanch. 5. de matrimonio disputat. prima, numer. 7. Donel lib. 8. cap. 15. Faber. decade 52. error. primo.*

Contrariam tamen sententiam tenuerũt plures, & grauissimi Doctores, tam antiqui, quam recentiores, *Alber. Angel. d. l. Si vnquam, Ripa*, qui ad vtranque partem disputat. *dict. leg. Si vnquam quæst. 42. à num. 104. & 2. sequentibus. Gabriel commun. tit. de donat. concl. 2. n. 22.* 135.

vbi citat *Marianum Soccin. consil.* 126. *lib.* 3. & eius filium *Bartolomeū Succin. cons.* 67. *lib.* 3. citatur etiam *Baldus in d. l.* 1. *Cod. inofficios. donation.* sed inepte, quia contrarium tenet, & melius citari posset *consil.* 239. *tom.* 3. vbi hanc partem expresse tenet, ex quibus *Valasc.* sequendo accerrime hanc partem *consul.* 31. *num.* 5. ait reperire æquales numero Doctores pro, & contra. Sed absque dubio prior sententia magis sequuta est per scribentes, vt constat ex ibi citatis, & pluribus alijs, quos referunt, sed ego inter omnes minimus nunquam recederem nec in iudicando, nec in cōsulendo, nec etiam defendendo in scholis ab hac secunda sententia; moueor ex vnico, & validissimo fundamento, ad quod bene aduertit *Valasc. supra numer.* 9. *versiculo, postremo*, quod deducitur ex visceribus, *dict. l. Si vnquam* ibi, (*& postea susceperit liberos, totum quicquid largitus fuerat reuertatur, in eiusdem donatoris arbitrio, ac ditione mansurum*) quibus verbis Imperator apertissime demonstrat per superuenientiā liberorum ipso iure reuocari donationē, & omnia tradita per ipsam reuerti. quoad dominium ad arbitrium donatoris, sicut cætera bona, quæ semper apud ipsum remāserant, cur ergo dubitandum est de reuocatione, quasi dependente ex voluntate donantis, si Imperator ipso iure dominium ad donantem transfert, & omnem disponendi de rebus donatis ei concedit potestatem, necesse est, enim vt donatio iterum reualidetur, constare de noua voluntate, per quam significetur velle donantem de nouo ratificare ipsam donationem sic reuocatam, quę voluntas non præsumitur, *iuxta l. Si cum aurum D. de solutionibus, leg. Cum de indebito D. de probation.* Secundo probatur hæc nostra sententia *ex d. l. Si totas*, ibi (*ad patrimonium tuum reuertetur*) vbi donatio omnium bonorum facta vni filio reuocatur ipso iure per natiuitatem alterius filij quoad quantitatem legitimæ ipso iure, *vt per glossā*, ibi *verbo, detractum, & communiter scribentes*, hæc enim est mens genuina *d. l. Si vnquam*. Deinde, quia omnes admittunt posse donatarium donationem sic reuocatam de nouō ex bona fide prescribere, *per Ripa ibi n.* 107. *alias quæst.* 43. *Gabriel. d. conclus.* 2. *num.* 23. *Valasc. d. consultat.* 31. *num.* 8. Sed præscriptio non potest admitti, nisi circa res alienas, vt notissimum est, igitur. Nec dubitandum est de translatione dominij, in terminis *dict. leg. Si vnquam*, ad donatorem, vt patet ex verbis supra relatis, quæ sine manifesta violentia nullam aliam recipiunt interpretationem, nec de potestate legis dubitandum est, quando ex iuxta causā dominium transferre intendit, de vna persona in aliam, *leg. Raptores Cod. de Episcop. & cleric.* causa autem ob quam lex transfert dominium iterum ad

donato-

ad donatorem illa est, quia præsumit contrariam voluntatem in ipso donante, quasi si cogitaret de filijs nascituris non donasset, vt omnes, nemine discrepante, admittunt, *in d. leg. Si vnquam vbi glossa 1. Bart. & Bald. Rubeus dict. §. Imperator num. 246. Gabriel d. conclusione 2. nu. 2. Tiraquel. in præfatione num. 3. & 4. Molina de primogen. lib. 2. cap. 3. num. 42. Peregrin. lib. 6. variar. à num. 11. Fachin. contr. lib. 3. cap. 84. Ceuallos quæst. 104. Molin. disputat. 281. Valasc. d. cons. 31. num. 9. Caldas 3. part. de potestate eligend. cap. 4. Barbos. l. 2. D. soluto matrimonio num. 167. part. 1.* Et hac parte retenta, tanquam verissima, facile dissoluuntur argumenta contrariæ magis communis, nam ad primum respondetur, verba supradicta in argumento non significare, vt magis cõ
136. munis vult, arbitrium donatoris in reuocando donationem, quia iam ipso iure reuocata est, vt late supra demonstrauimus ex eadem *l. Si vnquam*, sed solum denotant absolutum arbitrium donatoris, ad disponendum de ipsis rebus donatis, sicut de alijs, quæ semper sub sua potestate remanserunt, argumento *leg. In re mandata Cod. Mandati, leg. Nemo exterus Cod. de Iudæis* cum rationibus supra adductis; Ad secundum fundamentum, cum illationibus ibi relatis, fatemur in terminis *d. leg. final, Cod. de reuocand.* non transire potestatem illam ad hæredes, quia ibidem nõ reuocatur donatio ipso iure, sed requiritur sententia, quia fit ob ingratitudinem, sed exinde non fit valida instantia ad casum nostræ quæstionis, in qua reuocatio ipso iure inducitur, vt supradiximus, & dominium per legẽ translatum est ad ipsum donatorẽ, & sic intelliguntur doctrinæ supra adductæ, in quibus licet admittamus iuris amissionem ipso iure, tamen requiritur voluntas declaratoria, cum habeat rationem pœnæ, vt per Doctores ibi citatos, facit *Ordinatio lib. 4. titul. 39. in fine principij*, ibi (*seo quizer*) *optime Barbos. l. 2. part. 1. num. 134. D. soluto matrimonio, & num.* 135. & 128. vbi plures citat, *Caldas 5. part. l. Vnic. Cod. ex delict. defunct. n. 47. Pichard. dict. §. Non autem de perpet. & tẽporal. n.* 12. *Donel. lib. 7. cap. 29. §. Hæres*, quæ pœna non consideratur *in dict. l. Si vnquam*, quia non fit ibi reuocatio in pœnam, sed propter præsumptam voluntatem contrariam donãnantis, qui si cogitaret de filijs nascituris minime donasset, ne alias videretur extraneũ propriæ soboli anteponere, *contra l. Cũ auus de cond. & demonstr. leg. Cum acutissimi Cod. de fideicommiss.* vltra supracitatos optime *Gomes 2. tom. cap. 4. nu.* 11.

Ad tertium satisfit dicendo, ibi non agi de iure declarandi arbi-
137. trium, quia dominium omnium rerum, quæ donatæ fuerunt ipso iure, translatum est ad personam donatoris, solumque dispositio de ipsis bonis in arbitrio ipsius posita

est, vt supra satis probauimus, quo posito, sumus extra terminos argumenti. Similiter etiam euitamus vltimum fundamentum contrariæ sententiæ, negando reuocationem, de qua *in dict. l. Si vnquam*, fieri sub aliqua conditione, quinimo pure fit authoritate ipsius legis, retransferendo dominium ipso iure ad donatorem pure, & sine aliqua conditione, vt supra probauimus. Nec huic nostræ verisimæ sententiæ obstabit vlterius consideratio *Valasci supra num.* 10. quod *dict. leg. Si vnquam*, est lex exorbitans respectu *l. Perfecta donatio C. de donat. quæ sub modo*; vnde cum loquatur tantum in ipso donatore, non videtur extendenda ad aliam personam, id est filium, quia respõdetur, *dict. l. Si vnquam*, solum esse exorbitantem respectu casus reuocationis, non autem respectu personæ, ex quo euitatur difficultas. Vel etiam responderi potest, quod cum in hoc casu non agatur de reuocando de nouo donationem, sed potius de recuperandis rebus donatis, quarum dominium per legẽ translatum fuit ad patrem mortuũ, idem ius, quod pater habebat ad intentandam reiuendicationẽ contra donatarium retinentem res de facto, transiuit in filium, tanquam hæredem, ex regula, *leg. Hæres in omne, D. de acquirenda hæreditate.*

138. Ex quibus satis defenditur nostra sententia, quam semper habui pro veritate, & multo maiori ratione pariet exceptionem, casu, quo res sint adhuc penes donantem; nam si filius de nouo agnascatur, donatarius vero res petere intendat, exceptione doli repellẽdus est, quia sine causa petit, *text. optimus in leg. 2. §. Circa D. de exceptione doli Mendoça de pactis lib. 1. cap. 4. à numer. 46. Mantica de contract. lib. 14. titul. 12. à principio, Peregrinus variar. lib. 5. num. 82. Azeued. leg. 2. titul. 16. lib. 5. recupilat. num. 43. Ægidius Lusitanus dict. leg. Ex hoc iure tom. 1. cap. 11. à num. 13.* & in terminis nostris identicis scribit. *Valascus dict. consil. 31. numer. 6. in fine per Ripam dict. num. 106.* Sicut etiam à fortiori procedet casu, quo pater limitatum tempus post natiuitatem filij superuiuat, in quo adhuc communis sententiæ authores illam admittunt, *vt per Rip. dict. num. 107. Tiraquel. glossa susceperit liberos numer. 122. Valasc. dict. num. 6. à principio, Gom. d. cap. 4. num. 12. ad finem*, cum his, *quæ Barbos. leg. 2. part. 1. D. solut. matrimonio à numer. 128.* vel quando maximis negotijs implicatus, ita vt voluntatem non possit oportune explicare, qui casus in confesso est apud omnes.

Vnde etiam sine controuersia procedit opinio *Bart. in d. l. Titia, §. Imperator D. de legat. 2. ad finem,* 139.
Immol. d. cap. fin. num. 22. Tiraquel. dict. verbo, susceperit liberos num. 203. Valasc. d. consil. 31. n. 11. refert *Gomes 2. tom. cap. 4. n. 12. in principio Gabr. d. concl.*

concl. 2. *n.* 18. dum cum communi resolutione cõtendunt, quod adeo verum est donationem reuocari ipso iure, per superuenientiam filiorum, vt etiã si filij iterum decedant, donatio amplius reuiuiscere non potest, argumẽto *l. qui res* §. *Aream. D. solut.* quæ sententia satis confirmat opinionem nostram contra magis communem, fatentur enim hi Doctores reuocationem virtute legis factam esse ipso iure, quo dato, necessario fatendum est nullam donatoris declarationem esse necessariam, vt perficiatur reuocatio, hæc enim iam perfecta est ab ipsa lege, per quam dominium translatum est in ipsum donatorem; vnde conuincitur *Gom. d. num.* 12. qui in caute existimat, in hoc casu donationem confirmari, si pater donans, non reuocet; & mouetur primo, *per l. Posthumus* 12. *D. de iniusto rupto*, vbi testamentũ irritum factũ per natiuitatem posthumi præteriti, si filius decedat viuente patre cõualescit; Secundo, per *text. in l. Ex facto* §. *penultimo, D. ad Trebellian.* vbi grauatus restituere, si sine liberis decesserit, si filium habeat, qui decedat in vita patris, adhuc cogitur restituere. Tertio, per *leg. Fœminæ*, §. *Illud Cod. secund. nupt.* vbi filij primi matrimonij, qui decedunt in vita patris, non impediunt liberam dispositionem bonorum. Quarto, quia donator non reuocãdo censetur tacite donationẽ approbare; Sed hæc fundamenta, *Gom.* aliena sunt à materia, nam *dict. leg. Posthumus*, aperte supponit de rigore iuris testamentum non 140.
conualescere, sed fuisse necessarium prætoris iuuamen, vt iterum conualescat, agnoscunt ibi cõmuniter Doctores *Conan. lib.* 10. *com. cap.* 4. *num.* 41. *Duar. sub illo titulo de inoff. rupt. cap.* 3. *column.* 6. *Cuiac. l. Si filius* 7. *D. de liber. & posthum. Donel. de iure Ciuili lib.* 6. *cap.* 16. *ad finem, Faber. lib.* 9. *de coniecturis cap.* 15. *& ipse Gom.* fatetur, qui termini longe diuersi sunt à nostro casu, in quo donatio reuocata fuit ipso iure, & dominium translatum; nec aliquis nouus actus supponitur, per quem iterum dominium reuertatur ad donatarium. Nec etiam *dict.* §. *penultim.* aliquid facit, quia illic necesse est, vt pater grauat⁹ de obligetur à restitutione, vt filij existant tempore mortis, vt omnes scribentes ibi ex coniectura testatoris scribunt, optime *Peregrin. artic.* 29. *de fideicommiss. post Manticam lib.* 11. *de coniect. titul.* 6. *nu.* 3. *Menoch. lib.* 6. *de præsumption. præs.* 50. *nu.* 28. *Genoa de Concil. leg. pag.* 251. *& præceptores ibidem*, quæ coniectura deficit omnino in terminis nostris, vt constat ex ipso facto, vbi filij non requiruntur, vt superuiuant. *Ad* §. *Illud*, dic ibi requiri vitam filiorum, vt inducatur effectus, de quo ibi, in nostro vero casu sufficit, vt vitales nascantur, ad retransferendum dominium, iuxta suprædicta.

Quartum negamus, quia potius contrarium est dicendum, *iuxta l. Si aurum D. solut. d.l. Cum de indebito D. de probationibus.*

Vltimus casus, qui in hac ma-
141. teria *l. Si vnquam* ventilatur ad nostrum intentum est, quando pater donationem fecit filio priori, vel omnium bonorum, vel maioris partis, an per natiuitatem secundi filij reuocetur donatio illa in totū. sicut in priori casu resoluimus? In qua quæstione Doctores communiter pertranseunt dicentes reuocationem faciendam esse tantum vsque ad quantitatem legitimæ, & debitum bonorum subsidium, non autem in totum, quam communē sententiam intendunt omnes probari *ex textu in l. Si totas Cod. inoffic. donat.* vbi est casus identicus, & formalis ab Imperatore decisus. Ratio communis est, quia in casu præsenti cessat fundamentum, *d. l. Si vnquam*, ex eo, quia pater iam filios habebat, quibus semper donationem contulisset, nec natiuitas filiorū illā impendiret, sed quia talis donatio non poterat esse iniqua, & pręiudicialis legitimæ natorum, ideo reuocatur, quo ad debitum bonorū subsidiū, quam sequuta est *Ordin. Regia lib. 4. tit. 65. §. 1. versiculo, & ficando Bart. ibidem & in leg. 1. Cod. eodem titul. & in l. Titia §. Imperator D. de legat. 2. vbi Immola Castr. Bald. & alij post Antonium Rubeum, num.* 105. *Corneus lib. 1. consilio* 15. *nu.* 3. & 18. plures per *Mangilium quæst. 99. num.* 35. *Peregrin. de fideic. articul.* 51. *num.* 23. *Clar.* §. *Donatio quæst.* 22. *numer.* 3. *Molin. de iustit. disp.* 283. & 285. *Cou. 1. var. cap.* 19. *num.* 1. *Barb. leg. 2. part. 1. D. soluto matrimon. num.* 168. *Castillo tom. 4. cap.* 31. *num.* 94. apud quos plures alios reperies, *Rojas de Succession. cap. 26. num. 26. Tiraquel. d. l. Si vnquam, verbo, libertis, numer.* 77. quæ sententia totis viribus amplectenda, & defendenda est, quicquid *Salycet.* quem tentat sequi *Rip: in d. l. si vnquam, quæst.* 47. *alias num.* 181. conetur probare, etiam in his terminis reuocari in totum donationem, secundum decisionem *d. l. Si vnquam*, quasi adhuc cessaret in patre voluntas donandi, si de alijs filijs nascituris cogitaret, quæ ratio est totale fundamentum *dict. leg. Si vnquam*, sed merito repræhenditur *Ripa in hoc à Tiraquel. d. num.* 77. refert *Mangil. nu.* 35. quia cum pater iam filios haberet, æqualis inter eosdem debet esse ratio affectionis, *l. Non solum D. Ritu nuptiar.* ac proinde sufficit, vt fiat reuocatio vsque ad legitimæ quantitatem, nō autem in totum, secundum terminos *d. l. Si vnquam.*

Restat denique pertractare quā-
to tempore sint duratura remedia, de quibus hucusque egimus. Im-
142. primis in omnibus casibus, in quibus diximus competere petitione hæreditatis, non est dubium durare hanc actionem per spatium triginta annorū, vt probatur *ex text. in l.*

Hære-

Hæreditatis, l. penultim. Cod. in quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio, gloſ. verbo compellat. in d. l. Hæreditatis vbi *Salycet. nu. 7. text. Optimus in l. 2. C. conſtitut. pecunia, vbi gloſ. verbo, trigrinta*; Nam licet petitio hæreditatis ſit actio in rem, nihilominus habet ſub ſe plures actiones perſonales, quæ per 30. annos durant, *d. l. 2. de Conſtit. pecun. l. Sicut C. de præſcriptione* 30. *Vandelinus de actionibus, fol. 6. de petitione hæredit. verſicul. 4. exceptio, Salycet. Bald. Caſtr. & Iaſ. in l. Si quis filium Cod. inofficioſo teſtamẽto Alex. conſ. 8. num. 26. lib. 3.* qui teſtatur de communi, *Balb. de præſcript. 4. part. quarta principalis quæſt. 23. num. 3. Menoch. conſ. 411. num.* 40. plures per *Mangil. de imputat. quæſt. 92. nu.* 10. Deinde ius dicendi teſtamentum nullum, in illis caſibus, vbi ſupra diximus competere filijs contra teſtamẽtum patris, etiã durat per triginta annos, *iuxta text. in l. Licet Cod. de iure deliberand.* vbi ſcribentes communiter, maxime, *Bald. & Salycet. vt per Gom. tom.* 1. *cap. 9. nu.* 27. & 28. *Couar. cap. Raynucius in principio, num.* 5. *Mangil. de imputation. quæſt. 92. num. 9.* optime *Mantua in l. Poſthumo C. bon. Poſſeſſ. contra tabul. num.* 85. & 87. apud quos teſtificatur de communi; nam cum ex hoc iure naſcatur actio, prout ſupradiximus, omnes autem actiones perſonales durent per 30. annos, nec minori ſpatio finiantur *d. l. Sicut, l. Omnes, l. Cum notiſſimi in principio, Cod. præſcript.* 30. *Gilchenius de præſcript. 2. part. memb. 1. cap. 11. num. 3. inſignis Barboſ. d. l. Sicuti, num.* 6. vbi plures citat ſequitur etiam per illud ſpatium durare hoc ius dicendi nullum.

Tota controuerſia eſt circa cõdictionem ex lege, quæ datur filijs ad complementum legitimæ conſequendum, an ſcilicet duret ſolũ per quinquennium, ſicut, & querela inofficioſi, an vero etiam extendatur ad 30. annos, In qua quæſtione ſupponendum eſt querelam ſolum vſque ad quinquennium extendi, *l. Contra maiores, l. Si quis filiũ Cod. inofficioſo teſtamento. Bart. Paul. in d. l. Si quis filium, & in l. fin. Cod. inofficioſ. donat. Surd. conſ. l.* 148. *nu.* 14. *lib.* 1. *Mangil. quæſt. 92. num.* 3. & *conſil.* 14. *Marta de ſucceſſione legali quæſt. 26. articul. 1. num.* 4. *Caldas in rub. Inſtit. de inofficioſo teſtam. à principio, & num.* 40. & *ſeq.* In prædicta igitur quæſtione, *Bart. in d. l. Si quis filium Cod. inofficioſo teſtamento num.* 3. ſcribit hanc conditionem quinquennio finiri, mouetur *Bart*, 1. per *text. in d. l. Si quis filium*, vbi Imperator de nouo concedit nepoti, vt poſſit querelare teſtamẽtum auitum, etiam ſi pater querelam præparatam non relinqueret, ita vt ipſe poſſet cauſam teſtamenti ad cauſã inteſtati reducere, quod Imperator limitauit, in caſu, quo auus patri aliquam quãtitatem reliquiſſet inteſtamento, quia per hoc relictum remouetur querela, & ſolum competit condictio ex 143.

lege ad ſupplementum ex nouis ipſius Imperatoris conſtitutionibus, & tandem cõcludit Imperator his verbis (*niſi pater adhuc ſuperſtes, vel repudiauerit querelam, vel quinquennio tacuit, ſcilicet poſt aditam hæreditatem*) ex quibus videtur probari, quod in terminis, quibus patri competit extraordinariũ remedium ad ſupplementum, ſi quinquenniũ tranſiuerit, amplius nõ ſit admittendus, quaſi remedium illud quinquennio finiatur. Secundo, quia condictio hæc ex lege, ſubrogata eſt in locum querelæ, *l. Omnimodo, leg. Scimus, Cod. inofficioſ.* ſed querela durat tantummodo per quinquennium, igitur, & condictio, argumẽto *leg. Si eum §. Qui iniuriarum D. ſi quis cautionibus, l. 1. §. Hæc actio D. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſus ſit*, quam regulam exornant late *Gabriel titul. de regul. iur. concluſione 2. Gutt. practic. lib. 1. quæſt. 34. num. 2. Caldas d. §. Sed hæc Inſtitut. de inofficioſo teſtamento, num. 28. Peregrin. de fideicommiſſis articul. 16. num. 30. Flores var. quæſt. 20. Surd. conſil. 53. à numer. 14. Barboſ. leg. Maritum, D. ſoluto matrimonio, numer. 78. & in Rubrica 3. part. num. 77.* Tertio, expendit textum, cui non poſſe reſponderi teſtatur *Iaſon. in dict. leg. Si quis filium, num. 5.* videlicet *l. vltim. Cod. de inofficioſ. donat.* ſic inducendo. Querela inofficioſæ donationis habet locum, ſiue aliquid filio ſit relictum, ſiue non, & tamen, quãdo aliquid eſt relictum, querela ſolum datur ad illud, quod deeſt, *l. 1. Cod. eodem titul.* & conſtat hoc ius agendi ad ſupplementũ finiri quinquennio, *dict. leg. vltim.* ſicut querela ipſa, igitur eodem modo ius agendi ad ſupplementum legitimæ per quinquennium finietur, ſicut querela ipſa; Quarto, quia dubitãdum non eſt hanc condictionem eſſe actionem inofficioſam, quaſi pater inofficioſe feciſſet non relinquendo integram filio legitimam, conſtat tamẽ actiones omnes inofficioſas quinquennio præſcribi, *leg. 2. Cod. de apoſtatis*, ex quibus, & alijs leuioris ponderis fundamẽtis, quæ conſulto omittimus, *Bartolum*, ſequuntur *Angel. in l. Papinianus §. Si conditioni D. inofficioſo teſtamento, & in Authent. de triente, & ſemiſſe, §. 1. Roman. in l. Certi condictio D. ſi certum petatur, Guid. Papa conſ. 170. column. final.* quos refert *Rodericus Suar. l. Quoniam in prioribus limitat. 3. ſuper leg. Regni*, citat *Mangil. de imputat. quæſt. 92. num. 7. in fine.*

Verum contra *Bartol.* inſurgit *Bald. in Authentica præsbyteros, Cod. epiſc. & cler. & in leg. Si quis filium num. 6. Cod. inofficioſo Salycet. 8. Flor. Iaſon. in dict. leg. Si quis filium, Alexand. conſil. 197. column. 3. Caſtrenſ. conſil. 122. Pariſ. conſil. 32. volum. 3. Boer deciſion. 250. num. 4. Suares, vbi ſupra, Gabriel. titul. de præſcript. concl. 8. num. 2. Merch. de creat. §. 10. nu. 255. Honded. conſil. 82. num. 15. lib. 1. Decian. conſil. 59. numer. 14. lib. 4. Tiraquel. leg. Si vnquam verbo, reuer-* 144.

tatur num. 396. plures, quos sequitur *Mangil. quæst.* 92. apud quos est communis, & receptissima sententia, resoluens hanc condictionem durare triginta annos, pro qua faciunt sequentia fundamenta. Primũ, quia supplementum hoc prouenit ex lege, & dicitur ipsius legis condictio, *d. leg. Omnimodo dict. l. Scimus Cod. inofficioso*, ac proinde est actio personalis, licet in rem dirigatur, ac proinde succedit *regula l. 2. Cod. constit. pecunia l. Sicuti l. Omnes C. præscript.* 30. Secundũ, quia supplementum subrogatur in locũ legitimæ, *d. leg. Scimus*, non autem in locum querelæ, quia per supplementum remouetur querela, vt patet ex illis iuribus, ergo naturam legitimæ assumere debet, quæ peti potest vsque ad 30. annos *d. leg. Hæreditatis Cod. petit. hæredit.* cum supra relatis; igitur etiam, & supplementum. Pro hac parte plura alia expendit *Mangil. d. loco à num.* 5. *& sequent.* Sed omnia parue considerationis, ideo consulto omittimus. Retenta igitur hac parte, non obstant, quæ pro *Bart.* & sequacibus supra adduximus; nam ad pri-
145. mum *d leg. Si quis filium in finalibus verbis Cod. inofficios.* satisfit dicendo, ibi non proponere casum, quo actio ad supplementũ per quinquennium finitur, sed casum, quo querela competere poterit, tunc enim per quinquenniũ remoueri potest, constat in super supplementum, & querelam insimul concurrere non posse, quia supplemẽtum ad nihil aliud emanauit, nisi vt querelam excluderet, ac proinde resoluendum est *in d. leg. Si quis filium in fin.* minime loqui Imperatorem ibi de supplemento, vt omnes Doctores communis contendunt, *Mangil. d. num.* 5. *ante finem.*

Ad secundum respondeo supplementum minime subrogari in locum querelæ, imo illam excludit, *dict. leg. Omnimodo dict. leg. Scimus*, ac proinde, cessat argumentum, datur enim notabilis differentia inter querelam, & supplementum, quia querela testamentum eneruat *leg. Papinianus* §. *Si conditioni, &* §. *fin. D. inofficioso*, at vero supplementum testamentum non irritat, *d. l. Omnimodo.*

Ad tertium fundamentum *d. l. fin. Cod. inofficios. donat.* omissa responsione *Mangil. d. num.* 5. *ad fin.* dicendum putamus, magnam dari differentiam inter casum *d. leg. vlt.* & nostram quæstionem, nam *l. vlt.* solũ æquiparat querelã inofficiosæ donationis, cũ querela inofficiosi testamenti, quam æquiparationem nos libenter agnoscimus, sed negamus æquiparationẽ inter cõdictionem ex lege, ad supplementũ legitimæ, quæ semper est actio personalis, per quã intenditur solum, vt legitima repleatur, & inter ipsam querelam inofficiosæ donationis, quia per condictionem ex lege, de qua loquimur, testamentum, in nihilo offenditur; at vero per

querelam

querelam inofficioſæ donationis reuocatur donatio vſque ad debitum bonorum ſubſidium, etiam caſu, quo pater aliquid filio relinquat, nec hoc caſu datur actio ad ſupplementum, ſed eadem querela reuocatoria, vſque ad legitimæ quãtitatem, vt ſupra probauimus.

Ad quartum negamus ius hoc agendi ad ſupplementũ eſſe actionem inofficioſam, ſed quid longe diuerſum; Nec *l. 2. de apoſtat.* aliud euincit, quia debet intelligi reduplicatiue.

Claudamus pueri riuos ſat prata bibere.

Laus, & honor omnipotenti Deo, Beataque Virgini Mariæ?

LAVS DEO.

INDEX

INDEX OMNIVM IVRIVM, QVE IN HOC VOLVMINE, EXPLICANTVR

litera. p. denotat partem, c. cap. reliquod numerum.

Ex Digestorum veteri.

Filium eum diffinimus de his qui sunt sui. p. 1. num. 119.

L. non aliter de adoptionibus, 1. p. num. 446.

L. quod si minor §. *Papinianus de minoribus. 3. p. 115.*

L. Papinianus, §. *Vnde si quis de inofficioso. 1. p. à n. 12. & 74. & 4. p. cap. 3. n. 9.*

§. *Quoniam quarta, num. 73. p. 1.*

§. *Si quis impubes eiusdem legis ibid. & num. 77. & 134.*

§. *Quarta autè eiusdem legis. 4. p. cap. 1. n. 18.*

§. *Si conditioni d. l. d. cap. 1. num. 35.*

§. *Meminisse eiusdem l. p. 1. 79.*

Item veniunt, §. *Item non solum de petitione hared. 4. p. cap. 3. n. 54.*

L. 3 §. *1. de transact. 2. p. n. 355.*

L. de his de transact. 2. p. 256.

L. Ille si verberatus, §. *1. de reiuend. 2 p. 293.*

L. §. *Qui in perpetuum, si ager vectigalis. 2. p. 319.*

L. 1. de vsufr. 2. p. 345.

L. In vsusfructus. 69. eod. titul. 3 p. 154.

L. Item veniunt, §. *Fructus de petit. hared. 4. p. art. cap. 2. 47.*

L. 3. de operis seruorum. 3. p. 157.

L. 5. eodem titul. d. num. 157. & 160.

L. Iulianus, §. *Si quis rem ad exhib. 2. p. 430.*

L. Fideicommissum 62 de cond. in deb. 2. p. 126.

L. Haredes. 26. § *fin. famil. erciscund. 4. p. cap. 3. à num. 7.*

L. Si non sortem §. *Libertus de cond. in deb. 1. p. 316. & 322.*

L. Pomponius, 35. fam. erciscund. 4. p. cap. 1. n. 54.

L. Si cum venderet de pignor. actione. 2. p. 210.

L. Sed & Celsus. §. *1. de contrab. empt. 2. p. num. 226.*

L. 5. §. *1. de condict. caus. data 2. p. 249.*

L. lex vectigali de pignor. 4. p. cap. 3. nu. 42.

L. 2. de in diem addictione. 2. p. num. 225.

L. Si fundus 4. de lege commissoria. 2 p. n. 226.

L. 3. §. *fin. qui potiores. 2. p. n. 210.*

L. Si creditor §. *fin. de distract. pignor. 2. part. à num. 227.*

L. Si voluntate 10. quib mod. pig. sol. 2 p. 213.

L. Vendicantem de euictionibus. 2. p. 378.

L. Iuris ignorantia, 7. de iuris & facti. 2. part. à num. 121.

L. 3. in principio de vsur. 4. p. cap. 3. nu. 71.

Dicta l. 3. §. *Nonnunquam d. cap. 3. à nu. 61.*

L. Paulus 14. §. *1. de vsur. d. cap. 3. num. 62. & sequenti.*

L. Herenius de vsur. d. cap. 3 num. 56.

L. Vsura, 34. de vsur. d. cap. 3. num. 69. in fin.

L. Oratio de sponsal. 2. p. n. 302.

L. Senatoris filia de ritu nupt. 1. p. nu. 247.

L. Palam eodem titul. ibidem.

L. 5. §. *Si quis rogatus de donat. inter. 2. p. nu. 127, & 4. p. cap. 1. nu. 167.*

L. Quod si vir eodem tit. 2. p. nu. 322.

L. Mulier. 72. de iure dotium. 4 p. c. 1 nu. 19.

L. Ex parte 40. §. *Vt intestato de famil. ercisc. ibidem num 54. ad fin.*

L. Si vero, 9. de in rem verso. num. 68. vers. ad textum vero. 4. p. cap. 1.

L. Pater filia 71. de euiction. nu. 70. ante finem. d. cap. 1.

L. Nesenius de negot. gest. d. cap. 1. num. 71.

Index

L. Auus 82. de iure dotium d.cap. 1 n.78.
L. Si non mortis de inofficioso, cap. 1. n. 145.
L. Sed an vltro §. 1. de negot. gest. c. 7. n. 207.
L. Necessarias 25. D. de pignor. actione dict. cap. 1. num. 207.
L. Communi. 7. de communi diuidund. d. cap. 1 n. 217. & sequenti.
L. Item pradia de famil. Ercisc. d. c. 1. n. 218.
L. 3. de seru. export. 2. part num. 249.
L. penul. de pact. 2. p. num. 233.

Ex Infortiato.

L. Si mora de soluto matr. 4. p. c. 3. n. 84.
L. Cohæredi. §. Cohares de vulgari, 3. p. n. 96.
L. Qui duos eodem titul p. 3. nu. 106.
L. 3. eodem titul. p. 3. num. 192.
L. Qui liberis §. Hac verba, 3. p. n. 112.
L. Si in testamento, 5. eodem d. n. 112.
L. 1 §. 1, de rebus corum, p. 1. n. 422.
L. Quidam cum filium de hæred. instit. part. 1. num. 545.
L. Naturali de confir, tutore, 1. part. n. 168.
L. Cohæredi §. Cum filia de vulgari. 1. p. n. 68.
L. Si is qui 6. eodem, 1. p. num. 157.
L. Lucius eodem, 1. p. num. 159.
L. & si contra tabulas eodem, 3. p. num. 46. & 47. & 60.
L. Filius patri, eodem. 3 p. n. 69.
L. Si quis solidum, 72. de hæred. inst. 1 p. 158.
L. Si minor. 61. de acquir. hæredit. 3. p. n. 145.
L. qui non militauerat. 78. 1. respõso de hæred. inst. 4. p. cap. 2. n. 7.
L. fin. de iure delib. 1. p. n. 163.
L. Cum fisco, ad Sillanean. 2. p. n. 490.
L. 1. §. Si proponatur. Si quis omissa causa 2. part. num. 484.
L. Miles ita §. fin. de milit. testam. 2. p. n. 26.
L. 4. §. 1. de cond. inst. 2. p. n. 251.
L. Filius familias 117. §. Cum pater de legat. 1. 2. p. n. 379.
Dict. l. §. Diui o 2. 3. p. à nu. 241.
D. §. Diui, ibi, nec fisco, 2. p. 397. & 404.
L. Seruo 72. §. 1. de legat. 1. 4 p. cap. 3. n. 44.
L. Si quis inquilinos 115. §. 1. de legat. 1. dict. cap. 3. n. 44.
L. Filius familias, §. Si quis alicui de legat. 2. 4 p. cap. 2. n. 18.
L. Cum filio 11. de legat 1. p. 3. nu. 111.
L. Ab ex hæredati, 126. de legat. 1. p. 3. à n. 62.
L. Qui patri 59. acquir. hæred. 3. p. n. 77.
L. Lucius 90. §. Dama de legat. 2. 1. p. 163.
L. Cum pater 79. §. volo eodem titul. ibidem.
D. l. Cum pater in principio p. 4. cap. 3. à nu. 7.
D. l. Cum pater §. Titio d. cap. 3. n. 92.
L. Quidam 99. § Quoties de legat. 1. 2. part. num. 488.
L. Imperator, §. Cum quidam de legat. 2. 4. p. cap. 5. num. 93.
L. Titia §. Imperator de legat. 2. d. cap. 3. 128.
L. Si ita scriptum. §. Si sub conditione de leg. 2. 2 p. n. 354.
L. Cum pater §. Cum inter de legat. 2. 2 p. 260
L. Vnum ex familia §. Sed si vero de legat. 2. 2 p. num. 380.
D. l. Vnum ex familia §. Sed si secundum dict. 2. p. num. 381.
L. vltim. de leg. 2. §. vltimi. 4. p. cap. 3. à num. 35. & 37.
L. Cum patronus de legat. 2. 1. p. n. 62.
L. Vxo rem, §. Pater naturalis de legat. tertio 1. p. num. 161.
L. vlt. § 1. de legat. 3. p. 3. à num. 52. 65. & 57.
L. Quod his verbis, de legat. 3. 4. p. cap. 3. 57.
L. Pater 36. § Iulius de legat. 3 2. p. 241.
D. l. Pater §. penult. ibidem.
D. l. Pater § Fundum Titianum d. 2. p. nu. 2 60
L. 2. §. Item quæritur de dote prælez. 2. part. num 9. & 17.
L. 2, versiculo quemadmodum de annuis leg. 2. 3. p. n. 157.
L. 2. Si quis alicquem testari prohib. 2. p. 490.
L. Fideicomiss. in 75. de cond. & demonstr. 4 p. c. 3 nu. 107.
L. Ex facto 39. §. vlt. de cond. 2. p. nu. 490.
L. Titio 100. vers. sed si de cond. & demonst. 2. p. n. 253.
L. Hæredē de his quibus vt indig. 4. p. c. 2. n. 8.
L. Rescriptum, eodem tit. 2. p. a num. 428.
L. Qui fundum 86. §. Qui filium vers. si vero ad l. Falcid. 3 p. 79.
D. l. Qui fundum §. Qui filios vers. cum l. vt. ditio. 3. p. à nu. 62.
D. leg. Qui fundum §. Qui filium vers. quo. d. si extranei d. p. 3. à num. 67. & 70.
L. In duplicibus 79. eod. titul. p. 3. à n. 6. & 81.

L. In

L. In ratione 11. §. 1 quod vulgo eodem titul. d. num. 70.
D. l. In ratione, §. Quæsitum vers. aliâ causam 3. p. nu. 70.
L. Qui fundum 87. §. fin. eodem titul. d. p. 3. n 71. & 109.
D. l. In ratione §. Quæsitum vers. ideoque. 3. p. num. 74.
D. l. Qui fundum §. Qui filium in principio, 3. p. à n. 75. & 84.
L. 1. §. Id quod ex substitutione ad leg. Falcid. 3. p. nu. 70.
D. l. 1. d. § Id quod vers. sed ea 75. 80. & 82.
D. l. 1. §. Si coheredis, d. 3. p. n. 83.
L. Quod scripta 10. ad l. Falcid. 1. p. n. 89.
L. In ratione 11. §. vlt. eod. titul. d. 3. p. à n. 89.
D. l. In ratione §. quæsitum in principio, 3. p. n. 89. & 92.
D. l. In ratione, § Quod vulgo, 3. p. à n. 91.
D. l. In ratione §. Quæsitum vers. ideoque, d. 3. p n. 94 & 95.
D. §. Quæsitum vers. dixi. d. 3. n. 95. ad finem.
L. Pater filiâ, 14. in princip. ad legem Falcid. 4. p. c. 1 n. 68. & c. 2. n. 25. & 37. 2. p. n. 100.
D. l. Pater § fin. vers. quod si pater, 3 p. n. 103. & d. §. fin. in principio, à nu. 97.
L. 1. §. Coheredem ad l. Falcid, 3. p. n. 102.
L. In lege Falcidia. 9. cod. 4. p. c. 2 n. 43, ad fin.
L. 1. §. Si usufructus. ad l. Falcid. 2. p. n. 156.
L. 1. §. Si in annos ad l. Falcid. 3. p. n. 128.
L. Quod de bonis, 15. §. Non id circo. 3. p. n. 128 & 2. p. nu. 135.
L. Si dignum, 9. cod. 4 p. c. 2. n. 11. & 16.
L. Quod de bonis §. Fructus, 4. p. c. 2. à n. 49.
L. Si debitor, 12. 4. p. cap. 3. n. 90. & 2. f. n. 95.
L. Quod de bonis in principio, §. 1. 2. p. nu. 38. & 43, & 72.
L. Quod de bonis §. Quod avus, d c. 3. n. 91.
L. Si ex pluribus, 16. eodem 3. p. à nu. 128. & sequenti. & 2. p. n. 135.
L. Quod si alteruter cod. titul. 3 p. à nu. 75. & 80. 83. & 107.
L. Si pupillus 21. § fin eodem 3. p. n. 71. & à n. 109. & 113. & in vers. ex contrario, n. 114.
L. Nesenius 22. 4. p. c. 2. n. 8.
D. l. Nesenius vers. plane, d. n. 8 & 9.
L. Paulus 24 §. 1. 4. p. c. 2. n. 49.
L. Si à me 29. 4. p. cap. 3. n. 8. ad fin.
L. Is cui, 33. 3. p. 119. & sequentib. & 4. p. c. 2. num. 49.
L. In ratione 30. §. vendere, 4. p. c. 2. n. 11 & 16.
D. l. In ratione §. Tam. & sic. 2. n. 15. & 12. & 4. p. c. 3. à nu. 10.
L. Paulus. 24. 2. p. n. 428.
L. pavalos 32. §. Annua 3. p. n. 129.
L. ad veterani, 40. §. 1. 4. p. c. 2. n. 15.
L. In lege Falcidia 45. 3. p. à n. 119. & 4. p. c. 2. num. 49.
L. lex Falcidia 47. 3 p. n. 128.
L. Servi, 43. 4. p. cap. 1. n. 6.
L. Si propter, 53. 3. p. à n. 120.
L. Cum quo §. fin. d. 4. p. c. 1. 262. & cap. 2. nu. 29. & 30. & cap. 3. n. 14. & c. 2. n. 12.
L. Cum Titio 55. 3. p. à n. 132. & 136.
L. Legatus. 65. 4. p. c. 2. n. 15.
L. Si cum dotem 57. 2. p. n. 18.
L. Circa 66. 4. p. c. 2. n. 49.
L. In quantitate 73. §. Magna dubitatio, 3. p. à num. 120.
L. Quod autem 74. 4. p. c. 2. n. 13 & seq.
L. Id autem 75. d. c. 2 à n. 15.
D. l. Id autem vers. sane d. c. 2. n. 19.
L. Qui quadraginta 81. § fin. d. c. 2. n. 49.
L. Si is qui 82. §. 1. 3. p. n. 157.
L. Quod autem, vers. sed si. 4. p. c. 2. n. 10.
L. Hereditatum, 78. 3. p. n. 146. & à n. 148.
D. l. Hereditatum vers. sic denique 3. p. n. 154.
L. Qui fundum 86. in princip 4 p. c. 2. n 11. & 16.
L. l. Qui fundum, §. Qui filios 3. p. n. 89.
D. l. qui fundum §. Qui filium vers. Si vero d. 3. p. à n. 90.
L. In singulis, 77. d. 3. p. n. 101.
L. Titia 86. 4. p. c. 3. à n. 6.
L. In quartam à principio, 4. p. c. 2. a principio, & nu. 6. & 13.
D. l. In quartam, §. Sed in fideicommissariam, 4. p. c. 3. a principio, & à nu. 5.
D. l. In quartam, vers. non quas d. c. 2. n. 15.
L. Filius familias 33. 4. p c. 3. n. 98. & sequenti.
L. Sed usufructus 81. §. fin. 2. p. n. 14.
L. à filio 93. 4. p. c. 2. n. 9. & 25.
L. 1. §. Si legata, si cui plusquam per legem, 3. p. n. 120.
L. 1. § Interdum eodem 1. p. à n. 57
L. 3. §. Quoties eodem tit. d. 3. p. n. 120.
L. 3 §. 1. eodem titul. d. 3. p. n. 136.

D.l.3.§ Si in plures, eod. 3.p.n.124.& 126.
L.3.§. Quod autē ad Trebell.2.p.n.183.& seq.
D.l.3.§.pn.ad Trebell.2.p.n.490.
L.Recusare, §.Si fisco eodem d.2.p.n.487.
D.l.3.§.Res quæ, 4.p.c.3.à n.28.& 32.
L.Cogi §.Hi qui solidum, eodem 4p.n.158.
L.Ex facto. §.Si quis rogatus, 1.p.n. 163.
D.l.Ex facto §.pen. d.c.3.n.140.
L.In Fidecommissariam, 18.eodem 4.p. c.3. à n.50.& à n.76.
L.Mulier, §.Cum proponeretur, eodem.d.c.3. n.89.& seq. (84.& 85.
D.l.Mulier §.Si hæres in principio, d.c.3.nu.
D.§ Si hæres vers. alia d.c.3.n.86.
L.Quidam 85.§.fin.eodem d.c. 3.n.36.
L.Ita tamen 27.§. 1. eod 4.p. c.2.nu.48.
D.l.Ita tamen §.Si seruum, d.c.3.n.55.
L.Balliſta 32. eodem d.c.3.n. 58.& 60.
L.Scribit 33.eodem d.c.3.à n. 58.& 63.
D.l.Ita tamen, §.Hæres ex asse. d.c. 3.n.81.
L.Hæreditas, 30.eodem 2.p.n.360.
L.Paulus 48.eodem, 2.p.n.428.
L.Lucius §.fin.eodem 2.p.n.355.
L. Patronus eodem 2.p.n.117.
L.Hæredes mei, eodem d.c.3.àn.57.
L.Deducta 78.§. Nummis eodem.d.c.3.à n.7
D.l.Deducta. §.penul.d c.3.à n.61.
D.l.Deducta §.Hæreditatem, d.c.2.n.64.
L. Ex duobus, 14. de bonorum possess. contra tabulas, 3.p.à n.10.
L. Quod vulgo, eodem titul.3.p.n.15.& 16.
L.Non putauit. § fin.eodem 3.p. nu.18.
L.pen.§.fin.eodem 3.p.n. 27.
L. Si sub conditione, eodem tit.3.p. n.34.& 35
L.Si ex duobus, §.Sed illud, eodem, 3.p.n. 38.
L.1.ad fin. de legat. præstand.3.p.n.10.
L.Filium in principio, & in §.fin.eodem, 3.p. n.10.& n.18.& n.36.& 38.
D.l.Filium, §.Si legata d.3, à n.46.
D l.Filium vers.& Si quidem d.3.p.n.57.
D.l.Filium §. Si impubes, d. 3.p.à n.62.
D.l.Filium. §.Sed si portio. 2.p.n.198.
L.Si duo, §.Si ambo. vers. proinde eodem 3.p. 3.p.n.18.& 21.& 28,
D.l.Si duo vers.emancipatus, d.3.p.n.29.& seq.
D.l.Si duo, §. proinde. d.3.p.38.& 39.& n.10
L.Non nunquam, 14.eodem 3.p.n.37.
L.Is qui potestate eodem in principio.3.p.n.21
Dict.l.Is qui in potestate, §.Vnde si duo d.3.pū num. 22.
D.l.Is qui in potestate, vers.quid ergo.3.p. 30.
D.l.Is qui in potestate, §.Sed si scriptus, 3.p.à num.37.& n.10.
D.l.Is qui in potestate vers. sed si solus. 3.p.37.
L.Si libertus 16. vers. plane de iure patr. 4.p. cap.3.nu.129.
L.Si libertus 15.de operis libert.3.p.nu. 157.
L.Hæ operæ 23. eodem 1.p.n.316.
L. Quoties 24. eodem d.n.316.
L.Si operarum, 29, 1.p. num.318.
L.Cum patronus 22. vers. cum libertus, eodem 1.p.n. 319.
L.3.De bonis libertorum, 4.p.c.1.n.8.
L.Si patronum, §.fin.eodem d.n.8
L.1.§.Si vel parens, si quis aparente, 4. p. cap. 1.n.14.
L.2. §.Illud de collatione bonor. d.c. 1.n.20.
L.De dit. dotem, eod.titul. d.c.1.n. 65.& 78.
L. & in totum, de impens. in reb.dotal. d. cap. 1. num.206.
L.3.§.Sufficit, de contraria,& utili, d.cap.1. num.209, (1.nu.176.
L. Sed si plures §.In adrogato, de vulg. d, cap.
L.Apud Iulianum, §.Constat. de legat. 1. d. c. 1.num.99. (1.n.169.
L.Fideicommissa 11.§. Si cui de legat. 3. d.c.
L.1.§. In filij ad Trebell.2.p.n.44.
D.l.1.§.Denique, ibidem.
L. Quod de bonis §.1.ad l.Falcid.ibid.
L. Licet Imperator de legat.1. 2.p.n.74.
L.Carbonianum §. Causæ de Carbon. edicto, 2 p.n.74.
L.Si debitor, 12.ad l.Falcid. à nu.100.2.p.
L. Quod de bonis, §.Fideicommissum ad l.Falcid. d.n.101.
L.Si non seruus 36.ad l.Falcid. 2.p n.104.
L.Iulianus 34. eodem tit. ibidem.
L.Si duobus 5. vers. 1.de legat.2. 2.p.n.107.

Ex Digesto nouo.

L.Si quis cum totū de except.rei iud. 2.p.n.76.
L. Quod conditionis 36. de donat.ca.mortis, 1. p.158 & 4.p.c.2.n.19.
L.Si patronus de donat.2 p.n.113.
D.l.Si patronus, §. De illo d.2.p.à n.112.& 125

L.Si

L.Si mortis, 29.*vers si vero de donat.ca mor.* 2.*p.n.*219.
*L.quod status liber.*41.*eodem tit.*4.*p.c.*2.*n.*19.
*L.Si seruum de manumiss.*4.*p. c.*3.*n.*36.*&* 44.
*L.Si seruus eodem titul.*2.*p.n.*235.
*L.*3.*qui sine manumissione*, 2 *p.n.*248.
L.Generaliter, §. *Si petitum de fideicom. lib.* 2.*p.n.*248.
*L.*4.*eodem tit.*2.*p nu.*469.
*D.l.*4. §. *eadem constitutio*, 2.*p.n.*486.
*D.l.*4 §. *Item videamus*, 2.*p.num.*471.
L. Thais §. *Lucius dũ seruos medicos appellat.* 1.*p.nu.*302.
L.Generaliter qui,& à quibus, 4.*p. cap.*3.*nu.* 36.*&* 44.
L.Hæres, 28. *eodem tit. d.n.*44.
*L.*9. §.*fin.eodem titul.*2.*p.nu.* 235.
L. Ex contractu de re iudic. 3.*p.n.*115.
L.Vbi lex de de vsucap. 2.*p. num.*386.
*L.*3.§.1. *quæ in fraud.cred.*4 *p.c.*1.*n.*162.
*L Patrem, eodem d.c.*1.*n.*167.
*L.Debitorem,eodem d.c.*1.*n.*167.
L.Prætor, §,*Si quid in diem.eod.d.c.*1.*n.*168
L.Omnes, §.*Lucius eodem*, 1.*p.n.*163.
L. Stipulationes non diuiduntur, vers. idem puto, de verbor. 3.*p.n.*157.
L.Qui Romæ §.*Duo fratres,eod.tit.*2.*p n.*358
*L.*1.§. *Quod autem de superficiebus*, 2.*p.*320.
L.decem de fideicom. liber. 2.*p.n.*107.
*L.De accessionibus de diuers.& tẽpor.*1.*p.*185
*L.*2.*Rem pupilli saluam fore*, 1.*p.n.*446.
L.Ante restitutam, de solut. 2.*p.n* 357.
*L.*3.§.*Spurios, decurion.p.*1.*nu.*27 *&* 249.
L.vlt.de iure immunitatis, 1.*p.n.*301.
*L.Ambitiosa decret ab ord. faci.d.n.*301.
*L.*1.§.*An bona,de iure fisci*, 2.*p.n.*476.
*L. Dicitur eodem tit.*2.*p. n.*490.
L.Statius, §.*Cornelio*, *eodem tit.* 2. *p. n.*402.
L.Verbis legis de verb.sig. 2. *p.n.*199.
*L.Alienationis verbum eod.*2.*p.n.*384.*&* 307
L.Si pecuniã de manum.vindict.§.1. 2.*p.*249
L.Stichum §.*Aditio de solut.* 261.

Ex Codice.

L. Si quis ad declinandam Cod. episc. & cler. 2.*p.à num.*143.
L.Imbecillus, 14.§.*Sane de sacros.*2.*p.nu.*334.
*L.*1.*De pact.* 2.*p.num.*354.
L.cum proponas de pact. 2.*p.n.*258.
*Auth.presbyteros, de epis.& cler.cap.*1.*n.*243.
Auth.sicut, de sacros eccles. 2.*p.n.*477.
*Auth.sed cũ testat.C.ad l.Falc.*2.*p.n* 45.*&* 50
L.Iubemus ad Trebel. 1.*p.num.*7 *&* *n.*64. *&* 2.*p.n.*90.*&* 539.
L. Filium quem habentem, de famil.erciscund. 1.*p n.*9.*&* 67.
*L.& si sine C.ad Trebel.*1.*p.n.*94. *&* 95.
L.Quanquam ad l.Falcid. 1.*p.n.* 100.
L.Si vt allegas eodem d. 1.*p.n.*100.
*L.vlt.C.naturalib. lib..*1.*p. n.*154.
*L.*2. *eodem tit.n.*156. *p.*1.*&nu.* 180.
*L.Exemplo,de decur.libro.*10. 1. *p.n.*277.
*L.Medicos C.professoribus,lib.*12. 1.*p.n.*268
*L.*1 *de profess. & med lib.*12. 1.*p.n.*307.
L.Prædiam,de primicer.lib. 12. *nu.*335.
L.pen.de palatin.sacrar.larg.cod.libro, ibidem.
*L.*1.*C.negotiatores ne milit.lib.*12. 1.*p.n.*337.
*L.Vnica de equestri dignit.lib.*12. 1.*p.n.*340.
*L.Vniuersos C.decurionibus lib.*10. 1.*p.n.*345.
*L.*2.*de adoption.* 1. *p. num.*446.
L.Nobiliores,de cõmertijs,& mercat. 1.*p.*467.
L.Si qua illustris ad Orfician. 1.*p.nu.*483. *&* *seqq.* *&* 498.*&* *n.* 501.
Auth.ex cõplexu, de incest nupt. 1.*p. nu.*522.
L.In donationibus ad l.Falcid. 1.*p.n.*549.
L.Si mortis, eodem tit.ibidem.
*L.*2.*de donat.cau.mort. ibidem.*
*Auth.præterea, Vnde vir,& vxor.*563.*&* 566
*L.Vt liberis de collat.*3.*p.n.*19.*in principio.*
*L.*2. *de bonor.possess.contra tabul.* 3.*p. nu.*33.
Auth.sed cum testator.in 2.*p. ad l.Falcid.*3.*p. n.*128.*&* 2. *p.à n.*45.*&* 50.
L.In imponenda,in fin.eodem 3.*p.n.*128.
L. Si quis argentum, §. *Sin autem donator. vers.in reditibus de donat.* 3.*p. n.*170.
L.In imponenda,ad l.Falcid 4.*p.cap.*2.*n.*3.
*L.*2.*C.petition.hæred.* 4.*p.c.*2.*n.*47.
*L.Filium quẽ habentem, ibi hereditaria parte, de famil. erciscund.*4 *p.c.*3.*n.*3.
*L.Filium late, d.c.*3. *à n.*15.*vsque ad n.*21.
L.Donationes quas parentes de donat.inter.d.c. 3.*n.*23 *&* 24.
L.vlt §.*Sed quia commun.de legat. secundum veterẽ,&c. d.cap.*3 *n.*33.*&* *à n.*45.*&* 48.
D.l.vlt. §. *Sed nostra.d.cap.*3. *à num* 45.

L.2. C.petit.hared.c.3,n.54.
L.1. & 3. C.vsur.& fruct leg. d.c.3.n.72.
L.1. ad Trebel. d.c.3. n.81.
L.Iubemus §.fin.ad Trebel. 4.p.cap.3 n.103.
Auth.cui relictum, C.in dict.viduit. 2.p.417.
L. vlt.§.Licentiam,de iure delib. 2.p. à num. 428.& 431.& 435.
L.In contractibus, de nō numer.pecun.2.p.459
L.2. C.adl.Iul.de vi pub. 2.p.num.592.
L.1.de iure emphyt. 2.p.313.
L.vlt.C.rebus alien. circa vsumfr.2.p.338.
L.Si superstite de dolo.2.p.355.in fine.
L.præses transact.2.p.n.258.& s.q.
L.D: fideicommisso de trans. ibidem.
L.vlt.ad l.Falcid. 2.p. nu.111.
L.Error de iuris,& facti, num.123.
L.1 ad l.Falcid. nu. 125.
Auth.similiter C.ad l.Falcid.2.p.n.147.
L.vlt.de rebus alien.2.p. à n.208. 301.& 299
L.Si à te C. pact. inter empt. 2.p.n.212.
L.Quoties de donat. quæ sub modo, 2.p.n.214.
L.2. qui non pass ad lib. 2.p.n.247.
L. à patre de collat. 4.p.cap.1. n.25.
L. Filiam eodem, ibidem.
L Scimus, §. Repletionē,de inoffi.4.p.c.1.n.47
L.Si quando, §.Generaliter, eodem. d. cap. 1. n.53.& 144.
L.3. C.de pactis inter.empt.2.p.223.
L.Filiæ dotem de collation.d.cap.1.n.55.
L.vlt.de pact.inter emp.2.p.n.233.
L.vlt.de legatis. ibidem.
D.l.Ea quidem C.si mancip.ita ven.2.p.n.235
L.2. de vsucap. pro emptor. 2.p.n.249.
L.Si voluntate,8.de rescind.4.p.c.1.n.13.ad fin.
Auth.ex testamento, de collat. cap.1.n.32.
L.Quoniam nouella, C.inoffi.c.1.n.73.& seq.
L.Vt liberis, de collat. cap.1.nu.82.& seq.& 142.& 254.
L.Filium in fin. de inoffi. d.4.p.c.3.n.145.
L.Filiæ cuius de fam. ercisc. & l.Si donatione C.collat. cap.1.n.140 & seq.
L.pen.vers. fin. de collat. cap.1. n.142.
L.Cum oportet, §.Sin autem, de bonis quæ lib. cap.1.n.159.
L.Omnimodo, § Imputari, de inoffi.c.1.n.176
L.vlt.de inoff.& agentib. in rebus, c.1.n. 227.
Auth.res quæ cōmun.de legat. 2.p. 297.& seq.
L.Illud de collat. 4.p.cap.1. n.52.

Ex Authenticis.

Authentico de restitutione, & ea quæ parit. §. Quam ob rem collat.4. Expenditur, n 8.intelligitur,n.66.p.1.
Auth. quibus modis naturales, effic. sui § discretis collat.7. 1.p. à n.138 & seqq.& 152 & à num.176.& seqq.
Auth. quibus mo. na. eff. sui, in principio. 1.p. num.155.
Auth. de mandatis principum, §. Eos collat. 3. 2 p.n.429.& sequent.
Auth. quib. mo.nat.eff. sui, §.fin.1.p. à n.502. & 505.
Auth.de hared. & Falcid. §. Non autem coll. 1. 3 p.n.128.
Auth. quibus mod.nat. eff.sui.§.Filium. coll. 4.p.cap.3.n.206.
Auth. de nuptijs. §.Quæ vero versic. final, 2. part.n.417.
Auth. de hared & Falcid. §.Hinc nobis, vers. si vero non fecerint, 2.p. à n.430.& seqq.& n.167.& 186.
Auth.de hared.& Falcid.§.pen.2.p.n.480.& §.fin. 2.p.n.37.& 37.
Auth. de alien. & emphit. §. Alienationis,coll. 2.p.n.314.
Auth.de hared. & Falcid. §. Si quis vero non implens, vers. & enim collat.1. 2.p.nu.63.
Auth.de eccles titul §. Si aut em qui hoc facere coll.9. 2.p.n.157.
Auth.de hared.& Falcid.§. si vero non fecerit 2.p. à n.173.& n.186.
Auth.de eccles. titul §.Sin autem hæres. 2.p.n. 147.& 157.
Auth.de hared.& Falcid. §. Non autem. 2.p. à num. 130.

Ex Institutis.

§. Tam autem instit. de inoffi. 1.p.n.222.& 127.& 161.
Principium de seruili cogn. 1.p.n.167.
§.Cum autem, de adopt. ibi, n.445.
§ Hoc rescripto.de eo cui libert. ca. 2.p.n.468. & sequent.
Principium inst. ad l.Falcid.2.p. à num, 21.& 39.& 44.

Ex Iure

Ex Iure Faudorum.

Cap. 1. §. *Naturales, ſi de feudo fuer. constr.* 1. *p. num.* 57.
Cap. 1. §. *Quid ergo, de inueſtit. de re alien.* 2. *p. num.* 388.
Cap. 1. §. *Praterea de capitul. Conrad.* 2. *p. num.* 388. *& ſeq.*
C. 1. §. *Omnes, hic finitur lex Conradi,* 2. *p.* 386.
Cap. 1. §. *Si vaſſallus, ſi de feud. fuer. constr.* 2. *p. num.* 361.
Cap. 1. §. *Si autem, de lege Conradi, ibidem.*
Cap. 1. *de controuerſ. inter vaſſall. & alium, ibidem.*

Ex Decretalibus.

Cap. Raynaldus procedit in fideicommiſſo conditionali, n. 27. *p.* 1. *& etiam in puro, ibidē. num.* 34. *circa compromiſſum.* 2. *p. num.* 353. *ad fin.* 2. *p. n.* 46. *& nu.* 190. *&* 196.
Cap. Eam te in fine de reſcript. 1. *p. n.* 228.
Cap. te multa in fine de prabend. ibi circa ſublimes, &c. 1. *p.* 274.
Cap. Cum eſſent de ſimonia, p. 1. *n.* 336.
Cap. Raynucius, §. *In eo de teſtament.* 4. *p. cap.* 3. *num.* 70.
Cap. Reynaldus in verſic. cæterum loquitur de vera Falcid. 2. *p. n.* 414.
Cap. Nulli de rebus eccleſiæ, 2. *p. n.* 314. *& num.* 416. *& à nu.* 399.
Cap. Ad aures de rebus eccleſiæ, 2. *p. nu.* 315.
C. 1. 2. *de Locato,* 2. *p. n.* 323.
Cap. Ad audientiam de rebus eccleſ. 2. *p. n.* 331.
Cap. 2. *de his quæ fiunt à prel.* 2. *p. nu.* 333.
Cap Veniens 8. *de tranſact.* 2. *p. n.* 335.
Cap. Contingit de tranſact. à nu. 348.
Cap. Cum tempore de arbitr. ad nu. 348.
Cap. Si hæredes de teſtament. 2. *p. n.* 157.
Cap. 3. *eodem tit. ibidem.*
Cap. Licet de voto, 2. *p. nu.* 160.
Cap. Dilecto verſic. niſi forte de præb. 2 *p. n.* 206
Cap. 1. *De tranſact.* 2. *p. num.* 372.

Ex libro 6.

Regula inſemibus ornatur, 1. *p. nu.* 334.
Regula cum quid, 2. *p. num.* 96.
Regula ignorantia, 2. *p. nu.* 122.

Ex Clement.

Clem. 1. *de rebus eccleſ.* 2. *p. n.* 323. *&* 331. *& n.* 336.

Ex Ordinatione Regia.

Ord. lib. 1. *tit.* 95. *in princ.* 4. *p. c.* 1. *n.* 98. *ad fin.*
Ord. lib. 4. *tit.* 92. *late* 1. *p. à n.* 173.
Procedit etiam in nepotibus, & reliquis deſcendentibus. 1. *p. nu.* 176.
Ord. d. titul. 92. §. 1. *à n.* 178. *p.* 1.
Ord. lib. 5. *tit.* 92. §. *fin. ibi de ſolar.* 1. *p. n.* 204.
Ord. d. tit. 92. §. 4. 1. *p. nu.* 236. *& ſequenti, &* 245. *&* 250.
Ord. d. tit. 92. §. 6. 1. *p. n.* 240.
Ord. d. tit. 97. §. 7. 1. *p. à nu.* 250. *& ſequenti.*
Ordin. lib. 5. *titul.* 134. §. 3. *num.* 270.
Ord. lib. 1. *tit.* 66. §. 42. *p.* 1. *n.* 271. *&* 296.
Ord. lib. 5. *tit.* 60. §. 8. *ibi orfaos* 1. *p. n.* 324.
Ord. lib. 5. *tit.* 120. *ibi (caualeiros das Ordens,)* 361. *&* 449.
Ord. lib. 1. *tit.* 2. §. 12. 1. *p. nu.* 386. *&* 387. *& ſequentibus. p.* 1.
Ord. lib. 5. *tit.* 139. *circa iudices.* 1. *p. n.* 433. *&* 435. *circa decuriones, nu.* 437. *circa ædiles,* 340. *& ſeq. n.* 466.
Ord. lib. 2. *tit.* 59. 1. *p. nu.* 449.
Ord. lib. 1. *tit.* 21. 1. *p. nu.* 455.
Ord. lib. 1. *tit.* 90 §. 2. 1. *p. n.* 466. *ad finem.*
Ord. lib. 4. *tit.* 92. §. 2. 1. *p. num.* 470. *&* 471.
Ord. lib. 4. *tit.* 92. §. 1. *in fine* 472.
Ord. lib. 5. *tit.* 136. §. *vlt. circa caſus quibus amittitur, nobilitas, n.* 480.
Ord. lib. 5. *tit.* 139. §. 1. 1. *p. nu.* 482.
Ord. lib. 4. *tit.* 93. 1. *p. n.* 506. *&* 515. *& ſeq.*
Ord. lib 4. *tit.* 82. §. 2. 4 *p. cap.* 1. *n.* 123.
Ord. lib. 4. *tit.* 81. §. 6. 2. *p. n.* 398. *in fin.*
Ord. lib. 5. *tit.* 6. §. 15. 2. *p. n.* 400. *& ſequentia*
Ord. lib. 1. *tit.* 86. §. 8. 2 *p. num.* 426.
Ord. lib. 4. *tit.* 51. 2. *p. à num.* 458.
Ord. d. tit. 51. §. *pen. num.* 459.
Ord. lib. 4. *tit.* 32. 2. *p. nu.* 460.
Ord. lib. 4. *tit.* 41. 2. *p. num.* 312.
Ord. lib. 1. *tit.* 62. §. 46. *d. n.* 312.
Ord. lib. 4. *tit.* 48. § 8. 2. *p. n.* 324.
Ord. lib. 4. *tit.* 38. *ibi de des annos* 2. *p. n.* 324.
Ord. lib. 4. *tit.* 11. §. 2. 2. *p. nu.* 232.
Ord. lib 4. *tit.* 100. §. 5. 2. *p. n.* 376.

Ordin.lib.3.tit.93.§.1.2.p. à nu.272. & 274. & sequentibus.
Ordin.lib.4. titul.101. 2.p. à num.284. & sequentibus.
Ord.lib.4.tit.10. 2.p. à n.284. & sequentibus, vsque 298.
Ord.lib.4.tit.55. d. 2.p.num.203.
Ord.lib.2.tit.18. non comprehendit hypothecã. 2.p.num.307.
Ord lib.4.tit.97. §. 18. 4.p.cap.1. nu.230. ad finem, & 235. & 236.
Ord.lib.4.tit.97. §.7. 4.p.c. 1.n.531.
Ord.lib.4.tit.97. § 9. 4 p. cap.1. num.233. & num.120.
Ord.lib.4.tit.97 §.10. d.cap.1.n. 63. n.245. & 247. & 248. & n.100. & 103.
Ord.lib.4.tit.97. §.12. d.c.1. nu.250. & 101. & seq & 183.
Ord. d.tit.97. §.16.d.c.1.n.255. & à n. 262.
Ord.lib.4.tit.82. in principio, 4.p.cap.1.n.3. & 4. & 2.p.nu.87.
Ord.lib.4.tit.97.d.cap.1.n.14. & 52. & 54 & à n.94. & 139. & 164. & 59. & 107.
Ord.lib.4.tit 47. d.cap.1. n.58. ante finem.
Ord.lib.1.titul.62.§.53. 2.p. nu.140.
Ord.lib.4.tit.2.§.2. 2.p.n.213. & 91.
Ord.lib.4.tit.11.§.2. p.2.n.232.
Ord.lib.3.tit.93. 2.p.nu.261.
Ord.lib.4.tit.97.§.2. 4.p.cap.1.n.60. & seq.
Ord.lib 4.tit.97. §. 20. & 21.d.cap. 1.n.79.
Ord.liv.4.tit 97. §.22. d.cap.1.nu.96.
Ord.lib.4.tit.95. §.1. d.cap.1. n.96.
Ord lib 4.tit.95. in principio, d.cap. 1.n.102.
Ord.lib.4.tit. 97. §.1.d, cap.1.n.105. in fin.
Ord. d.tit 97. §.7.d.cap.1.nu. 109. & 110. & 114 & 116.
Ord.d.tit.97. §.9. d.c.1.n.110. ad finem.
Ord.lib.1.tit.87. §.6.d.cap.1.n.112. & 120.
Ord. d.tit.97. §.7. ibi (outro mestre) d.cap.1. num 118.
D.§.7. ibi (alguã romaria) d.c.1.n.119. & 120
Ord. d.tit.97.§.8. & 9.d.c.1.n.121.127, 131.
Ord, d.tit.97. §. 17.d.cap.1.num.149.
Ord. d. tit. 97. in principio ibi (com as nouidades, &c.) d.c.1.n.165. & n.172.
Ord.d.titul.97.§.22. vers. & se o pay que lho deu, d.cap.1.n.171.
Ord.d.§.22.vers. & sendo, d.cap.1.n.173.
Ord. d.§. 22. vers. & não lhe sendo dado, d. cap.1.num.177.
Ord.d. §.22.vers. saluo se fosse comprado. d.c. 1.num.180.
D. §.22. ibi (comprado os acquiridos) d.cap. 1. num.181.
Ord.lib 4.tit.36. §.pen.d.cap.1.n.183.
Ord.lib.4.titul.38. §.3.d.cap.1.n. 184.ad med.
Ord.d.tit.97 d. §. 22. versiculo mandamos) d. cap.1.nu.185. & seq.
Ord.d.§.22. ibi outro titulo, d. c.1.n.186.
Ord.lib.4.tit.37.§.1.d.cap.1.n.188.
Ord.lib.4.tit.97.§.22.ibi será obrigado, d.cap. 1.num. 190.
Ord.d.§.22. ibi (a valia, & estimação) d cap. 1.num.192.
Ord. d. §. 22. ibi (& se o pay que lho deu) d. cap.1.nu.193.
Ord. d.§. 22. ibi (o preço por que foy coprado) d.cap.1. nu.194.
Ord. d.tit.97.§.23.d.c.1.n.195. 197. & 214.
Ordin. d.titul.97. §.24 d. cap.1.num.196. & 197. & 216.
Ord. d. §.22. ibi (& assi lhe será contado) d. cap.1.num.199.
Ord. d.§. 22.vers. & no caso, d.c 1.n.203.
Ord. d. §.22. ibi ao tempo, d.cap. 1. n.204.
Ord.d. §.22.ibi (se quizer herdar) d.c.1. 209
Ord. d.§.22. ibi (bemfeitorias pequenas) d.cap. 1.num. 210.
Ord. d. §.22. in fine, ibi (nem em outras) dict. cap.1.num.211.
Ord. d. §. 22.d.cap.1. num.218.
Ord.lib.tit.65. §.1. 4.p.cap.3.n.145.

Leges Castell.

L. 12. Tauri.
L.10. titul 8. lib.5. recupil. 1.p. num.259. & sequentibus.
L.12.titul.2. lib.6.recupil. 2.p.num.283.
L. 4 tit.15. p.2.ibidem.

INDEX TOTIVS MATERIÆ QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTI-

netur, in quo litera p. denotat partē, c. caput. n. numerum.

A

A B radere possunt filij expensas voluptarias factas á patre in aduentitijs alterius filij, part. 4. cap. 1. nu. 266.

Actiones passiuæ, inuito creditore non egrediuntur personam hæredis. 1. p. n. 90

Actio nullitatis testamenti durat per 30. annos. p. 3. n 19.

Actio personalis nō datur contra tertium. 4. p. cap. 3. num. 41.

Actiones de quibus in l. 1. C. communia de legatis, sunt nouæ, pro legatis, & fideicōmissis particularibus. 4. p. c. 3. n. 45. & 46

Actio stricti iuris, datur pro relictis in testamento. 4. p. cap. 3. n. 69.

Actio ex testamento, quoad fructus, & vsuras, sequitur naturam bonæ fidei. d. n. 69.

Actio ex testamento competit filio, pro legitima. d. cap 3. n. 117.

Actio familiæ erciscundæ, competit filio, si possideat partem, vel hæres fateatur cohæredem. ibidem.

Actio hypothecaria non datur filio pro legitima. d. c. 3. n. 120.

Actiones personales perscribuntur cū mala fide debitoris per 30. annos. 2. p. n. 461

Actio furti, datur patri contra filium emancipatum, rem surripientē. 4. p. c. 1. n. 257.

Actio, ex vendito, personalis est. 2. p. n. 226.

Actio non oritur ex contractu nullo. ibidē.

Actio debiti, & crediti cōfunditur per aditionem hæreditatis 2. p. num. 96.

Actio in rem, non competit venditori, si res contra pactum alienetur. 2. p. n. 209.

Actus regulatur secundum tēpus, quo celebratur. 4. p. cap. 1. nu. 10.

Actus idem non potest diuersos effectus operari. d. c. 1. nu. 67.

Actus, per quos nobilitas acquiritur diuersi, secundū diuersas regiones. 1. p n. 220.

Actus, per quos nobiles a plebeis destinguuntur, 1. p. nu. 209.

Accrescendi ius, vide verbo, ius accrescēdi.

Acquisitionis initium, semper attendendū est, 4 p cap. 1. n. 103.

Acquisita per filium clericum, sunt quasi castrensia. d. cap. 1. n. 238.

Acquisita per filium ex proprio seruitio, famulatu, arte mechanica, non imputatur. d. cap. 1. n. 255.

Acquisita, ex quæstu turpi, & illicito, ludo, meretritio, vsuris, & similibus, non imputantur. d. cap. 1. n. 256.

Aditio hæreditatis, requiritur, vt legata, & libertates debeantur ex testamento, nisi repetantur ab hæredibus ab intestato. 2. p. num 466. & seq.

Aditio hæreditatis pupilli extinguitur si ipse repudiet. 3. p. n. 115.

Aditio hæreditatis transfert omnia iura actiua, & passiua in hæredem 1. p. num. 89. & sequenti.

Adoptio proprié fit de filio in potestate, p. 1. num. 121.

Adoptiuus habet omnia iura, quæ filius naturalis. p. 1. n. 122.

Adoptiuus habet ius suitatis, ibidem.

Debet hæres instituí vel ex hæredari, ibidé.
Habet remedium contra testamentũ, si sit præteritus vel ex hæredatus, ibidem.
Adoptiui agnatione, rumpitur testamentum, ibidem.
Adoptiui habent iús legitimæ successionis. 1.p.n.122.
Adoptiui dicuntur agnati. ibidem.
Adoptiui, grauati fideicõmisso, hodie vnã tantum portionem habent, 1.p.á n.123.
Adoptiui hodiè non transeunt in potestatẽ patris, d.n.123.
Adoptiui hodie solum habent ius succedẽdi ab intestato, p.1.n.124.
Adoptiui non tenentur hodie ad collationem, 1.p.n.125.
Adoptiui adhuc retinent iura antiqua, si ab auo naturali adoptentur, 1.p.n.126.
Adoptiuus ab auo naturali grauatus duas habet quartas, p.1.n.129.
Adoptiui dicũtur tãtũ legitimi, 1.p.n.159
Adoptiui, an gaudeant nobilitate patris adoptiui, 1.p.á n.241.& seq.
Adrogatus, si non obtineat in querela, non perdit legitimam ex constitutione Antonini, 1.p.n.79.
Adrogatus habet præd. quartam, 1.p.n.130
Adrogati grauati fideicõmisso, habent duas quartas, 1.p.n.133.
Adrogati vtranque quartam habent ex dispositione legis, 1.p.n.135.
Aduentitia nõ conferuntur, 4.p.c.1. n.254
Adrogatio fit de his, quĩ sunt sui. 1.p.n.121
Aduocati vere sunt nobiles, 1.p.n.284.
Aduocationis officium laudabile, & honorificum, ibi, quod intellige de doctis.
Aduocati indocti, pestis reipublicæ, patres discordiarum, 1.p.n.284.
Aduocati nobiles, siue Curiales, sint non, 1.p.num.285.
Aduocati torqueri non possunt, 1.p.n.286
Nec pro debito incarcerari, ibidem.
Aduocati sunt personæ egregiæ, 1.p.n.286. & 251. Nõ possunt affici pœna vili. ibid.
Nec in vestibus vel libris exequi.
Aduocati possunt facere substitutionẽ militarem, à num.288; æquiparantur militibus, n.290.
Adũocatus, magis assidué laborat, quam miles, d.n.290.
Aduocatis competunt priuilegia doctorũ, 1.p.n.291. Nisi sint Rabulæ, vide verbo, Rabula.
Ædiles nobilitantur, 1.p.num.439.
Ædilium officium antiquũ, & nobile, ibid.
Æqualitas seruanda est inter filios, 4.p.c.1.n.136 & n.180.
Æquiparatio legitimæ filiorum, & patroni. p.1.num.50.
Agentes in rebus; qui dicantur, 1.p.n.380.
Alimenta debentur filio de iure naturali, 4.p.c.1.n.63.
Alimenta tenetur pater præstare filio studenti, quando ad studium misit, & filius proficit, d.cap.1.n.113.
Alimẽta futura cedi nõ possunt, 3.p n.150.
Alimenta nõ transmittuntur, d.3.p.n.149.
Alimenta annua, quomodo computentur, 3.p.num.151.
Alimenta debentur filio, qui legitimam consumpsit. p.4. cap.1. n.262.
Alienatio valet contra pactum de non alienando, etiam iurntũ. 2.p.n.207.
Ampliatur, etiam apposita clausula nullitatis, vel nisi certæ personæ, num.208.
Alienatio, contra præceptũ legis, nulla est, 2.p.nu.207.
Alienatio contra præceptum Iudicis nulla, 2.p.num.209.
Alienatio contra præceptum testatoris, vestitum, nulla est, 2.p.à n.237.cum seqq.
Alienans contra leges potest reuocare alienationem, d.2 p.n.246.
Alienatio nulla contra præceptum testatoris reuocatur á proximioribus, ibidẽ, & num.258.& seq.
Alienatio facta contra præceptum testatoris, per viam modi, valida est, à nu.255. cum sequentibus.
Alienatio, facta contra præceptum pro debitis testatoris, valet, 2.p.à n.260.
Alienatio rerum fideicommissarum, meo iure valet tẽpore digestorũ, 4.p.c.3.n.52
Alienatio, facta per hæredem grauatũ pure, dum non restituit, valida est. d.cap.3.num.40.

Alienatio de re fideicommissaria, de iure nouo nulla est, siue hæres sciat, siue ignoret. d.c.3.n.48.
Alienata in fraudem creditorum retractátur per ipsos, d.c.3.n.38.
Alienata in fraudem, si titulo lucratiuo, retractantur, licet possessores fraudem ignorent, secus si oneroso, d.n.38.
Alienatio necessaria non censetur prohibita, 2.p.n.367.
Alienatio de rebus vinculatis ex debito institutoris perpetuo, pro debito vero possessoris, solum ad vitá ipsius fieri potest. 2.p.n.264.
Alienationis verbo, in fauorabilibus, non venit hypotheca, secus in odiosis, 4.part. num.299. & 203.
Alienationes appellatione non venit hypotheca, 2.p.n.308.
Alienationis appellatione, venit constitutio census realis, 2.p.n. 309. ex medio.
Alienationis appellatione, venit emphyteusis ad vitas, d.2.p. á n.310. & seq.
Alienationis appellatione venit locatio ad longum tempus, 2.p.à n.316.
Almiradi officium maximæ dignitatis. 1. p.num.387.
Aliud pro alio inuito creditore solui non potest.3.p.n.141.
Alimenta non imputantur, 4.p.c.1.n.282.
Alius, alia, aliud, repetit similia, 4. p. cap. num.135.
Antiquitas temporis omnia firmiora reddit. 1.p.n.200.
Annus ad petendam bonorum possessionẽ est vtilis, 3.p n.19. & seq.
Appellatur á prætore ad præfectum vrbis, p.1.num.425.
Appellatur, apud nos, ab ædilibus ad iudicem, d.1.p.n.428.
Appellatione Falcidiæ continetur Trebellianica, 1.p.n.96.& 101.
Arbitrorum potestas dependet á voluntate partium, 2.p.n.204.
Arbitrorum sententia obseruari debet. d. 2.p. á n.199.& seq.
Arbitrium proferendum est personale, & non transit ad hæredes.4.p.c.3.n.134.
Archadius, & Honorius moderarunt rigorem Constãtini circa naturales, 1.p.355.
Archiatros medicorũ, vide verbo, medici.
Archiatros chirurgiæ, vide verbo, chirurgi.
Ars pictoria, vide verbo, pictoria.
Archimagister Rodoentium præcedit omnes principes, imperium recognoscẽtes, 1.p.nu 348.
Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, 1.p.n.542.
Argumẽtum á nominis etimologia valet, 1.p.n.423.
Argumentum de milite Cælesti ad Terrestrem valet, 4.p.c.1.n.93.
Argumentum de feudo ad emphyteusim quádo valeat, 4.p c.1.n.217 & 2.p.n.290
Argumentum à contrario nõ admittitur si sequatur absurdum, 2. p.n.314 & n. 92.
Argumentum de dote ad legitimam valet. 4.p.c.3.n.12.
Argumentum de legitima patroni ad legitimam filij non valet, 1.p.n.57.
Ascendentes si grauentur fideicommisso vniuersali, duas quartas non detrahunt, 1. p.num.111.& seq
Contrarium verius est à n. 114.ibidem.
Augmentum proueniens filio ex bonorum possessione, non communicatur alijs secundum communem, p. 3.n. 84.
Aurifices mechanici reputantur, 1.p.n.326
Auus in dubio censetur nepotes deficiente filio instituere, 4. p. cap. 1. num. 88.

B

Bachalauri aduocati, vide verbo, aduocati.
Bachalaurus non aduocatus, nobilis est, 1. p.num.293.
Bachalaurus eminẽs scientia præualet Doctori, non eminenti. ibidem.
Bachalauro eminenti non infligitur pœna ordinaria, ibidem.
Bachalaurus eminens scientia nõ est exẽptus á tributo in Castella, 1.p.n.293.
Bachalauri veniunt nobilium appellatione, 1.p.n.294.
Bachalauris non aduocatis, non competit homena-

homenagium, nec prærogatiuà Doctorum, 1.p.n.295.
Bastardi an gaudeant nobilitate, vide verbo, nobilitas.
Bona nō dicuntur, nisi deducto ære alieno, 4 p. cap.1.n.15.&2.p.n.265. (tio.
Bona donata á Principe, vide verbo, dona-
Bona patris, reperta tempore mortis, diuiduntur inter filios, 4.p.c.1.n.104.
Bona nostra dicuntur, quæ tertius contemplatione nostra donat.d.cap.1.n.105.
Bona patris solum considerantur, quoad Falcidiam, 3.p.n.67. & seq.
Bona fideicommisso subiecta alienari possunt pro dote filiarū hæredis, 2.p.n.297.
Ampliatur etiā si testator prohibeat.ibidē.
Bona Castrensia, quæ, 4.p.c.1.n.230.
Bona Castrensia non imputantur in legitimam, d.c.1.n.230.
Bona per clericatum acquisita non imputantur, 4.p.c.1.n.238.
Bona hypothecata, si vinculentur, adhuc possunt distrahi, 2.p.n.263.
Bona maioratus, tradita tertio, nō possunt distrahi pro debito instituentis, 2.p.265
Bona, quæ ad hæredem perueniunt, vel ex lege, vel ex pæna, nō imputantur in Trebellianicam, 4.p.c.3.n.27.
Bona fides requiritur in præscriptione, vbi factū præscribentis interuenit, & agitur de acquirendo dominio, 2.p.n.461.
Bona auferuntur ab hærede extraneo, per bonorum possessionem petitam, & obtentam, 3.p.num.6.
Bonorum possessionis petitio quid operetur, ibidem.
Bonorum possessio contra tabulas videtur requirere validitatē testamenti, 3.p.n.13
Bonorum possessio contra tabulas est remedium rescisorium, ibidem. Non contra testamentū sed iuditij defuncti. 3.p.n.17
Bonorum possessio contra tabulas, quæ datur emancipato, & quæ datur suo, eadem est, 3.p.n.14.
Bonorum possessio contra tabulas competit contra quodcunque testamentum, in cuius forma peccatum non est, 3.p.nu.15.&16.
Bonorum possessio petita non facit testatorem in testatum, 3.p.n.17.&32.
Bonorum possessio numeratur inter successiones ex testamento, 3.p.n.17.
Bonorum possessio contra tabulas vtilior est remedio nullitatis. 3.p.num.20.
Bonorum possessio durat tantum per annū 3.p.num.19.
Bonorum possessio contra tabulas, & bonorum possessio secundum tabulas, dari possunt ex eodem testamento, 3.p.n.32. Dummodo non interueniat extraneus, ibi num.33.
Bona pupilli, quæ ad substitutū perueniunt etiam considerantut ad augenda legata, licet non sint testatoris, 3.p.num.65.

C.

CAncellarius maximus super illustris, 1.p.n.414.
Cancellarius successit in locum quæstoris sacri palatij, ibidem.
Cancellarij officij laudes, ibidem.
Cancellarij vtriusque Senatus illustres, 1. p. n. 415.
Cantabri omnes ex consuetudine nobiles, 1.p.n. 218.
Cathedralis Conimbricensis gaudet statuto excludente Hebræos, 1.p.n.210.
Casus nostri Capitis, 1.p.n.17.
Casus quibus cessat Falcidia, 2.p nu.2.
Caput Raynaldus non est correctorium iuris ciuilis, 1.p.n.102.
Caput Raynaldus, etiam procedit in ascendentibus grauatis, 1.p.á nu.114.& 118.
Castitas donum præcipuum fœminarum, 1.p.num.487.
Cautio tituli, de eo cui libertatis causa præstanda est. Pignoratitia, aut fideiussoria, 2.p.n.470.
Cautio tituli, vt legatorum nomine cauea tur, hodie practicatur, 3.p.n.163.
Cautio tituli, si cui plusquam per legem Falcidiam, practicatur, quando pendet conditio legatorum, quæ si adueniat, habet locum Falcidia, 3.p.n.120.& 128 & 131.& 138.

Cautio præd. tituli non procedit in legatis in diem relictis, 3 p. n.125.
Cautio præd. ceſſat, quando propter legata pura habet locum Falcidia, 3.p. n.136.
Cautio nulla requiritur, quando datur cõputatio, ſecundum terminos legis hæreditatum ad l. Falcidiam, 3.p. n.168.
Cauſæ piæ non habent priuilegium, ne deducatur Falcidia, 2.p n.146. & ſeq.
Idem, ſi per interpoſitã perſonã. ibi. n.149.
Caſtrenſia, ſunt omnia militibus data ad militiam, 4.p.c.1.n.115.
Caſtrenſium ſeu quaſi, vſusfructus patri nõ quæritur, d.c.1.n.112.
Cedere poteſt quis actionem, quam habet, 3 p.num.150. etiam ſi ſit perſonalis.
Cælibes, & orbi antiquitus hæredes inſtitui non poterant, 1.p. n.158.
Ceſſante cauſa ceſſat effectus, 1.p.n.397. & 2.p.n.139.
Ceſſionarius ſuccedit in locum cedentis, 3.p.n.150.
Chirurgi ex arte non nobilitantur contra Cabed. 1.p.n.308.& 310.
Chirurgiorum Archiatros dignitatem, & nobilitatem habet, 1.p.num.311.
Chriſtus Dominus in ſacra paſsione, duplicem perſonã repreſentauit, 1.p.n.46.
Chriſtus Dominus vocatur filius Dauid ſecundum maternum genus, 1.p.n.238.
Ciuitas perpetuatur per ſuos ciues, 3. p. num.169.
Ciuitas extingui, & dirui poteſt, ibidem.
Clariſsimi qui apud Romanos, 1.p.n.342.
Clauſula conſtituti tranſfert poſſeſsionem 2.p.n.265.
Clericus in minoribus, vt potiatur priuilegio, quid requiratur, 4.p.c.1. n.244.
Clericus æquiparatur militi, 4. p. cap. 1. num. 238.& n.95.
Clerici in minoribus veniunt appellatione clericorum, d.c.1.n.242.
Clerici militant Deo, 1. p. num. 462. & 4 p c.1 nu 95.
Clericus in minoribus, non efficitur nobilis, 1 p.n.472.
Clericus in minoribus ſi habeat beneficiũ nobilis eſt, d.n.472.
Sed reſoluitur contrarium, n.473.& ſeq.
Clericus in ſacris nobilis, 1.p.n.482.ad fin.
Clericus non venit appellatione plebei ibidem.
Clerici genus electum, regale ſacerdotium 1.p. n.472 & 582.
Clerici in ſortem domini vocati, ibidem.
Cocus Principis, 1.p.n.384.
Collatio bonorum de iure digeſtorum non dabatur in cauſa ſtati, ſecus de iure Authenticorũ, 4 p.n.54 ad fin.& n.145.
Collatio fuit inducta vt imputatio ſecundum æqualitatẽ inter filios menſuretur, 4.p. c.1. n.85. ante fin.
Commodum ſentire nõ debet quis ex illo actu, quẽ voluit reprobare, 4.p.c.1.n.145
Concordia Bartoli reprobatur, 3. p. num. 24. & 53.
Concordia præceptoris Laurentij reprobatur ibi.n.25.
Concordia Cuiacij reprobatur, 3 p. n.26. & 39.& 54.
Cõcordia Pinelli reprobatur, 3.p.n.31.& 40
Concordia Goueani reprobatur, 3.p. n.55.
Concordia Pauli reijcitur, 3.p.n. 76.& ſeq.
Concordia Angeli, & Fabri reijcitur, nu. 78.& ſeq.
Conſenſus tacitus non ſufficit, vbi lex expreſſum requirit, nu.73.
Conceſsio vno conceduntur antecedentia neceſſaria, 1.p.n.455. & n.245.in fin.
Conditio, vt quis habitet in hoc regno cũ ipſius Regibus, an adimpleatur ſi quis in regno Caſtellæ habitauerit cum Rege noſtro Phelippo, n.123.
Conditio, ſi ſine liberis, à lege ſubintellecta non procedit ſi aſcendentes ſint grauati, 4 p.c.3.n.100. Nec etiam ſi tranſuerſales, n.115.
Conditio á principio appoſita inſtitutioni non impleta reſoluit inſtitutionem, 2. p.nu.416.
Conditio nõ moleſtandi impletur per moleſtiam de facto, 2.p.n.420.
Aliquando etiam per moleſtiam de iure, 2.p.n.421.
Conditio ex l. Ad ſupplementum legitimæ durat per 30.annos 4.p.n.13.& 144.

Conditio, si alienare tentes, adimpletur solum per conatum alienandi 2.p.n.227
Conditio, si alienaueris, non valet impedire dominij translationem, 2. p. n.228.
Conditio nihil ponit in esse, 2.p.n.250.
Conditionis intrinsecus effectus est suspendere, non validare dispositionē, 2.p.250
Cōfraternitates laicorum, quæ episcoporū autoritate sunt institutæ, sunt causæ piæ 2.p.n. 150.
Comitissa si nubat Doctori digne nubit, 1. p.nu.265. in fin.
Comites dicuntur illustres, 1.p.n.346.
Comites scholarum principis sunt tres, vel Epularum, vel stabuli, vel fabricæ. 1.p. num.367.
Comites ex prædictis officijs expectabiles fiebant. ibidem.
Comites consistoriani, vulgo de conselho de estado, 1p. n.370.
Prædicti expectabiles, ibidem.
Comites thesaurenses qui, 1.p.num.379.
Comites qui prouincias regunt ex officio fiunt illustres, 1.p n.405.
Commoditas maioratus locari potest ad vitam, 2.p.n.326.
Communis reputatio totum facit circa nobilitatem, 1.p.442.
Communis, & Bart. reptobantur, 3.p.nu. 133. & seq.
Communistatio decidendi ad §. Res quæ l.3. ad Trebell. reprobatur, 4.p.cap.3.n. 30. & 31.
Communicatio vsusfructus maioratus solum durat stante matrimonio vnito, 2. p.nu.401.
Computatio alimentorum in terminis legis hæreditatum æqualiter fit, tam fauore hæredis, quā fauore legatarij, 3 p.166
Computatio pred. licet à principio fiat ex præsumptione, tamen postea quid certū est, d.3.p.nu. 167.
Computatio d.l. Hæreditatum procedit in omnibus rebus, n.171. Sed contrarium verius est, ibi. nu.172. quod non procedit, nisi vbi agitur de Falcidia.
Cōfirmatio in forma communi nihil iuris tribuit, secus ex certa scientia, 2.p.n.871
Contributio legatorum non datur ex diuersis testamentis, 3.p.num.73.
Contributio legatorū datur siue, quis succedat in alia portione ex vulgari, siue ex pupillari substitutione, 3.p. n.73.
Contributio duplex est in iure, 3.p.n.92.
Contributio legatorum, quæ fit in eadem portione, tam á pupillo, quam à substituto, ibidem, hæc fit ad introducendam Falcidiam.
Cōtributio quæ fit de diuersis portionibus inter cohæredes, fit ad excludendā Falcidiam, ibidem.
Contributio legatorū non fit, quando alia á pupillo, alia á substituto, & cohærede non tanquam substituto, sed tanquam cohærede relinquuntur, 3. p.n.95. in fin.
Contributio portionum non datur, quando portio accedit portioni ab intestato; licet detur tacita mens defuncti, 3.p.107
Contributio datur si substitutus quis sit duobus impuberibus, qui simul perierē, 3.p.num.108.
Contributio portionum fit quando portio filij vel serui ad patrē peruenit grauata 3.p.num.114.
Contributio portionum fit quando portio grauata accedit nō grauatæ ex facto, per quod aditio extinguitur, 3.p.n.115.
Compensationem de debito alieno nemo potest obijcere, 2.p.n.100.
Correctoria, & exorbitantia, non extendūtur de vno casu ad alterum; licet detur eadem ratio, vel etiam maior, 2.p.n.58. 69. 142.& 182.
Constantinus constituit, ne homines in dignitate constituti possent naturalibus aliquod relinquere, 1.p.n.141.
Constantinus naturalium in capacitatem declarauit, 2.p.n.150.&155.
Constitutio Valentis, & Valentiniani emēdat rigorem antiquum circa naturales, 1.p.n.152.
Cōsiliarij principis super illustres. 1.p.412.
Consiliarij etiam sine administratione illustres. 1.p.n.413.
Consilium non inducit obligationem, 4. p. cap.1.n.218.

Consilium non est necessario sequendum 2.p n.239. Et potest renuntiari, n.253.
Consuetudo in singulis actibus attendenda est, 1.p.n.214.
Copula, ex qua nascuntur spurij matri ignominiosa, 1.p.n.253.
Contractus resoluitur defecta conditione sub qua celebratur. 2.p.n.219. & cēsetur á principio nō factus nisi purificetur per adimplementū conditionis, 2.p. n.200. in contractibus dominium ad tempus transire potest, 2.p.n. 233.
Cubicularij principis illustres, 1.p.n.364.
Cubicularij inferiores, n.365.
Custodes principum clarissimi, n.368.
Clausula legis commissoriæ vel adictionis in diem, vtrum sit resolutiua contractus, 2.p n.215.
Clausula cōstituti transfert dominium autoritate legis, 2.p.n.227.
Clausula, si tentet alienare, impedit translationem dominij, ibidem.
Creditores tetractantes alienata in fraudē, non tenentur restituere pretiū, possessoribus de fraude participibus, 4.p c.3.38.
Creditores non possunt prætendere amissionē Falcidiæ, propter inuētariū omissum 2.p.n.431.

D.

DAre censetur qui nō adimit cum possit adimere, 2 p.n.46.
Dapiferi illustrium nobilitatur, 1.p.n 468.
Data in vim conditionis implendæ non imputantur in Falcidiā, 4.p.c.2.n.15.
Data pro conditione implenda, mortis causa capiuntur d.c.2.n.17.
Data pro modo implendo nō imputantur in Falcidiam, d.c.2, á n. 20.& seqq.
Data, in vim modi, nec etiā per exceptionē excludunt Falcidiā, d.c.2.n.24.
Data pro implenda conditione imputantur in Trebellianicam, 4.p.c.3.n.10.
Debitor necessarius censetur legare, & donare animo compensandi, 1.p.n 332. & 4.p.c.1.n.75.
Deductio vtriusque quartæ hodie practicā da est, 1.p.nu.109.
Decuriones ciuitatum, & oppidorum nobilitantur. 1.p.n.436.
Decuriones non possunt puniri pœna vili, 1.p.n.477.
Decuriones locorum infimorū non nobilitantur, 4.p.n.438.
Debitū conditionale transmititur, 3.p.122
Debitum conditionale non æstimatur, vt detrahatur de hæreditate tempore mortis 3.p.n.120.
Debita ad vires hæreditatis reducūtur. ibid.
Deminuere qui non potest, nec in totū auferre, 2.p.n.84.
Descendentes omnes, siue masculi, siue fœminæ æqualis sunt conditionis, 4. p. cap. 1. n.79.
Descripti in Regis matricula verè nobiles, 1.p.nu.205.
Dictio; Tamen, est aduersatiua, 3.p.n.47.
Dignitates variantur secundum prouinciarum diuersitatem, 1.p.n.120.
Dignitas Ecclesiastica nobilitat, & quæ, 1.p.nu.474. seq.
Diuitiæ causant nobilitatem, 1.p.n 467. &
Differentia non est, inter debita, & legata conditionalia, circa Falcid. 3.p.n.122.
Diuisio oneris hæreditarij inter hæredem, & fideicommissarium, respicit faucrem testatoris, 1.p n.94. in medi.
Diuisio hæreditatum, de qua in nostro textu an recta, 2.p.n.405.& seq.
Diuisio totius operis, 1.p.n.2.
Dispositio reducenda est ad terminos habiles, 1.p.n.212.
Dispositio in dubio facta præsumitur ordine successiuo, 4.p.c.2.n.174.
Doctores vtriusque iuris nobiles, 1.p n.265
Doctorari non potest Iudæus, 1.p.n.225.
Doctoratus dignitas est, p.365. 206.
Doctor antiquior nouiori præfertur, 1 p n.
Doctores manu propria procurationem faciunt. 1.p.n.365.
Doctores habent homenagium, 1.p.n.365.
Doctores legentes per 20. annos, Comitiuā obtinent dignitatem, 1.p n.265. adn.
Doctores interrogandi sunt testes in domo propria, tanquam egregiæ personæ, 3.p. num.269.

Doctores non possunt incarcerari pro debito ciuili, 1.p.n.267. Quod Menochius intelligit in legentibus, sed reprobatur.
Doctores solum legentes vel aduocantes in Castella sunt excepti à tributis. 1.p.267.
Doctores ex equi non possunt in libris, 1. p.nu.269.
Doctores torqueri nõ possunt pro crimine. 1.p.nu. 270. nec puniri pœna vili. ibid.
Doctores immunes à subsidio personali, 1. p.nu.271.
Doctores facere possunt filijs substitutionẽ militarem, 1.p.n.272.
Doctor an sit præferendus alteri nobili genere, 1.p. n.273.& seq.
Doctorum appellatione continentur liceciati in fauorabilibus, 1.p. num. 275. etiam medici, 283.
Doctorum appellatione veniunt magistri philosophiæ, 1.p.n.283.
Doctores actu legentes militarem substitutionem facere possunt, 1.p.n.288.
Doctores medic i nobiles æqualiter cũ alijs 1.p.n.296.
Doctor qui non studet non gaudet priuilegio Doctorum, 1.p.n.398.
Dux serenissimus Bracansiæ habet priuilegium nobilitandi, 1.p. n.385.
Duces seu ante signani militiæ nobiles fiũt 1.p. nu.386.
Dux maior quis, 1.p.n 289.& illustris, ibi.
Dux equitum, 1.p.n 390.
Duces Africani, 1.p.n. 391. illustres, ibidẽ nu.393.& seqq. (392.& 397.
Duces transmissi vltra mare illustres, nu.
Duces insulani spectabiles.num.397.
Duces positi intra ciuitates regni, an gaudeant nobilitate militari, 1.p.nu.397.& 2 nu.401. vbi affirmatiué.
Duces intra ciuitates,& oppida regni nobiles, 1.p.n.401.equites.
Duces prædicti non habent eadẽ priuilegia quæ habent equites confirmati, 1.p.402.
Dominium donationis propter nuptias cõstante matrimonio transit in vxorẽ, sicut dominiũ dotis in maritũ, 4.p.c.1.n.58.
Dominus grauari potest, si hæreditas seruo relinquatur. 3. p. n.109.
Dominium rei legatæ transit recta via in legatarium. 4.p.cap 3.n.44.
Limita nisi esset legatum damnationis ibi. num.45.
Dominium vtile transit in emphyteutam, 2.p.n.312.
Dominium rei donatæ ipso iure transit in donatorem per superuenientiam filiorũ 4.p.c.3.n.135.
Dominium, vt acquiratur ex quocũque titulo, necessaria est traditio, 2.p.n.216.
Nec per conuentionem partium, quantumcunque verbis directis fiat contrariũ potest fieri. ibi.
Dominij translationẽ potest lex impedire, 2.p.n.236. Item iudex si ex causa emanauerit prohibitio. ibi.
Dominium transit in ecclesiam ipso iure, 4.p.cap.3.n.66.
Nisi donator cõtrariũ exprimat, ibi.n.240.
Donatio causa mortis æquiparatur vltimis voluntatibus, 1.p. n 543.
Donatio reuocatur per natiuitatem filiorũ 4.p.cap.3.n.135.
Donatio reuocatur ipso iure, etiam si filij statim decedant, 4.p.d.c.3.n.139.
Donatio facta vni filio per natiuitatem alterius reuocatur, vsque ad quantitatem legitimæ, 4.p.c.3.n.141.
Donatio est remittere ius, 2.p.n.362.
Donatio à Rege facta ob seruitia retractari non potest, 2.p.n.290.
Donatio à principe facta non imputatur,& fit quasi castrensis, 4.p c.1 nu.63.& 245. Etiam facta contemplatione patris ibi, num. 248. Idem in donatione facta per magnates, d.c,1.nu. 247.
Donans si cogitaret de filijs non donaret d. n.132. in fin.4 p.c.3.
Donationes de bonis Regiæ Coronæ fiunt ob seruitia, 2.p.n.289.
Donationes quæ confirmantur morte non imputantur in Trebellianicam, 4.p.cap. 3.num.23.
Donationes, quæ morte confirmantur imputari nequeunt d.cap.2. n.34.
Limita, nisi declaret testator contrarium, num.36.

Donata à patre filio vxorato causa militiæ, si filius non sit eques non imputantur, si sit eques vel testextent. secus erit, 4.p c.1.n.231.& seq. Si vero donata sint filio soluto non imputantur. ibidem.
Donata inter viuos non imputatur in Trebellianicam, 4.p.c.3.à n.13. nisi constet de contraria voluntate testatoris á n.14.
Donata inter viuos an veniant imputanda in Falcidiam, 4 p.c.2.n.17.
Donata propter nuptias, vel in præmium emancipationis non imputantur. 4. p. c 2.n.41. (1.n.28.
Donata inter viuos non imputantur, d. c.
Nisi constet de contraria dispositione testatoris, d.cap.1.n.32.4 p.
Do,das, verbum supponit plenam dominij translationem, 4.p.c 1. n.158. in fin.
Donata ab auo nepti, fictione iuris ab ipso patre profecta dicuntur 4 p. cap.1.n.66. ad medium, & n.80. ad med.& n.86.
Donationes propter nuptias non sunt in vsu apud Hyspanos. sed in eorum locum successerunt arrhæ n.85. ad medium.
Donatio á patre filio facta nó valet á principio, n.135. & n.137 & n.140. & n.148
Donatio facta filio emancipato statim valet. c.1 n.138.
Donatio facta à matre filijs in potestate statim valet, n.138. vers. deinde.
Donatio remuneratoria supponit debitum antidorale, sub n.15. Nec requirit debitum legale, n.125.
Donatio, remuneratoria inter coniuges nó reprobatur, d.c.1.n.15. ad fin.
Donatio vt valeat inter patrem, & filium requiritur traditio, n. 118. ad medium, & n.159. ad fin.
Donare non dicitur, sed potius renuntiare pater filio vsumfructum, quem filio remittit ex sua proprietate, d.c.1.n.156.
Donatio facta á patre filio ob causam studij valet, 4.p.d.c.1.n.115. post med.
Donandi animus non præsumitur, n. 213. etiam in patre, si alia potest dari interpretatio, n.132. in fin.
Donare, & cogi sunt contraria, d.c.1.n.67. sub princip.
Dotare filiam mater non tenetur, nu.55. ante med. d.c.1.p.4. Nisi in subsidium, n.56. Aliquod tamen patris consensus in hoc regno requiritur, ibidem.
Donare nó solum tenetur pater filiam, sed etiam facere donationem propter nuptias, d.4.p.c.1.n.98.
Dos provenit ex iure successionis sub, n.54. d.c.1.& c.3.n.89.
Dos filiæ præstita pro ingressu monasterij præstatur ratione alimentorum, nó pro ingressu religionis.n.90. Ar non sequitur naturam alimentorum; sed doris.
Dos non venit imputanda in Falcidiam, 4.p. cap.2. à num.37.

E.

Ecclesia Dei fundata ex fide Iudæis, 2. p. num.223. (p.n.473.
Ecclesia non tenetur facere inuentariũ, 2.
Ecclesia æquiparatur fisco, ibidem.
Ecclesia tenetur ad inuentarium, 2. p. nu. 475.& 476.
Ecclesia fungitur iure minoris, d.nu.475.
Edictum si quis omissa causa testamenti solum procedit quando quis dolo desit adire hæreditatem, 4.p.c.3.n.94.
Edictum Diui Marci protuendis libertatibus nouũ ius succedẽdi induxit, 2.p.466
Edictum illud extenditur ad legata pia, d. 2.p.nu.467. Sed non ad cætera legata, 468. ibi, per illud soluuntur debita, n. 472. ibidem.
Effectus patriæ potestatis de iure naturali, 1.p.n 235.
Emphyteusis, si non sit hæreditaria nó imputatur in Falcidiã, 4 p.c. 2.n.39 & seq.
Emphyteusis non imputatur in Trebellianicam 4 p.c.3.n.26.
Emphyteusis non potest annexari maioratui, 2. p n. 315.
Emphyteusis provenit á primo domino cõcedente, & nona patre, 4.p.c. 1.n.175.
Emphyteusis non recensetur inter bona paterna post mortem patris. 4 p.c.1.n.179.
Emphyteusis á patre filio empta profectitia dicitur 4.p.c.1.sub n.181.

Emphyteusis nominationē ex ipsius natura pater facere tenetur, 4.p.c.1.n.188
Emphytheusis æstimatio non est facienda, solum pro tempore vitæ patris, sed pro tota duratione ipsius 4.p.c.1.n.152.
Emphyteusis æstimari debet iuxta valorē, quo in vita patris solummodo vendi poterat, quando pater est tertia vita, 4.p.c.1.n.193.
Emphyteusis quando acquisita fuit emptione, vel fuit data in dotem æstimata, vel alio titulo oneroso fuit acquisita, habet filius electionem, quo tempore sit imputanda, 4.p.c.1.n.194. quo casu licet pater non emerit Emphyteusim pecunia propria, sed fuerit sibi data in dotē æstimata fratribus conferre tenetur, ibidem.
Emphyteusim quā pater domino renuntiauit, tenetur ipse filio patris renouare, 4.p.c.1.n 137.
Emphyteusim nominationis, vel de pacto, & providētia acceptare potest filius citra nomen hæredis, 4 p.c.1 num. 175.
Emphyteuses perpetuæ, recte de consuetudine diuiduntur, 4 p.c.1.nu.215.
Emphyteusis etiam perpetua, concessa pro se, & descendentibus; non est hæreditaria. Secus si pro se, & hæredibus, n.216.
Emphyteusis quando conceditur in perpetuum pro se, & hæredibus fit in capitatio in vno quando plures existunt, in quem maior pars consensit, qui soluit reliquis partes suas hæreditarias. ibidem.
Emphyteusis de iure communi est diuidua n.217. contrarium verius, n.218.
Emphyteusis in capitatio nō seruatur in regione Interamnensi, & Transmontana, nu.219.cap.1.
Emphyteusis si ad dominum directum vadat, tenetur ipse persoluere hæredibus emphyteutæ expēsas vtiles.4.p.c.1.n.208
Emphyteusis perpetua magis bonorū alodialium naturam imitatur.n.214.
Emphyteusis meliorationū æstimatio fieri debet tempore restitutionis emphyteusis, 4.p.c.1.n.204. & seqq.
Emphyteuticæ res præscribuntur tempore ordinario cum titulo, 2.p.n.396.
Emphyteuta si vsum fructū constituat nō incidit in commissum, 2.p n.341.
Nec etiam propter seruiturem, ibi. n.343.
Emphytenta nec compromittere, nec transigere valet in præiuditium domini, 2.p.nu.362. & seqq. Si autem res maneat penes Emphyteutā valet ibi, n.364.
Emphyteuta nō incidit in commissum ob pignorationem, 2.p n 308.
Emphyteuta expendendo, & meliorando rem Emphyteuticam, videtur quasi contrahere cum filio, ad quē dr. Emphyteusis transit, 4.p c.1.n.198.
Emphyteuta rem tenetur reddere meliorē, d.c.1 n.xii. (p.n 312.
Emphyteuta acquirit dominium vtile, 2.
Emptionem facit æstimatio, 4 p.c.1.n.194
Emens fundū ex aliena pecunia, sibi, & non alteri quærit dominium, 4.p.c.1.n.141.
Emens rē Ecclesiæ vel minoris, sine solēnitatibus, nō est tutus in cōsciētia. 2.p.456
Episcopus tenetur ad seruitia famulorum, qui seruiere prædecessoribus, 2.p.n.295.
Episcopus pro rata annorum tantum tenetur, ibi. Epistola Augusti, 1.p.n.302. (tur, ibi.
Equestris dignitas quæ apud Romanos. 1.p.
Equestres clarissimi. n.343. (n.340.
Errans in iure comparatur scienti, qui vltro persoluit. 2.p.n.119.
Error iuris nemini in damno rei suæ nocet, 2.p.n.120. (sunt ibi. n.122.
Error iuris non reddit in facta ea, quæ facta
Error iuris præiudicat in rebus perfectis, & consummatis, ibidem.
Error iuris quibus personis non noceat in damno vitando d.2.p.n.123.
Exceptio non numeratæ pecuniæ redit securū illum, qui non recepit in conscientia, 2.p.à n.458.
Execrare lites laudabile, 2.p.n.391.
Exercens actus nobilium distinctos à plebeis nobilis efficitur, 1. p.n.461.
Executores, vulgo Meirinhos, & Alcaides, an nobilitentur, 1.p.nu.455.
Executores Curiæ successerunt in locum cohortalium, 1.p.n.455.
Executores licet ex prædicto officio nō nobilitentur, tamē nō amittunt natiuā nobilitatē, 1.p.n.456.

Existen-

Existentia sui hæredis confirmat tabulas pupillares, 3.p.n.69
Exteri admittuntur de iure Canonico ad beneficia, 2.p.n.219. Secus de iure Regio. ibidem. (sunt, 1.p.n.221.
Exteri illustres apud nos etiam illustres
Extranei amittunt legata petita bonorum possessione, 3.p.n.9.
Expensæ repetendæ sunt secundum illud plus, quo res pretiosior facta est, vel expensæ fuerint maiores, 4.p.cap.1.n.200.
Expensæ, in conuiuio nuptiarū factæ magis pro honore patris, quam pro vtilitate filij fieri videntur, 4.p.cap.1.n.61. in fin. & nu.95.
Expendens in, re in qua dominium habet, licet reuocabile, eo videtur expendere animo, vt finito dominio proprio videatur gessisse negotium illius, ad quem res transire debet, 4.p.c.1.n.201.
Expēsas an teneatur dominus soluere, quādo in contractu cautum erat vt res libere ad dominum reuerterentur cum melio rationibus, d.c.2.n.213.
Expressum dicitur illud quod ex coniectu iis colligitur, 2.p.n.74.
Exhæredatur pater, qui cum posset, filium captiuum non redemit, 4 p.c.2.n.124.
Exhæredatur filius, qui in necessitate patri non subuenit, sub nu.151.ibidem.
Expensæ factæ in vtilitatem maioratus, 4. p.cap.1.n.228.
Expensæ factæ, pro euitanda lite, quæ intēdebat maioratum destruere, imputantur d.cap.1.n.229.
Expensæ gratia colligendorum fructuū debentur à patre, d.c.1.n.263.
Expensæ magnæ factæ á patre in aduentitijs, imputantur á filio in legitimam, 4. p. d.c, 1.nu.264.
Expensas voluptarias nō tenetur filius imputare, si ipse illas non erat facturus, d.c. 1.n.266.& seq.
Expensas magnas, quas pater fecit ad fruēdū, tenetur filius imputare, d.c.1.n.268.
Expensas litis super vsufructu non imputat filius, siue magnæ sint, siue modicæ, d c.1 n.269.

F.

Falcidia quibus casibus cesset. 2.p.n.1.
Falcidia cessat in legato dotis, 2 p.n.8.
Falcidia cessat in testamēto militis, 2.p.19.
Falcidia á quo introducta, 1 p. à n.87.
Falcidia cessat in testamēto clerici, 2.p.19
Falcidia, & Pegasiana introductæ testatorum gratia, 2.p.n.21. & 39.
Falcidia quare non intret militis testamētum, 2.p.n. 28. & 31.& 33.
Falcidia admititur contra voluntatem testatoris, 2.p.n.33. (2.p n.37.
Falcidia cessat quando veratur á testatore,
Falcidia nec Trebellianica prohiberi nō poterāt tēpore Digestorū, 2.p.n 89.& n.38.
Falcidia de iure nouo nō solum prohiberi in parte, sed in totum tolli, 2.p. à nu.45.
Falcidia hodie non contra voluntatem, sed secundum illā detrahitur, à n.46. & seq.
Falcidia, vt dicatur prohibita requiritur, vt testator sciat vires patrimonij, 2.p.n 50
Falcidia debet prohiberi verbis expressis, d.n.50.& n.70.& sequentibus.
Falcidia si cessat, etiā Trebellianica cessat, 2.p.n.52. (2.p.n 24.
Falcidia Fauorabilior, quā Trebellianica,
Falcidiæ appellatione cōtinetur Trebellianica, d.n 54.& 55.
Falcidia deducitur ex legatis particularibus, 2.p n59. (p.n.60.
Falcidicus hæres non potest cogi adire, 2.
Falcidia nō cēsetur prohibita, quado verba testatoris in alio possūt verificari. 2.p.71.
Falcidia nō censetur prohibita per illa verba, hæreditatem pleno iure restituere, 2.p.75 & seq.
Falcidia prohibita censetur per verba quæ nō patiuntur aliū sensum, vt plenā hæreditatē restituc, 2.p.n.77 & seq. (2.p.81
Falcidia per quæ verba cēsentur prohibita.
Falcidia, & Trebellianica non possunt proprohiberi filijs primi gradus, 2. p. n.83. sed contrarium à n.85.& 91.
Falcidiæ compensationem cum æquali debito fieri iubere potest testator, 2. p. n. 95. etiam si filius sit hæres. n.97.
Falcidia cessat in libertate, 2.p.n.102.

Falcidia admititur, ſi non relinquatur directa libertas ſeruo, ſed comitatur hæredi, vt redimat alienum, 2.p.á n.103.
Falcidia in libertate quando admitatur, 2. p.nu.106.& 107.
Falcidia ceſſat vbi expreſſe, vel tacite remititur, 2.p.n.107.& 108.
Falcidiam remitit qui legatum integrum ſoluit, 2.p.n.110.
Falcidia ipſo iure acquiritur hæredi, & habet rei vendicationē, 2.p.n. 119.& 120.
Falcid. pacto pœnali nō remititur, 2.p.124.
Falcidiam retinere poteſt in alio legato hæres, qui vnum integrū ſoluit, 1.p.n.127.
Falcidia deducitur de legato pœnali, 2. p. num.408.
Falcidia non deducitur quādo quis priuatur, d. 2.p. n.409.
Falcidia ſolum deducitur ex cauſa teſtati, (1.p.n.547.
Falcidia deducitur de maioratibus inſtitutis per vltimam voluntatem, 1.p.n.546.
Falcidia deducitur ex donationibus cauſa mortis inter virum,& vxorē, 1.p.n.543.
Falcidia ceſſat ſi portio grauata augeatur per aliam portionem accreſcentem, 3. p.num. 2. Siue per ius accreſcendi, ſiue quia caducarunt legata ibi n.3.
Falcidia ceſſat quocunq; modo quarta maneat penes hæredem, 3.p. n.9.& 45.
Falcidia ſemper habet locū, ſiue poſt mortem teſtatoris augeantur, ſiue diminuātur bona 3.p.n.46.
Falcidia remouetur, etiam á legatis à ſubſtituto relictis, ſi eius portio augeatur per bonorum poſſeſsionem, 3. p. n.62.
Falcidia ſi habet locū á principio nō remouetur ex bonis poſtea acquiſitis.3.p.n.67.
Falcidia non ceſſat licet portio grauata accedat non grauatæ ex ſubſtitutione pupillari, 3.p.n.90.
Falcidia ceſſat ſi portio pupilli grauata ſit in perſona ſubſtituti, 3.p. n.96.
Falcidia ceſſat, ſi hæredi relinquantur duæ partes eiuſdem hæreditatis, licet vna ſit grauata, ibidem.
Falcidia ceſſat, ſi duæ portiones ex pupillari ſubſtitutione ad ſubſtitutū perueniāt, & vltima ſit grauata, 3.p. n.79.
Falcidia vel deducitur de rebus, vel de fructibus hæreditarijs, 4.p.c.2.á principio.
Falcidia repletur ſolum de rebus, quas hæres percepit iure hæreditario, 4 p.c.2.n.1
Falcidia eſt quarta hæreditatis, 4 p.c.2.n 3.
Falcidiam non tam in rebus ſoluendis, ſed etiam in ſolutis retinere poteſt hæres qui aliquas res vni legatario integre ſoluit, non tamen animo amittendæ Falcidiæ, 2.p.n. 128.
Falcidiam retinere poteſt reſpectu ſecundi legatarij hæres, qui primo legata integra ſoluit. ibi n. 129. Quid ſi proteſtatus eſt, n. 132.& quid in dubio ibi.
Falcidiam patitur vnuſquiſque ſui, nō alieni legati, ibi n, 129.
Falcidiæ renuntiare non dicitur hæres, qui legatum integrum vni legatario ſoluit, nō vt teſtatoris voluntatem impleret, ſed vt legatario complaceret, 2. p.num. 133. Et quid in dubio præſummedū ibi.
Falcidia non poteſt detrahi de re prohibita alienari, 2.p.n.136.
Falcidia non detrahitur de maioratibus Hiſpaniæ, n.138. Quid etiam procedit in capellis, ibi n. 139.
Falcidia non deducitur de relictis ad pias cauſas, 2.p.nu.141. Aliud erat tempore Digeſtorum. (lianica ibi.
Falcidiæ appellatione continetur Trebel-
Falcidia deducitur de relictis ad pias cauſas, ibi n.145.
Falcidiam poteſt deducere cauſa pia cōtra aliam cauſam piam 2.p n.148.
Falcidia deducitur de relictis ad confraternitates laicorum, 1. p.n.150.
Falcidia ceſſat in chartula, 2.p.n. 151.
Falcidia ceſſat in crimine, n.152.
Falcidia priuatur indignus, 2.p. n.161.
Falcidia priuatur, qui fidem tacitam acōmodauit de reſtituendo incapaci, ibi, Quod intellige de parte rei, quæ erat reſtituenda, ibi.
Falcidia priuatur hæres, qui aliquid ſurripuit de hæreditate, 2.p.n.163.
Falcidiam non detrahit hæres de illa tantū re ſubtracta attento tempore digeſtorū ibi,& n.167.

Falcidia non priuatur hæres, qui ex hæred i tate aliquid doloſe ſubripuit, ſed pun ¹- tur æſtimatione dupli, 2.p.n,165.& 16⁷.
Falcidiam amittit hæres ex tota hæredit²- te, ſi res hæreditarias ſubripiat, 265. Et tenetur implere legatarios, & fideicommiſſarios particulares, licet hæc præſtatio ſuperet vires hæreditatis,d.2.p.n.166
Falcidiam non deducit hæres, qui inuentarium non facit, 1.p.n.169.
Quod etiam procedit de iure Canonico ibi & n.170.ratio, n.174.
Falcidia, vt excludatur, ſufficit, quod remaneat integer quadrans penes hæredem, num.192.
Falcidia deducitur deducto prius ære alieno, 2 p n.18.in fin.
Falcidia detrahitur contra voluntatem teſtatoris, 2.p.n.167.
Falcidix calculatio fit ſecundum tempus mortis, 4 p.c.1.n.5.
Falcidiam hæredem legata integra ſoluere, ac illa ſoluere promittere idem eſt, 2.p.nu.113
Factum illius perſonæ ille impugnare non poteſt,á quocommodū percepit,2.p.20.
Factum legitime retractari non debet, 3.p. n.72.& 147.2.p.n.341.
Fachineus reprobatur, 2.p.n.435.
Fœminæ præcipuum caſtitatis obſeruatio, 1.p.487.
Familiæ conſeruantur per maſculos, & nó per fœminas, 1.p.n.488.
Famuli non petentes ſalarium intra triennium,carent actione, ſed non manent domini tuti in conſcientia, 2.p.n.460.
Famuli Epiſcopo inſeruientes in diuerſis Epiſcopatibus,ab vnaquaq; eccleſia pro rata debēt ſatisfieri, 2.p.n.295.
Fauor publicus verſatur in Doctoribus, ac in militibus, 1.p.n.270.
Ferendus non eſt qui lucrum percipit, & damnum recuſat, 3.p.n.147.
Feudatarius conſtituendo vſumfructū nō caducat, 2 p.num.341. nec propter ſeruitutem.
Feudum non poteſt pignorari, 2.p.n.309.
Feudum hæreditarium de pacto, & prouidentia,quale ſit remiſsiue, 2.p. nu.219.
Feudum renuntiatum adhuc dicitur paternum,& non nouum, 2.p n.182.& 187.
Feuda per regiones diuiduntur inter hæredes ibi, n.217. Si non habent dignitatē annexam,
Feudum hæreditarium vt filius capiat, neceſſario debet patris hæreditatem adire, 2.p.n.220.
Feudum hæreditarium, ſi á patre non agnoſcatur, filio non acquiritur, n.220.
Fallit in feudo antiquo de pacto, & prouidentia d.2.p.n.224.
Feuda hæreditaria imputantur in Falcidiā num.40.
Fictio in his quæ ſunt iuris operatur ſecundum veritatem, 1.p.n.253.
Fideicommiſſum vniuerſale non poteſt ſuperare vires hæreditatis, 2.p.n.187.
Fideicommiſſum ab hæredibus ab inteſtato relictum idem valet, ac ab ipſo pupillo, 1.p.n.554.
Fideimmiſſarius vniuerſalis ſi hæres recuſet,neceſſario tenetur illum cogere, vt adeat,non ſolum attento tempore dig. ſed hodie, 2.p.n.62.& n.29.
Fideicommiſſariæ ſubſtitutiones per contractum fiunt, 1.p.n.541.
Fideicommiſſarij tempore digeſtorum ſolum habebant actionem perſonalem, 4. p.c.3.n.41.
Fideicommiſſa vſque ad Auguſtum fuerūt infirma, 1.p.n.89.
Fideicommiſſa non imputantur in Falcidiam, 4.p.c.2.n.507. Fidei jubere poteſt pater pro filio, 2.n.132.
Fideicommiſſa imputantur in Trebellianicam, d.c.2.nu.67.
Fideicommiſſum quod pater grauatus eſt à filio reſtituere.2.p.n.7.
Filia maritum pro dot e conuenire poteſt poſt patris aditā hæreditatem, 2.p.n.100
Filia emancipata quæ vult patri ſuccedere tenetur omnia bona etiam aduentitia conferre, 2.p.n.55. (ui.4.p.c.3.n.107.
Filiorum appellatione nō veniunt adopti-
Filius inſeruiendo patri non meretur ſtipendium, 4.p.c.1.n.281.

Index

Filius inseruiendo matri, & priuigno stipendium meretur, quod non imputatur d.c.1.n.283.

Filius grauatus fideicommisso vniuersali vtrum duas quartas deducat, 1.p.n.2.& sequentib.resoluitur affirmatiue à n.40. & 82. referuntur Doctores, n.47.

Filius debet habere legitimam titulo institutionis in omnẽ euentũ,p.1.n.4.& n.56

Filius grauatus fideicõmisso vniuersali de iure ciuili vnam tantum quartam habet secundum communem, p.1.nu.18. Sed reprobatur, á n.23.& 44.

Filius pure grauatus vnam tantum quartã detrahit, secus si conditionaliter,secundum communẽ, 1.p.n.25. Sed reprobatur, à num.32.

Filius circa Trebellianicam deducendam non debet esse deterioris conditionis, quam extraneus, 1.p.n.33.

Filij non imputant fructus in quartam, 1.p.n.37.

Filius querelando, vel contra tabulando euertit totũ iuditium defuncti,1.p.n.54.

Filius grauatus æqualiter Falcidiam cum legitima habet, ac Trebellianicã, 1.p.n. 83.& seqq. & á n.65.vbi negatiua, affirmatiua, á n.98

Filius grauatus, an deducat duas quartas, etiam vbi legitima est semis hæreditatis 1.p. á n.104. & ibi negatiua. Defenditur affirmatiua à n.106.

Filius adoptatus transit in potestatem parentis adoptiui, 1.p.num.122.

Filij naturales legitimi, qui ex iustis nuptijs, 1.p.nu. 159.

Filij nati ex contubernio ciuili veniunt appellatione filiorũ. 1.p.n.12.&165.& seq. licet ius ciuile illos appellet naturales. ibidem.

Filij ex prædicto contubernio sunt capaces successionis, 1.p.num.166.

Filiorum appellatione,respectu successionis, naturalium plebeorum continentur ne potes, 1.p. n.176.

Filij an nobilitari possint á matre, 1.p.231

Filij solum quoad statum conditionem matris sequuntur, 1.p.n.233.

Filij solum in potestate patris, n. 235.

Filius pars corporis patris. ibidem.

Filij quoad statum ascriptitium sequuntur maternam conditionem, 1.p.n.366.

Filij nobilitantur á matre, etiam si nubat ignobili, 1.p.n.240.

Filij naturales. vide verbo,naturales.

Filij non possunt agere de commisso, de quo pater non egit, 4.p cap.3.n.136.

Filij nati ante crimen paternum, non dicuntur filij proditoris,1.p n.470.

Filij Regis nati antequam pater regnet nõ sunt filij Regis,ibidem.

Filij existentes in vtero finguntur nati, in sibi vtilibus, 1.p.n.471. (482.ad fin.

Filius clerici legitimatus nobilis, 1.p.nu.

Filius grauatus per contractũ deducit duas quartas secundum Paulum Castrens. 1. p.n 542.

Filius grauatus per contractum vnam tantum habet portionem, 1.p. n.544.

Filius consentiens contractui paterno, in dubio sibi nõ præiudicat in legitima, nisi renũtiet omni auxilio, 1.p.n.551.& seq.

Filius emancipatus præteritus, aperit edictum alijs fratribus,etiam institutis, vt petant bonorum possessionem, 3.p.n.5.

Filij ex hæredati non possunt petere bonorum possessionem, 3.p.n.6.

Filio præterito non petente bonorum possessionẽ,adhuc alij petere possunt, ibid.

Filij petita bonorum possessione æqualiter succedunt, 3. p.n.7.

Filius qui obtinuit in bonorum possessione contra tabulas , non soluit legata extraneis, 3.p.nu.9.

Filius obtinens in querela inofficiosi, non debet legata persoluere, 3 p.n. 10.

Filius suus in potestate præteritus, petita bonorũ possessione,non tenetur soluere legata,nec etiam coniunctis, 3.p.n. 12.

Filius emancipatus insimul cum suo obtinens in bonorum possessione,nulla soluit legata, 3.p.n. 22. & 25.

Filius emancipatus institutus, si veniat ad bonorum possessionem cum suo præterito, tenetur legata soluere coniunctis, 3. p. n,28.

Filius institutus cum alio fratre præterito, qui omisit petere hæreditatem, omnibus legata persoluit; 3.p. n.37.
Filius si sit institutus emãcipatus, alter præteritus institutus omnibus, præteritus cõiunctis tenetur legata præstare, 3.p.n.38.
Filij possessores rerum donatarum, quando donatio reuocatur ex natiuitate filiorũ, iuste habent retentionem, etiá post mortem patris, 4.p.c.3.n.138.
Filius institutus, à quo nil aufertur per bonorum possessionem, omnibus soluit legata, 3 p. n.42.
Filius repudians hæreditatem paternam, acceptando solũ hæreditatem fratris, ex sola fraterna patitur Falcidiá, 3 p.n.66.
Filij primi gradus non tenentur imputare legata, fideicõmissa, nec data, causa implendæ conditionis, in Trebellianicam, 4p.c.3.n.11. defenditur cõtrariũ, n.12.
Filius non potest eligere legitimam in re particulari, 4.p c.3.n.29.
Filij primi gradus non tenentur imputare fructus in Falcidiã, sicut nec in Trebellianicã. Secus ascendentes, 4 p c.2.n.51.
Filius institutus in legitima, pro illa consequenda à cohærede vniuersali habet actionem ex testamento, 4.p.c.3n.117.
Filij non possunt reuocare donationem factam á patre, ex causa ingratitudinis, si pater non reuocet, 4.p.c.3.n.134 & 136.
Filij possunt reuocare donationem factam à patre, quando filij nati sunt ex post facto, 4.p.c.3.á n.134.& seqq.
Filio præterito competit remedium nulliratis, 4.p.c.3. n.122.
Filio ex hæredato de iure antiquo cõpetit querela, hodie cõpetit nullitas, nisi assignata sit causa, & probata, 4.p.c.3.n.123.
Filij reuocant alienata per patrẽ etiá titulo oneroso quatenus legitima minuitur, si pater minori pretio vendat. d.c.3 n.130.
Filij naturales, & spurij pro alimentis possunt reuocare alienata per patrem, 4 p. cap.3 n.131.
Filius non conficiens inuentarium legitima priuatur, 2.p. nu. 436.
Contraria. nu.437.& 438.& sequentibus.
Filius creditor patris si se immiscet hæreditati, debitũ nõ deducit, 2.p.n.436.& 441
Filius nõ potest acceptare feudũ, etiã familiare, absq; eo quod sit hæres patris. 2.p.382.
Filius pugnare potest contra patrem, si patriam defendat. 2.p.n.286.
Filij testari possunt de Castrensi, vel quasi, 4 p.c.1 n.234.
Filius clericus tenetur legitimam patri relinquere, aliás illam obtinebit per conditionem ex lege, 4.p.c.1n.238. & n.240.
Filius clericus potest testari de omnibus bonis. etiam aduentitijs, d.c.1.n.239
Idem de clericis in minoribus, d.c.1.n.242
Contrarium tenent plures, d.c.1.n.443. conciliantur, n.244.
Filij familias testari nequeũt de donationibus, à principe factis, 4.p. c.1.n.246.
Filius de iure antiquo omnia patri acquirebat, 4 p.c.1.n.252.
Filius emancipatus antiquitus conferebat aduentitia, d.nu.252. & seq.
Secus de iure nouo, nu.254.
Filius de iure nouo acquirit proprietatem, tam aduentitiorum, quam paternorum, d cap.1.n.252.
Filius tenetur imputare omnia, quæ subtraxit de bonis paternis, 4.p.cap.1 nu.257. tã emãcipatus, quã in potestate, & n.254.
Filij hodie æqualiter succedunt, siue sui, siue emancipati, d.c.1.n.254.
Filius imputare tenetur peculium á patre concessum, & ab ipso male consumptũ, 4 p.c.1.n.260.
Filius tenetur imputare legitimam, à patre sibi in vita assignatam, d.c.1.n.261.
Filius tenetur imputare, lucrata ex pecunia paterna, dum erat in potestate. 4 p. cap.1.n. 270. hoc tamen de iure nostri regni, nam de iure communi partiendũ erat inter patrem, & filium, ibi.n.271.
Secus si de mandato patris. ibidem. n.274.
Filius emancipatus, negotiãdo cũ pecunia patris, partitur lucrum d.c.1.n.272.
Filius, si non cohabitet cum vtroque parẽte partitur lucrum. 4.p.c.1 n.275.
Filius, si illicite acquirat, totum sibi acquirit. num.277.

Secus

Secus si de mandato pâtris negotietur. d.c. n.278. (duntur. 2.p.nu 53.
Filiorum appellatione nepotes comprehé-
Filius institutus cum cohærede, si iste nõ adeat filio acceresit hæreditas tota. 2.p. 17
Filius acceptans legitimam eo ipso efficitur hæres patris. 2.p.n.17.
Filius non est proprius creditor in legitima. 2.p.nu 17.& n. 20. in fin.
Filius institutus in legitima, nequit contrauenire alienationi patris etiam factæ de re propria, num. 20.
Filium non posse grauari in legitima quomodo intelligatur, 2.p.n.20.
Filius vel filia nunquã tantũ mereri potest apud patrẽ, vt dos soluta dicatur data in remunerationem seruitiorum. 2.p.n 55.
Filius dicitur debitor necessarius, & filia creditrix. 2.p.n 80. (n 81.
Filius necessario est hæres instituendus. 2.p.
Filius omnia debet patri, à quo totum suũ esse accepit, n. 151.
Filius indebitè consumens bona patris furtum committit, d. 2.p.n. 155.
Filius obtinẽs in querela inofficiosi nõ soluit legata. 3.p n.9. nec etiam coniunctis.
Filius non tenetur ad inuentarium. 2.p.nu. 473.& num.478. Sed contra n.480.
Fiscus vno de tribus modis succedit in bonis, 2.p.n.479.
Fiscus, quando aufert ab indigno, non tenetur ad inuentarium, ibidem.
Fiscus, succedens in bonis vacantibus, non tenetur ad inuentarium. 2.p.n.481.
Fiscus succedens in bonis vacantibus non est hæres, tenetur tamen ad legata. 2.p.n. 482. Contra: 483. cũ auferat ab indigno.
Fiscus succedens tenetur ad onera hæreditaria, n.442. ad fin. Sed nõ ad libertates. 483. & seq. & num.466.
Fiscus succedens ex l. Iulia, & Papia tenetur ad legata, 2.p.n.488.
Florentini præsumũtur nobiles. 1.p.n.213.
Forma nõ seruata irritat actum 2.p n.424.
Forma legitimationum in nostro Regnõ, 1.p.num.258.
Fornicatio detestabilior in fœminis, quam in masculis, 1.p.n.487.
Fraudare creditores dicitur solus debitor qui ex industria patrimonium deminuit in fraudem creditorum. 2 p.n. 117.
Fructus imputabantur in Falcidiam attento tempore digest. 1.p.n.75.
Fructus, secundum cõmunem, non imputãtur in Falcidiam, 4.p.c.2. à n.42.
Fructus, maturi tempore mortis testatoris, imputãtur. 4.p.c.2.n.43. ad fin. (n.44.
Fructus nati tẽpore mortis, imputantur, ibi
Fructus etiam, sati per testatorem, imputantur, d.c.2.n.45.
Fructus collecti iacente hæreditate, augẽt ipsam, nec in Falcidiam imputantur, d. cap.2.nu 46.
Fructus percepti post aditam hæreditatem pendente conditione imputantur. 4. p. cap. 2.n.49.
Fructus legati post diem cessum, pertinẽt ad legatarium, d.c.2. á n.50.
Fructus imputãtur in quartam, etiã si pater grauans expresse dicat, quod grauatus nõ teneatur fructus cõputare, 2.p.n.84.
Fructus percepti ante aditam hæreditatẽ restituuntur, 4.p.c.3.nu.51. quia augent hæreditatem, ibidem. & n.55.
Fructus percepti pendente cõditione fideicõmissi non restituuntur, d.c.3.á n.52.
Fructus non restituuntur, etiam si testator dicat, quidquid ex hæreditate, vel bonis ad hæredem perueniat, d.c.3 n.57.
Fructus non veniunt, etiam si testator dicat, quantã pecuniã ex hæreditate mea, &c. d.4 p.c.3. á n 58.
Fructus veniunt restituendi ex coniectura testatoris, ibi.n.60.
Fructus non restituũtur, etiã quãdo testator dicat, quidquid ex hæreditate mea super fuerit, tẽpore mortis restituc. d c.3.n.61.
Fructus aliquando restituuntur ex iure voluntatis, d.c.3 n.63. & n.74. vbi septem casus referuntur.
Fructus aliquãdo restituuntur. d. loco n.66.
Fructus post moram restituũtur. d. lo. n.67.
Fructus post restitutionem, etiam verbalẽ restituuntur, d.4.p.c.3.n..75
Fructus semper in quartam imputantur, d.c.3.n 79.

Fructus, an imputentur inuito creditore, ibid. á n. 77. Affirmatiue resoluitur, n. 80
Fructus siue consumpti; siue extantes imputantur, d.c 3 n. 82.
Fructus collecti negligentia fideicommissarij non imputantur, n. 84.
Fructus collecti á marito soluto matrimonio sunt restituendi; d.n. 84.
Fructus collecti, absente, vel ignorante fideicõmissario nõ imputãtur, d.c. 3. n. 85.
Fructus collecti ex quarta, non imputãtur, d.c. 3. n. 86.
Fructus collecti per hæredem, non sunt cõputandi cum debito, quo testator tenebatur hæredi, licet plures repugnent, d. c. 3 n. 87. & seq. Limitatur si detur testatoris conjectura cõtraria à n. 90. & 91.
Fructus tempore antiquo imputabantur in legitimam filiorum, d.cap. 3 n. 95. & in Trebellianicam. Sed de iure nouo fructus, nec in legitimam, nec in Trebellianicam imputantur, d.n. 95.
Fructus imputantur in Trebellianicam ascendentium, d.c. 3 n. 100
Fructus non imputantur in Trebellianicã filiorum, etiam si sint grauati restituere extraneis, d.c. 3. á n. 101. & 103.
Fructus non imputãtur in Trebellianicam filiorum, qui verè legitimati sunt per rescriptum, d.c. 3. n. 104
Fructus imputantur in Trebellianicã filiorum, qui verè legitimati sũt per rescriptum, d.c 3 n. 104.
Fructus imputantur in Trebellianicã adoptiuorum, á n. 107.
Fructus imputãtur in Trebellianicã adoptati ab auo naturali, secus in legitima, 4.p.c. 3 n. 108.
Idem circa arrogatos, ibi. num. 109.
Fructus imputantur in quartam naturaliũ, ibidem, n. 110. (n. 110.
Secus si fuerint plebeorum nostri regni ibi,
Fructus imputantur in quartam nepotum, d.cap. 3. n. 112.
Fructus imputantur in quartam substituti pupillaris, n. 113. & seq.
Fructus imputantur in quartam transuersalium, á nu. 115
Fructus mãioratus pro debito possessoris ad vitam ipsius tantum locari possunt, 2 p. nu. 279.
Fructus accrescentes ex fundo dato à patre pro alimentis, non imputantur, 4 p.c. 1. n. 279.

G.

Geometria nobilitatem non generat, 1. p. n. 327.
Generalis militiæ, 1. p. n. 386.
Glossa 1. in l. Si is, b. de vulgari, reprobatur, 1. p. n. 157.
Glossa in l. Si quis seruo C. de furtis recepta 1. p. nu. 101.
Glossa in l Si cogi, §. Hi qui solidum D. ad Trebellian, 1. p. n. 157.
Goueanus defenditur cõtra Cuiac. 3 p. n. 16
Gradus nobilium apud Romanos tantum tres, 1. p. n. 341. & 405.
Gradus nobilitatis esse quinque contendit communis, 1. p. n. 347.
Grauamen in legitima à patre imponi non potest, 2. p. n. 86. & seq.
Gubernatores tam regni quam prouinciarum transmarinarum, vide verbo, Comes prouinciæ, 1. p. n. 403. & 411.

H.

Hæreditas tota dicitur restituta, quando ex ea deducitur Falcidia; 1. p. 74.
Hæreditas accipitur vel pro corpore ficto, vel pro rebus contentis in hæreditate, 4. p. c. 2. n. 4.
Hæreditas virtute Falcidiæ resider tota in persona hæredis, ibidem.
Hæreditas est successiõ in vniuersum ius defuncti, 4 p c. 1. n 15.
Hæreditas, quam filius acquirit ex pupillari substitutione, nõ licitur hæreditas patris, sed hæreditas filij d. loco n. 37.
Hæreditas patris ad causam intestati reducitur, si filius obtineat in querela inofficiosi d. 4 p. c. 1 sub n. 145.
Hæreditas, post aditionem fit patrimoniũ, 4. p. c. 3. n. 77. (4. p. c. 2 n. 48.
Hæreditas iacens representat defunctum,

Hæreditas adempta sub conditione censetur data sub contraria, 2.p.n. 413.
Hæres tenetur præstare facta defuncti, 2.p. n.375. (quam defunctus, ibid.
Hæres non potest esse melioris conditionis,
Hæres ante restitutam hæreditatem potest recipere solutiones debitorum, 2.p.357.
Hæres potest venire contra factũ defuncti, si ipsum factum sit nullum, 2.p.n.377.
Hæres si agat diuerso iure potest venire cõtra factum defuncti, 2.p.n.378.
Hæres possessoris alienantis potest reuocare male alienata. 2.p.n.373.
Licet plures contra, num.375.
Hæres pendente conditione, sub qua fuit grauatus, dominus est, 1.p.n.38.
Hæredes ab intestato, etiam per nuncupationem grauari possunt, 1.p.n.34.
Hæres soluens aliqua legata integra non potest ex alijs Falcid. deducere. 3.p.129.
Hæres soluens vni legatario aliqua legata, si eidem alia debeat, potest de reliquis non totam quartam detrahere, 3.p.nu.129.
Declara tamen, prout, nu.130.
Hæres pendente cõditione dominus est rei legatæ, 3 p.n.140. & 4.p.c.3. à nu.32. & valide alienat, nec veniente conditione retractatur, d. c. 3.n.41.
Hæres non cogitur præstare legata ante cõditionem impletam, ibidem.
Hæres grauatus soluere legatum annuum, tenetur solum singulis annis quantitatẽ præstare, 3.p.n.141.
Hæres dessipans fideicommissum cõditionale priuatur administratione, 3.p. 167.
Hæres, & legatarius potest legatum acceptare, repudiando hæreditatem, si habet eohæredem, 4.p. c.2. n.1.
Hæres Falcidicus retinet onera omnia hæreditaria, Trebellianicus tantum pro parte, 4.p.c.2.n.1.
Hæres, cui relinquitur legatum, ne Falcidia vtatur, si illud acceptet, non potest vti Falcidia, 4.p.c.2.nu.10.
Hæres post aditam hæreditatem potest renuntiare Falcidiæ d.n.10.
Hæres non potest eligere quartã ex re particulari, 4.p.c.3.n.29.
Hæres purè grauatus dum non restituit, valet alienatio de iure antiquo, d.c.3.n.40.
Hæres nõ potest alienare legata, d.c.3.n.44
Hæres pendente conditione fideicommissi dominus est hæreditatis, d.c 3.n.52.
Hæres grauatus sub ea forma, quidquid ex hæreditate super fuerit, potest in vita pro necessitate alienare 4.p.d.cap.3.nu. 33.& nu 63.
Hæres ex fructibus tenetur reficere res ex fideicõmisso peremptas. d c.3 n.75.
Hæres potest deducere ex hæreditate propria debita, d.c.3.n.87.
Hæres rogatus aliquid facere, & si contra faciat, priuatus, retinet Trebellianicam, vel Falcidiã, 2.p.n.407.& n.415.& seqq.
Hæres voluntarie non potest nocere fideicommissarijs, 2. p.n.350.
Hæres non conficiens inuentariũ non tenetur in foro cõscientiæ vltra vires, 2.p.449 & 437. Cõtrariũ n.seq. prior vera, n.432.
Hæres qui adiuit coactus, non retinet quartam, 2.p.n.411.
Hæres priuatus ob negligentiam non retinet Trebellianicam, 2.p.n.412.
Hæres occultans aliquas res in inuentario, in totum cadit ipso, 2.p.à n.424.
Hæres repræsentat defunctum, 2.p.n.453.
Hæres occultans in inuentario res hæreditarias, tenetur in duplum creditoribus, 2.p.n.433.
Hæres conficiens inuentariũ diminutũ, nõ tenetur creditoribus vltra vires, 2.p.432
Idem in legato alimentorum, n.434.
Hæres non tenetur ad inuentarium sit testator illud re mittat, 2.p.nu.442.
Hæres adeundo, quasi contrahit, 2.p.n.471
Hæres ab intestato æqualiter grauatus, ac scriptus in testamento, 4.p.c.1.n.490.
Hæredi ipsi legatum relinqui non potest, 4.p.c.1.n.81.
Hæredes mariti habet ius ad totam medietatem bonorum d.c.1 n.196.ad med.
Hæredes fatui erunt, si so multiplicibus oneribus hæreditarijs voluntarie implicauerint sine vllo commodo, 2.p.n 28.
Hæredes militũ non tenentur creditoribus hæreditarius vltra vires, nec legatarius, 2.p.n.31.

Hæres pagani digestorum tempore ante Iustinianum, tenebatur creditoribus vltra vires, legatarijs intra. 2.p.n.32.
Hæres militis ab hærede pagani quoad onera hæreditaria nō distinguntur. 2.p.n.32
Hæredē militis velle se multifariā grauare ob nullum lucrū, credibile non est, ibid.
Hæres Trebellianicus cogi potest adire si recuset, Falcidicus non, 2 p.n.60.
Hæres grauatus vltra dodrantem, non cōfundit debita, quanuis adeat hæreditatem, 2.p.n.96.
Hæres, qui legata integra soluit, non plus debito soluit. 2.p.n.110.
Hæres qui sciens testamentum nullum voluntatem defuncti agnouit, tenetur soluere, 110.& 111. Quomodo hæc voluntas agnoscatur ab hærede, ibi.
Heredē legata integra soluere, aut ea, integra soluere, promittere, dē est. 2.p.113.
Hæres, attento tempore Digestorum, tenebatur in solidum creditoribus, siue hæreditas esset soluendo, siue non, eo ipso quod adibat, ibidem.n.164.
Hæres per beneficiū inuentarij introductū à Iustiniano, non tenetur creditoribus, nisi intra vires hæreditarias. 2.p.n.165.
Hæres, qui aliquid subtrahit ab hæreditate Falcidia non priuatur, sed punitur æstimatione dupli, ibi.
Hæres, qui dolose res hæreditarias subripuit Falcidiam amittit ex tota hæreditate, nu.165 & in totum cadit à beneficio inuentarij. n. seq. ibi.
Hæres qui res hæreditarias subripuit amittit Falcidiā ex tota hæreditate. n.165 & tenetur implere legatarios, & fideicōmissarios particulares, licet hæc præstatio superet vires hæreditatis. num.166.& in totum cadit à beneficio inuentarij ibi. Falcidiā amittit solum in re subtracta. n.167. Et hodie non amittit Falcidiam, sed in duplicato pretio plectitur. ibid.
Hæres hodie iam in totum amittit beneficium Falcidiæ, si aliquid occultasse de hæreditate probetur, 2.p.n.167.
Hæres rogatꝰ hæreditatē restituere tenetur date rationē fideicōmissario, 2.p.n.176.
Hæres tenetur citare legatarios, & fideicōmissarios, vt presentes reperiantur ad confectionem inuentarij, n.177.
Hæres non conficiens inuentarium tenetur creditoribus etiam vltra vires hæreditatis, & amittit Falcidiam in fauorem legatariorum, d.n.177.
Hæres per aditionem efficitur dominus rerum hæreditariarum. d. 2.p.n 239.
Hebrai nobiles erant tēpore legis scriptæ, 1.p. n. 213. (p.n.224.
Hæbrei hodie nobiles esse non possunt 1.
Hypotheca tacita non datur nisi in casibus expressis, d c.3.n.120.
Homenagiū debetur Doctoribus, 1.p.265.
Homenagiū debetur Licentiatis, 1.p.n.256.
Homenagium competit militibus triū ordinum militarium n.402.
Homenagium non competit ducibus belli positis intra ciuitatem. n.402.
Homenagium an debeatur aduocatis, ibi.
Homines tales ex scientia, 1 p.n.264.
Homines literati stellæ firmamenti. ibidē.
Honor filij gloria est patris, 4 p.c.1.n.160.
Humiles nō debēt inter principuos recenseri 1.p.n.243.

I.

Ignorantia iuris non nocet in damnis, 2.p nu.120.
Ignobilis est quē pauci agnoscūt, 1.p.n.200
Illegitimi nō possunt habere, dom 1.p.251.
Illustres fiunt Doctores legentes per 20. annos, 1.p.n.265.
Illustres qui dicantur, 1.p.n.346. (202.
Imperator nobilis per antonomasiā. 1 p.n.
Imputantur in Trebellianicam omnia, quæ ex testamento capiuntur, 1.p.n. 20.
Impūtatio in Trebellianicā fit de omnibus quæ veniūt ex iuditio testatoris expresso in testamento, non ex contractu. 4.p. cap 4.n.24.
Imputatio Falcidiæ solum fit de rebus iure hæreditario perceptis, 4 p c.2.n.1.
Imputatio quæ fit in l. In quartā nititur in rescripto Diui Pij, 4.p.cap.2.n 2.& 7.& c 3 n.4. (c.1.n.1.
Imputatio ex quibus rebus procedat, 4.p.

Imputatio non tollit debitum supplementum ex bonis postea augmentatis. n.40. post medium.
Imputare debet filius in legitimam omnia à patre ei relicta titulo institutionis, 4. p.cap. 1.n.22.
Imputare, an & quãdo teneatur filius in legitimam legatum, seu fideicommissum sibi in testamento á patre pure relictum a n.23 d. 4.p.c. 1. Quid si sub conditione relinquat, n.27.& 28.
Imputatur in legitimam donatum á patre causa mortis, d 4.p.c.2.n.29.& 138.& 174
Imputatur in legitimã æstimatio rei alienæ quam pater filio legauit, vel causa mortis donauit, d.c. 1.n.3.& 31.
Imputari non debent, quæ ad filium perueniunt extra patrimonium patris ex. nu. 30. & n.226.
Imputari an debeant data conditionis implendæ causa, d.c. 1.n.32.& 33.
Destingue prout.n.34.quod procedit etiam in datis causa modi implendi, n. 35.
Imputatio datur si filius institutus in minori parte, sibi debita, accepit aliquid ex pretio alicuius rei, in qua oneratus fuit à patre vt certo pretio venderet, n.36.
Imputari non potest quod filius capit ex substitutione scripta in testamento paterno, & de bonis patris, siue etiam filij impuberis, d.c.1.n.37.
Quemadmodum non imputantur accepta per substitutionẽ vulgarẽ. n. 38. & seqq.
Nec accepta ex substitutione reciproca, vel fideicommissaria, d.c. 1.n.41.
Imputari an debeant, quæ filio obueniunt ex substitutione, legatario facta vide. n. 42.& 43. destingue, prout. n.44.& seq.
Imputantur accepta ex iure accrescendi, 46. Sed verius est contrarium, n.47.
Imputari etiam non debet vsusfructus. d. c.1.n.48. declarando, vt ibi.
Quemadmodum nec illud, quod filius capit ex quacunque substitutione, etiam scripta in testamento paterno. n.49.
Et quod ei obuenit ex hæreditate materna, vel ex transitu materno ad secũda vota. ibidem.
Imputãtur bona ab extraneis relicta filio, contemplatione patris, si purè relinquãtur, d 4 p.c. 1.n.50.& n.174.
Imputari non debent, secundum communem, data filijs inter viuos a parentibus, n.51. Contrarium verius.n.52.
Imputãtur in legitimã donata inter viuos, similiter dos, & donata propter nuptias. d.cap. 1.n.52.
Imputatur etiam datum filio, vel filiæ á parentibus ob causam dotis. n.54.
Imputari non debet de iure nouo dos aduẽtitia, quæ filiæ aliunde obuenit, quam à patrimonio patris, d.c.1.n 55.
Imputatur dos, à matre profecta. n.56.
Imputatur dos per ipsam filiam, quãdo venit ad hæreditatem patris, & etiam per neptes ex ipsa dotata, n.57. fallit tamen. vt ibi.
Imputantur etiã donationes propter nuptias, factæ à patre, vel matre filio nubẽti. n.58.& 59.
Imputãtur de iure communi accresiones ad dotem, etiam ab extraneo datæ, dum modo datæ sint contemplatione patris. n.62. Quod indubio semper præsumitur. ibid. Secus de iure regni, quia nõ imputãtur. n.63. nisi in casibus de quibus ibi.
Imputari non debet dos data ab auo nepti, quando filius est diues, secus si pauper, n 65.& n. 64.
Imputantur data ab auo nepti, quando cõstat, dedisse contemplatione filij. 4. p. c. 1. num. 72. siue dos data sit ab auo, vel ab auia nepti ex filio vel ex filia. ibidem.
Imputare non tenetur neptis dotem, si veniat ad hæreditatem aui, quando cũ patruis concurrit, d.c. 1.n. 73. si vero concurrat cum fratribus tenetur n.74. Nisi auus dotet, ea conditione, ne imputet in legitimam. ibi.n.75. (tis n.72.
Imputatio fit secundũ voluntatem donan-
Imputare tenetur neptis dotẽ, ab auo profectam, quando pater inops est, n.77.
Nisi auus dederit cõtẽplatione neptis.n.78
Sed hoc non procedit de iure regni, n.79.
Imputare tenetur filius dotem, quam auus legauit nepti, d.c. 1.n.80.

Sed con-

Sed contrarium verius; num. 81.
Imputare nō tenetur neptis dotem ab auo relictam, quando succedit, nu. 85. cum seqq. resoluitur contrariū, fallit quando neptis pater præmortuus est, n. 88.
Imputare quibus casibus tenetur neptis dotem sibi ab auo, vel auia relictam, in eisdem etiam tenetur nepos, siue sit dotatus ab auo, vel auia, d. c. 1. n. 86.
Imputantur dotes filiarum, quæ religionē ingrediuntur á n. 50.
Imputari nequeunt, nec conferri alimenta n. 90. & 109. & 147. & 172. ibid.
Imputari nequeunt, quæ ad hæredes non transeunt. ibidem. & n. 96. sub. principio, & num. 106. & 172.
Imputari nequeūt data, quæ pleno iure donatario non acquiruntur, d. 4. c. 1. n. 90.
Imputantur accessoria dotis pro ingressu monasterij, n. 91. Et propinc, si soluātur in pecunia. Secus si illarum loco, conuiuium præstetur, ibidem.
Imputari nō debent annuales præstationes vulgo, Iuros ou Tenças, d. 4. p. c. 1. n. 92.
Imputari non debet summa, á patre filio promissa, atque donata anuatim ad sustētanda onera matrimonij. n. 92. ad med.
Imputari non debet dos data, si non sit mansura apud hæredes filiæ dotatæ. nu. 92. in fin. (n. 93.
Imputari non debent data filio ad militiā.
Imputari non debet militia empta filio per patrem, n. 93. & n. 95.
Imputari nō debent donationes volūtariæ, quas pater filio fecit, n. 93. vers. 4. quia.
Imputatur donatio facta ob causam, n. 94. & n. 118. & n. 135.
Imputari non debet patrimoniū filij. n. 93.
Sec contrarium verius, n. 94.
Imputari non debēt expensæ factæ cū filio in die nouæ rei sacræ, de iure cōmuni, Secus de iure Lusitanorum, nisi expensæ factæ in cōuiuio illius dici. d. c. 1. n. 95.
Imputari non debent expensæ factæ pro expediendis bullis beneficij de iure communi. Secus de iure regni. n. 96.
Imputat filius expēsas factas in Emphyteusi, quæ ad ipsum peruenit, licet Emphyteusis non imputetur, nu. 96. ad med.
Similiter licet maioratus non imputetur, expensæ in illo factæ imputantur, in legitimam successoris, num. 96. ad med. Etiam si expensa facta sit in acquirendo aliquo iure patronatus, perpetuo mānsuro ipsi maioratui. d. n. 96. vers. addo.
Imputantur expensæ factæ pro obtinenda qualiber dispensarione. ibidem.
Imputantur de iure Lusitanorum expensæ omnes, á patre factæ in causa filij, præter specialiter exceptas. ibid.
Imputari nō debent de iure cōmuni officia publica, quæ ad hæredes nō trāsmittuntur. Secus quæ ad illos trāsmittuntur. n. 174 & n. 97. & 98. Etiā si ad hanc trāsmissionē requiratur principis licentia. ibid.
Imputatio æstimationis horum officiorum fit, non secundum tempus, quo pater illa acquisiuit. sed secundum tempus mortis ipsius, n. 99. ad fin.
Imputari non debent de iure Lusitaniæ officia publica, á principe vel magnatibus donata, etiā si contemplatione parentū, sint donata. Dūmodo pro dote data sint d. 4 p. c. 1. n. 100. Quod amplia vt n. 101.
Imputari nō debent de iure cōmuni ciuiles annonæ, si cōtēplatione parentū a principe donatæ sint. Secus de iure regni. n. 101
Imputari non debet officium emptum á patre, & postea de principis licentia in filium translatum. d c. 1. n. 102. Contrariū verius, n. 103. (n. 102.
Imputari non debent à principe donata.
Imputatio æstimationis inter fratres diuidenda est, quando pater ex principis licentia vendit tertio officium filij. n. 103. vers. quod.
Imputantur officia consueta vendi, n. 103. ad med.
Non imputantur bona quæ sortiuntur naturam quasi castrēsium, n. 103. ante fin. & sub. n. 109. & 120.
Imputatur æstimatio officij, quādo de principis licētia pater á principio illud emit determinate pro filio, vel filius nomine proprio illud emit ex pecunia patris, d. 4 p. c. 1. n. 104.

Imputatur donatio patris, nu.104. in principio, siue facta sit filio, siue alteri nomine filij. ibidem.
Imputatur officium à principe filio contéplatione patris conceſſum. n.105. Niſi detur ad dotem vel illius augmentum, vel ad coniugium, ibidem.
Imputatur in legitimam filij, quod ei conceditur contemplatione patris, n.105.
Imputari nó debent expenſæ factæ pro dignitate filij, Doctoratu, magiſterio, religione Rodoenſi, vel ſimili, num. 106. Quod procedit etiam de iure Luſitanorum, niſi filius bona habeat, ex quibus pater erogare cenſeatur, n.108.
Imputari non debent expéſæ, quæ fiunt cũ filio pro gramatica addiſcenda, nu.109.
Nec expenſæ factæ pro ſcientia filij, n.110.
Niſi conſtet de cõtraria mẽte patris, n.111.
Imputari non debent, quæ paterna pietate præſtantur, n.110.
Imputari nõ debent de iure communi iam conſumpta, n.110. ante fin.
Imputari non debent de iure Luſitanorum data á patre filio cauſa ſtudij, ſiue extẽt, ſiue non: Data vero pro cauſa belli, vel palatij ſi extat imputatur, n.110. ad fin.
Imputãtur expenſæ factæ cauſa ſtudij, quã do conſtat, patrẽ non ex pietate paterna illas feciſſe. n.111. Nec & prodeſt proteſtatio, facta ex interuallo, vel tempore mortis, ibidem.
Imputantur expenſæ cauſa ſtudij, quando filius habet bona aduẽtitia, ſiue ſint mobilia ſiue immobilia, n.112. Sed contrarium verius, niſi bona filij ſint caſtrẽſia, vel quaſi, ibidem.
Imputari non debet dos quam pater dotat filiæ, etiam ſi penes ſe habeat propria bona filiæ, n.112. poſt principium d.c.1.
Imputantur expenſæ factæ pro dignitate filij, quãdo pater penes ſe habebat, bona caſtrẽſia, vel quaſi caſtrenſia filij. Nõ vero imputantur expenſæ factæ cauſa ſtudij, etiã ſi pater prædicta bona filij penes ſe habuerit, d.n.112. poſt med. Sed de iure noſtro nullo caſu imputãdæ ſunt, ibid.
Imputantur expenſæ, de iure cõmuni, factæ in ſtudio, quãdo in eo pater inuitus coactus eſt filiũ alere. Secꝰ de iure regni, n.114.
Imputari non debent libri dati filio aduocato, Doctori vel Iudici, Secus ſi adhuc ſcholari, n.115. Contrariũ approbatur, n.116. & n.117. Declaratur vt ſit neceſſaria traditio. Quod procedit etiam quãdo pater filio pecuniam pro libis emendis tradidit. d.n.116.
Imputari quibus regnis libri debent, non ipſi libri, ſed eorum æſtimatio, n.117.
Imputari non debent expenſæ factæ cum filijs etiam emancipatis circa per diſcendas artes mechanicas, hoc de iure regni, Secus de iure communi, n.120.
Nec expenſæ, quas filius fecit de conſenſu patris in pia peregrinatione, vel in percurrendis varijs prouintijs, n.119.
Imputari non debent de iure cõmuni expẽſæ factæ ratione belli, de iure tamẽ noſtro imputantur ſi fiant cũ filio emãcipato, niſi ſolũ factæ ad effectum, vt ipſe miles eques erigatur. 4.p.cap.1. n.120.
Imputantur de iure regio donata ad militiam filio, ſiue in poteſtate, ſiue emancipato, ſi ſuper ſint. d.4.p.c.1.n.120.
Imputare an debeat filius bona ſibi ad ſtudiũ donata ſi extent, d.n.120.
Imputare nõ tenetur filius de iure cõmuni expenſas, quas fecit in principis, vel Reginæ, vel filij regis, etiam baſtardi ſeruitio, de iure noſtro imputabit ſi fuerit in poteſtate. n.121. Limitatur quando filius habet, vnde expendat d.c.1.n.122.
Imputari nullo caſu dabent expenſæ factæ pro filio captiuo redimendo, ſed de iure cõmuni imputabuntur, cõſtito quod pater animo credẽdi redemit, d.c.1.n.124.
Imputare nõ debet filius, quod pater ſoluit pro eius condemnatione d.cap.1.n.125. Niſi conſtet de contratia voluntate patris n.128. vel niſi filius habeat bona aduentitia. n.129. vel ſi pater ex vi legis cogatur ſoluere d.c.1.n.130.
Imputare non debet filius de iure cõmuni quod pater ſoluit pro eius condẽnatione quando pater tacite vel expreſſe delictũ filij approbauit, d.n.130.

Imputa-

Imputari non debent expensę, quæ non extant, n. 125. ad fin. (bet, n. 126.
Imputare debet filius omnia, quæ patri de-
Imputare non debet filius soluta per patrē, quando pro illo fides iussit in causa criminali, vel pro assequendo aliquo honore. Secus si fide iussit, & soluit pro contractu filij, n. 131. & seq.
Imputatur peculiū filio datū, quod si superest, & diuiditur inter fratres, d.c.1.n.134
Imputare tenetur filius, quæ indebite expendit de bonis patris, si magnæ sint cōsiderationis, n. 134 & 159.
Imputari nō debent donationes filijs à patre factæ secundū cōmunem antiquorū, d.c.1.n.135. Sed contrariū verius, n.136
Imputari nō debent quæ post mortē relinquuntur, d.c.1.n.135.
Imputantur in legitimam accepta per filiū ex bonis patris causa fideicōmissi.n.138
Imputatur donatio facta á matre filijs in potestate, d.c.1.n.138.
Imputatur donatio facta filiæ familias, n. 140. & n 156 & n.160
Imputari non debet omne quod procedit ex obligatione prout alimenta, n.147.
Imputare tenetur filius in potestate fructus perceptos ex donatione. Emancipatus vero non d.c.1 n.149.
Imputari non debet donatio filio facta ob benemeritā, n.150. & n.152, Quid quādo alij. n.151. Imputabitur enim eatenus quatenus merita illā excedunt, secūdum rectum iudicis arbitriū nō patris, n 153. quæ donatio de toto aceruo deducenda est, ibidem.
Imputari non debent relicta à patre filio pro compensatione damni dati in bonis aduentitijs, n.154.
Imputare tenetur in suam medietatem maritus ludens vel meritricans notabilem quantitatem bonorum, n.155. post med..
Imputare nō tenetur filius vsum fructū aduentitiorū suorū, quem pater ei remisit, n.156. Nec pater amplius potest reuocare, ibid. Et iā quando pater post acquisitionē illū remisit, d c.2.n.157. vsq; 159.
Imputare an teneatur filius d. vsumfructū quando pater expresse non permisit, sed dissimulauit. Affirmant aliqui, nu.160. Sed contrarium verius nu.161. Si vltra taciturnitatē alia detur cōiectura, n.163
Imputare non debet filius fructus iam collectos quos pater ei donauit, n.164.
Imputare etiā tenetur fructus perceptos ex maioratu, sibi tradito in vita patris de iure regio.n.165. Secus de iure communi, n.166. & seqq. & n.170. vide quomodo restituendi sint. (tre donati, n.171.
Imputari debēt fructus feudales, filio a pa-
Imputari nō debēt fructus alicuius rei filio donati titulo donationis vel similæ, & hoc de iure Regio.nu.172. Secus de iure communi, n.173.
Imputantur fructus Emphyteusis, quos pater filio donauit, cum in vita illos percipere potuisset, n.173.
Imputatur donatum filiæ, vt præciput ū maneat penes illam, n.174.
Imputare nō tenetur filius ea, quæ tāquam filius retinere potest, licet hæreditatem non acquirat, n.175.
Imputari non debent quæ filio post mortē patris acquiruntur, n.175.
Imputare tenetur filius Emphyteusim de iure cōmuni, d c.1 n.174. Sed contrariū verius. n.175. etiā de iure Regio n.177. quāuis Emphyteusis noua sit: nunquam imputabitur. n.178. & 179. Nisi quando ex noua concessione domini constiterit ipsum filio concessisse Emphyteusim cō templatione patris, d.n.179.
Imputatur Emphyteusis, empta pecunia paterna, n.180. Quali autē æstimatione vide ibi in fine, vel alio quocūque titulo oneroso acquisita n.181. quāuis illā pater renūtiet in manibus domini directi, vt illā nouo titulo renouationis filio concedat. nu.182. Adhuc enim imputabitur, nisi pater filiū nominet in testamēto ad Emphyteusim, declarando ne teneatur ad imputationem pretij, n.182. in fin.
Imputatur Emphyteusis Regiæ corōnæ á patre filio empta, etiam si pater illam in manibus Regis renuntiet, vt illam de nouo filio conferat, d.cap.1.n.183.

Index

Imputari nó debent, Tenças ou Iuros, quas pater posſidendo renuntiauit in manu Regis, vt filio de nouo concedantur, d. c. 1. nu. 183.

Imputanda eſt Emphyteuſis, etiam ſi pater vltima vita ſit, & renouationé obtineat, d. 4 p. cap. 1. n. 184. Quanuis etiam pater emptor Emphyteuſis, cum eſſet vltima moriatur, viuente adhuc venditore, qui erat, 3. vita ibidem.

Imputatur emphyteuſis, ſi pater illam in vita filio tradidit titulo dotali, d. 4. p. c. 1. n. 185. etiá ſi quocúque modo filius poſſeſſor efficiatur in vita patris, n. 186. etiá ſi per illá renuntiet in manibus domini, vt filio renouetur, d. 4. p. c. 1. n. 187.

Imputare non tenetur filius emphyteuſim, cuius fructus pater in vita percepit, etiá ſi filiú irreuocabiliter nominaſſet. n. 188

Idem quod in filio circa imputationem reſoluendum eſt in nepote, nu. 189.

Imputanda ſi veniat Emphyteuſis ex eo, quod ſit tradita à patre in vita, eſt electio filij, vel emphyteuſim imputare, vel æſtimationé répore tantú traditionis, n. 190

Emphyteuſis ſi imputatur ex eo quod ſit empta per patré, eliget filius, vel imputare pretium, quo fuit empta, vel æſtimationem répore traditionis, d. n 190.

Imputare nó tenetur filius emphyteuſim ſi pater prælegando voluit illú in illa meliorare, ſecus ſi tantú nominauit, n. 191.

Imputatur ſemel emphiteuſis, ideo ſi pater imputauit, nepos, nó. d. c. 1. n. 195. & 197

Imputatio pretij Emphyteuſis, quomodo facienda ſit in partitionibus inter cóiugem, & filios, d. c. 1. n. 196.

Imputata ſi fuerit medietas pretij Emphyteuſis per mortem vnius coniugis poſtea Flius nominatus poſt mortem alterius, ſolam medietatem ſoluit, d. c. 1. n. 197.

Idem quod dicimus pretio reſoluendú eſt circa melioramenta, nu. 198.

Imputare debet filius omnia melioramenta Emphyteuſis, in qua ſucceſſit, n. 198. qui habet electionem, an melioratione, an illud in quo Emphyteuſis pretioſior eſt facta ſoluere velit, d. c. 1. n. 199.

Imputat tunc ſolú filius melioraméta Emphyteuſis, quando eſt hæres patris, n. 209

Limita tamen, prout ibi.

Imputari non debét modica melioramenta, d. c. 1. nu. 210. & quæ talia dicantur relinquitur arbitrio iudicis, ibidem.

Imputare non tenetur filius melioraméta, quæ pater de Iure communi facere tenetur, d. c. 1. n. 211. vbi quæ nam ſint.

Imputare tenetur filius melioraciones factas á patre in Emphyteuſi ex lege contractus, d. c. 1. n. 212.

Imputatur regulariter Emphyteuſis perpetua, n. 214. & 216 & 219.

Imputatur feudum hæreditarium, n. 220.

Imputantur in quartam accepta iure hæreditario, d. n. 220.

Imputatur in legitimá feudum de pacto, & prouidétia, ſi nouú ſit. n. 221. Quidquid Fachineus, & alij, n. 222. quibus ſatisfit, n. 223. Si vero ſit antiquum non imputatur, num. 224.

Imputatur feudum mixtum pro ſe, & deſcendentibus hæredibus, n. 225.

Imputari non debet maioratus, n. 126. c. 1. fallit quándo de nouo fuit inſtitutus, ibi. num. ſequenti.

Imputatio ſolum fit in caſibus iure expreſſis, n. 59. ante fin. d. 4. p. cap. 1.

Imputantur dotis augmentum, & acceſsiones ad illú, d. c. 1. n. 60. Quánuis promittátur ſponſæ filij per auú vel auiá, ibidem.

Imputatur quod pater dedit pro obtinenda diſpenſatione matrimonij, & quod ſoluit pro adimplemento voti, à filio emiſſi, nu 61.

Imputari non debent expenſæ in conuiuio diei nuptiarum factæ, d. c. 1. n. 61.

In capacitas ſpuriorum de iure diuino tenent aliqui, 1. p. n. 492. Contrarium reſoluitur ibi n. 493.

Inducta ad vnú effectum, non debent aliú operari, 1. p. n. 151.

Induſtria cuiuſque nó debet ei eſſe dánoſa. 2. p. nu. 315.

Incrementum fructuum fundi, dati á patre pro alimentis non imputatur filio, 4. p. c. 1. n. 279. & ſeq.

Infames

Infames habere non possunt dignitates, 1. p.n. 287. & omnino, num. 234. & 452. Nec possunt esse Iudices, 1.p.nu.433.
Infideles potiri nequeunt Theologica nobilitate. Sed naturali, sic, 1.p.n.222.
Institutio filij valide fit in re priuata minore legitima,4.p.c.3.n.121.
Intestatus non dicitur ille contra cuius testamentum petita fuit bonorum possessio, 3.p n.17.
Interpellatio iudicialis sufficit ad constituendū hæredem in mora d.c 3.n.68.
Interpretatio illa magis probanda est per quā fit reductio ad ius cōmune, 2.p.n 55
Inuentarium,res scrupulosa, 2.p.n 426.
Inuentarium nullū, si aliqua res occultetur, 2.p.a n.424. Contrarium à n 427. hæres tamen tenetur ad integra legata, ibid.& nu.430. & amittit Falcidiam, n.432.
Inuentaria in fauorem testatorum introducta, 2.p.n. 443.
Inuentaria in fauorem testatorum introducta, 2 p.n.443.
Inuentarium non prodest hæredi, qui promisit solū ere integra legata 2.p. n.448.
Inuentarium non conficiens non punitur, si legatarij, & crediteres fatentur bona hæreditaria, 2.p.nu.464.
Iudæi nobiles esse non possunt, 1.p.224.
Iudæi proditores dicuntur, ibidem.
Idem de baptisatis, ibidem.
Iudæi nō baptisati, vel etiā baptisati ad officia publica admitti nequeūt, 1.p.n 224.
Iudæi nec baptisati possunt Doctorari. nu. 225. ibi.
Iudæorum documenta in Hispania, ibidē.
Iudæos seruos habere recusarunt Romani, 1.p.nu.226.
Iudæi per lineam maternam possunt nobilitari à patre, 1.p.n. 229.
Iudæi non possunt esse aduocati, 1 p.n.287.
Iudæi reputantur infames, ibidem.
Iudæi, & Mahometani probantur ex fama, 1.p.n.210.
Iudices ciuitatum,& oppidorum notabiliū clarissimi, 1.p.n. 427. (p.n 431.
Iudices dominorum etiam nobilitantur, 1.
Iudices quotannis electi non nobilitantur,2.p.nu.432. Sed resoluitur contrarium,n.433.& seq.
Iudices quorannis electi non puniuntur pæna vili, ibidem. & n. 435.
Iudex à lege habet potestatem, 2. p.n.236.
Iudex cogere potest tutorē ad inuentarium si male vtatur remissione testatoris, 2. p.num.445.
Iudicum officium quod, 1.p.n.428.
Iudicia mathematica,non superstitiosa laudantur, 1 p.n.326. in fin. 2.p.n.206.
Iurisdictionem exercens honorē obtinet, 1.p.n.434. (pali. 2.p.n:65.
Iuramentū nihil addit obligationi princi-
Iurato statuto iurans derogare potest.
Iure antiquo digestorum vna tantum quarta potest detrahi, 1.p.n.58.
Ius succedendi reciprocum est de parentibus ad filios, & de filijs ad parentes.
Ius accrescendi transmissibile est ad hæredes, 3.p.n.76.
Ius accrescendi non tantū à lege,sed etiam ex dispositione testatoris dependet, 3.p. n 78.& 79.& 112.
Ius accrescendi non datur ex diuersis testamentis, d. 3.p.n. 102.
Ius accrescendi solum datur ante aditionē portionum, 3 p.n.117.
Ius succedendi inter disiunctos non datur, 4.p.cap 1.n.17.
Ius accrescēdi nō datur in portionibus quæ habētur pro nō scriptis.d.c.2.n.77.in fin.
Ius dicendi testamētum nullum durat per 30.annos, 4.p.c.3.n.142.
Ius publicum remitti nequit, 2. p.n.444.
Ius nouum stricte est accipiendum solū cū proprietate verborum, 2.p.n.144.
Iurium correctio,quoad fieri possit,restringēda, 2.p.n.135.

L.

Laudatur decretalis nostra, 1.p nu.1.
Laudatur quæstio principalis, 1.p. n.2.
Legata corruunt si testamentum destituatur, 2.p.num.423.
Legata non debentur ex testamento, in quo Filius suus fuit prætcritus, 3.p.n.12. vel alias nullo, 3.p.n.21.

Index

Legata coniunctorum augentur ex portione accrescente, 3.p. n 45.

Legata à pupillo relicta nō augentur in persona substituti, 3.p.n.51.declara,prout. num. 52.

Legata qua pupillo perita bonorū possessione soluuntur solū coniunctis, 1.p.n.53.

Legata relicta, etiam à persona substituti augentur per portionem accrescentē pupillo per bonorū possessionem,3.p.n 61.

Legata relicta ab intestato cēsetur repetita à substituto cū eisdē qualitatibus.3.p.75

Legata relicta per nomen propriū hæredis cencentur repetita per rescriptū.l Licet imperator de legat.1. 3.p.n. 81. contra communem.

Legata relictā a nomine appellatiuo debentur a substituto, etiam ex dispositione testatoris, 3.p.n.84.

Legata,à filijs simpliciter relicta cēsetur legari nomine appellatiuo hęredū.3.p.84.

Legata relicta ab hærede instituto, replentur ex hæreditate pupilli ex hæredati, cui hæres fuit substitutus, 3.p.n.89. contrarium n.88.

Legata conditionalia, etiam ante aduentū conditionis computantur, vt locus sit Falcidiæ,3.p.n.119.

Legata conditionalia detinent in suspenso Falcidiā pendente cōditione.3.p.n.120.

Legata ad vires hæredita.is reducuntur, 3. p.n.120. (3.p.n.122.

Legata conditionalia non transmittuntur.

Legata annua pro primo anno pura,pro sequentib. cōditionalia, 3 p.n. 124 & 141.

Legatum ad plures annos determinatos nō est legatum annuum,sed vnum tātum, solutio vero diuisa per annos, & si legatarius decedat transmittit, d.n.124.

Legata in diem relicta non suspendunt Falcidiam, 3 p.nu.125. imo statim soluuntur deducto inter vsurio.

Legatum relictum, annua bima trima die, est in diem,& non est annuū, 3. p.n.127.

Legata conditionalia, & annua soluuntur statim, quando constat Falcidiam locū habere propter pura, æstimatur tamen euentus cōditionis,3 p.n.132.vsque 136

Legata cōditionalia,quæ estimantur propter Falcidiam de præsenti,an sint statim soluendæ, negat communis, 3.p.n.140. Sed affirmatiua, á n.143.

Legatum conditionale pendente conditione hæredis est. 3 p.n.140.

Legata conditionalia, vel annua statim soluuntur, ac si essent pura facta æstimatione legis,quando à principio Falcidia locum obtinet, 3.p n.144.

Legata conditionalia,quæ statim fuere soluta, si deficiat conditio, ex post facto soluenda sunt hæredi,secundum cōmunem, 2.p.n.145. Sed verius est nihil esse soluendum, án.147. (3.p.n.164.

Legata conditionalia non transmituntur,

Legata pura,& annua cōueniūt in eo, quod soluuntur sub cautione, quando etiam sunt conditionalia, 3.p. n.31.

Legata alimentorum, quæ singulis annis rilinquuntur computantur, secūdum l. hæreditatum, ad l.Falcid. 3.p.a n.148.

Legatum alimentorum non æstimatur quāti vendi potest, 3 p.n.149.

Legatum alimentorū fauorabilius est, quā legatum annuum, quoad æstimationem faciendam, 3.p n.166. col.2.

Legatum alimentorum,facta computatione l.Hæreditatum, non est conditionale sed purum, 3.p.n.163.

Legatum operarum serui solum producit actionem personalem, 3.p.n.160.

Legata quæ æstimantur vsque ad 30. annos statim omnia soluuntur, secundū communem, 3.p.n. 161. & contrarium á n. 162. confirmatur communis, n.166.

Legata non imputantur in Falcidiam, 4 p. cap.2.n.3.& 7.

Legata imputantur in Falcidiam, d. c.2.n. 6.& 7. (c.2.n.12.

Legatū à se ipso quis capere non potest,4.p.

Legata,& donata causa conditionis implē dæ quomodo æquiparantur. ibidem.

Legata, & reliqua, quæ debentur ex testamento.

Legata,& reliqua, quæ debentur ex testamento, petuntur ex stricto iuditio, 4.p. cap.3.n.69.

Legatum

Legatum pœnæ nomine, valet, 2. p.n.407.
Legata ex testamento minus solemni, non debentur in conscientia, 2.p.n.455.
Legatum ac debitore creditori, censetur legatū, animo liberandi creditorem, 4. p. cap. 1. num. 80. quod declara prout. num.84.
Legatum rei alienæ valet. 4.p. cap.1. n.31.
Legatum,regulariter relictū censetur bene merentibus, contemplatione personæ legatarij. n. 81.sub principio.
Legatum dotis ab auo nepti relictum si fuerit conditionale, contemplatione neptis censetur relictum, d.c. 1.n. 81.
Legata coniunctorum augentur per alia quæ caducant petita bonorū possessione contra tabul.3.p.n.8.
Legata,& fideicōmissa non debentur ex testamento militis si hæres non adeat.2.p. à n.23.& 25.
Legata ex testaméto militis plena sine Falcidia, 2. p.n.78.
Legata qui soluit integra nō soluit plus debito, 2.p.nu. 110.
Legatum,vel fideicommissum ex portione sibi debita in bonis liberti ex vi promissionis,non tenetur patronus soluere, siue scienter,siue ignoranter, vel ignoratia iuris,caueat se soluturum,2.p.n.115.
Legata integra, qui per errorē iuris soluit, repetere non potest, 2.p.n.118.
Legata vltra dodrantem relicta non debētur, nec naturaliter, 2.p.n.224.
Legata tot sunt, quot sunt res, 2.p.n.128.
Legata & fideicōmissa per omnia sunt æqui parata, n.178.non per omnia,ibidem.
Legata ad tempus relicta, transacto tēpore ipso iure transeunt in hæredē.2.p.n.233.
Legata aliquid honoris tribuunt legatario. 2.p.n.198.
Legatarij non possunt cogere hæredē militarem adire.2.p.nu.29.
Legatarij hærede repudiante possunt adire hæreditatem,2.p.nu.60.
Legatarius ex vi præstitæ cautionis tenetur ad obseruantiam modi, 2.p. n.256.
Legatarij nomine etiam fideicōmissarius particularis compræhenditur,2.p.n.186
Legandi ordo non attenditur si constet de hæredis constitutione, 2.p.n.193.
Ligitimatus in Lusitania obtinet verā nobilitatem; 1.p.258.& à n.255.
Legitimatus in Regno Castellæ nobilitatur, 1.p.n.259. Ostenditur contrarium. nu.260. Sed id quo ad exemptionem tributorum. Sed destinguitur inter naturales,& spurios legitimatos, n.261.
Legitimatio vera est, quæ fit per subsequēs matrimoniū,1.p.n.525 & 4 p.c.3.n.104.
Legitimatio quæ fit in radice matrimonij vera est, 1.p.n.526. (4.p.c.3.n.106.
Legitimatio quæ fit per oblationē Curiæ.
Legitimatio quæ fit per rescriptū, 1.p.527.
Legitimati per rescriptum, si fuerunt vere legitimati ,& a patribus grauentur duas habent quartas. 1.p.n.528 & 535.
Legitimatus per rescriptum vere fit legitimus. 1.p.n.328.
Legitimato vere debetur legitima.1.p.530.
Legitimatus verè debet institui in forma legis. ibidem, & habet omnia iura legitimi, ibidem. (si sine liberis. ibid.
Ligitmatus vere facit deficere cōditionem
Legitimati in nostro regno si grauētur vnā tantum percipient portionē. 1.p.n.531.
Legitimationes nostri regni, vere, & propriæ sunt legitimationes, 1.p.nu.531. & non dispensationes,& n.530.
Legitimati in nostro regno non succedunt contra testamētum, & ideo non possunt illud querelare, 1.p.n.532.
Legitimati in Hispania etiam grauati vnā tantū habent portionē. 1.p n 534 & seq.
Legitima recipit grauamen per substitutionem pupillarem. 1.p.n.558 & n.68.
Legitima solum tempore mortis assignatur. 4.p.c. 1.n.262.
Legitima non venit in restitutionem, nec pater efficere potest, vt ipsa defalcet Falcidiam, 2.p.n.4.
Legitimæ supplementum per Falcidiam nō minuitur in illis casibus, in quibus fideicommissum non fuerit pupillare, 2. p.n.4. Quantum pro legitima debetur filijs,& descendētibus lex statim, secuta morte parentū,ipso iure resecat. 2 p.n.5.

Legitima

Legitima est supplenda filijs de bonis paternis, etiam inuitis parentibus, 2 p.n.6.
Legitima filiorum seu supplementum ipsius nunquá defalcatur per Falcid.d.n.6.
Etiam in legitima valet grauamen patris, si pater grauat hæredem filij impuberis restituere hæreditatem, si impubes intra pupillarem ætatem moriatur. ibi.
Legitimæ non potest imponi grauamen à patre. 2.p.n. 86. In residuo potest.n.87.
In legitimam filij non tenentur fructus cõputare quantumcumque illos percipiãt ex iuditio, & voluntate patris. 2.p. n.90.
Legitimæ filiorum attento tẽpore antiquo quodcunque grauamen á patre poterat imponi. 2.p n. 101. & 60.
Legitimam ante nouas constitutiones tenebatur filius computare, hodie non. d.nu.101.
Legitimæ possnnt filij renuntiare antequã eis deferatur, d.2.p.nu.117. & illis non debetur ob reuerentiam. ibi.
Legitima non debent priuari illi, quí cõuicti fuerint de negligentia in soluendis legatis, 2.p.n.154. Quamuis commissa sit contra pias causas, n.155.
Legitima filijs non obuenit tanquam lucrũ, sed tãquã debitũ, 2.p.n.158. & venit voluntate legis, non iuditio testatoris.
Legitima patrono debetur ob reuerentiam 2.p. n.116.
Legitima relinquenda est titulo institutionis tam de iure ciuili quam Canonico, & Lusitaniæ, 1.p.n.4. & 4 p.c.1.n.17.
Legitima non patitur grauamen. 1.p.n.29. 44 & 55. & ipso iure à morte parentis defertur. ibidem. (n.43.
Legitima non venit in restitutionem. 1.p.
Legitima patroni descendit á iure ciuili. 1. p.n.50. (1.p.n.51.
Legitima filiorũ descendit á iure naturali
Legitima iure Digestorum patiebatur grauamen. 1. p n.60.
Legitima tempore Digestorum quocũque titulo relinqui poterat. 1.p.n.73.
Legitima in nostro Regno occupat duas partes asis. 1.p.n.103. & 4-p. c. 1 n.3. in Castellat 4-partes. ibidem, quid de iure ciuili, ibi, & 2.p. num. 405.
Legitima ascendentium non debetur eodẽ iure quo descendentium, 1.p. n 113.
Legitima ascendentium non venit in restitutionem. 1.p.n. 115.
Legitima filiorum repletur de rebus non de fructibus. 4.p.c.3.n.95.
Legitima ascendentium etiam non potest repleri de fructibus, d.c.3 n.96.
Legitima est quota hæreditaris, 4.p.c.1. nu. 17. & c.3.n.118.
Legitima est quasi debita. 4.p.c.3.n.120. & 2.p.n.436.
Legitima anteponitur legatis. d.n. 120. & 2.p.n.347.
Legitima debetur in singulis corporibus hæreditatis. 4.p.c.3.nu.119.
Legitima á morte per legem separatur. 2. p.nu.441. & 4.p.c.1. n.33.
Legitimæ suplementum petitur per condictionem ex lege. 4.p.cap.3. n.121.
Legitima hæreditas est quæ defertur ab intestato, 3.p.n.103.
Legitima definitur, 4.p.cap.1.n.2.
Legatimæ calculatio fit secundũ tẽpus quo parentes moriuntur. 4.p.c.1.n.4. & n.11.
Legitima an augeatur, vel diminuatur si post mortem patris ante aditam hæreditatem eius bona augeãtur, vel diminuãtur, 4.p.c.1.n.6. & seqq.
Legitimam non tenetur pater in sua vita filio assignare. d.c.1.n.9. poterit tamen si velit. ibi nu. 10. & si plus assignauerit, cogetur filius illud plus alijs fratribus resarcire, facta computatione, tempore mortis. ibi n.11.
Legitimam si pater in vita tradat, an filio detur remedium ad incrementum, si in morte parentis eius bona sint aucta, à n. 9. vsque ad 14. d.4.p.c.1.
Si vero sint diminuta tenetur filius pro rata restituere. n.13.
Legitima non minuitur propter legata etiá pia, nec propter libertates. n.16.
Legitima patroni discitur quota hæreditatis, ibidem.
Ex legitima patroni argui potest ad legitimam filiorum, d.c.1.n.22. & n.52.

Legitima

Legitima filij ſubſtituti a die mortis paternæ ſtatim debetur nulla expectata mora d. cap. 1. n. 37.
Legitima vt repleatur, an requiratur acceptatio, & petitio filij, d. cap. 1. n. 45.
Legitima deducitur de ſubſtantia paterna. d. 4 p.c. 1. n. 49.
Legitimā aſsignare poteſt pater filio in aliquibus rebus ſicut poteſt tertiam in certis rebus elegere, d. 4. p.c. 1. n. 141.
Legitima nō poteſt deduci ex fructibus, ſed ex corpore hæreditatis, d. c. 1. n. 164.
Legitimitas filiorum dependet ex aprobatione legis humanæ. 1. p.n. 255.
Legitimatus in nihilo difert á legitimo. 1. p.n. 256.
Legitimatus quod non fiat nobilis arguitur 1. p. á nu. 254. Quia adhuc habet cicatricem illegitimitatis, & non ſuccedit in feudo. Sed contrariū verius à n. 255.
Lege duodecim Tabul. poterat quis ad libitum legare. 1. p.n 84.
Lege Romuli conſtitutum erat vt mulier amitteret nobilitatem, ſi nubat viro ignobili. 1. p.n. 239.
Legi prohibitiuæ in fauorem partium non poſſunt ipſæ renunciare. 2. p.nu. 39.
Sed contra á num. 41.
Legem ſibi nemo poteſt imponere à qua recedere non poſsit, 2. p.n. 206. & 207.
Leges contra rigorem iuris nequibant promulgare Iure Conſulti. 2. p.n. 218.
Leges inducentes præſcriptionē fauorabiles, 2 p.nu. 463. (n. 389.
Legitime impedito nō currit tempus, 2. p.
Lex Furia, & Vaconia reſtrinxerunt immēſitatem legandi. 1. p.n. 84.
Lex Falcidia ſatis prouidit circa modū legandi. 1. p.n. 86. (n. 87. ibidē.
Lex Falcidia á Caio Falcidio promulgata.
Lex quæ naturales incapaces reddit nō exstat. 1 p.n 150. (cælibes, 1. p.n. 158.
Lex Iulia, & Papia prohibebat inſtituere
Lex noſtra dum concedit illegitimis nobilitatem odioſa eſt, 1. p.n. 251.
Lex noſtra quoad ſucceſsione filiorum naturalium facit differentiam inter nobiles, & pedites. 1. p.n. 190.
Lex nō admitit actū fruſtatoriū. 1. p.n. 219.
Lex generalis non derogat caſibus ſpecialibus, & priuilegiatis anterioribus, 2. p.n. 440 & n. 84.
Lex priuans hæredem propter factum ſuū anullat titulum, 2. p.n. 409.
Lex fundata in præſumptione, obligat in Conſcientia. 2. p. n. 452. Licet ſuppoſitum deficiat. n. 457.
Lex iuſta obligat in conſcientia. 2 p.n 450
Lex loquens de vno æquiparatorum aliud comprehendit. 4. p.c. 2. n. 23.
Lex 12. Tab. circa Falcidiam introduxit, vt quadrans hæredi reſeruetur, & ex dodrante nihil defalcetur, 1. p n. 11.
Lex reſiſtens elidit omnem obligationem, ciuilem, & naturalem. 2. p.nu. 124.
Lex exorbitans non eſt trahenda vltra caſū expreſſum. 2. p.n. 230 & 1 p n. 501.
Lex exorbitans ſemper interpretāda eſt vt minus præiudicet iuri cōmuni. 2. pn. 71.
Lex noſtra Regia quando á iure communi eſt deſumpta reſcipit ipſius iuris declarationem, 4. p.c. 1. n. 176.
Lex quæ requirit mentionem ſpecialē, non impletur per verba generalia. 2 p.n. 73.
Liberti ex manumiſsione ſolū operas obſequiales debent patrono. 1. p.n. 317.
Liberalis nemo exiſtit in neceſsitatibus. 4. p. c. 1. n. 114. & 126. & 135.
Licentiati an veniant appellatione Doctorum. 1. p.n. 275.
Licentiati nobiles fiunt ex ſcientia. ibidem.
Licentiatis debetur homenagiū. 1. p.n 276.
Licentiati torqueri nō poſſunt. d 1 p:n. 277
Nec poſſunt pro debito incarcerari, n. 278.
Non poſſunt affici pœna vili. n. 279.
Non poſſunt exequi in libris. 1. p.n. 280.
Poſſunt manu propria procuratorem ſcribere. nu. 281.
Creditur eorum ſcriptis ac ſi eſſent publica inſtrumenta. ibidem.
Sunt immunes à collectis. d. 1. p.n. 282.
Lis nulla poteſt dari inter patrem, & filium 4 p c. 1. n. 132.
Literis operā dare eſt militare d.c. 1. n. 115.
Literæ ſcultæ in lapide probant in antiquis 1. p.n. 217.

Literati

Literati nobiles ex ſcientia, 1. p. n 264.
Leteratis honor, gloria, & præmium debetur, ibidem.
Literati magnos adipiſcũtur honores. ibid.
Literati dicuntur ſtellæ firmamenti. ibidẽ.
Literatis exhibent principes reuerentiã. ib.
Literati benemeriti digni omni honore, ibidem. ad fin.
Literati autẽ indocti non merentur. ibidẽ.
Locatio nõ transfert dominium, 2.p.n.316. Contrarium defenditur, nu. 317.
Locatio ad longum tempus transfert vtile dominium, 2.p.d.n 317.
Locuplectari nõ debet aliquis cum iactura aliena, 1.p.n.449.& 4 p.c.1.n.198.& 208.
Lucrum portionis accreſcentis ſolum filio cedit, 3 p n.46.
Lucrum accedẽs pupillo propter iuditium patris nõ imputatur in quartã, 3.p.n.45.

M.

MAgis ac minus non mutat ſpẽciem, 1.p.n.426.
Magiſtri Phyloſophiæ ſunt immunes á vilibus muneribus. 1. p n 283.
Magiſtri Phyloſophiæ appellãtur Doctores & illis competunt priuilegia Doctorum 1.p.n.283.
Magnus domeſticus quis ſit, 1.p n. 363.
Mayoratus niſi ſit hæreditarius non imputatur, 4 p.c.2. á nu.39. (nis d.n.39.
Mayoratus regulariter defertur iure ſangui
Mayoratus non imputatur in Trebellianicam, 4.p cap.3. n.25.
Mayoratus Hiſpaniæ habent de ſui natura prohibitionem de non alienando, 2.p.n. 390. & 310.& ſeq.
Mayoratus confiſcantur in vita poſſeſſoris delinquentis, 2.p n. 397. & n.400. Et in perpetuũ ſi propter crimẽ inſtituẽtis. ib.
Niſi irreuocabiliter fuerit traditus tertio, ibidem. n.399.
Mayoratus nec etiam in vita poſſeſſoris poteſt confiſcari, 2.p. n.401.
Mayoratus alterius coniugis, propter delictum alterius, non tranſit ad fiſcum, nec etiam quoad commoditates, d.n.401.
Mayoratus ad fiſcum non tranſit ſi apponatur clauſula, quod ſi poſſeſſor intentet crimen vadat ad ſequentem, 2.p.n.403. & ſeq. & 228.
Mayoratus bona locari non poſſunt ad lõgum tempns, 2.p.n.325.
Maioratus commoditas, vide verbo, commoditas. (troducti, 2 p.n.373.
Maioratus in vtilitatem publicam ſunt in-
Maioratus, trãslatus in tertium per clauſulã cõſtituti, nõ poteſt alienari ex debitis poſtea cõtractis ab inſtituẽte. 2.p n. 265
Maioratus accipitur à primo inſtituente, 4 p.c. 1. n. 226.
Maioratus non defertur iure hæreditario, 2.p.n.279. & 4.p.cap. 1.n.226.
Maioratus res non tenentur ad debita poſſoris. ibidem.
Maioratus bona non poſſunt diminui, nec defalcari, niſi certis caſibus cum licentia principis, 2.p.n. 139.
Maioratus inſtituti per contractus regulantur per l. Quoties C. de donat. quæ ſub modo, 2.p n.213.
Maioratus inſtituti etiam per contractum omnes res, per cõſuetudinem Hiſpaniæ ſunt in alienabiles, 2.p.n. 213.
Maioratus dominium ipſo iure transfertur in ſequentem donatarium, 2.p.n.213.
Maioratus bona poſſunt vendi, & diſtrahi pro debitis inſtitoris, 2.p.n.261.
Mater non tenetur præſtare alimenta filio diuiti, 4.p.c.1.n.283.
Mater nõ poteſt hypothecare bona quæ pertinẽt ad filios primi matrimonij. 2.p. 306
Mater diſsipans bona filij in quibus ſolum vſum fructum habet illa debet reſarcire, 4.p. c.1.n.154.
Maritus poſt morã tenetur ad fructus, niſi res ſint æſtimatæ, 4 p.c 3.n.84.
Mathematici, & Giometri neceſſarij ad plura, 1.p.n.326. Sed nõ ſunt nobiles. n.ſeq.
Matriculatus in confratria Miſericordiæ inter nobiles, nobilis efficitur. 1.p.n.460.
Matricula publica probat omnia in ea contenta, ibidem.
Matrimonium valet contra iuramentum, 2.p.n.206.

Medici sordida tractant, & æquiparantur obstetricibus, 1.p.nu.298.
Medici nobiles sunt 1.p.n.299.
Medicina ars nobilissima. ibidem.
Medici sunt honorandi, ibidem.
Medici immunes ab omni tributo, ibidem.
Medici anteponuntur aduocatis, ibidem,
Medici communiter reputantur nobiles. d. 1.p.n.299.
Medici non Doctores non gaudent priuilegijs, Doctorũ 1.p.n.300.
Medicinæ maxima laus ex sordidis salutẽ procurare, 1.p.n.302.
Medicorum archiatros, vera fruitur nobilitate, 1.p.n.303.
Medici regij palatij vere nobiles, n.304.
Æquiparãtur illustribus protomedici ibid. aliquando à principe eis conceditur comitiua, 1 p.n.305.
Medici qui præsunt militibus in bello sunt nobiles, 1.p. n.306.
Medici chirurgi vide, verbo, chirurgi.
Melo proximus quis sit. 1.p.n.378.
Melius est non soluere, quam solutum repetere. 3.p.n. 164
Mentitur qui se iactat æqualiter nobilẽ ac regem, 1.p. n.202.
Merita dicuntur facta sine obligatione, 4. p.c.1.n. 151.
Mercatura inter artes mechanicas cẽsetur. 1.p.n.462. (tem. ibidem.
Mercatores non possunt obtinere dignita-
Mercatura opulenta nobilis est. 1.p. n.464. & num.465. Tam in hoc regno quam in Hispania.
Mercatores possunt esse decuriones. 1.p.463
Mercatores Venetiani, & Genuensis nobiles sunt. n.464.
Mercatores vltra cẽtum milia regalia in hoc regno excusantur à pæna vili. ibi.
Milites, qui hodie potiuntur priuilegijs militaribus, si iure militari testentur, potiuntur priuilegio l. In testaméto, Cod. testam. milit 2.p.n.57.
Milites nõ possunt esse mercatores. 1.p.452
Milites appellantur omnes qui intra palatium militant, 2.p.n.378.
Et nobilitantur, n.382. & 335.
Militantes intra palatium Ducis Bracãtiæ nobilitantur, 1.p.n.385.
Milites Garterij in Anglia, 1.p.n.361.
Milites, qui non inseruiunt militiæ, nõ gaudent priuilegio, 1.p.n.400.
Milites torqueri non possunt, 1.p.n.270.
Milites possunt substituere militiæ fauore. 1.p.n.288. (1.p.n.289
Militis testamentũ non subiacet querelæ.
Miles maiori periculo exponitur, quam Doctor, vel aduocatus, 1.p.n.290.
Miles, ergo nobilis. 1.p.n.329. Sed cõtrariũ verius, n.332. (n.330.
Militũ pœna diuersa à pœna plebeorũ. 1.p.
Milites Rodoenses, nobilissimi, 1.p.n.348.
Militia nobilitat, 1.p.n.329.
Milita maximé comendatur. 1.p.n.331.
Militia de Alcantara, & Calatraua in Hispania nobilitat. 1.p.n.349.
Militia Diui Iacobi de la Espara etiam nobilitat. 1.p.n.350.
Militia Cisterciẽsis de Auis etiã, ibi n.351.
Milites Christi apud nos nobilitantur ex militia, 1.p.n.352.
Milites Teutonici Germani nobiles. ibidẽ. n.353. (n.354.
Milites de la Monteza Regni Aragoniæ.
Milites aurati Regni Franciæ. n.355.
Milites Lauretani, sancti Lasari, sancti Stefani Romani, ibidem. & 357.
Milites Aurei Velleris illustrissimi. 1.p.358
Milites Sancti Michaelis, Galli. 359.
Milites Stellati etiam Galli, n.360.
Militia vendi solebat. 4 p.c. 1.n 94. & 97.
Militiæ dicuntur officia apud nos. d. n. 97. & sequenti.
Militia empta filio per patrem non imputatur. 4.p.c. 1. n.93. & 95.
Militia non est dignitas. 1.p.n.332.
Militare potest infamis. 1.p.n.234.
Militare proprijs stipendijs nemo cogitur. 2 p.n.287.
Militia qualificata nobilitat. 1.p.361. & seq.
Militia inermis in seruitio principis nobilitat. 1.p.361. (nare. 2.p.n.249.
Minor nec cum tutore potest res suas alie-
Minor ex statuto potest compromitere. 2. p.n.367.

Monialis non potest habere proprium, 4.p. cap. 1. nu. 52
Monialis potest habere vsumfructum ex permissu superioris, d.c. 1. n. 52.
Mora quando incurritur per hæredem vt fructus restituat, 4 p.c. 3 n. 67. (ta ibid.
Mora incurritur per hæredē á lite cōtesta-
Mora irregularis est quando quis tenetur restituere minori, vel Ecclesiæ, vel fisco, d. cap. 3. n. 73.
Mulier nobilis nubens ignobili amittit nobilitatem, 1.p n. 232. & 239. & 475.
Mulier luxuriosè viuendo quando amittat nobilitatē. 1.p.n. 247. (1.p.n. 325.
Musici ex arte nobilitatem non acquirunt.
Mutianæ cautionis remedium, 2.p. n. 250.
Munerū vacatio ob paupertatē cessat propter facultates postea auctas, 4.p.c. 1. n. 11.

N.

NAturales qui sunt de iure cōmuni, 1. p.n. 136. (1.p.n. 243.
Naturales nō veniunt appellatione filiorū.
Naturales an essent de iure Digest. capaces 1.p. á n. 137. (diū. 1.p. á n. 138.
Naturaliū nomen Romanis nō venit in stu
Naturales incapaces vsq; ad Antoninum, ibi. n. 140. & n. 157.
Naturales iure Digestorum capere poterāt ex testamento. 1.p.n 142. (p n. 145
Naturales á quo tempore capere possunt 1.
Naturales iure Digest. nec ex testamento, nec ab intestato capere poterant. 1.p. 146
Naturales ante Constantinum alieni reputabantur à republica Romana. 1.p. n. 150
Naturales solum possunt succedere in eo quod pater voluerit, 1.p.n. 170.
Naturales non succedunt contra voluntatem patris, nec habent remedium cōtra testamentum 1.p.n. 171.
Naturales non habet legitimam á lege taxatam, 1.p. á n 172.
Naturales plebeorū succedūt æqualiter parētibus ac legitimi, in Lusitania. 1.p. 273
Naturales plebeorum in Lusitania veniunt sub cōditione, si sine liberis, 1.p.n. 174.
Naturales prædicti includuntur in omni dispositione loquente de filijs, 1.p.n. 174
Naturales prædicti grauati habent duas quartas, 1.p.n. 175.
Naturales nobiliū in Lusitania nō habent legitimam á lege. 1.p.n. 178. & n. 188.
Naturales de iure communi si pater habeat legitimos vnciam tantum obtinere possunt, 1.p.n. 179.
Secus si filij non extent, licet ascendentes habeat, 1.p.n. 180. (mentum, n. 181.
Ampliat. tam inter viuos quam per testa-
Naturalis si pater careat descendentibus, & ascendentibus succedere potest vniuersaliter, 1.p.n. 181.
Naturales non succedunt ab intestato, si legitimi extant. 1.p.n. 183. vel si vxor legitima sit, n. 184.
Naturales excludunt transuersales in duabus vncijs, 1 p.n. 184.
Naturalis si pater sine legitimis decedat habet duas vncias cum matre partiendas. 1.p.n. 186.
Ampl. etiam si extent. ascendentes n. 187.
Naturales nobilium grauati vnam tantum habent quartam, 1.p.n. 188.
Naturales Notariorum successibiles, 1. p. n. 443. & seq.
Naturales Bachalaureorum non succedūt. 1 p.n. 294. (299.
Naturales Medicorū in successibiles. 1.p.n.
Naturales Pictorum succedunt. 1.p.n. 315.
Naturales Chirurgiorū succedūt. 1.p n. 324
Naturales Poetarum succedunt. 1.p.n. 325.
Naturales Musicorū succedunt. 1.p.n. 325.
Naturales capitaneorum qui sunt intra vrbes seu oppida excluduntur, 1.p.n. 402.
Secus si pater officium mechanichū exerceat. ibi. n. 403. (dunt. 1.p.n. 435
Naturales Iudicū locorū infimorum succe-
Naturales decurionū prædi. locorum succedunt. 1.p.n. 438. (1.p.n. 439. & seq.
Naturales ædiliū excluduntur declara, ibi.
Naturales procuratorum ciuitatū in successibiles nisi sint procuratores oppidorū infimorum, 1.p n. 442.
Naturales mercatorum diuitum in successibiles, 1.p. á n. 265.
Naturales legitimati nobilitātur etiā quo ad exemptionem tributorum. 1.p.n. 262

Naturales

Naturales plebeorum tempore natiuitatis semper succedunt, 1.p. n.470.
Naturales famulorū illustrium in successibiles.468. Sed contrarium verius. 469.
Naturales clericorum in minoribus succedunt.1.p.n.472.
Etiam si habeant beneficium, ibidem.
Naturalis ex nobili qui amisit nobilitatē an succedat,p. 1. à n.475. & sequentibus.
Naturales non gaudent paterna nobilitate 1.p.n.243. (les, ibidem.
Naturales nobilium non euitant pœnas vi-
Naturales gaudent paterna nobilitate. 1.p. n.244. Maxime in Hispania, & n. 245. & Portugalia.
Naturales in Lusitania portāt arma maculata de iure cōmuni illis nō vtūtur.1.p.245
Naturales in Lusitania gaudent nobilitate materna, 1.p.n.246.
Naturalis grauatus á matre fidcicommisso habet duas quartās, 1.p. n.483.
Naturales habēt legitimā in bonis maternis, ibidem. & habent remedia contra testamentum matris sicut legitimi.ibid.
Naturales habent plenū ius succedēdi respectu trāsuersaliū ex parte matris, ibid.
Naturalis habet ius legitimi respectu matris illustris, 1.p.nu.484.
Etiā si mater habeat legitimos.d.1.p.n.485
Reprobatur Cald.qui tenet cōtrariū.n.486
Naturales videntur potius succedere debere patribus quam matribus: Sed contrarium verum est, 1.p n.487.& seq.
Necessaria non omittuntur, 2.p.n.190.
Nemo dat quod non habet, 1.p.n.239.
Nepotes naturales filiorum naturaliū habent legitimam in bonis aui,& si grauēter: duas quartas. 1.p.n.177.
Nepotes naturales nobilium idem ius habent ac filij in bonis aui, 1.p n.189.
Nepos obtinet auitam nobilitatē licet pater illam amitat. 1.p.n.477.
Nepotes si grauentur an deducant duas quartas, 1.p.à n.537 & seq.
Nepotes obtinent locum filiorum.ibidem.
Neptis ingreditur locū patris.4.p.c.1.n.75.
Neptis non debet esse melioris conditionis quam filij si viuerent. d.cap.1.n.74.

Nobilitatis multiplex diuisio, 1.p.n.190.
Nobilitas quotuplex, 1.p.n.195.
Nobilitas Theologica quæ, 1.p. num.191. alijs excellentior, n.195.
Nobilitas naturalis quæ, 1.p.n. 192.
Nobilitas mixta, 1.p.n.193.
Nobilitas politica de nouo acquisita, 1.p. nu.194. (196.
Nobilitas bonum per se appetibile, 1.p.n.
Nobiles ab ignobilibus destincti omni iure diuino ciuili, Canonico,& regio.1.p.196
Nobiles præferendi ignobilibus in multis,
Nobilis id est notus, 1.p.n.199. (1.p 198.
Nobilitas tanto maior quanto maior noscibilitas,n.200. (207.
Nobilitas antiquior prætiosior, n. 201. &
Nobilitas naturalis prima in regib.1.p.202
Nobiliores post Reges, Duces. Marchiones, Comites.n 204.
Et inter hos antiquiores, ibidem.
Nobiliū appellatione primo veniūt prædi-
Nobiles.de solar.qui ibid. (cti.ibid.
Nobiles matriculati in Regis matricula vere nobiles, 1 p.n.205.
Nobilis antiquior præferendus. ibidem.
Nobiles faciunt procuratorem manu propria, habent homenagium, creditur eorum scriptis, ac publicis, non incarcerātur pro debito ciuili, d.n.205. & 206.
Nobiles sunt descendētes á nobilibus licet non scriptis in Matricula regis. 1.p.207.
Nobilitas quibus modis probetur. 1.p.209.
Nobilem probat communis reputatio.d. n.209. & hæc reputatio est consuetudinaria, 1.p.n.442.& 460.
Nobilis est qui actus nobilium exercet, & qui sint actus, 1.p. d.n.209.& 211.
Nobilitas probatur per famā.1.p.210.& 215
Nobilitas est qualitas extrinseca non præsumitur,& est quid accidentale, 1.p.nu. 212.& 460.& 475.
Nobilitas probatur ex Patriæ consuetudine, 1.p.n.214.
Nobilitas probatur, per sententiā, per quā ascēdētes nobiles sunt declarati. 1.p.215
Nobilitas probatur ex monumentis, & instrumentis antiquis, 1 p.n.217.
Nobilitas probatur ex patria. 1.p.n.218.

Index

Nobilitas est qualitas quæ semper commitatur personam, 1.p.n.219.
Nobilitas á patre deriuatur, 1.p.num.229. & sequent.
Nobilitas matris an prosit filijs, 1.p.n.234.
Nobilitatis materia tota dependet á iure humano, 1.p.n.236.
Nobilitas in Lusitania, æqualiter descendit á patre ac à matre, 1.p n.236.
Nobilitas materna multories prouocat ad facta generosa, 1.p.n.238.
Nobilitas materna, an descendat ad filios quando mater nupsit ignobili, n.239.
Nobilitas matris descendit ad filios, etiam quando nupsit ignobili. 1. p. nu.240.
Nobilitas paterna an descendat ad adoptiuos, 1.p.n.441.
Nobilitas paterna an descendat ad naturales, 1 p.n.243.
Nobilitas non descendit ad spurios, 1. p.n. 248. & n.251.
Ampliatur etiam ad maternam, 1.p.n.253.
Nobilitas quatuor ex causis acquiritur, 1. p.n. 264. Prima causa est scientia maxime Canonica, & ciuilis.
Nobilitas scientiæ primo Doctoribus vtriusque iuris, 1.p.n.263. (n.275.
Nobilitas ex Licentiatura acquiritur, 1. p.
Nobilitas acquiritur ex Phylosophiæ magisterio, 1.p.n.283.
Nobilitas competit aduocatis, 1.p. n. 284.
Nobilitas ex Mathematica non acquiritur 1.p.n 327. (bat.n. 332.
Nobilitas ex militia á n.329. Negatiua pro
Nobilitas est inueteratæ diuitiæ, 1.p.n.458.
Nobilitas tolli potest sine corruptione subiecti, 1.p.n.275.
Nobilis in vno regno seu prouincia, si trãsferatur ad aliud regnum, seu prouintiã, nobilis manet, 1.p.n.219.
Nobilis non potest á se abdicare nobilitatem, 1.p.n.219.
Nobilis genere an sit præferendus Doctori, 1.p.n.237.& seq.
Nobiliores officijs præferendi sunt. 1.p.273.
Nobilis efficitur quis ex eo quia tanquam nobilis segerit: Equester itinerando, famulis sibi inseruiendo, 1 p.n.457.
Nobilis priuatus nobilitate amplius non dicitur nobilis, 1.p.nu.479.
Nobilis non punitur pæna vili, 1.p.n.481.
Non adimere est dare, 4.p. cap.1.n.223.
Nominationes Emphyteuticæ conseruantur per authenticam ex causa, 3.p. n.43.
Nostra facimus, quibus authoritatem impartimur, 4 p.c.1.n.102.
Notarij principis id est, secretarij 1 p.371.
Notarij ex munere nõ nobilitãtur.1.p.443.
Notarij si nobiliter viuant faciunt naturales in successibiles, 1.p.n 447.
Notarij principis etiam in tribunalibus inferioribus nobilitantur, 1.p.n.448.
Notarij patrimoniales sunt nobiles. ibidẽ.
Notarij vtriusque tribunalis, ibidem.
Notarij vtriusque Cancellariæ nobiles, d. 1.p.n.450.
Notarij processuum regiæ coronæ nobiles. nu.451.
Notarij curiæ de quibus agit Ord.lib.1 tit. 24. nobiles sunt. 1.p.n.452.
Notarij decurionum ciuitatum, vulgo da camera, nobiles sunt, 1.p.n.453. Declara tamen, vt n.seq.
Notarij quicunque si medium statum obtineãt filios faciũt in successibiles.n.454
Notoriatus officium antiquitus per seruos exercebatur. 1.p n.443.
Et nobilitati officere, ibidem. Sed verius contrarium, 1.p.n.444.
Nullitas testamenti, in quo filius est præteritus, per ipsum filiũ remitti potest, 3.p. n.15.

O.

OBlatus curiæ solum quoad patrem fiebat legitimus. 4.p.c.3.n.106.
Obligatio semel extincta non reuiuiscit. 4 p.c.1.n.195.
Obligatio naturalis datur inter patrem, & filium, 4 p.c.1.n.259.
Obligatio naturalis impedit repetirionem ex quacunque causa facta fuerit solutio, siue per errorem iuris, siue facti, 2.p.nu. 121. & nu.127.
Obligatio, cui lex nõ assistit inefficax est, & exceptionem non parit, 2.p.n.124.

Obliga-

Obligatio personalis ad adimplendam fidem promissam nascitur ex promissione de non alienando, 2.p.n.203.
Obliquum verbum non potest trahi ad directam hæredis institutionem, vel substitutionem, 2.p.n.197.
Occasio delinquendi vitãda est, 2.p.n.444.
Obsequia patriæ debita, 2 p.n.285.
Officium generalis, 1.p.n.386.
Præst omnibus, ibidem. (1.p.n.387.
Officium Almiradi magnæ præheminẽtiæ.
Officiũ Marichalis nobilissimũ, 1.p.n.388. Et de ipsius origine,& potestate,ibid.
Officia bellica maiora, 1.p.á n.385.& seqq.
Officia imputantur, 4.p.c.1. à n.97.
Officiales,qui ex officio intra regis palatiũ nobilitantur, 1.p.á n 363.
Onera hæreditaria æqualia inter hæredem, & fideicommissaruim, 1.p.nu.94.
Operæ artificiales,quæ, 1.p.n.318.
Operæ solum debentur patrono, vel eius filio ibidem. si sint impositæ.
Operæ præteritæ transeunt ad extraneos, 1.p n.321.
Operæ fabriles, quæ. n.322.& transeunt ad omnes, ibidem. (3.p.n.157.
Operæ seruorum legatæ, sunt indiuiduæ.
Operæ seruorum locari possunt, 3.p.n.159
Operæ legatæ non periunt per capitis diminutionem, 3.p.n.159.
Operæ non periunt per mortem. ibidem.
Opinio á Iure consultis vltimo loco scripta approbatur, 3. p.num.121.

P.

Panes ciuiles id est tenças quos princeps cõcedit filijs etiam contemplatione patris non imputantur, 4.p.c.1.n.250.
Pæna infamiæ à Constantino imposita in lege 1.C.natural liber. non comprehendit non illustres, 1.p.n.152. (481.
Pæna vilis nõ potest poni nobilibus, 1.p.n.
Pæna duplex non imponitur, 2.p.n.428.
Pæna præconij non est vilis, 1.p.n.482.
Pæna solum incurritur quando est expressa 2.p.n.431.
Pæna non debet absq; lege inponi, 2.p.n.180
Pænæ non debentur in cõscientia ante sententiam, 2.p.n.449.
Pænæ contra non facientes inuentarium non procedunt si à testatore remitatur. 2.p.n.446.
Pactum qui frangit inique facit, 2.p.n.203.
Pactum de non alienando factum per partes etiam si sit juratum, non impedit alienationẽ, 2.p.nu. 204. licetiurans in currat per iurium, n.205.
Pactum de retrouendendo,vel de vendendo certæ personæ non impedit dominij translationem, si res contra pactum alienetur. 2 p.n.210.
Per Pactum de retro,non censetur ius aliquod reale, vel hypotheca in re vendita constitutum, 2.p.n. 211. Nisi res vendita sit specialiter hypothecata, ibi.
In Pacto de retro per oblationẽ pretij dominium ipso iure transfertur in venditorem, 2.p.n.212. Contra,ibidem.
Pactum legis comissoriæ,& addictionis in diem ipso iure redit dominium in venditorem, 2.p.n.216.
Ampliatur siue verbis obliquis siue directis fiat, 2.p.n.223.& à n.217.
Pactum legis comissoriæ contrahitur sub conditione resolutiua, 2.p.n.224.
Pactum aliquid debet operari, 2 p n 229.
Pactum de non alienando impedit translationem dominij si apponatur clausula, quod si pars tentaucrit,&c 2.p.n.227.
Pactum de non alienando cum hypotheca impedit translationem dominij. 2.p.n. 229.& seq. (n.231.
Idem si adijciatur aliud iniectionis manus.
Idem si adijciatur vt alter contrahens possit rem vendere, ibidem.
Idẽ si alienatio fuerit irreuocabilis, n. 234. Sed contra, n.235.
Idem si fiat ex iudicis precepto, 2.p.n 236.
Pacta ad vnguem seruanda sunt, 4. p. cap. 1.nu.212.
Pactum de nõ habendo regressum ad hæreditatẽ patris nõ valet, 4.p.c.1.n.11.& 13
Pactum non est modus assignandæ legitimæ, d.n.11.
Palatini Senatores,vide verbo,Senatores.

Patriam deferentes impij sunt. 2.p.n. 286.
Patriæ omnes debẽt cõsecrari, d.2.p.n.285.
Patria anteponenda parentibus, d.n.285.
Pater potest grauare filium substitutione, vel fideicommisso pupillari. 1.p.n.68. & 552. & 556.
Parentes non tenentur præcise aliquid naturalibus relinquere, 1.p.n.147.
Parentes habent certas vncias naturalibus relinquere. ibidem.
Parentes illustres puniebantur per Constãtinum, si naturalibus aliquid relinquebãt 1.p.n.149.
Pater potest dare tutorem filio naturali si aliquid ei relinquat, 1.p.n.169.
Pater naturalis si descendentes habet vnciã tãtũ naturalibus dare potest. 1.p.179. Secus si descendentibus careat ibi.n 180. & sequentibus.
Pater filios habet in potestate, 1.p n.234.
Patriæ potestatis effectus de iure naturali. 1.p.n.235. (p.n.109.
Pater grauari potest, si filius instituatur. 3.
Pater nõ potest hypothecare aduentitia filiorum. 2.p.n.306.
Pater habet eadem remedia ad cõsequendã legitimã, quæ habet filius, 4 p.c.1.n.132.
Pater de iure Regni nõ potest impedire collationem, d.cap.1.n.257.
Pater vsusfructuarius tenetur ad modicas expensas, d.c.1.n.264.
Patrimonium clerici si aliunde quã á patre proueniat non imputatur. 4.p.c 1.n.238.
Patrimonium clerici non potest hypothecari. 2.p. n.305.
Pater non potest per contractum præiudicare filio in legitima, 1 p.n.550.
Patricij dicebantur illustres, 1 p.n.346.
Patroni habent legitimam in bonis liberto rum. 1.p.n.5. (habet. 1.p.n.6.
Patronus grauatus vnam tantum quartam
Patronus per bonorum possessionem solũ suam tertiam deducit, 1.p.n.53.
Patronus cui legitima data est quocumque titulo, non potest querelare testamentũ liberti, 1.p.n.55. (1.p.n.62.
Patronus hodie sustinet onus in legitima.
Patronus reuocans alienata in fraudem tenetur ad pretium, 4.p. cap. 3. nu.39.
Patrimonium defuncti non debet delacerari, 4 p.c.3.n.31.
Partus ancillarum non continentur in fructibus, nec in redditibus, d. cap.3.n.64.
Pater debitor est necessarius legitimæ filiorum, 4 p.c. 1.n.22.
Pater est legitimus administrator aduentitiorum filij, d.c. 1.n.154.
Pauperes causam piam efficiunt. 2.p.n.142
Peculium á patre concessum non transfert dominium. 4.p.c.1.n.134.
Perfectus Augustalis, clarissimus. 1.p.n.343
Perfectissimi dicebantur, qui non obtinebant gradum dignitatis, 1.p.n.344.
Peculium castrense, & quasi castrense, non imputantur, 4 p.c. 1.n.23.& 234.
Peccatum in committendo grauius, quã in omittendo, 2.p.n.411.
Pedes non dicitur, qui equitare solet, & se nobiliter gerit. 1.p.n.312.
Pegasiana, & Falcidia introductæ sunt testatorum gratia, 2.p. n.22.
Perpetuum dicitur quod durat ad vitam. 2. p.n.329.
Petitio hæreditatis durat per 30. annos, 4. p.c.3.n. 142.
Petitio hæreditatis competit quando filius negatur hæres, 4.p.c.3.n.148.
Peregrinus reprobatur, 1.p.n.119.
Persona cum qua testator legãdo loquitur. non attẽditur, sed illa in quam dirigitur intentio, 4 p.c. 1.n.80.
Pharmacopolla, id est pimentarius an sit nobilis. 1.p.n.12.
Persona in qua plura iura concurrunt fungitur vice plurium personarũ. 1.p.n 46.
Pictoria ars liberalis, ac proinde pictores nobiles, 1.p.n.314.
In pictoria exercebãtur pueri nobiles apud Græcos. ibidem.
Pictores nõ reputãtur nobiles, d. 1.p.n.115
Pictoria magnum denotat ingenium, nu. 316. nu.314.
Pictores immunes sunt à muneribus, & tributis plebeorum, 1.p.n. 315.& 324.
Plena dicuntur legata ex testamento militis, 2.p.nu.78.

Plenum dicitur cui nil addi vel diminui, potest.ibidem.
Poesis ars commendanda, sed non habet immunitatem, 1.p.n.325.
Plura specialia cõcurrere possũt. 2.p.n.368.
Pontifex nõ intendit per caput Raynaldus immutare ius ciuile. 1 p.n.11.& 72.
Pontifex cum statuit aliquid contra ius ciuile solet mentionem facere de iure ciuili, 1.p.n.23.
Portio hæreditatis cõseruatur ex edicto de legatis præstandis sicut legatũ. 3.p.n.48.
Portio non grauata accedens portioni grauatæ quocumque iure accedat remouet Falcidiam.3.p.n.70.
Declaratur dummodo detur augmentum, siue magnum siue paruum.n.71.
Portio grauata, si accedat non grauatæ ex iure accrescendi, vel ex substitutione vulgari tacita, vel expressa, replentur legata, excluſa Falcidia.3.p.nu.75.
Portio accrescens, si legata sint relicta nomine proprio, non augetur ex alia, cui accedit ibi.n.86.
Portio accrescens ex diuersa hæreditate, non facit cessare Falcidiam.3.p n 87.
Portio grauata si accedit nõ grauatæ ex pupillari substitutione legata nõ augentur. 3.p.n. 90.
Cõtrariũ.n.91.resoluitur affirmatiue.n.92
Ampliatur etiamsi portio, sit grauata in persona pupilli, & in persona substituti cohæredis, adhuc enim habet locum Falcidia, 3.p.n.95.
Portio pupilli si grauetur in persona substituti cohæredis augetur,& cessat Falcidia. 3.p.n.96. (cidias. 1.p.n.97.
Portiones diuersæ diuersas admirunt Fal-
Portiones quæ per idem ius institutionis, aut substitutionis ad aliquẽ perueniunt contribuuntur, 3.p.n.99.
Portio si deferatur alteri portioni, præter intentionẽ testatoris, nõ fit contributio, nec cessat Falcidia, 3.p.n. 102.& 117.
Portio cohæredis repudiantis post aditionẽ non accrescit cohæredi inuito 3.p.n.115.
Portio cohæredis ex negligentia priuati accedit alijs, 3.p.n.116.
Portio cohæredis negligentis accrescẽs portioni grauatæ alterius cohæredis, facit cessare Falcidiam, d.n.116.
Possessor bonæ fidei qui iure dominij non possidet, expendens circa meliorandã rẽ possessam, habet actionẽ ad repetendã quo preciosior facta est, 4 p.c.1.n.159.
Possessor bonæ fidei, qui iure dominij possidet v.g. Emphyteuta, & similes, repetit expensas semper secundum æstimationem tempore restitutionis d.4.p.cap.1. n.201.& seqq.
Præceptũ testatoris, vide verbo testator. ib.
Præcepta legis veteris expirarunt per aduẽtum Christi Domini, 1.p.n 494.
Prælatus nõ potest transigendo præiudicare Ecclesiæ, 2 p.n.335. (2 p n.336.
Prælatus regularis nõ potest locare ad vitã.
Prælatus non tenetur stare locationi rei Ecclesiasticæ, indebite factæ, 2.p.n.237.
Prælegata á cohæredibus vice mutua relicta excludũt Falcidiam per exceptionẽ. 4.p.c.2.n.8.
Prælegata vice mutua percepta non prosũt extraneis legatarijs. d.c.2.n.9.
Prælegata à cohærede percepta an saltẽ pro parte hæreditaria in Falcidiã imputẽtur. d. c. 2 n. 12. & á n. 14.& 33.
Prælegata pro parte cohæredis non imputantur in Trebellianicã, 4.p.c.3.à nu.3. Sed tantum pro parte hæreditaria.
Prælegatum quantitatis totum in Falcidiã imputatur, d..c 3.n.7.& 8.
Prælegata á cohæredibus soluta nõ prosunt confideicommissarijs extraneis, 4.p.cap. 3.á n. 18.20.& 21.
Prælegare potest pater Emphyteusim vni ex filijs acceptã pro se,& filijs, 4. p.cap. 1.nu.174.
Prætor nõ curat de minimis, 4 p.c.1.n.210
Præpositus laborũ, vulgo Alferes 1.p.n.372
Hi erant clarissimi, ibidem.
Præpositi ianitoribus, 1.p.n.373.
Præpositi libellis, 1.p.n.347.
Præpositus in rebus, idem est ac princeps in rebus, & quis sit, 1.p.n.380.
Præses Senatorum super illustris, 1. p. nu. 407. & seq.

Præses senatorum in Francia Cancellarius. n.408.
Præses regij palatij super illustris. 1.p.409.
Præsides prouintiarũ clarissimi, 1 p.n.427.
Præscriptio quæ habet initium ab instituẽte maioratum, nocet omnibus successoribus; 2 p.nu.393.
Præscribi possunt res donatæ reuocata donatione per natiuitatẽ filij. 4.p.c.3.n.135
Præscriptio ordinaria currit qu[illegible] initium à tertio, 2.p.n.394.
Præscriptio 30. annorum præticatur in rebus vinculatis, 2.p.n.836.
Præscriptio immemorialis nocet omnibus successoribus in maioratu, nu. 395.
Habet vim plenissimi priuilegij. ibidem.
Præscriptio odiosa secũdũ aliquos, 2.p.462
Præscriptio cõpleta reddit securũ præscribentẽ in cõscientia, d.n.462. (463.
Præscriptio est fauorabilis, & nõ odiosa, n.
Præscriptio 30. annorum habet locum in feudis licet ordinaria non, n.388.
Præscriptio 30. annorum solum nocet possessori maioratus, 2.p. n.389.
Præsumptio iuris, & de iure reijcit probationem in contrarium, sed admittit partis confessionem, 2.p.nu.464.& seq.
Prætores prouintiarum spectabiles. 1.p. n. 422.& 424.
Prætores illustres cotendit Orianus.n.423.
Prætores Romani iuris duritiem demulcie bant. ibidem.
Prætor antiquitus á populo creabatur ad edicta promulganda. 1.p.n.424.
Prætor post Iustinianum nec edicta nec leges promulgat, 1.p.n. 425. (18.
Prætor neminẽ hæredẽ facere potest. 3.p.n.
Precium succedit loco rei in iuditio vniuersali, non in particulari, d.cap.2.n.17.
Preciũ rei hæreditariæ succedit loco rei, & imputatur in Falcidiam, d.4.p.c.2.n.17.
Prima tonsura ordo est, 4.p.c.1.n.242.
Primicerij principis clarissimi. 1.p.n.344.
Priuilegium operari potest, vt filij à matre nobilitentur, 1.p.nu.237.
Priuilegium est lex priuata, ibidem.
Priuilegium non extenditur de persona ad personam, 1.p.n.289.
Priuilegium concessum propter dignitatem, debetur ei qui dignitatem obtinet, licet minus competenter. 1.p n.401.
Priuilegium alicui cõcessum in ipsius odiũ non debet retorqueri, 2.p.n.26.
Priuilegium militibus concessum, vt Falcidia ab eorum testamentis excludatur: vtrum hodie duret, 2. p.n.35.
Priuilegiũ intelligitur sine præiuditio tertij 4.p.c.1.n.240.& n.103.
Priuilegijs concessis ob reuerẽtiam nemo potest renuntiare, 2.p.n.116.
Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio, 2.pn.148.
Princeps potest tollere impedimenta etiá in materia odiosa. 1.p.n.255.
Priuatio facta à lege differt á priuatione statoris, 2.p.n 427.
Prohibitio de non alienando impedit, ne hæres alienet, 4.p.c.3.n.43.
Prohibitus alienare non potest locare ad longum tempus, 2.p.n. 325. Nisi locet commoditatem, n. seq.
Prohibitus alienare non potest hypothecare, 2.p.à n.299.
Prohibitus alienare quicunque sit non potest locare ad vitam conductoris. 2.p.n. 328. defenditur contraria n.329.
Prohibitus alienare, nec transigere nec cõpromittere potest, 2.p. á n.346.& seqq.
Prohibitus alienare, nec trãsigere, nec cõpromitere potest, si sequatur alienatio, 2.p.n.346.& 351.& n.364. (2.p.n.367.
Limita si transigat ex dispositione statuti.
Limit. si transactio fuerit à principe confirmata ex certa scientia, 2.p.n.371.
Limit. si transigat ex mandato superioris. 2.p.n.369. Quod superior efficere potest maxime si sit princeps, 2.p.n.370.
Prohibitio de non alienando non impedit alienationem necessariam, 2.p.n.266.
Prohibitio de non alienando non impedit translationem dominij si fiat per cõtractum, 2.p.a n. 202.& 213.
Limit. prout.nu.215.
Prohibitus alienare non potest constituere vsumfructum, nec seruitutẽ, 2.p.n.338.
Promissio de nõ alienãdo obligat naturaliter. 2.p.n.203. Res ta-

Res tamẽ ex promissione nõ afficitur. ibid.
Profectitium est quod datur filio contẽplatione patris. 4.p. cap. 1. n. 62.
Profectitium non est quod prouenit ex re patris si magis prævalet industria filij. 4 p.c. 1.n.279.
Probatio nobilitatis, vide nobilitas. ibid.
Procuratores Cæsaris clarissimi, 1.p.n.343
Procuratores ciuitatum nobiles, 1.p.n 442
Protestatio reseruat ius protestanti. 2.p 141
Proprietas verborũ in materia pœnali seruatur. 1.p.n.240.
Proxeneta mercatorũ ignobilis. 1.p.n.462.
Pupillaris substitutio requirit patriam potestatẽ. 1 p.n.160. (adimpleta. 1.p.n.39.
Purũ censetur relictũ sub cõditione quæ est
Pupillus non debet esse deterioris conditionis quam extraneus, 1. p nu. 556.

Q.

QValitas nobilitatis apud omnes nationes semper fuit maximæ considerationis. 1.p.n. 197.
Qualitas obligationis non mutatur in persona hæredis. 3.p.n.51.
Qualitas personæ attenditur in pœnis imponendis. 1.p.n.481. (n.87.
Quarta Falcidia est quota hæreditatis. 1.p.
Quantitas relicta semel tantũ præstanda, 4.p c.1.n.195. (1.n.159.
Quasi, dictio denotat improprietatẽ. 4.p.c.
Quarta Trebellianica est quota hæreditatis 1.p.n 94.
Quarta bonorũ nõ admitit onus, 1.p.n.94.
Quarta quæ debetur vxori inopi datur propter reuerẽtiã matrimonij. 1.p.n.564
Querela inofficiosi est remedium subsidiarum quod datur in defectum. 1.p.n 78.
Querela inofficiosi cessat si filius habeat quartam Diui Pij. 1.p.n. 131.
Querela inofficiosi solum durat per quinquenium. 4 p.c.3.n.143.
Querela inofficiosæ donationis competit filijs ad reuocanda donata in fraudem suæ legitimæ. 4 p.c.3.n.124.
Querela reuocat solũ quantitatẽ legitimæ. d.c.3.á n.125. (d.n.125.
Querela quę datur patrono omnia reuocat.
Querela inofficiosæ donationis, & inofficiosi testamẽti æquiparatio. d.c.3.126.in fin.
Querela inofficiosæ donationis an cõpetat contra possessorẽ cõ titulo oneroso. d.c. 3.n.130. (minori vendat. ibid.
Querela reuocat illud plus pretij si pater
Querelare possunt testamenta paterna naturales in nostro Regno, 1.p.n.174.
Quinque gradus nobilitatis, 1.p n.347.
Quod non est trãsmissibile ad hæredes non imputatur, 4 p.c. 1.n.282.

R.

RAtio inducẽdæ Trebellianicæ. 1.p.n. 3.
Rabulæ ex officio non obtinent nobilitatem, 1 p.n.292.
Rabulæ pestis Reipublicæ. ibidem.
Rectorici nobilitatẽ nõ cõsequũtur 1 n.327
Rector Iustitiæ illustris. 1.p.n 409.
Rector Iustitiæ æquiparatur tribuno celerũ. ibidem. (n.410.
Rector Portugalensis Senatus illustris. 1.p.
Rectores Senatorum principem repræsentant. ibidem.
Rectores prouinciarum illustres. 1.p.n.411
Regnũ defertur iure hereditario. 2 p.n.282
Remediũ retentionis datur filijs cõtra aliũ qui subripuit res paternas. 4 p.c. 1.n.258
Reddibito homine propter vitiũ restitutio dominij non fit ipso iure, 2.p n.213.
Regula exorbitas cõprehendit casus qui cõtinẽtur sub proprietate verbi, 2.p.n 53.
Regula l. De accessionibus de diuers. & temp. 1.p.n.184.
Remedium l. vlt. C. edict. Diui Adriani cõpetit filijs pro legitima. 4.p.c. 1.n. 17.
Regnum Portugaliæ coronam retinet separatam. 4.p c.1.n.123.
Regi seruire quando quis dicatur d.n. 123
Remissio Falcidiæ non dicitur alienatio respectu creditorum, 4.p c 1.n.56.
Regis descendentia quo antiquior tot nobilior, 1.p.n.203. (230.
Renunciare potest quis vtilitati suæ. 2.p.n.
Renunciare non possunt filij prohibitioni patris in testamento, 2.p.n.247.
Remedia competentia filio pro legitima, 4 p.c 3. a n.116.

Res alie-

Res alienatæ ex fideicommisso per hæredē imputantur in quartam. 4.p.c.3. ā n. 28.
Renunciare censetur præsumptioni pro se facienti qui cōtra illā fatetur, 2.p.n.465.
Repetitio soluti nō datur si præcedit obligatio naturalis, 2.p.n.127.
Res prohibitæ alienari distrahi possunt pro debitis institutoris, 2.p.n.261.
Res maioratus dumosæ arabiles factæ per colonū debēt ei emphiteuticari. 2.p.315
Res maioratus non præscribuntur per 10. annos, sed per 30. 2 p.n.385.& sequenti.
Res maioratus non possunt distrahi neque ad vitam possessoris, 2.p.n.271.
Res dotales non possunt hypothecari sine consensu vxoris, 2.p.n.304.
Res Ecclesiæ non possunt hypothecari sine solemnitatibus, 2.p.n.304.
Res minorum non possunt hypothecari sine decreto, 2.p.n.203.
Res prohibita alienari distrahi potest ad vitam possessoris ex debito ipsius, 2.p.270.
Res prohibita alienari vt possit distrahi requiritur, ne possessor alia bona habeat. 2. p.n.273. Sed nō requiritur decretū. 274.
Res minoris distrahi non potest. sine decreto, 2.p.n. 274. Nec subhastatio. n.275.
Res vinculatæ solum possunt distrahi, quæ sufficiāt pro debito, & non vltra. 2.p.276
Res vinculata magni valoris distrahi nequit pro paruo debito, 2.p.n.277.& seq.
Retentio Falcidiæ in specie fit doli exceptione, in quantitate ipso iure. 3.p. n.130.
Rescriptum principis, per quod res vinculata iubetur distrahi, intelligitur nisi res libera extet, 2.p.n.264.
Resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis, 4 p.c.3.n.42.
Rex potest imponere tributum subditis ob regni defensionem, 2.p.n.285.
Rex tenetur subditis militantibus seu inseruientibus stipēdia præstare. 2.p.n.287
Rex tenetur soluere possessoribus maioratuum debita, contracta á defuncto pro regni vtilitate, 2.p.n.292. & seq.
Rex tenetur soluere filijs seruitia paterna seu auita. 2.p.n.293.ad fin. idq; ex iustitia
Rex nobilis per antonomasiam. 1.p.n.202.
Rex noster inuictissimus inter omnes Europæ, nobilitate antiquior, 1.p.n.203.
Reuocare male alienata in fraudem legitimæ possunt naturales in Lusitania. 1.p. n.274. (nino.459.
Ricos hōbres qui dicantur, 1.p.n.208. om-
Rigor Constantini circa filios naturales in quo stat, 1.p.n.148.
Rodoenses nobilissimi, 1.p.n.348.
Rodoenses sedē Apostolicā defendūt. ibid.
Romani recusarunt Iudeos habere seruos, 1.p.226.

S.

Salarium publicæ administrationis dicitur quasi castrense, 4.p.c.1.n.235.& nō imputatur.
Salarium aduocatorum etiā dicitur quasi castrense, d.c.1.n.236.
Salarium Rabulæ etiā dicitur quasi castrē-se. d.c.1.n.237.
Salaria quæ filij meruere in seruiendo principi non imputantur, d.c.1.n.251.
Sargenti qui. 1.p.n.404.
Sarraceni illustres, si conuertantur illustres remanent. 1.p.n.222.
Scientia nobilitat vid, verbo, nobilitas. ib.
Scriptus in matricula nobilium in confraternitate Misericordiæ ciuitatum nostri regni nobilis efficitur, 1.p.nu.460. & pro eo præsumitur ibi.
Scribæ vide verbo, notarij, supra.
Scriptis Doctorū creditur plene. 1.p.n.265
Idem in licentiatis, 1.p.n.282.
Scrinia principis tripartita. 1.p.n.374.
Scriniarius supremus quis, 1.p.n.376.
Scriniorum plura genera, 1.p.n.377.
Scriptis nobilium, ac publico instrumento creditur. 1.p.n.206.
Scholaris qui non studet non fruitur priuilegio. 1.p.nu.559.
Scholastici qua tales non gaudent priuilegio magistrorum, 4 p.c. 1.n. 115.
Semel hæres non potest desinere esse hæres, 1.p.n.90. Nisi virtute legis, 2.p. 410. & p.2. n.407.& 3.p.n.406. (p.n.416.
Senatores successerunt in locū consulum. 1.
Senatores palatini super illustres. 1.p.n.416

Senatores

Senatores,& descendẽtes ab eis clarissimi. 1.p.n.342.
Senatores tribunalis conscientiæ super illustres. 2.p.n.416. (1.p.n.417.
Senatores,super illustres, cõtendũt plures.
Senatores illustres tantum. 1.p.n.418.
Quæ tuetur.nu.420.
Senatores tantum clarissimi, n.419.
Senatores leges cõdebant. 1.p.n.418.
Senatores post Iustinianum minorem habent potestatem, 1.p.n.420.
A Senatoribus non appellatur.ibidem.
Senatores exequi non possunt in libris. 1.p. nu.269.
Senatores secundum allegata, & probata iudicare debent, 1.p.n.420.
Senatores de iure regio æquiparantur illustribus, 1.p.n.421.
Senatores patrimonij regij descripti in matricula illustrium. ibidem.
Senatus consultum Trebellianum,quo tẽpore factũ. 1.p. n.19. per illud actiones in fideicõmissarium transferuntur.ibid.
Senatus consultum Pegasianũ quo tẽpore factum. 1.p.n.92.
Senatus consultus maximam habebat potestatẽ.1.p.n.420. (notoriũ. ibid.
Sententia constituit ius. 1.p.n.215. & facit.
Sententia in causa maioratus lata per collusionẽ non nocet successoribus.2.p.268
Sententia lata circa successionem maioratus nocet omnibus ex illa linea.2.p.269.
Sententia lata contra vinculum maioratus nocet omnibus, 2.p.n.266.& seq.
Secus si proferatur contra possessorẽ. ibid.
Seruitus non potest ad tempus constitui, sed conseruatur æquitate, 2.p.n.343.
Seruus vendi potest ea lege,ne manumittatur, 2.p.n.235.
Seruus si distrahatur sub ea conditione, vt intra certũ tẽpus manumittatur,nõ possunt partes renuntiare huic conditioni, 2.p n.249. (mitti.4 p.c.3.n.36.
Seruus specialiter legatus nõ potest manu-
Seruus pænæ de iure communi testari nequit,in nostro regno quoad pia.2.p.n.398
Serui milites esse possunt sed non possunt habere dignitatem, 1.p.n..333.
Signiferi vulgo, Alferes nobilitantur. 1.p.
Silentiarij qui. 1.p.n.366. (n.404.
Silentiarij quã obtineant dignitatẽ.ibidẽ.
Species qualificata non cõprehenditur sub generalitate verborum, 1.p.251.
Spectabiles qui dicantur, 1.p.n.345.
Spes etiam in iure æstimatur. 3.p.n.119.
Spiritualia præferuntur temporalibus, 4. p.cap.1.n.95.
Spurium licet pater instituere nequeat,pupillariter tamen impuberi substituere potest.4 p.c.1.n.
Spurij non gaudent aliqua nobilitate, 1.p. n.247. vide verbo, nobilitas.
Spurij abominabiles, 1.p.n.247.& 251.
Spurij non continentur sub conditione, si sine liberis, d.n.247.
Spurij possunt esse decuriones, 1.p.n.249.
Spurij de iure regio possunt habere nobilitatẽ, 1.p.n,251. .(qualificata, 1.p.251.
Spurij in genere illegitimorũ sunt species
Spurij nec etiam maternã nobilitatẽ consequuntur.n.252.& seq. (p.n 252.
Spurij sequuntur cognationẽ maternã, d.1.
Spurij legitimati in Castella nõ consequũtur nobilitatem. 1.p.n.261.
Spurij sunt nati ex parentibus qui contrahere non possunt, 1.p.n 490.
Spurij,patribus in successibiles tam ex testamento,quam ab intestato, 1.p.n.491.
Spuriorum in capacitas à quo iure,1.p.492. & sequent.
Spurij nec ad hæreditatem trãsuersaliũ ex parte patris ab intestato admittuntur. 1.p.n.494.
Spurius à patre grauari nequit. ibidem.
Spurij à matribus grauati duas habẽt quartas, 1.p.n.495.
Spurij matribus successibiles, d.n. 495.
Spurij habẽt omnia remedia contra testamentum matris, 1.p.n.496. & reuocant alienata in fraudem legitimæ ibidem.
Spurij non succedunt matribus illustribus si extent legitimi 1.p.n.498.
Spurij matribus illustribus succedunt in defectum legitimorum. 1.p.n.499.
Spurij ex dãnato coitu nõ succedunt matri secũdũ cõmunẽ.1.p.502.Sed cõtra.n.503

Spurij

Spurij ex damnato coitu succedere nequeunt transuersalibus maternis, 1.p n.503 sed contrarium, ibidem.
Spurij ex damnato coitu non succedunt matri in nostro regno, 1.p.n 506. Nec habent duas quartas, n.507.
Spurius natus ex matre cognita per vim præcisam non est in successibilis, 1.p.508
Spurius abintestato non succedit auo paterno, 1.p.n.509. Nec etiã trãsuersalibus.ib.
Spurius nascitur ex radice infecta, 1.p.511.
Spurius ex testamento aui paterni capere potest, n.512.
Spurius si grauetur ab auo paterno, nõ habet duas quartas, 1.p.n.514.
Spurij sunt hæredes auis maternis necessarij, 1 p.nu.516. & seq. contra plures, & succedunt transuersalibus.ibidem.
Spurij respectu auorum maternorum habent iura legitimorũ; sic aui respectu nepotum, 1.p.n.518.& seqq.
Spurius grauatus ab auo materno habet duas quartas, ibi.n.521.
Spurius auo etiã illustri succedit. 1.p.n.523
Spurius legitimatus vere, & grauatus duas habet quartas. 1.p.n.528.
Statuto iuramento cõfirmato statues derogare potest, 2.p.n.235.
Substitutio fideicõmissaria valet in simul, & libertas ex speciali Diui Seueri rescripto in casu quo nõ adeatur hæreditas.2.p.25
Substitutio pupillaris filio á milite facta irregularis appellatut, quia valet contra regulas, 2.p.n.26.
Substitutus pupillaris grauatus, vnam tantum portionem, 1.p.n.552.& seqq.
Substitutus pupilli non potest detrahere legitimam nomine pupilli, 1.p.num.557. etiam si sit mater, 558.
Substitutio pupillaris expressa excludit matrem á legitima, 1.p.n.559.
Substitutus legitimam non detrahet, si duobus substituatur, alteri puberi, & alteri impuberi, 1.p.n.561.
Substitutio pupillaris cõseruatur petitã bonorum possessione, 3.p.n.50.
Substitutus soluit legata á pupillo relicta, tanquam æs alienum, d.n.50.
Substitutus pupilli ex vncia omnibus legatarijs tenetur, licet pupillus solũ cõiunctis teneatur, 3.p.n.52.& seqq.
Substitutus tũc solum tenetur ad prædicta legata, quando portio, in qua fuit substitutus, augetur per bonorum possessionẽ. 3.p.n.57. Secus si diminuatur.
Substitutus, si portio eius augeatur, tenetur omnia legata persoluere, 3.p.nu.61. Si nõ augeatur, nec diminuatur, cõiunctis 3.p.n.58. (ad institutionẽ, 3.p.n.100.
Substitutio, impleta conditione, reducitur
Substitutus, etiam in augmento censetur institutus à patre, 3.p.n.63.
Substitutus duobus, si vni tantum succedat potest Falcidiã deducere, 3.p.n.101,
Substitutio facta duobus impuberibus, ei qui supremus moreretur, conseruat ius legitimæ successionis, 3.p.n.103.
Substitutus duobus, qui supremus moreretur, potest Falcidiã deducere ex portione grauata, ibidem.
Substitutus duobus, ab vltimo mortuo capit hæreditatem, 3.p.n.104.& seq. & illi solũ succedit ex substitutione.3.p.n.106
Substitutio vulgaris durat solum ante aditam hæreditatem, 3.p.n.118.
Subditi tenentur ad patriæ defensionem. 2. p.n.287. (c 3.n.143.
Subrogatum sapit naturam subrogati, 4.p.
Statuta Collegiorũ, & cathedraliũ Iudæos excludentia, sancta, circa quæ sufficit rumor seu suspitio Iudicis, 1.p. 210.& seq.
Statutum filios nobilitans ex matre, an valeat, 2.p.n.235.
Statutum Subaudiæ admittit naturales ad nobilitatem patris, 1.p.n.250. (493.
Successio hæreditaria á lege 12. tab. 1.p.n.
Successio subordinata etiam datur ex contractu. 1.p. n.541.
Successor maioratus potest in vita possessoris alienantis agere pro reuocatione alienationis, 2.p.n.310. & 390. alias eis currit præscriptio. Contrarium tenent plures, n.391. resoluitur quod filijs non currat, sed extraneis, n. 392.
Successor anomalus secũdum edictum D. Marci nõ tenetur ad inuentariũ. 2 p.470

Succes-

Successor in maioratu nō tenetur ad debita defuncti, 2.p.n.279.
Secus si successor,& hæres in simul.2.p.280
Successor in maioratu tenetur ad debita defuncti cōtracta pro vtilitate maioratus, 2.p.n.281.
Successor maioratus in nostro regno, licet nō sit hæres, tenetur ad debita defuncti vsque ad redditus 2. annorū, 2.p.n.264.
Successor in maioratu tenetur ad debita defuncti cōtracta pro alimentis ipsius. 2.p. n.294. Et debita pro seruitio famulorū. 2.p.n.295.
Et ad debita contracta pro dotibus filiarū, 2.p. n.297. Intellige filiarū instituētis non autem possessorum, 2 p.n.198.
Successor in regno semper tenetur ad debita defuncti, 2.p.n.282. Et à fortiori in Castella. ibi.
Superficiario conceditur actio in rem. 2.p. n.320.

T.

TAcens non dicitur consentire in sibi præiuditialibus. 4.p.c.1.n.163.
Téplarij quādo fuerunt instituti.1.p.n.340.
Tempore Digest. legitima quocunq; titulo relicta excludebat querelam, 1.p.n.73.
Tempus ad agendum de nullitate testamēti est continuum, 3.p.n.20.
Tempus natiuitatis semper attenditur an pater sit plebeus an nobilis, 1.p.n.470.
Tempus à lege taxatum lapsum constituit hæredem negligentem, nisi requiratur admonitio, 2.p.n.154.
Testamentum in quo filius suus est præteritus nullum, quoad institutionē. 3.p. nu. 13.& 4.p.c.3.n.122.& 140. Secus si illū instituat in re particulari, 4.p.c. 1.n.22.
Testamentum patris,& filij vnum censetur 3 p.n.66. & vnam tantū patitur Falcidiam,3.p.n.68. (4.p.c.1.n.238.
Testamentū Clerici non subiacet quærelæ,
Testamentum querelare non potest filius si pater ei quocunque modo quartam tribuat. d.c.1.n.134.
Testamentum non potest querelare filius de iure Codicis, si accipiat donationem à patre quæ legitimam non cōpleat sed aget solum ad supplementum n.144.
Testamentum pupillare est pars,& sequella paterni testamenti, 2.p n.24.
Testamentū doctoris vel aduocati subiacet querelæ, 1.p.n.290.
In Testamento militis ius cōmune obseruatur dū de priuilegijs nō cōstat. 2.p.n.25.
Testamentum pupillare potest facere miles filio suo licet sibi non faciat, 2.p n. 26.
Testamentum quando fiat à milite iure militari an iure communi, 2.p.n.34.
Testamentū pupillare paganus filio suo facere nequit nisi in consequentiam sui testamenti, 2.p.n.26.
Testamentum militis an subiaceat querelę. 1.p.n.284. & sequent.
Testator potest designare quartam hæredis in re particulari, 4.p.c.3.a n.17.
Testator non censetur instituere hæredem animo cōpensandi debitum. d.c 3.n.87.
Testator cauere potest, vt hæres quartam siue Falcidiam, siue Trebellianicam cū debito compenset, d.c.3.n.94.
Testator respectu legatariorum potest remittere inuentarium, sed non respectu creditorum, 2.p.n 442.
Testatorum interest ne secreta patefiant, 2.p.n.442.
Testator potest remittere inuentarium tori, 2.p.n.443. aliqui contra, n.[illegible]
Testator potest disponere de re hæredis sicut de sua, 2.p.n.375.
Testator efficere nequit,ne creditores satisfiāt ex bonis vinculatis per ipsū. 2.p.262
Testator præsumitur se conformare cū dispositione iuris, 2.p.n.48.
Testatoris voluntas circa bona sua est lex. 2.p.n.237.
Testatoris nudum præceptum sine causa iusta non potest auferre hæredi libertum arbitrium, 2.p.n.239.
A Testatore inscribi præceptum nudum, duobus modis potest, 2.p. n. 240. Explum, 243.
Testatoris præceptum vestitū,& validū dicetur,si causa sufficiens exprimatur, etsi si non exprimatur persona, 2.p.n.. 244.

Testatoris prohibitio, ne manumitatur seruus expressa causa propter familiare ministerium, & vsum filiorum, vtrũ obliget tanquã præceptum vestitum, 2.p.n.247.
Testator potest prohibere alienationẽ seruí 2.p.n.248.
Testatoris præceptum de non alienando si per viam conditionis fiat, valet dispositio, 2.p.n.250. Contra.ibidem.
Testatoris præceptum si fiat per viam modi, an vestitum dicatur, 2.p.n.252.
Testatoris prohibitio per viam modi valebit, non tãquam preceptum, sed tanquã modus finalis, n.256.
Testatoris prohibitio tacita attento Digest. tempore non impediebat dominij trãslationem. 257.
Testatoris prohibitio de non alienando valet, quando fit super re, quæ in ipsius dominio residet non vero in alieno. ibi.
Testatoris præceptum æqualiter repellit venientem ab intestato, 2.p.n.260.
Testatoris præceptum non potest fraudare creditorem solutione, 2.p.n.261.
Titulus delegatis præstand. cessauit per Auth. ex causa de lib. præter. 3.p.n.43.
Titulus inualidus, & coloratus sufficit ad vsucapionem, 2.p.n.385.
Transactio tantum valet circa ea quæ fuerunt cognita, 2.p.n.355.
Trãsuersales excludunt vxorem in successione ab intestato, 1.p.n.184.
Trebellianicæ origo. 1.p.n.89.
Trebellianica solum deducitur ex causa testati, 1.p.n.547.
Trebellianica repletur de legatis fideicommissis, & de omnibus, quæ ad hæredẽ iuditio testatoris perueniunt. 4.p.c.3n.2.
Trebellianicæ imputatio, 4.p.c.3. à princ.
Trebellianica deducitur contra voluntatẽ testatoris, 4.p.c.3.n.4.
Trebellianica filiorum non recipit fructus, d.c.3.nu. 95. de iure nouo, secus de iure antiquo, n. 99.
Trebellianica quam parentes grauati deduxunt recipit fructus d.c.3.n. 100.
Trebellianica non amittitur ob non confectum inuentariũ, 2.p.n.422. & à n.189.
Trebellianica de iure nouo an prohiberi possit. 2.p.à n.50. Quia de iure antiquo non potest à n.38. (2.p.n.39.
Trebellianica testatorũ gratia introducta.
Trebellianica cessat in casibus quibus cessat Falcidia, & venit appellatione Falcidiæ. n.54. & 57. 2.p.n.52.
Trebellianica solũ deducitur per hæredem vniuersalem, 2.p.n.59. & 74.
Trebellianica vel Falcidia an prohiberi possit filijs primi gradus, 2.p.à n.83.& 91.
Trebellianica tẽpore Digest. replebatur de fructibus, à n.89. Secus de iure nouo in filijs 1. gradus, n.90.
Trebellianicæ, & debiti cõpensatio an admitti possit per testatorem, 2.p.n. 94.
Trebellianica cessat si remittatur, 2.p.num. 107. & seq.
Trebellianicam nõ remitit hæres etiam in fauorem secundi fideicommissarij nisi post mortem testatoris, 2.p n.108.
Trebellianica non detrahitur de re prohibita alienari, 2.p.n.136.
Trebellianica nõ detrahitur de maioratib⁹ Hispaniæ nec de Capellis, 2.p.138.& seq.
Trebellianica, & Falcidia an deducantur de relictis ad pia, à n.141.& seqq. Et deducit causa pia contra aliam, n.148.
Trebellianicam perdit qui fidem acommodauit de restituendo incapaci, 2.p.n.162
Trebellianica nõ perditur ob res subreptas. 2 p.nu.185. (n.60.
Trebellianicus hæres cogi potest adire. 2.p.

V.

VAlens, Valentinianus fuere primi qui naturalibus faueunt. 1.p.nu.145.
Vassalli tenentur comitari dominos feudorum in expeditionibus, 2.p.n.289.
Vassallus transigere, vel compromitere nequit si ex inde domino præiudicetur, secus si nõ præiudicet. 2.p.à n.364.& seq.
Venientes ab intestato possunt grauari à patre sicut à pupillo, si testaretur. 1.p.n.555
Verbum dare importat translationem dominij, 4.p.c.2.n.31.
Verbum bona, & verbum hæreditas idẽ significat. 4.p.c.3.n.61.

Verbum

Verbum lego ádiunctum vniuersitati bonorum, inducit institutionem hæredis, 2.p.à n.194.
Verbum lego attento tempore legum 12. Tabul. comprehendit omné dispositionem, postea vero, aliter: 2 p.n.199.
Verbum obliquum, vide obliquum.
Verba testatoris nó debét esse otiosa. 2 p.77
Verba legis in totali significatu sunt accipienda, 1.p.n.250.
Verba dispositionis debent conuenire vt cóueniat dispositio, 1.p.n.312. (n.324
Verbum, alius, est repetitiuum similium. 1.
Veritas præualet præsumptioni, 3..p.n.161 Maxime in conscientia, 2p.n.449.
Versus Poetarum per Pontifices, & Iuris Consultos aprobantur, 1 p.n.325.
Viscaini nobiles ex consuetudine. 1. p.nu. 214.& 218.
Vniuersalis,& indefenita æqualiter significant, 4 p.c.3.n.61. (3.p.n 133.
Viuere potest quis vsque ad centum annos.
Vsurę in iudicijs stricti iuris debentur à tępore litis contestatæ, 4 p.c.3.n.69.
Vsus est indiuiduus, 3.p.n.159
Vsus vel vsusfructus cedi nó potest. 3.p 139
Vsusfructus pars dominij, 2.p.n.338.
Vsusfructus extinguitur per capitis diminutionem, 3 p. n. 159.
Vsusfructus personæ cohæret, 3.p.n.149.
Vsusfructus ciuitati relictus computatur secundú ordiné l. Hæreditatú ad l. Falc. quádo Falcidia practicatur, licet regulariter duret ad centú annos. 3.p.154.& 169
Vsusfructus alicui relictus an æstimetur quanti vendi possit, aut pro valere 30. annorum. 3. p. num. 155.
Vsusfructus legatus patitur Falcidiam sicut cæteræ res diuiduæ 3.p.n.156.
Vsusfructus quæritur patri in aduentitijs filij clerici, nec in illo ei potest filius præiudicare, 4 p.c. 1.n.240. Nisi aduentitia quærantur post clericatum ibid.n.241.
Vsusfructus donationis factæ á principe nó quæritur patri, d.c.1.n.246.
Idé in donationibus magnatum.d c.1.247.
Vsusfructus extinguitur si domino proprietatis cedatur, d.c 1 nu.156.
Vsumfructum diminuens fraudat creditores d.c. 1.n.158 & seq.
Vsusfructuarius tenetur ad modicas expensas litis, & rei, 4 p c. 1.n.264.
Vsucapio prohiberi non potest quia est publici iuris, 2 p.n. 385. (tur.ibid.
Vsucapio nō datur in rebus quæ nō alienan
Vsucapio non currit sine titulo, 2. p.n.384.
Vsucapio prohiberi nequit per testatorem secus per legem. d.2.p n.384.
Vsucapio non datur in maioratu: sed tantú præscriptio triginta, 2 p n.386,
Vxor hæres instituta á viro, & grauata fidei cómisso potest Falcidiam, & debitum deducere, 1.p.n.45.
Vxor pauper hæres grauata vnam tantum quartam deducit, 1.p.n.565.
Vxor pauper habet quartam in bonis mariti diuitis, & è contra, 1.p.n.563.
Vxor tenetur compensare legatum á viro relictum in quartam, 1.p.n.565.
Vxor donans filio communi rem sibi á marito donatam non censetur donare sed vir, & res est profectitia, d.c.n. 187.

FINIS.

ERRATA

Fol.2.vers.col.1.lin.8.patro.pro patrenus. fol.16.col.2.lin.12.hæredem grauatum, pro hæres grauatus. fol. 19.col.2.lin.15.modo,pro modi. fol.20,col.1.lin-9.titutum,titulum. fol.20.vers.lin.1.impedimentú,suple datur. fol.22.col.2.lin.1.valent. pro valentis. fol.22. vers. col.1.lin.21. Corras. Cuiac. fol.24.col.1.lin.16. deficet, pro defecit. fol.24 vers.col.1.lin.15.decisinis, decisionibus. fol.26.col.1.lin.33.bouis,bonis. fol.30. vers.col.2. lin.34.decisini decisioni. fol.33.vers.col.1.lin.13.multas.multa. fol.35.col.2.lin.1. coniugat. pro in fidelium. fol.37.col.1.lin.8. ex fecto, ex facto. fol.39.vers.col.1.lin.36. illegitimatis,illegitimitatis. fol. 39.vers.col.2.lin.32, lugetimatus legitimatus. fol.41.col.1.lin.19.legitimos, legitimatos. fol.41.col.2.lin.37.

cerrã,certa. fol.41.verſ.col.2.lin.28.fuit,fecit. fol.42.verſ.col.1.lin.28.Cod. D. fol.43.col.1.lin.11. Auen-dano, Auiles. fol.51.col.1.lin.12.n.91.pro 92. fol.51.verſ.col.1.lin.vlt.ſupræ,ſupren ... fol.55.col.1.lin.vlt. ſecudum,ſecundum. fol.68.verſ.col.1.lin.22.aliqua,aliquam. fol.72.col.1.lin.12.perſonã.perſonarũ. fol. 76.col.1.lin.24.lædæ,læſæ. fol.79.verſ.col.2.lin.19. reputabatur adde non reputabatur. fol. 123.ad margi-nem,nu.100.nu.134. fol.140.col.2.lin.31.illum,illam. fol.146.col.1.lin.13.puro,pura. & ibi. pacta pro pacto. fol.146.verſ.col.2.lin.18.operi,operaris fol.149.verſ.col.1.lin.38.dotationibus,donationibus fol.178.verſ.col. 2.lin.31.c.2.c.20. fol,218.verſ.col.1.lin.19.tribus,duobus. fol.219.verſ.col.2.lin.pen.quæ,que. fol.195.verſ. col.1.lin.20.poſſor,poſſe. fol.226.verſ.col.1.lin.1.ſcribet,ſcribit. fol.231.col.2.lin.23.ſuple verbum,(vtitur) fol.238.col.2.lin.6.liga,legata. fol.240.verſ.col.2.lin.vlt.poteſt,ſuple non poteſt, f.248.verſ.col.1.lin.35.ad per ſona.in perſona. fol.255.col.1.lin.32.ſpecies ſpes. fol.255.verſ.col.1,lin.28.non conditionale,dele non. fol. 256.verſ.col.2.lin.14.ſequuntur,ſequitur. fol.258.verſ.col.1.lin.3.legatarijs,legatis. fol.258.verſ.col.2.lin.19. vt conſtat,ſuple,& inter legata conditionalia quorum dies ſemel cedit. fol.259.verſ.col.2.lin.4. introducatur, ſuple,vt, introducatur. fol.260.verſ.col.2.lin.32.terminis terminos. fol.261.col.2.lin.13.plares,plures. fol. 266.verſ.col.2.lin.pen.eximant,exiſtimant. fol.281.col.1.lin.23.d. dc. fol.282.col.1.lin. antepen.quã,quem. fol.283.col.1.lin.14.agens,agere. fol.283.col.2.lin.antepen.emoiſsi,comiſsi. fol.285.verſ.col.1.lin.7. motis, mortis. fol.287.col.1.lin.22.inſpectatione,inſpectione. fol.288.col.2.lin.22.quia,quaſi fol.288.verſ.col.2.lin. 9.acreſcendi,acr-ſcendo. fol.290.verſ.col.2.lin.1...cinilis,ciuilis. fol.291.verſ.col.2.lin.9.conſiditionis,con-ditionis. fol.294.col.2.lin.2.dote,dotem. fol.298.verſ.col.2.lin.vlt.quai,quia. fol.300.verſ.col.2.lin.29.ratio nem, rationc. fol.301.verſ.col.1.lin.17.nuptum,natum. fol.302.col.2.lin.pen.ad,proan. fol.305.verſ.col. 1.lin.3.E,&. fol.306.col.2.lin.32.excuti excutit. fol.307.verſ.col.2.lin.29.cum, tum. fol.311.col.lin.30.pre-cedit, procedit. fol.313.col.1.lin.3. ſublimationem, ſublimitationem. fol.322.col. 1.lin. 31. ab,ob. fol.323. ol.2.lin.15.ergo,erga. fol.324.col.2.lin.28.inter,in. fol.328.verſ.col.1.lin,2.quæ, que. fol.330.col.1.lin.16. cdictus,dictum.ibidem.lin.fin.prolibata,prælibata. fol.335.col.1.lin.5.quam ad, quoad,ibid. ni verſ.col.2.lin.21. da,de. fol.344.col.2.lin.8.hac,hæc. fol.345.verſ.col.2.lin.2.emphiteuti,emphiteuſi. fol.360.col.1.lin.1.de-le.ſunt. fol.363.col.2.lin.19.facent,faciant.ibid.lin.36.tenet,tenent. fol.365.verſ.col.2.lin.15.alijs bonis, alia bona. fol.370.col.1.lin.3.marito,merito. fol.374.col.1.lin.3. aperte, a parte. fol.374.verſ. col.1.lin.7.inter, ſuple, ea quæ dantur pro cõditione implenda, & inter,&c. fol.376.col.2.lin.21.vtilitatem,ſuple.in. d.fol.verſ. col.1.lin.24.tenentur, tuentur. fol.379.col.2.lin.24. accipiuntur, accipiunt. & lin. 31. imputãda, imputandæ. fol.386.verſ.col.2.lin.20.imputentur,ſuple,non imputentur. fol.387.verſ.col.1.lin.1.pare parte. fol.383.verſ. col.1.lin.1.quanuis,quis. fol.396.verſ.col.1.lin.3. probationem, prohibitionem. fol.401.verſ.col.1.lin.28. Cuiac. lib.2. lib.20. fol.403.col.1.lin.8. ad ſe, quæ ad ſe. fol.408.verſ.col.2.lin.7.aliud, aliuni. Finis.

CARVALHO

DE

TESTAME